8
8 A I
45

7-2-2

B. 96. B. 10



Digitized by Google

ROSARIVM

SERMONVM

PER QVADRAGESIMAM,

AC IN OMNIBVS DIEBVS, TAM

Dominicis, quam Festis per annum; Necnon de vnaquaque materia prædicabilium.

MARIALE ITEM, SEV SERMONES DE B. VIRG. Maria, ac de eius excellentijs, non modò per singulas eius festiuitates, sed & per omnia anni Sabbatha, ad Concionandum accommodati.

AVCTORE

VENERABILI, ET ERVDITISSIMO VIRO

F. Bernardino de Busto, Ord. Min. S. Francisci de Obseruantia.

Nunc tandem in hanc commodiorem & emendatiorem formam restituti; in tres tomos distributi, & Indicibus necessarijs adornati.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, sub Monocerote
Anno M.DC.VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX COPIOSVS COMPLE CTENS FIDELISSIME OMNIA,

QVAE IN HOC PRIMO VOLVMINE continentur.

A.

ABstinentia refrenat sensualitatem pag 63. col 2
Abstinentia purgat peccata; illuminat intellectum, placat Deum, pag 64. 2
Accedere ad prædicationem etiam doctis, plusquam sermonum lectio, conducere probatur, 20. 2
Accedere tam mature, vt principio interfit, quantum vtile sit, 21. 2 & 22. 1
Adoratio latriæ quibus conueniat, 323. 2
Adulterium triplex, 398. 2
Adulteri satisfactio pro filio ex adulterio suscepto, 403. 1
Amicitiæ diffinitio, 7. 1
Amicorum omnia communia, Ibidem
Amor sequitur cognitionem, 11. 1
Amoris tria requisita, 314. 2
Angelorum bonorum ac malorum cognitio circa hominum cogitationes, 510. 2
Animalia si tempore iudicij destruentur, 153. 2
Appetitus fertur in bonum cognitum, 11. 1
Ars quomodo imitatur naturam, 19. 2
Ars quantum proficiat in his, quæ natura non potest operari, 20. 1
Ars subiectum requirit bene dispositum, Ibidem
Arte prædicationis homines bene dispositi tribuũtur peccatis, Ibid.
Astrorum cursus quomodo possit quis vti, 328. 1
Auditus prædicationis non prodest sine operatione, 26. 2
Aureolæ quibus detur, 689. 2
Auxilium diuinum esse implorandum in principio omnium agendorum, 1. 1.

B.

IN Baptismate promissa obseruanda sunt, pag 306. 1
Benefacere facilius est, quã malefacere, 635. 1
Blasphemiæ tractatio, 339. 1
Blasphemia quid, 283. 2
Blasphemiæ Differentiæ, 340. 1
Blasphemantium consuetudo, 341. 2
Blasphemia corripitur, 331. 2
Blasphemi quæ pœnas puniantur, 282. 2
Bonum sui est diffusiuum, 6. 1
Bonum quanto cõmunius, tãto melius est, 6. 2.
Breuitas sermonis multipliciter commendatur, 12. 1
Breuitatis defectus tolerabilior, quàm prolixitatis, 12. 2.
Breuitate gaudent Moderni, 13. 1

C.

COena quæ habetur Luc. 14. ex parte declaratur, 4. 1
Christus cur in cruce voluit pati, multis rationibus ostenditur, 673. 2
Christi satisfactio pro peccatis, ibid.
Christus cur caput inclinauit in Cruce, 675. 2
Christus cur habuit manus perforatas, 676. 2.
Christus quomodo trahit peccatores, 675. 2 & seq 677. 1. & 2
Christi in Cruce patientis amor, 678. 2
Christus secundum ad Cæsum nobis scalam ostendit in Cruce, 68 . 2
Christus septem lectiones docuit in Cruce, 682. 2
Christus septem sermones fecit in Cruce multipliciter, 684. 2
Christus crucifixus liber est vitæ, 687. 1
Christianum nomen peccatoribus non recte conuenit, 303. 1
Cogitatio triplex, 512. 2
Cogitationes turpium immissæ ab inimico non maculant animam, 522. 2
Contra Cogitationes noxias remedia 522. 1.
Cogitationum hominum indæ nes agnoscant, pag. 510. 1

Digitized by Google

Communicare ſua, iuris eſt naturalis, 6.1
Confeſſionis definitio, 557.2
Confeſſio cur inſtituta fuerit, 558.1
Confeſſionis neceſſitas, 558.2
A Confeſſione qui excuſentur, 568.2
Confiteri quando teneantur pueri, 570.2
Confiteri veniale quando teneamur, 569.1
Confeſſionis frequentia, 573.1.& ſeq.
Confiteri pluries in anno quãdo teneamur, 573.1
Confiteri de quibus teneamur, 574.2
Confeſſarij conditiones neceſſariæ, 577.2
Confeſſor proprius quis ſit, 578.1
Confiteri alijs quam proprio ſacerdoti quando poſſimus, 580.1
Confeſſor quid agere debeat circa confitentem, 584.1.585.1
Confeſſionis conditiones, 586.2
Confeſſionis vtilitates, 593.2
Confeſſio quænam ſit vana, 605.1
Confeſſionem quis apparatus debeat præcedere, Ibid.
Circunſtantiæ peccatorum quænam debent explicari, 607.2
Confeſſio quibus cauſis eſt iteranda, 614.1
Confeſſionem ob verecundiam non eſſe omittendam etiam exemplis oſtenditur, 617.2. & ſeq.
Per confeſſionem etiam dæmonibus peccata occultantur, 621.2
Confeſſio non reuelanda, 622.1
Conſtellationibus fidentes peccant, 327.2
Contritionis neceſſitas etiam ex ſacris hiſtoriis oſtenditur, 528.2.& ſeq.
Contritio ſimilitudinibus & exemplis neceſſaria oſtenditur, 537.1.& ſeq.
Contritio & attritio quomodo differunt. pag. 540.1
Contritio vnguento aſſimilatur, ibid.2
Contritionis vtilitates, 548.2
Contrito peccata remitti oſtenditur etiam per exempla & ex locis ſcripturæ, 550.1.& ſeq.
Cornua beſtiæ de qua in Apocalypſi, declarantur, 146.1
Corpora cæleſtia quomodo in iudicio innouabuntur, 155.1
Correctiones odioſe grande peccatum eſt pag 26.1
Coruorum cautus obſeruatio, 329.1
Credere Deo, Deum, & in Deum quomodo differant, 301.1
Crucis Chriſti ligna quid ſignificent, 688.2
Caſus aſtrorum quomodo poſſit quis vti pag. 328.1

D.

Damnatis augebuntur pœnæ poſt vniuerſale iudicium, 124.2
Defectus & exceſſus omnis nocet, vel ſaltem non prodeſt, 12.1
Dæmonum inuocatores quomodo peccent. pag. 326.1
Dæmones ſi cordis ſecreta cognoſcant, 520.1
Deſideria hominum multiplicia, 198.2 & 199.2
In Deſtructione Hieruſalem, qualis fuerit Iudæorum miſeria, 147.2
Ante deſtructionem Hieruſalem, quæ peccata in ea præfuerint, 148.2
Dei diffinitiones multæ, 212.2
Deus multipliciter dicitur pater. 176.1
Deorum Gentilium pluralitas confutatur, pag. 243.244.245
Deum non eſſe, arbitrari inſipientiſſimum eſt, 147.1
Deum eſſe trinum oſtenditur, 314.1
Deus in principio omnium agendorum inuocandus eſt, 1.1
Deus ſeptem beneficia facit omnibus etiam non ſaluandis, 646.1
Deus ſicut bonorum remunerator eſt, ita malorum vindex, 7.2
Deus contra peccatores horribilis, 140.1
Diffuſionis tria requiſita, 315.1
Diuinam eſſentiam tractare periculoſum eſt. pag. 308.1
Diuinæ eſſentiæ tractationis exempla, 309.1
Diuinatores quomodo peccent, 325.2
Dolor de peccatis quantus requiratur ad contritionem, 543.1
Dubia in meliorem partem interpretanda. pag 625.1

E.

Eccleſia ad quæ præcipue ſanctificetur, 197.2
Eccleſiarum veneratio, & propter quę, 98.1
Eccleſiarum contemptores reprehenduntur, 201.2.
Eccleſia quibus nominibus gaudeat, Ibid.1
Electi quare ſint pauci, cum multi ſint vocati, 3.2
Elementorum innouatio tempore Iudicij, pag. 152.1.& ſeq.
Eloquens quis dicatur, 11.2
Errores hæreticorum multorum, 307.1.& ſeq.
Exceſſus omnis & defectus nocet, vel ſaltem non prodeſt, 12.1
Excellentia verbi Dei, 29.1

Exem-

Digitized by Google

Exemplar virtutum Christus.301.1
Exempla ac metaphoris vtatur prædicator propter doctr næ claritatem,111
Exemplorum vtcr breue est,& efficax,lõgum autem per præcepta.18.2

F.

Fer quibus modis mansuescunt,685.2
Festorum sanctorum commendatio 352.2
Festa sanctorum cur Ecclesia primo cœperit 355 1 & seq.
Festorum obseruatio à legibus commẽdatur etiam paganorum,357.1.& 2
Festorum celebratio qua hora incipiat, 358.1.
Festis diebus laborantes quando excusentur.359 1.& seq.
Festis diebus chorizantes reprehenduntur,* pag. 361.1.
Fides multis modis accipitur.213.1.& seq.
Fidei definitio, quæ est Diui Pauli ad Hebræos, explanatur.214.1
Fidei articulus definitur.217.1.
Fidei articulorum numerus ibid.
Fidei articuli ex quibus sacræ scripturæ locis eliciantur.229.1.
Fidei duo symbola præter Apostolicum.ibid.2.
Fidei omnes articulos an quilibet Christianus scire teneatur.230.1
Fidem impedientia tria vicia.232.1.
Fidem Dei negantis quid euenerit,233.1.
Fides Paganorum, Maumethanorum Iudeorumque reprobatio 235.2.& 243.2.
Fidei Catholicæ sola via vera probatur.236.2.
Fides Christi per Apostolorum infirmitatem,nõ per Dei omnipotentiam fundata est.249.2
Fides Maumethana quando inceperit,quæ & impugnatur. 250.2.
Fides bona qua mouentur etiam montes, vt Lu. 17.moraliter exponitur.9.2
Fidei commendatio ex triplici capite. 289.2.
Fides homines nobilitat 290.2.
Fides hominem facit filium Dei 291.2
Fides superat tentationes.ibid.2.
Fides vires naturales excedit 292.1
Infidelibus comminatur *Deus.296* 1.
Fides annulus est Dei,quo anima desponsatur *Deo* ibid.2.
Fides distinguit electos,à reprobis. 298.1.
Fidei magnæ septem signa 299.1.
Fidem cõfiteri quando debemus & cum mortis periculo.671.2
Fidelis Christianus quibus signis cognoscatur, 301.2.
Filij nomen vnde assumatur,177.2.
Filius quibus causis priuari possit hæreditate paterna 178.1 vsque 180.2.
Filij à parentibus magis diliguntur, quam à filiis parentes 361.2.
Filiorum malignitas à parentibus quandoque prouenit.305 1.
Filiorũ malignitas in parentes exemplis demonstratur ibid.
Filiorum obligatio erga parentes, & è conuerso. 365.1.
Filiorum peculium. 370 2.
Filiorum tam bonorum,quàm malorum multiplex retributio.372.1.
Fures ad quid tenentur pro restitutione 420.1.
Fures quibus casibus excusantur.421.2
Furti definitio.417.2.
Furti prohibitio 418 2
Furari ſi liceat Christianis quæ infidelium sunt. 421 2
Furti particeps quot modis dicatur. 422.2
Furtum interpretatiuum 424.2.& seq.
Furti reus censetur apud Deum,qui gratis non impendit,quod gratis accipit. 5.1.
Futura contingentia ex cœlo scire possumus aliqualiter.692.2

G.

Gentilium libris,& exemplis quare vti debeat Prædicator.13.2.

H.

Hæretieorum multorum errores. 307.1.& sequ.
Hæretici sunt cẽsendi,qui fornicationem negant esse peccatum 393 1.
Homicidii tres species.378 2
Homicidium quando excusatur 384 1.
Homicidij peccatum grauissimum est. ,88.2.
Homicidæ pœna diuina punit 389.1.
Homicidæ ad quid tenentur pro restitutione.pagin.390.1.
Homo quando creatus fuerit, & quando peccauerit.48.2
Homines cur aliquando boni sint,& aliquando mali 640 2.
Honor parentum tractatur.362 2.
Honore patrono septem digni sunt. ibid & seq.

Digitized by Google

De honore parentum exempla quædam, pagin. 364 1.

I.

Ieiunii institutio, ac necessitas. 46. 1.
Ieiunij quadragesimalis congruentiæ multæ 47 1.
Ieiunũ quadragesimale cur quarta feria inchoetur. 49 1
Ieiunij obligatio. 50. 1.
Ieiunii violatio 51 1
Ieiunii dies & hora quando incipiat. 358 2
In ieiunio qualitas ciborum obseruanda. 54. 1
Ignis qualitas tempore Iudicii 151 2.
Ignis Purgatorij 152. 1.
Ignorantia sola est inimica scientiæ. 13. 2.
Imaginibus conueniens hónor, & adoratio, pag. 324. 1.
Incestus quid, & quotuplex sit. 410, 1
Incestus reprobatur. ibid. 2
Indulgentiæ ne obtineantur, impedimenta pag. 225. 1.
Indulgentiæ respectu animarum existentium in Purgatorio 224. 2.
Indulgentiæ portiunculæ. 216. 1
Ex Indulgentiis multa bona proueniunt. 218. 2.
Indulgentiæ an deiiunctis pœnis intelligantur 229. 1
Indulgentiæ si valeant existenti in peccato mortali 651. 2
Iniuriatis dantur remedia ad tolerandum 664. 2
Innouationis mundi qualitas, & multæ rationes 152 2
Intellectus humanus, quia nobilissimus est, nobilissimas etiam res cognoscere appetit. 10. 1.
Intellectus qualis sit ibid.
Intellectus perfectior est si nobiliora, non si plura intelligat. ibid.
Intellectus circa sublimiora eleuatur magis, quã circa infima inclinetur. ibid 2
Inuocandum esse Deum in principio omnium agendorum 1 1 & 2.
Iudæorum obstinatio confunditur plurib. prophetarum locis 252. 1
Item multis Sibyllarum Vaticiniis. 258 1.
Iudæorum excusationes multæ. 268. 1. 269. 2.
Iudæi quibus interdicantur. 264. 1
Iudæorum blasphemiæ 268. 1 & 269. 2.
Iudæis aliqua concessa sunt 272. 1.
Iudæus blasphemus qua pœna plectendus. 275 2
In Iudæos consilium authoris 274. 2 approbatũ subscriptionibus & commis aliorum, 275. 1. & seq.
Iudicii vniuersalis vtilis consideratio 123 1.
Iudicii vniuersalis veritas probatur. ibid.
Iudicium vniuersale variis authoritatibus probatur. 125. 1. & seq.
Iudicium vniuersale quæ signa præcedent. 127 2.
In Iudicio vniuersali passionis Christi instrumenta deferentur, 130. 2.
In Iudicio totus mundus clamabit contra peccatorem, 138, 2
Iudicii vniuersalis tempus an sciri possit. 141 1
Iudicium futurum cur pauci timeant. 149. 2.
In Iudicio ignis altitudinem aquarũ diluuij adæquabit. 151. 2
Iudicii locus, 158. 1
Iudicii vniuersalis ordo, & dispositio ibid 2.
Ad rectum iudicium quæ requirantur 151 2.
In iudicio qui accusatores, & testes conturgent 158 2. & seq.
Iudicis aduentus in Iudicio. 155. 1.
In Iudicio quæ malis, & quæ bonis futura sit retributio 164. 2.
Iudicum & notariorum, & exactorum rapina. 431. 2. & seq.
Iudicium temeratium reprehẽditur. 625. 1. & seq.
Iudicare quis possit de manifestis 626. 1.
Iudicare mala, cum compassione, & curiose inuestigare. ibid. 2
Iuramentum, & simplex loquela apud Deũ sunt indistincta 304. 1.
Idem realiter, & formaliter esse, 316. 1.
Iuramentum licitum, illicitumq; tractatur. 334. 2
Iuramenti licitι conditiones. ibid.
Iuramentum violantes infidelibus deteriores 337 2

L.

Lachrymæ per tria canalia ad animam influunt. 534 2
Lapsis maius meritum datur quam innocentibus. 638. 1
Latriæ honor. 321. 2.
Legi & authoritati dissentire possumus, cum ratione cogit, non è conuerso. 18. 1
Lex humana, & diuina circa punitionem transgressorum differunt 322 1
Lex vetus si facta solum, vel etiam animum cohibeat. 521. 1
Libero arbitrio ablato duo sequerentur mala respectu gloriæ. 537 2
Liberum arbitrium an à cœlestibus, vel dæmonibus cogi possit. 638 2 & seq.
Liber vitæ Christus crucifixus. 687. 1.
Ludorum multa genera. 496. 2.

Digitized by Google

Ludus aleæ & fortunæ eſt peccatum mortale. 458.2
Ludentium punitio ex quibuſdã exemplis. 499.1
Ludo fortunæ acquiſita lubiacent reſtitutioni. ibid.2.
Ludi fortunæ ſex rami. ibid.
Luxuria acquiſita ſi reſtituenda ſint. 501.1.
Luxuriæ peccatum. 391.1
Luxuria omnia hominis bona diſſipat. ibid.
Luxuria legibus prohibita. 393.2
Luxuriæ ſpecies. 395.2.
Luxurioſi anima ſedes diaboli 396.2
Luxuriantis pœna. 404.2
Luxurioſi qua pœna puniantur, exemplis oſtenditur. 416.1.

M

Machometus fuit Iſmaelita, vel Saracenus 248 1.
Maledictionis parentum in filios exempla. 376.2
Malefici reprehenduntur 329.2.& ſeq.
Marito quando liceat dimittere vxorem, & è cõtra. 405.2
Martyrium pro Chriſto ſuſtinere ſi de præcepto ſit. 667.2.
Martyrium ſuſtinere eſt actus quatuor virtutum 668 1
Martyrii conditiones tres. 669,1 & ſeq.
Martyrii cauſæ 670 2 & ſeq.
Martyrii ſpecies quamplures 689 2
Matrimonii impedimenta 399 1.
Matrimonii commendatio. 403.2.
Matrimonium quando poſſit ſeparari 405 1.
Medietas in omnibus laudatur ex multis. 12.1.& ſeq.
Medium ſeruare difficile eſt ibid.
Mendacii definitio. 508.1
Mendacium officioſum, & iocoſum, & pernicioſum. 510.1.& ſequ.
Mendacium quando excuſatur, 511.2.
Mendacium babyloniarum 515.2.
Mendacii deteſtatio 517.1
Mendax veneficus dicitur. ibid.1.
Mentiri nunquam licet prædicatoribus. 11 2.
Metaphoris, & exemplis vtatur prædicator ad doctrinæ clãritatem. ibid 1.
Molles carne quare capti mente dicuntur 9 1
Montes qui per fidem dicuntur in mare transferri, qui ſint, ibid 2.
Mores crudeles, peſſimoſque, ac ſæpe ſtitioſos per verbi Dei prædicationem eſſugari. 29 2
Mo[illegible]em hominis ſuarum qualitatum ſignis pro[illegible]mus opinari pagin. 142.2.
Mortem non timendam eſſe ex quib. cauſis. 675.

N.

Nocet defectus omnis, & exceſſus, vel ſaltem non prodeſt 12.1
Notariorum, Iudicum, exactorum rapinæ 432.2.& ſeq.

O

Obedientia commendatur 5.2
Obedientia habenda principib. 319 2.
Obligatio ad verbum Dei prædicandum. 4.2.& ſeq.
Obſcurus ſermo in prædicatione ſemper eſt vitandus. 11.1.
Occidere innocentem non debet Iudex. 385 1.
Occidere inuaſorem ſi clericis liceat. 387.1
Occiſor nocturni latronis non eſt homicidii reus ibid.2
Oculus magis delectatur circa pulchriora quam circa manus pulchriora. 10.2
Operum bonorum facilitas 632.1.& ſequ.
Operibus bonis inſudare qua ratione debeamus 643.1
Operari deberet quiſque, vt ſaluetur, licet vnus tantum eſſet ſaluandus 664.2
Operati tenetur etiam quilibet dãnandus 645.2.
Operari bene tenetur toto tempore prædeſtinatus 647.2
Operari ſemper aliquid boni quam vtile ſit. pag. 649.1
Operibus à bonis nullus debet ceſſare licet ſit in peccato. ibid.2.
Oppreſſio innocentium, & mercenarii defraudatio cur clament ad Deum. 389.2.
Oratio duplex ad Deum. 168.1.
Orationis qualitas. ibid.2
Orationis commendatio multiplex, 169 1.& ſeq.
Orationis fructus, 171.1.
Orationis Dominicæ commẽdatio, 172.1.& ſeq.
Orationis Dominicæ explanatio. 173.1.& ſequ. 181.1 & ſeq.
Orationi Dominicæ quadrant ſeptem beatitudines, & ſeptem dona ſpiritus. 191 1.
Orationis vtilitas multiplex. 194.1.& ſeq.
Oratio quibus grata ſit, & quibus infeſta 194.1
Orando quid petere debeamus 196 1
Orat omni aptus locus. ibid.
Orationi tempus congruum. 202.& ſequ.
Oratio figurata per montem 204.1
Orationis impedimenta. ibid.1
Oratio multiplici nequitia impeditur 206.1.
Oratio multiplici nequitia impeditur. pagin. 2 7 1.

Oratio

Digitized by Google

Oratio multiplici impatientia impeditur. 209.1.
Orationis breuitas 211.2.
Orationibus petita cur dari differantur. ibid 1.
Ocij detestatio.743 2.
Otio vacare,est furtum committere.644.1

P.

PAganorum gentiliumque libris,& exemplis cur vtatur prædicator.13.1.
Papæ authoritas circa indulgentias ostenditur.219.2
Paradisi possessio quibus retardetur. 228.1
Patientiæ multiplicitas 662 2.
Patrum iniquitates in filios si puniat Deus.pag. 699 2
Pauperem occidit,qui illi non benefacit egenti. 382.1
Pax in ingressu est annuncianda.3.1
Peccata quæ lachrymis bluuntur,montibus in mare translatis possunt comparari. 9 2
Peccatores vt extrahantur,è peccatorum voragine debent habere septem dispositiones. pag. 20.1.
Peccatum altero peccato grauius duodecim modis ostenditur 614 2
Peccatum omnibus odio habendum ostenditur. 538 2
Peccata quomodo redire dicantur.614.2.
Peccabilem hominem cur Deus fecerit.636.2
Peculium filiorum.370.2
Perfectioni virtutis opus est scire, velle,& operari.26.2
Pestilentiæ morbus quid sit.693 1.
Pestilentiæ signa.ibid.
Pestilentiæ causæ 697.1. & seq.
Pestis tempore cur etiam boni moriantur.700.1.
Pestilentiæ remedia quamplura 701.2.
Piscari quomodo oporteat,& quando, & vbi,& quibus retibus,ita & prædicare à quibus,cum quibus,vbi,& quando 15 1
Piscatio quæ habetur Luc.c.5.optime declaratur ibidem.
Pisaurum ab annulorum pensione dictum est. 136 2
Pœna quando sit minuenda à iudice 384 2
Pœnitentiæ descriptio multiplex 527.1.
Pœnitentia virtus, & pœnitentia sacramentum. ibid 2.
Pœnitentia ex quibus causatur 541 2.
In pœnitentis potest sacerdos dispensare. 545. 2.
Pœnitentiam rationabilem nemo despicere debet.546.2
Præceptorum iter longum est,breue autem est & efficax,quod est exemplorum 18.2.
Præceptorum generalis , & specialis tractatio. 319 2
Præceptorum breuis declaratio.320.1.
Præcepti vltimi Decalogi expositio triplex. pag. 523 2
Prædestinatus debet toto tempore bene operari, & malum detestari. 647 2
Prædicandi verbi Dei septem causæ notantur.4.2
Prædicatorum meritum,& merces.7.2.
Prædicatorum est,animarum salutem totis viribus procurare.4 2.
Prædicatores ex populorum dilectione concionentur,7 1.
Prædicandum est illis potissimum,ex quorũ deuotione spiritualis fructus speratur percipiendus,8.1.
Prædicandum non esse inuitis.ibid.
Prædicationis gratiæ signum 8 2.
Prædicauit ne Christus soli Samaritanæ, an potius simul & angelos docuit?ibid.
Prædicauit Christus etiam soli Samaritanæ, sed ei tantum pertinentia.ibid.
Prædicatoris eloquentia magno auditorum concursu adiuuatur.ibid.
Prædicationis septem conditiones.9 2
Prædicatio cur sublimis esse debeat.10.1.
Prædicatio cur clara esse debeat ibid.2 & 11.2.
Prædicatoribus mentiri nunquam licet 11.2.
Prædicatio vera vtilibusque constabit.ibid.
Prædicatoris sermo neminem specialiter pulsabit,sed de vicijs, virtutibusque generaliter disputabit 12.1.
Prædicatoris sermo qualis.ibid.
Prædicator si inutili sermone conscientiam percutit infirmam,percussor,non prædicator rectius appellabitur.ibid.
Prædicator quandoque defectu suo, quandoque aliorum,peccatores non conuertit 13.1.
Prædicatoris doctrina autoritatibus & exemplis corroboranda. 16.1
Prædicator sal dicitur 17.1.
Prædicator paradiso,quem Deus plantauit, cõparatur.ibid.
Prædicator caritate,non cupiditate prædicet pagin.18.2
Prædicandi arte retrahuntur homines à peccatis 20.1.
Ad prædicationem accedere debet etiam lecti 20 2.
Prædicationem audire negligentes obiectionẽ laborum reprehenduntur.21.1.

Præ di-

Digitized by Google

Prædicationis principio interesse quantum vt le fit, diuersimode probatur. ibid. 2
Prædicationis audicatus continuare quantum expediat 22 2
A prædicationis audientia recedentes excommunicari iubentur. 23. 1
Prædicationi non attendentes acriter reprehenduntur, 24 1
Prædicatorum verbis credendum, quia spiritus patris est, qui loquitur in illis, 25 1
Prædicatoris verba patienter audienda sunt. 26 1
Prædicatorem corripientem odisse graue peccatum est. ibid.
Prædicatorum verba non prosunt nisi ad effectũ producantur. 26 2
Prædicatoribus egrediendum est de terra sua, & obliuisci debent domum patris sui, vt bene seminare possint. 27 2
Prædicationis verbum quodnam sit semen 28 1.
Prædicationis verbum in pluribus perit, & in paucioribus fructificat, ibid.
Prædicatio necessaria ad salutem 32. 2
Prædicationem audite si præcipiatur ab Ecclesia, vt de Missa. 34. 2
Prædicationem non audiens cum possit, an mortaliter peccet. 36. 2
Prædicationis ac Missæ auditus comparantur. 37 1
Prædicationes qui non audiunt, à Deo puniuntur ibid. 2
Prædicationis auscultationem multa vtilia sequuntur. 38. 2
Prædicatores honorandi sunt 41. 1
Prædicatorum dicta exemplis comprobantur. ibid. 2
Principium est plusquam dimidium totius, multumque conducit ad sequentia. 22. 1
Promissi solutio, si de præcepto sit, vt non soluẽs mortaliter peccet. 303. 2
Promissio quomodo, & quando obligat 304. 2. & sequ.
Proximorum animam debemus diligere potius, quam corpus nostrum, 672. 1

Q

QVadragesimale tempus acceptabile tẽpus est 9 2

R

RApinæ peccatum furto grauius ostenditur 428 2
Rapinæ multiplici as 430. 2
Rapere in bello, 431. 2
Rapina Notariorum, Iudicum, & Procuratorum 432. 2
Restitutio incertorum tractatur 503. 2
Resurrectio mortuorum abunde tractatur, 156. 2
Ridiculosus oratoris euentus, 13 1
Ridiculosa res imò periculosa, speculator cęcus, cursor claudus, præco mutus, doctor inscius, 15. 1

S

SAbbatum in dominicam diem triplici ratione translatum 353. 1
Sacrificiorum oblatio antiqua. 200. 2
Sacrilegium peccatum grauissimum ostenditur 402. 2
Sal est prædicator. 7. 1
Salus animarum totis viribus procuranda. 4. 2
Scandalum duplex 324 2
Scientiæ sola ignorantia inimica est, 13 2
Scientia facit homines nobilissimos 30. 2
Semen quodnam sit verbum Dei. 28 1
Semen verbi Dei in quibus pereat, & in quibus fructificet. ibid.
Sententia firmior est, quæ sapientis authoritate firmatur. 18. 2
Sigillum septimum exponitur. 134. 2
Signa varia iudicii vniuersale præcedentia 135. 1.
Signorum præcedentium iudicium causæ assignantur, 137 2
Signum positum à Deo in Cainum. 388 2
Simoniæ peccatum quid, & vnde dicatur, 436. 1. 437. 2
Simoniaci pœna. 438 1
Sodomitici peccati multiplicitas 413. 1.
Solis & Lunæ obscuratio ante diem iudicii quomodo intelligatur, 132. 1
Soluno promissi anita si de præcepto, vt nõ soluens mortaliter peccet 2 13. 2
Somniorũ obseruatores quomodo peccẽt. 327. 1
Sortilegi reprehenduntur, 329 1
Spiratio sancti spiritus. 374. 2
Stellarum casus ante iudicium variæ interpretationes. 133. 2
Superstitiosi portantes breuia, 330. 1
Suscitio mali vnde prouenerit, 631. 2

T

TEmpus quadragesimale, tempus acceptabile est. 9 2.
Tentationum fructus multiplex 189. 2.
Tentare, & in tentationem induci quomodo differant 190. 2.

Digitized by Google

Tentationibus Dæmonum adhibetur remediũ. 576.1.
Teſtimonium falſum dicens cur mortaliter peccet 507 2.
Thetauri inuentio.416 2.& ſeq.
Timor qu. duplex.141.1.
Tribulatio bonis profectus, malis damnoſa 653.2
Tribulationes immittens Deus ſoli comparatur 654.1.
Tribulationum vtilitates.ibid.
Tribulationum neceſſitas ad ſalutem.660.2.
Tribulationes immittit Deus his quos dirigit,& quibus de cauſis 69 1.
Trinitatis diuinæ fructuoſa cognitio. 309.1.
Trinitatẽ diuinam confirmantia miracula.310.1
Trinitatem cognouerunt antiqui patres 311.2
Trinitatis, & vnitatis diuinæ imago oſtenditur in ſuctiue in creaturis.312.1.

V.

VArietas prædicationis commendatur multiplici ter.13.2
Ventorum obſeruatio 328 2
Verbum Dei quodnam ſit ſemen 28 1.
Verbum prædicationis in quibus fructificet,& in quibus non. ibid.
Verbi Dei excellentia deſcribitur.29.1.
Verbi Dei prædicatio gentilium brutales crudelesque mores effugauit.ibid 2.
Verbi Dei audiendi obligatio.32.1
Verecundiæ in confeſſione remedium adhibetur 617 2 vſque ad 624.
Virginis raptor quomodo puniatur 398 1
Virginis ſeductor quid ad quid pro ſatisfactione teneatur ibid 2
Virtus in medio conſiſtit.12.2
Virtutes gentilium non erant virtutes 258 1.
Vt honem Dei tria neceſſario præcedunt 519 1.
Viri oſi inter veros Chriſtianos non reputantur. 502.2
Vocati cum ſint multi,cur pauci ſint electi.1.2.
Votum non facere melius eſt, quam votum differre 305 2.
Voti definitio 345 1
Votum propter bonum finem fieri oſtenditur. ibid 2.
Vota in angustiis facta 346.1
Votorum commutatio 347 1.&ſeq.
Vow ſolutionem excuſantia ibid.
Vſura quid 440.1
Vſura expreſſa,& interpretata.444.1
Vſuræ deteſtatio.443.2.
Vſurarum mediatores mortaliter peccant. 448.1
Vſurarii quibus aſſimilentur.449.1
Vſuræ nobilium,& mercatorum 450.1 & 2
Vſura in contractu de rerouendendo.452.2.
Vſura in emptionibus,& ſocietatibus oſtenditur à pag.450 vſque ad pag 486
Vſurarius intentionarius.493.1.& 495.2
Vſurarii manifeſti ſepultura.495.1.
Vſurariorum malitia.ibid.2
Vtilitas communis,vtilitati ſpeciali præferenda eſt.6.2.
Vxorem adulteram occidere an liceat 380.2.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX SERMONVM ORDINE DISPOSITORVM PRIMI voluminis.

In Septuagesima.

SErmo I. De septem causis inducentibus ad prædicandum, & de septem conditionibus verbi Dei.

In Sexagesima.

Sermo II. De dispositionibus audientium verbum dei.

In Quinquagesima.

Sermo III. De verbi dei exhortatione, obligatione, & fructificatione.

Feria 4. Cinerum.

Serm. IV. De ieiunii Institutione, obligatione, & violatione.

Fer. 5 Cinerum.

Sermo V. De ieiunij exceptione, & de eiusdem fructificatione.

Fer. 6. Cinerum.

Serm. VI. De peccatis mortalibus omnibus.

Sabbato Cinerum.

Sermo VII. De Cathenis, quibus dæmon peccatores illaqueat.

Domin. I. Quadrag.

Serm. VIII. De periculo tardationis pœnitentiæ vsque ad mortem.

Fer 2. post 1. Dom. Quadrag.

Serm. IX De iudicij finalis verificatione, significatione, & causatione.

Feria eadem.

Sermo X. De iudicij finalis opinatione discussione, sententiatione, seu diffinitione.

Fer. 3 post 1. Dom. Quadrag.

Serm. XI. De orationis commendatione, fructificatione, ac modificatione

Fer 4 post 1. Dom. Quadrag

Sermo XII De impedimentis orationis.

Fer 5. post 1. Dom. Quadrag

Serm. XIII. De fidei diffinitione, declaratione, & impeditione.

Fer. 6. post 1 Dom. Quadrag.

Sermo XIV. De reprobatione sectæ Paganorum, machometanorum, & Iudæorum.

Item consilium contra Iudæos.

Sabbato post 1. Dom. Quadrag.

Sermo XV. De fidei commendatione, significatione, & deuiatione.

Dom. 2. Quadrag.

Serm. XVI. De præceptis in generali, & de primo in particulari.

Eodem die.

Sermo XVII. de secundo præcepto decalogi.

Fer. 2 post 2. Dom. Quadrag.

Sermo XVIII. De Voti diffinitione excusatione, dispensatione, & obligatione.

Fer. 3. post 2 Dom. Quadrag.

Sermo XIX. De sacrorum festorum commendatione, obligatione, & excusatione.

Fer. 4. post 2. Dom. Quadrag.

Sermo XX. De honore parentum.

Fer 5. post 2. Dom Quadrag.

Serm. XXI. De retributione bonorum, & malorum filiorum.

Fer. 6. post 2. Dom. Quadrag.

Ser. XXII de homicidio.

Sabbato post 2. Dom. Quadrag.

Serm. XXIII. De peccato Luxuriæ.

Dom. 3 Quadrag.

Ser. XXIV. Quomodo possit vir vxorem dimittere, & vxor virum. Et de incestu, sacrilegio, sodomia, & luxuriæ punitione.

Eadem Dom tertia.

Sermo XXV De furto, de inuento, & de rapto.

Fer. 2 post 3. Dom. Quadrag.

Sermo XXVI. De simonia & vsura.

Eodem die.

Sermo XXVII. De vsura, videlicet de eius perpetratione, & excusatione.

Feria 3. post 3. Dom Quadrag.

Serm XXVIII De acquisitis per ludum, meretricium, & alium quemuis modum non concessum; & de restitutione incertorum.

Digitized by Google

Fer 4. post 3. Dom. Quadrag.

Serm. XXIX. De octauo præcepto Decalogi.

Fer. 5 post 3. Dom. Quadrag.

Serm. XXX. De nono, & decimo præcepto Decalogi.

Fer. 6. post 3. Dom. Quadrag.

Sermo XXXI. De contritione.

Sabbato post 3. Dom. Quadrag.

Sermo. XXXII. De confessionis obligatione, & dispensatione.

Domin. 4 Quadrag.

Serm. XXXIII. De confessione, excusatione, frequentatione, & reuelatione.

Eadem Dom.

Serm. XXXIV. De electione confessoris, & confessionis conditione, & fructificatione.

Fer. 2 post 4. Dom. Quadrag.

Sermo XXXV. De confessionis præparatione, explicatione, iteratione, & inductione.

Feria 3. post 4 Dom. Quadrag.

Sermo XXXVI. De iudicio temerario.

Fer. 4. post 4. Dom. Quadrag.

Sermo XXXVII. De bonorum operum facilitate, necessitate, & vtilitate.

Fer. 5 post Dom. 4 Quadrag.

Ser. XXXVIII. De tribulatione, & aduersitatib. patienter tolerandis.

Fer. 6 post 4. Dom. Quadrag.

Serm. XXXIX. De Martyrio.

Sabbato 4. post Dom. Quadrag.

Sermo XXXX. De pestilentiæ signis, & causis, & remedijs.

Finis Indicis Sermonum tomi Primi.



Digitized by Google

3.8.I.45

TABVLA DOCENS QVOT, ET QVA RATIONE,

TVM EX MARIALI, QVOAD FESTA BEATAE Virginis, & totius anni ſabbatha, Tum ex vtraque parte Roſarij quoad alia feſta omnia, extrahi poſſint ſermones: Et quæ cuique per totum annum, dici, ad concionandum materiæ, ac themata accommodari poſſint clariſſime demonſtrans.

Et primo quoad feſta Beatæ Virginis hunc ordinem ſeruat.

IN feſto conceptionis immaculatæ matris Dei accipe ſermonem primum in prima parte principali Marialis : & per nouẽ alios annos poteris prædicare ibidem de ipſa Conceptione accipiendo in octo annis alijs octo alios ſermones ſequentes vbi ſupra. Et nono anno ſermonem ſuper pſal. 86. Fundamenta eius in mõtibus ſanctis. Vide in nona parte principali ipſius Marialis ſermo. 4. par 7. per totam. Et ſic decem annis continuis ſemper nouos ſermones facere poteris de illibata virginis conceptione.

In feſto natiuitatis eius accipe primum ſermonem ſecundæ partis principalis ipſius Marialis: & cum quattuor alijs ſermonibus eiuſdem partis poteris prædicare per alios quattuor annos ſequentes.

In feſto præſentationis in templo ipſius Virginis accipe ſermo. in 4 par. prin. Marialis ſer. primo par prima per totam.

In feſto Annunciationis ipſius Virginis accipe primum ſermonem quintæ partis principalis Marialis. Et de alijs vndecim ſermonibus eiuſdem partis poteris prædicare per vndecim annos ſequentes de eadem annunciatione.

In feſto viſitationis eiuſdem virginis accipe primum ſermonem 6 par. prin. Marialis cũ quo ſimul cum ſequenti poteris prædicare per quattuor annos de eadem viſitatione.

In feſto purificationis eiuſdem Virginis accipe primum ſermonem octauæ partis principalis Marialis cum quo ſimul cum ſequenti poteris prædicare de eadem purificatione per quattuor annos continuos.

In feſto Niuis accipe ſermonem in 9. par. principali Marialis ſermo ſecundo par. prima per totam : de qua poterit prædicari per tres annos continuos accipiendo quolibet anno vnum myſterium ibi poſitum: & illud ampliando cum alijs ſimilibus in eodem libro poſitis de ipſa virgine, quæ faciliter reperientur intuendo tabulam alphabeticam ipſius Marialis.

In feſto Aſſumptionis eiuſdem accipe primum ſermonem vndecimæ partis principalis Marialis, cum quo ſimul cum ſequenti, & cum duobus ſermonibus duodecimæ partis principalis ipſius Marialis poteris prædicare de ipſa Aſſumptione per octo annos continuos. Quia vero populi libenter audiũt aliquid dici quotidie de beata Virgine: ideo quidam prædicatores conſueuerunt in omni ſua prædicatione dicere aliquod miraculum ipſius virginis. Nunc poterunt in ſingulis prædicationibus inſerere aliquid pulchri de ipſa matre Dei: hodie declarando quare aſſimilatur ſoli & ſequenti die quare dicitur luna. Et ſic de alijs ſimilitudinibus de quibus tractatur diffuſe in nona parte principa. Marialis Vel dicendo quotidie aliquam eius excellentiam : de quo vide in 12 parte principali Marialis per totam: & in toto ipſo Mariali: vel ſi prædicetur de aliqua virtute, poterit demonſtrari quomodo ipſa virgo habuit illam virtutem in ſummo, vt declaratur in 4. parte principali ipſius Marialis per totam. Et ſimiliter ſi deteſtetur aliquod vicium poterit oſtendi quomodo ipſa Virgo abeo immunis totaliter extitit. Illudque deteſtata fuit: & ſic quicquid laudabile reperiatur in aliquo ſancto, vel pure creatura poterit oſtendi fuiſſe in virgine Maria: & de nullo prædicabitur quia aliquid poſſit ad

propoſitum introduci de ipſa virgine ſi tabula alphabetica ipſius Marialis bene inſpiciatur.

Omnibus autem ſabbatis maxime quadrage. & Aduen poterit prædicari de ipſa vir.

Quoad Sabbatha hunc ordinem ſerues.

Sabbato poſt quartam feriam cinerum de cõceptione ipſius virginis: vide in prima parte principali Marialis per totam. Thema Orietur in tenebris lux tua. Iſai. 58 & in epiſtola occurrẽti: vel cum eodem themate prædica quomodo B. Vir. aſſimilatur luci de quo vide in 1 par. prin. Maria. ſer. 7. in exor. & in 2 ipſius Maria ſer. 4. in exordio & 9. par. prin. ſer. 4. par. 2. per totam. Item quod dicitur lucerna ardens: de quo vide in nona par. principali Marialis ſermo. 4 parte 3 per totã. Vel ipſo die prædica qũo B. Virgo fuit illuminata ſuper oẽs puras creaturas: & illuminatrix noſtra. Vide in 3. parte principali Marialis ſer. 1 par. 3. Thema implebit Deus ſplendoribus animam tuam. Ibid. in prædicta epiſt. vel prædica quod B. Virgo dicitur paradiſus deliciarum: & hortus voluptatis: Vide in 9. par. prin. Marialis ſer. 1. par. 1 per totam. Thema Eris quaſi hortus irriguus. Ibid. vel prædica quod ipſa Virgo dicitur fons: puteus, & fluuius aquarum. Vide in 9. par. prin. Marialis ſer. 3. par. 3. per totam: & in eodem ſer. par. 5. Thema. Eris ſicut fons aquarum cuius non deficiẽt aquę. In eadem epiſt. Vel prædica quare dies ſabbati eſt dedicatus ipſi B. Vir. Vide in decima par. prin Marialis ſer. 1. in exhor. Thema. Vocaberis ſabbatũ delicatum, & S. Domini glorioſum in eadem epiſtola. Vel prædica quod B. Virgo dicitur nauis: vide in 9 par princ. Marialis ſermo. 3. par 4. per totam. Thema. Erat nauis in medio mari marci 6 & in euangelio occurrẽti. Vel prædica quod B. Virgo dicitur mare. Vide in 3. par. prin. Marialis ſer. 2. par. 2. per totam & 9 par. prin ſer. 2. par. 3 per totam. Thema. Venit ad eos ambulans ſupra mare. In eodem euangelio vel prædica diſputationem inter B. Virg. & diabolum: vide in 4 par. prin. Marialis ſer. 5. par 1. & 2. per totam. Thema. Conſurrexit ſathan contra Iſrael pti para. 21. vel. Ego iudicio contendã tecum. Hiere. 2. Vt ſint verba Virginis ſic dicentis diabolo Vel prædica de angelica ſalutatione. Thema. Salutate matiã quia multum laborauit in vobis. Ad Rom vlt. Et in hoc ſermone ſolum expone quid ſignificet aue: & quare dicitur B. Virgini: vide in 5. parte princ Marialis ſermo 7. par. prima per totam vel cum eodẽ themate prædica de ſalutatione Virginis in generali. vide in 5. parte principali Marialis ſerm. 12 par. ſecunda, tertia, & quarta per totam, & vel prædica de corona ipſius, vide in 12. parte principali Marialis ſermone 1. par. 3 per totam ſermo. ſecundo. & in exor.' & parte ſecunda per totam. Et poteſt etiam accipere pro thema te illud Sap. 4. In perpetuum cõronata triumphat.

Sabbato poſt primam dominicam in quadrageſima de ſanctificatione ipſius B. Virginis, vide in prima par. princ Marialis ſermo 1. par ſecunda vſque in finem illius partis & in 3 par. princ. ſerm. 5. parte 5 & in 4. par prin ſermo. 10 par. prima per totam Item quod B. Virgo dicitur ſanctuarium Dei, vide in 5. parte principali Marialis ſerm. 6. in exor. Thema. Reſpice Domine de ſanctuario tuo Deutero 26. & in miſſa occurrenti. vel prædica quod Beata Virgo dicitur cœlum. Vide in ſecunda parte principa. Marialis ſermone 3. parte prima, & quod habet proprietates cœlorum, vide in 11. par. prin Marialis ſer 2 par 2 vſque in finem illius partis. Thema. reſpice Domine de excelſo cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo. Vbi ſupra: vel prædica quod beata Virgo dicitur nubes, maxime lucida, vide in 9 parte principali Marialis ſermone 3 parte 5 per totam. Thema. Nubes lucida obumbrauit eos Matt. 17. Vel cum eodem themate prædica de pulchritudine ipſius virginis, vide in ſecunda parte princi. Marialis ſer. 4. per totum, & ſerm. 5. parte 4. & 9. parte princi. ſermo. ſecundo par prima & de eius pulchritudine interiori in 3. parte principali Marialis ſer. 3. par. 3 vel prædica de ſalutatione ipſius virginis, exponendo nomen Maria, vide ſex ſermones tertiæ partis principalis Marialis de quibus poteris prædicare per ſex annos continuos eodem die Thema. Nomen Virginis Maria. Lucæ 1.

Sabbato poſt ſecundam dominicam in quadrageſima quod Beata Virgo dicitur terra bona, bono ſemine ſeminata & ad germinandum apta, vide in ſecunda parte princ pali Marialis ſermone 3. par. prima. Vel prædica quod aſſimilatur terræ multiplici ex cauſa. Vide in 9. parte principa. Marialis ſermo. ſecundo par. 8. & in 11. parte principali ſer ſecundo parte ſecunda in principio vſque ad Thema In pinguedine terræ erit benedictio tua Gene 27. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica quod ros ſignificat gratiam Dei deſcendentem in Beatam Virginem, vide in 5. par. prin. Marialis ſermone 9. in exor. vel prædica quod ros B. Virginis eſt decoratiuus, dulcoratiuus, refrigeratiuus & fructificatiuus vide in 9 parte principi Marialis ſerm. 2. par. 4 vel prædica quod B Virgo rore cæleſti multipliciter eſt reſperſa. Vide in 3. parte princi. Marialis ſermone 5. par 3. per totam. Thema. In rore cœli deſuper erit benedictio tua. In eadem epiſtola. vel prædica cum eodem themate quomodo beata virgo fuit gratia plena, proſequendo in expoſitione ſalutationis angelo-

Digitized by Google

angelicæ de quo vide in 2. parte principali Marialis ſermo 5. par. 7. vſque ad finem in 5. par. principali ſermone 7. parte 2. per totam.

Sabbato poſt tertiam dominicam in quadrageſima quod beata virgo fuit illa terra in qua tota trinitas ſcripſit, vide in 9. par. prin. Marialis ſermo 2. par. 8. vſque in finem illius partis. Thema. Ieſus inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. Ioan. 8. & in euangelio occurrenti: vel prædica quod beata virgo dicitur mons. vide in 11. parte principali Marialis ſermo. 2 par. 7 & 9 parte principali ſermone 3 parte 6. per totam. Item quod figuratur per oliuam, vide in 9. par. principali Marial. ſermo 1 parte 7. per totam. Thema. Petrexit Ieſus in montem oliueti. In eodem euangelio, vel prædica quod beata virgo dicitur templũ Dei, vide in 3. parte principali Marialis ſer. 5. par. 5. & in 8 parte principali ſermone 2 in exor. Thema. Ieſus venit in templum. In eodem euangelio.

Vel cum eodem themate expone illa verba ſalutationis angelicę Dominus tecum. Vide in 25. par. principali Marialis ſermone 8. parte prima per totam. Item illa verba. Benedicta tu in mulieribus, vide in 5. parte principali Marialis ſermone 8 par. ſecun. Vel prædica de conceptione Immaculatæ virgi. quam aliqui antiqui, & ſenes doctores accuſauerunt de crimine cuius rei Suſanna figura fuit. Vide in prima parte principali Marialis ſer. 9, parte prima, & ſermonem de conceptione accipe in 9 parte princ. ſer. 4. par. 3. Thema. Falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſum eam. Dan. 7. & in epiſtola occurrenti.

Sabbato poſt quartam dominicam in quadrageſima: quod beata virgo eſt arcus cœleſtis & fœderis. Vide in 3. parte princ. Marialis ſermo 6. par. prima & 9. parte princ. ſermo 2. par 10. per totã. Thema. Dedi te in fœdus populi. Iſaiæ. 49. & in epiſtola occurrenti. Vel cum eodem themate prædica quod beata virgo tenetur nos adiuuare multis de cauſis. Vide in 2. parte prin. Marialis ſermo. primo par. 3. & quod eſt aduocata noſtra habens omnes bonas conditiones aduocatorum. Vide ibidem. vel prædica quod beata virgo eſt mater noſtra. Vide in ſecunda parte princi. Marialis ſermo 2. parte 3 & in 3. parte prin ſermo. 3. parte prima & qualiter ipſa mater noſtra nobis procurat ſupernam benedictionem & hæreditatem: & ſem per ſollicita eſt de noſtra ſalute. Vide in 7. parte princi. Marialis ſermo 4 in exor. Thema. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantuli ſui, in eadẽ epiſt. Vel expone illa verba ſalutationis angelicæ. Benedictus fructus ventris tui. Vide in 3. par. prin. Marialis ſer. 4. par. 5. & in 5. par. prin. ſer. 10. part. 2. per totam Thema. Ego ſum lux mundi. Ioan. 8. Vel prędica quod beata virgo fuit vetus filius. Vide in 3. par. princ Marialis ſer. 4. par 1. & ſermo. 5. part. 1. & quod fuit tota eius mater. Ibidem. Et quod fuit mater valde vnita filio: & ei valde chara in maxima reuerentia. Vide in dicto ſermo. 5. part. 1. Thema. Vbi eſt pater tuus? In eodem euangelio.

Sabbato poſt dominicam de paſſion. quod B. vir. habuit omnes conditiones boni regis. Vide in duodecima par. prin. Marialis ſer. 1. par. 1 Et quod fuit regina cælorũ habens ſex prærogatiuas. Vide in 3. par. 3. per totã. Vel quod regnũ iudęorũ & imperium totius mundi ipſi B. virgi viuenti cõpetebat. Vide in 11. part. princ. Marialis ſer. 1. par. 1. per totam. Et aliquid in ſer. 2. par 1. Thema Ecce rex tuus venit tibi. Zacc. 9. & Ioan. 12. & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica de nobilitate ipſius Virginis à qua Chriſtus traxit omnem ſuam nobilitatem quo ad humanitatem. Vide in ſecunda parte prin. Marialis ſermone primo parte 2. vſque in finem illius partis: & ſermone 5 patte 3. per totam. Vel expone illud verbum angelicæ ſalutationis. Ieſus. in 5. parte princi. Marialis ſermone 21. per totum. Thema. Volumus Ieſum videre. In eodem euangelio. Vel prædica de gaudijs ipſius virginis. Vide in 4. parte princ. Maria. ſerm. 8. part. 2 per totam. Et in 10. part. princi. ſermo. 2. per totum. Thema. Ambulate dum lucem habetis. In eodem euangelio Vel cum eodem themate poteſt prædicari de pulchritudine, & formoſitate ipſius virginis. Vide vt aſſignaui ſupra in ſabbato poſt primam dominicam in quadrageſima: de ipſa quoque pulchritudine poteſt prædicari cum themate Eccleſiaſtici 43. ſcilicet pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Cum prædicto etiam themate. Dum lucem habetis &c. poteſt prædicari: quod beata Virgo per lucem figuratur. Vide vt aſſignaui ſupra in ſabbatho poſt cineres. Poteſt etiam accipi pro themate ſermonis gaudiorum virginis illud Zachariæ 9. Exulta filia Sion. Iubila filia Hieruſalem. Vel illud Iudith 15. Tu gloria Hieruſalem. Tu lætitia Iſrael: tu honorificentia populi noſtri. Vel illud Eccleſiaſt vigeſimoquarto. Qui me elucidant vitam æternam habebunt: de quo vltima themata poſſunt aſſumi in omni ſer. de ipſa Virgi.

Sabbatho ſancto de doloribus & planctu ipſius Virginis, & qualiter ſepelierit filij ſui corpus. Vide in 10. par princ. Marialis ſer. primo per totum. De quo poterunt formari plures prædi-

cationes. Thema. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi Gene primo,& in prophetia prima occurrenti. Vel prædica quod B. Virgo dicitur arida. Vide in 11.parte prin.ſermo.2.parte ſecunda. Thema.vocauit aridam terram. In eadem prophetia. Vel prædica quod ipſa Virgo appellatur mare. Vide vt aſſignaui ſupra in ſabbato poſt cineres. Thema. Congregationes aquarum appellauit maria. Vel prædica quod beata Virgo dicitur archa. Vide in prima parte princ. Marialis ſermo 5. par.3.& in 11. par.princ. ſermone primo in exor. & eiuſdem ſermonis parte 6. & eius partis vndecimæ ſermo.2.parte 6 &parte 3.& 3.parte princi. ipſius Marialis ſermo 2 parte 2. Thema. Fac tibi archam.Gen.60.& in prophetia ſecunda occurrenti. Vel prædica de conceptione virginis. Thema. Archa ferebatur ſuper aquas: ſcilicet peccatorum. Ibidem. Vel prædica quod ipſa eſt diſpenſatrix omnium gratiarum Dei. Vide in 12. parte princ. Marialis ſermo 2.parte prima. Item quod eſt elemoſynaria Dei Vide In 3.par.princ. Marialis ſerm primo parte ſecunda. Item quod eſt cellaria Dei. Ibidem Thema. Omnes ſitientes venite ad aquas. Iſaiæ. 54.& in 5. prophetia occurrenti. Vel accipe pro themate. Dat panem comedenti. In eadem prophetia. Vel prædica quod ipſa virgo dicitur atrium Dei. Vide in 3.parte princi. Marialis ſermo. 5.par.5. & quod eſt domus Dei ſancta. Vide in prima parte prin. Marialis ſermo. 6 parte prima & in 3. parte princ. ſermo 5. par. 5. Thema. Magna eſt domus Dei. Baruch 3. & in 6. prophetia occurrenti. Vel prædica quod ipſa dicitur tabernaculum Spiritus ſancti. Vide in 3. parte princ. Marialis ſermo 5 parte 5. Thema Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu: & in ſecuritatem: & in abſconſionem à turbine & pluuia. Iſa.4 & in 8 prophetia occurrenti.

In ſolennitatibus quoque Dominicis, & aliorum Sanctorum & ſimiliter in ferialibus diebus, poterunt hac ratione ſermones ex eodem Marialli adaptari. Et primo.

In dominica prima aduentus Domini prædica quod B Virgo Maria fuit ſignum magnum quod apparuit in cœlo. Et quod ipſa nobis fuit data pro ſigno directiuo: diſunctiuo: & oſtenſiuo. Vide in 11.par princ Marialis ſermo 2.parte 6. Item quod fuit ſignum magnæ gratiæ: gloriæ & intelligentiæ. Vide in 12 par prin. Marialis ſermo. primo parte 2. Thema Erunt ſigna. Lucæ 21. & in euangelio occurrenti. Vel in ipſa dominica: & per totum aduentum prædica de incarnatione verbi. Et ſermones ad hoc accipe in 5. par prin. Marialis: per omnes duodecim ſermones ipſius. Et vt expeditius materies conuenientes, Vide in tabula alphabetica ipſius Marialis. in verbo. Incarnatio Dei: vſque ad verbum. Indulgentia. Thema. in 1. dominica cum quo per hebdomadam poterit prædicari. Nunc propior eſt noſtra ſalus. Ad Roma. 13.& in epiſtola occurrenti. In ſecunda vero dominica. Thema Erit radix Ieſſe qui exurget regere gentes. Ad Roma. 15. Et in epiſtola occurrenti. Vel. Tu qui es venturus es: an alium expectamus? Matthæi 21.& in euangelio occurrenti. In 3 autem dominica. Thema. Dominus prope eſt. Ad Philip. 4 & in epiſtola occurrenti. Vel. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt Ioan. primo.

In quarta autem feria quatuor temporũ Thema. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Iſai. 70. & in epiſtola occurrenti. Vel Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium: & eleuabitur ſuper colles. Iſaiæ 11. & in prophetia occurrenti. Et accipe ſermonem in 11. par. princi. Marialis ſer 2. par. 7. & in 9 par. prin. ſer. 3. parte 6 per totam. ſcilicet quod B Virgo figurata eſt per montem ſublimem. Vel accipe pro themate. Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galileæ. Lucæ 1. & in euangelio occurrenti.

Feria vero ſexta thema Egredietur virga de radice Ieſſe Iſa. 11. & in epiſtola occurrenti. Et ibi potes prędicare quo beata virgo dicitur virga. Vide in tabula alphabetica Marialis. in verbo. virga. Vel accipe pro themate. Exurgens Maria abijt in montana. Lucæ 1. & in euangelio occurrenti. Et ibi die, quod beata Virgo aſcendit in montana multipliciter. Vide in 6. par prin. Marialis ſer. 1. par. 3. per totam. Vel quod montes ſpirituales inhabitauit. Ibidem Et in montibus: id eſt cum deuotis libenter moratur. Vide in 9. par. princ Marialis ſer 2. parte 1.

Sabbato vero thema. Germinans germinabit, & exultabit lætabũda, & laudans Iſa 35. & in prophetia 2 occurrenti. Et ſermonem ſuper hoc accipe in 5 par. prin. Marialis ſer. 7. par. 1 & in 7. par. prin ſer. 5 par. 1. ſ. quod beata Virgo dolorem in partu non habuit: ſed conſolationem maximam. Vel accipe pro themate. Aperatur terra & germinet ſaluatorem. Iſa 45. in 4. prophetia occurrenti. Vel accipe pro themate Parate viam Domini, Luc. 3 & in euang occurrenti. Dominica vero 4. de Aduentu. Thema Videbit omnis caro ſalutare Dei. Iſa 40. & Lucæ 3. & in euangelio occurrẽti.

Omni tamen ſabbato aduentus poterit prædicari de cantico virginali.

In 1. ſabbato loquendo de eius excellentia in generali. Et in aliis declarando ipſum in particulari. De quo vide in 6 par. princ. Marialis ſer 2 per totum

totum Thema. Magnificat anima mea domi Lucæ 1. Vel prædica omni ſabbato aduentus de nomine Virginis. Vide in 3 prin. Marialis per totam. Et ibi themata inuenies.

In vigilia natiuitatis Domini: de incarnatione verbi. Thema Factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem Ad Rom. 1 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de diſpenſatione beatiſſ. virginis. Thema. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Mat. 1. & in euang occurrenti. Sermonem vero accipe in 4. par. prin. Marialis ſer. 12. per totum. De quo poterit prædicari per tres annos continuos.

Quæ ſequuntur, vt plurimum ex Roſarij vtraque parte habentur.

Vel prædica in 1. dominica aduentus: quod homo dẽt reſurgere à peccato propter multiplicem malitiam ipſius Vide in 2. par. prin roſarij ſermonum ſer 6. part. 1. per totam. Et quod peccator dicitur mortuus multis de cauſis. Vide in eadẽ parte vſque ad. Thema. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Ad Ro. 13 & in epiſtola occurrenti. Vel. Abijciamus opera tenebrarum: in eadẽ epiſ. Vel prædica de ſignis venturis ante iudicium vniuerſale. Vide in 1. par. prine. roſarij ſermonum Ier. 9. par. 2. per totam. Vel prædica quare Deus mittet illa ſigna. Vide in eodem ſerm. parte 3 per totam. Thema. Erunt ſigna in ſole, luna & ſtellis. Lu. 21. & in euangelio occurrẽti, Vel. Cum videritis hæc fieri: ſcitote quia prope eſt regnum Dei. Ibidem. Vel prædica qualiter acquiritur regnum paradiſi. Vide in 2. parte roſarij. ſer 18 par vltima. per totam. Thema. Prope eſt regnum Dei. Ibidem. Vel prædica de fine mundi. vide in 1. part. prin roſarij ſermonum. ſer. 10. par. 1 per totam Thema. Cælum & terra tranſibunt. In eodem euangelio in 2. dominica Aduen. de ſpe peruenienti ad vitam æternam. Vide in 2 par. prin. roſarij ſermonum. ſer. 7. par 1 & ſer. 20. per totum Thema. In eum gentes ſperabunt Ad Roma. 15 & Iſa. 21 ac in epiſtola occurrenti. Vel prædica de regimine reipublicæ. Vide in 2 par prine. roſarij. ſer 34. par 3 ad finem & ſer. 29 par 7. per totam. Thema Exurget regere gentes. Iſa. 21 & in eadem epiſtola: vel prædica de fundamentis fidei Chriſtianæ. Et quod ipſa eſt ſola vera fides in qua ſaluari poſſumus Vide in 1. par prin. roſarij ſermonum ſer 14 in exor. per totum. Thema. Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: in eadem epiſtola: vel'. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Matthæi 21. Et in euangelio occurrenti: vel cum eodem themate: prædica quod Chriſtus fuit verus Meſſias. Vide in 1. par. prin. roſarii ſermonum. ſer. 14. par. 3. per totam. Vel prædica: de miraculis Chriſti. Vide in 1. par. prin roſarij ſermonum ſer. 14. in exor. & in 2. parte uſdem ſermonis. & parte 3 Thema. Euntes renunciate Ioanni quę vidiſtis & audiſtis Cæci vident, claudi ambulant, &c. In eodem euang vel prædica de curatione cæcitatis. Vide in 2. parte principali roſarij ſer. 6. par. 1. Thema Cæci vident.

In tertia dominica aduen. de temperantia & modeſtia. Vide in ſecunda par. principali roſarij ſermonum ſermo octauo parte tertia per totam, & in 4 par. prin. Marialis ſer 3. par 3. per totam, & ſerm 8. par 10 & 11. Thema. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus Ad Philip 4 Et in epiſtola occurrendi. Vel prædica quod in hoc mundo non habemus cauſam gaudendi ſed flendi. Vide in 2. par. prin. roſarij ſermonum. ſerm. 32. par. 1. Et quod mundanę conſolationes ſunt defectibiles: turbidæ: amaræ & difficiles ad habendum. Et e contrario eſt de ſpiritualibus. Et ideo debent appeti & ſolum de eis gaudeti. Vide in 2. par. prin roſarij ſermonum ſer. 38 part. 2. poſt medium Thema. Gaudete in domino ſemper. In eadem epiſt. vel prædica de vocibus inuitantibus ad pœnitentiam, vide in ſecunda parte principali roſarij ſermonum ſermo 6. part. 2. per totam. Thema Vox clamantis in deſerto. Iſa 4. & Iohe. 1. Et in Euangelio occurrenti: vel prędica cum eodem themate de venatione animalium in deſerto huius mundi: vide in 2 part prin roſarij ſermonum. ſerm 12. par. 1. vel prædica de imitatione Chriſti, vide in 1. par. prin ſer. 15. par. 2 & in 2 par prine. ſerm 27. in exor. & ſer 34. in exor & ſerm. 35. in exor. Thema. Dirigite viam Domini In eodem euangelio.

In 4. dominica aduentus de iudicio temerario euitãdo, vide in 1. par. prin. roſarij ſermonum ſer. 36. per totum Thema. Nolite ante tempus iudicare, primæ ad Corin. 4 & in epiſtola occurrenti, vel prædica de in certitudine gratiæ ſcilicet, vtrũ ſimus in gratia Dei, & in ſtatu ſalutis. vide in 2. par. prin roſarij ſermonum ſer 5. par 5. per totam Thema. Nil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, in eadem epiſtola: vel prædica de ſtultitijs: vide in 2. par. prin roſarij ſer 6 part. 1. Thema. Erunt prauа indirecta & aſperа in viаs planas Iſa. 40 ac Lucæ 3 Et in euangelio occurrenti: vel prædica de præparatione ad recipiendam gratiam Dei: vide in 2. par prin. roſarij ſermonum ſer 38 par 7 per totam. Et in 11. par prin. Marialis ſermo. 2. part. 2 Thema. Parate viam domini In eodem Euangelio occurrenti.

In ſacratiſſimo feſto natiuitatis domini & ſingulis diebus vſq; ad octauam eius prædicare po-

Digitized by Google

teris de ipſa natiuitate: & partu ritione virginis accipiendo pro primis quinque diebus quinque ſermones ſeptimę partis principalis Marialis. Pro ſexto autem ſermone prædica vtrum ſi Adam nõ peccaſſet, filius Dei incarnatus fuiſſet. Vide in 5. par prin. Marialis ſerm 4. par. 1. per totam & ſer 5. par. 1. Pro 7 autem ſerm. dic quod Chriſti natiuitas ex virgine & tota eius vita fuit non ſolum à prophetis ſed etiam ab infidelibus prænunciata: vide in 1. parte princ. roſarij ſermonum ſermo. 14. part 3 per totam Themata pro quinque ſermonibus habes in dicta parte ſeptima Marialis. pro 6, autem & 7. ſermone accipe pro Themate Verbum caro factum eſt Ioannis 1 in euangelio diei Natiuitatis.

In dominica infra octauam natiuitatis domini quod hæreditas patris noſtri cæleſtis debetur nobis multiplici iure: vide in 2 part. princ. roſarij ſermonum ſer. 7 par 1. & ſer. 20 par. 5. per totam. Thema. Si filius & hæres per Deum: ad Galat 4. Et in epiſtola occurrenti. Et ibi quomodo mediante beata virgine facti ſumus filij Dei: vide in 7. par prin. Marialis ſermo. 5. par 3 vt prædica de viduitate: vide in ſecunda parte principali roſarij ſermonum ſermo 28 parte ſecunda per totam: & in 5 parte principali Marialis ſermo. 8 par. ſecunda circa medium. Thema. Hæc vidua erat Lucæ 2. Et in euangelio occurrenti: vel prædica de gratia Dei. vide in 2 par. roſarij ſermo. 32 par. ſecunda per totam. Thema. Gratia Dei erat in illo. In eodem euangelio de plenitudine gratiæ Chriſti & matris eius: vide in 5 par. prin. Marialis ſer 7. par. 2. vel prædica de templorum veneratione: vide in 1 part. princ roſarij ſermo. 21. par 3. Thema. Non diſcedebat de templo In eodem euangelio.

In feſto circunciſionis Domini prædica quare voluit circuncidi: & accipe illas rationes pro maiori parte quas poſui in octaua parte prin. Marialis ſermo 1 part. 4 quaſi per totam. Quomodo autem fuit circunciſus dic. vt in decima parte ipſius Marialis ſermo primo parte tertia in princi. Thema. Cõſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer Lucæ 20 Et in euangelio occurrẽti: vel prædica de nomine Ieſu: vide in quinta parte princi. Marialis ſermo 21. per totum: vbi ponuntur triginta eius excellentiæ: de quibus poterunt fieri plures ſermones. Thema. Vocatum eſt nomen eius Ieſus In eodem euangelio.

In die Epiphaniæ accipe ſermonem de ipſa ſolemnitate: & de Magis in decima part. princ. Marialis ſer. 2. par. 3. per totam. Thema. Magi venerunt ab oriente, &c. Matthæi 2. Et in euangelio occurrenti. vel prædica quod beata virgo dicitur ſtella: vide in 3 par. prin. Marialis ſer. 6. per totum Thema. Vidimus ſtellam eius in oriente, ſcilicet, gratiæ; de quo ſermone poterunt fieri plures prædicationes per octauam. Vel prædica quomodo inuenitur puer Ieſus. Vide in 12. part prin Marialis ſer. 2. par. 1. & in 2. par. prin. roſarij ſer. 34 par. 7. Thema. Inuenerunt puerum cum Maria matre eius. In eodem euangelio Vel cum eodem themate prædica qualiter paruulus Ieſus in nobis conceptus & natus debet foueri & nutriri. Vide in 7. part. princi. Marialis ſer. 5. par. 5. vel prædica cum eodem themate qualiter Ieſus fuit paruulus. ibidem. & quare dicitur puer: & de conditionib. bonorum & malorum puerorum: vide in 6 par. prin. Marialis ſermo. ſecundo parte vltima vſque in finem illius ſermonis. Vel prædica de conditionibus quas debet habere eleemoſyna. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſermonum parte tertia per totam Thema. Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera: aurum: thus & mirram. In eodem euangelio. vel prædica de iocunditate viſionis diuinæ, vide in 2 par. prin. roſarij ſermonum ſerm. 19 par. 1. Thema Tunc videbis & affluens & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Iſaiæ 6. & in epiſtola occurrenti.

In dominica infra octauam epiphaniæ quod prudenter debemus nos exercere in omni opere, vide in ſecunda par. principali roſarij ſermonum ſermo 8 part. 4. per totam, & in quarta parte principali Marialis ſermo. tertio parte 4. Thema. Rationabile obſequium veſtrum ad Romanos 12. & in epiſtola occurrenti. vel prædica de contemptu mundi: vide in 2. parte princ. roſarij ſermonum ſermo. 27. parte 3. per totam Thema. Nolite conformari huic ſeculo. In eadem epiſtola: vel prædica cum eodem themate de tertio ordine beati Franciſci. Vide in eodem ſerm. part. 2. per totam. cum ipſo themate prædica de vanitatibus mulierum. Vide in 2. parte principa roſarij ſermone 28. parte 3. vſque ad finem illius partis. Vel prædica contra vicium curioſitatis; vide in 1. parte principa. roſarij ſermonum ſermone 9. parte 2. vſque ad. Thema. Non plus ſapere quam oportet: ſed ſapere ad ſobrietatem. In eadem epiſtola; vel prædica quod multi quærunt Ieſum & non inueniunt, quia non quærunt eum ſuo tempore; loco, & modo; & vbi inuenitur Ieſus; ac vbi non; & quomodo debet quæri, & qualiter amittitur, & quomodo amiſſus recuperatur, & qualiter cuſtoditur in corde, vide in ſecunda parte principali roſarij ſermonum ſermone 34 parte ſeptima. Thema. Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem. Vel poſt triduum inuenerunt eum in templo, &c. Lucæ ſecundo. Vel prædica de virtute obedientiæ quæ fuit in Chriſto: vide in ſecunda parte roſarij ſermonum

monum ſermone nona parte ſecunda, & ſermone 27. parte prima. Thema. Erat ſubditus illis. In eodem euangelio.

In octaua epiphaniæ. Quare filius virginis dicitur agnus Dei vide in 9. parte principa. Marialis ſer 2. parte 15 Thema. Ecce agnus Dei. Iohelis 2. & in euangelio occurrenti. vel prædica quare ſpiritus ſanctus deſcendit ſuper Chriſtum in forma columbæ: vide in 2. part princ roſarij ſermonum ſer. 38. par. 4. vſque ad Thema. Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum, in eodem euang.

In dominica 2. poſt epiphaniam de gratijs gratis datis. vide in 2. par. prin. roſarij ſermonum. ſer. 3 par. 2. & in 4. par prin. Marialis ſer. 9. per totum Thema. habentes donationes ſecũdum gratiam quæ data eſt vobis differentes. Ad Romanos 12. & in epiſtola occurrenti, vel prædica de ſolicitudine circa bona opera. vide in 4. par. principa. Marialis. ſer. 5 par. 2. ad finem, & par. ſexta prin. ſer. 1. parte 2 & in 2 par. princip. roſarij ſermonum ſer. 38 par. 7. Thema. Sollicitudine non pigri. In eadem epiſtola: vel prædica de charitate fraterna: ride in ſecunda parte principa. roſarij ſermonum ſermo. 5. part. tertia vſque ad Thema. Charitate fraternitatis inuicem diligentes In eadem epiſtola. Vel prædica de patientia habenda in tribulationibus. Vide in 4. parte princ. Marialis ſermo. 7. parte 8 & ſermo. 8 parte 4. & in 1 parte principal. roſarij ſermonum ſermo. 38. per totum. & in 2. parte princi e uſdem roſarij ſerm. 8. part. 2. vſque in finem illius partis. Thema In tribulatione patientes. In eadem epiſtola Vel prædica de nuptijs & matrimonio. Vide in prima parte princ. roſarij ſermonum ſerm. 23. par. ſecun vſque in finem illius partis & ſermo 24. parte 1. per totam Vel prædica quomodo debent inter ſe conuerſari coniuges. Vide in 2 par roſarij ſermonum ſer 25. part. 1. per totam. Thema. Nuptiæ factæ ſunt in cana Galileæ Ioan. 2. Et in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica de carnis priuio Vide in tabula alphabetica primę partis prin. roſarij. in verbo. carnis priuij. Vel prædica de miraculis Chriſti. Vide vt aſſignaui in 2 dominica aduentus. Thema. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus In eodem euangelio. Vel cum illo themate. Nuptiæ factæ ſunt &c. prædica de nuptijs, & matrimonio inter beatam virginem & Ioſeph. Vide in 4 parte princi. Marialis ſermone 12. per totum. Vel accipe pro themate. Vinum non habent, ſcilicet, carnalis concupiſcentiæ. Vel cum eodem themate prædica quod nuptiæ & voluptates mundanæ non habent vinum veræ conſolationis Vide in ſecun par. prin. roſarij ſermo. 18. par. 3 & ſer. 27. par 3. & ſer. 38. par. 2. poſt medium. Item quia cito tranſeunt omnia mundana. Vide in eadem par. prin roſarij ſer 36. parte ſecun.

In dominica tertia poſt epiphaniam. de pace. Vide in 2. parte princi. roſarij ſermonum. ſermo. 34 par. 3. vſq; in finem illius partis. Thema. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Ad Roma. 12. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de remiſſione iniuriarum. Vide in 1 parte roſarij ſermonũ ſermone 11. parte 2. in fine & ſermo 38 parte 3 & in 2. par. princ eiuſdem roſarij ſer. 34 part 3. circa medium & vſque in finem illius partis. maxime vſque ad. Thema Mihi vindictam: & ego retribuam. In eadem epiſtola. Vel prædica de ſcandalo euitando. Vide in tabula alphabetica primæ partis prin. roſarij in verbo. ſcandalum. Thema. Prouidentes bona non tantum coram Deo: ſed etiam coram omnibus hominibus. In eadem epiſtola. Vel prædica contra malam exemplaritatem, & commenda bonam quæ debet imitari, & mala vitari Vide in prima par. princ roſarii ſer. 7. par. 3. per totam. Thema. Vel prædica de lepra per quam ſignificatur pecc. tum. Vide in 2. par. prin. roſarij ſermonum. ſer. 33. part 3 vſque ad Thema. Leprosus veniens adorabat eum. Vel. Confeſtim mundata eſt lepra eius. Matt. 8. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de gloria cæleſti. Vide in 2. par. prin roſarij ſermonum ſer 18. per totum Thema Recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. In eodem euangelio.

In quarta dominica poſt epiphaniam. Quomodo quis tenetur diligere proximum. Vide in ſecunda parte princ totarij ſermonum. ſer. 5 parte quarta vſque ad. Thema. Diliges proximum tuum ſicut teipſum Ad Romanos 13 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de excellentia charitatis Vide in tabula alphabetica ſecundæ partis roſarij ſermonum. In verbo charitas. Thema Plenitudo legis eſt dilectio. In eadem epiſtol. Vel prædica religione: quomodo aſſimilatur naui. Vide in ſecunda parte roſarij ſermonum ſermo. 27. parte prima vſque ad Thema. Aſcendente Ieſu in naviculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, Matt. 8. & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica quomodo pœnitentia dicitur nauis. Vide in dicta parte roſarij ſermonum ſermo. 6. parte. 2. circa medium. Vel prædica de fide quæ debet eſſe magna & non parua. Vide in prima parte princ. roſarij ſermonum ſermo. 13. in exor. quæ ſuperat tentationes ſermo. 15. eiuſdem part. prin. par. prima. Et fugat dæmones. Ibidem Thema. Quid timidi eſtis modicæ fidei? In eodem euang. Vel prædica quod peccatum fecit hominẽ amittere omnes ſenſus. Vide in prima part. prin. roſarij

ſermo.

ſermo.10 par.1. Et quod peccator non poteſt ire ad patriam cæleſtem niſi à Deo adiuuetur. Vide in eadem par.prin.ſermo.12 parte 3. & in 2.parte prin.ſer.6.parte 4. Vbi habetur quod ſine gratia Dei non poteſt quis reſurgere à peccato. Item quod ſine ipſa gratia non poſſumus bene operari. Vide in ſecunda parte in prin.roſarij ſer.31.parte 2.Thema. Domine ſalua nos perimus. In eodem euangelio

In quinta Dominica poſt epiphaniam.de verbo Dei libenter audiẽdo. Vide in prima par.prin. roſarij ſermonum ſer.1 & 3. per totum. Thema. Verbum Dei habitet in vobis abundanter in omni ſapientia. Ad Col. 3. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de operibus miſericordiæ. Vide in 2. par prin.roſarij ſermonum ſer.3 per totum. Thema. Induite vos ſicut electi Dei viſcera miſericordiæ. In eadem epiſtola. Vel prędica de nomine Ieſu. Vide vt aſſignaui in die circuncíſionis. Them. Omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite: in eadem epiſtola. Vel prædica quod ſemen verbi Dei Chriſtus detulit de cælo & ſeminauit in terra:& quid ſignificet ſemẽ quadruplex cadens in terram. Vide in prima part. prin.roſarij ſermonum ſer.2 par.vltima. Thema. Bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo. Matt.13.& in euangelio occurrenti. Vel prædica de vitio diſcordiæ. Vide in 2.parte roſarij ſermonum. ſermo.34.part.3. vſque in finem illius partis. Thema. Inimicus ſuperſeminauit zizania. In eodem euangelio.

Dominica in ſeptuageſima vltra ſermonem in tabula prima aſſignatum : potes prædicare de perſeuerantia in bono. Vide in tabula alphabetica ſecundæ partis principalis roſarij ſermonum: in verbo perſeuerantia & in 4.parte princ. Marialis ſer 3 par.2 Thema. Sic currite vt comprehendatis. primæ ad Cori.9. Vel prædica de abſtinentia. Vide in prima parte princ. roſarij ſermonum ſer 5 part.3. Et in 4.par princ. Marialis ſer.3 part. 3. Thema. Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. In eadem epiſtola. Vel accipe pro themate ad idem. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo In eadem epiſtola. Vel prædica de numero ſaluandorum. Vide in 2.par.prin. roſarij ſermonum ſer.23.per totum. Thema. Multi ſunt vocati;pauci vero electi. Matth.20. in euangelio occurrenti. Vel declara quid ſignificet denarius qui datur laborantibus in vinea diuerſis horis venientibus. Vide in 2.part.prin roſarij ſermonum ſer.19.par 6 poſt prin Et ibi quod oportet nos laborare, quia omnes homines ſunt operarij. Vide in prædicta parte roſarij ſer.32.par prima in princ. Item contra non laborantes & otioſos prædica. Vide in 2.par.prin.roſarij ſermonum ſer.37.in exor.& par.2. eiuſdem ſermonis, & in 2. par.princ.roſarij ſermonum ſer 8. part.4.circa finem. Thema Acceperunt ſingulos denarios. Vel. Ite in vineam meam Vel Quid hic ſtatis tota die otioſi? In eodem euangelio.

Dominica in ſexageſima vltra aſſignatum ſermonem in 1. tabula poteſt prædicari quod eleemoſyna aſſimilatur ſemini. Vide in 2.parte prin. roſarij ſermonum.ſer.3.par.3.ante medium. Thema. Semen cecidit in terram bonam. Vel.Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Lucæ 8.& in euangelio occurrenti. Vel prædica cum eodem themate, quod per diuerſa ſemina intelliguntur diuerſi ſtatus religioſorum, & per bonum ſemen intelligitur religio fratrum minorum. Vide in dicta parte princ.roſarij ſer.27.par.prima. Vel prædica contra diuitias. Vide in 2. parte princ. roſarij ſermonum ſerm.30 per totum : & de paupertatis commendatione. Ibidem,& in 4.part.princ. Marialis ſer.7.part.1. circa medium vſque in finem. Thema. A diuitijs,& voluptatibus vitæ ſuffocantur. In eodem euangelio. Vel prædica de patientia. Vide in 1.par princ. roſarij ſermonum ſer.38. par.3 per totam. & in 2.par prin.ſer.8.par.2 vſque in finem illius partis,& in 4.parte princ.Marialis. ſer 3.par.2.& ſer.70 parte octaua ac ſerm.8.parte quarta,& ſer.7.parte 8.ac ſer.8.par.4. Thema.Libenter ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes 2.ad Corint.11.& in epiſtola occurrenti. Vel prædica de gratia Dei. Vide in tabula alphabetica ſecundæ partis principalis roſarij ſermonum: in verbo gratia. Thema. Sufficit tibi gratia mea. In eadem epiſtola.Sed 12.c. Vel prædica de infirmitatibus, & aduerſitatibus patienter tolleran. dis. Vide in tabula alphabetica primæ & ſecundæ partis roſarij ſermonum:in verbo. patientia: & in exordio dic quod infirmitas corporalis plerunque eſt vtilis animæ. Vide in 2 parte princ.roſarij ſer.31.par.prima Thema. Virtus in infirmitate perficitur. Vel,libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti. In eadem epiſtola.

Dominica in quinquageſima : vltra aſſignatum ſermonem in tabula 1. poteſt prædicari de charitate. Vide in tabula alphabetica. in verbo. charitatis. Thema. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam &c primæ ad Corint.13.& in epiſtola occurrenti. Vel accipe pro themate. Nunc autem manent fides,ſpes,charitas,tria hæc. Maior autem horum eſt charitas. In eadem epiſtola. Vel prædica de veritate. Vide in 2 par prin.roſarij ſer 31 per totum. Thema Charitas congaudet veritati. In eadem epiſtola. Vel prædica quod licet nemo ſciat veri-

amore

Digitized by Google

amore an odio dignus ſit. Vnde ad hoc applicari poteſt illud: quod dicitur in euangelio occurrenti Luc 18. Erat verbum iſtud abſconditum ab eis. Et poteſt accipi pro themate: Tamen poſſumus ſperare quod ſi non remanſerit ex negligentia noſtra perueniemus ad vitam æternam. Vide in 1 parte principali roſarij. ſermo 10. per totum. Vel prædica de cæcitate corporali & ſpirituali. Vide in 2. par. principali roſarij ſer 6. par. 1. vſque ad. Thema. Cæcus ſedebat ſecus viam mendicans. In eodem euangelio. Vel cum eodem themate prædica de carniſpriuio. Vide in 1 par prin. roſarij. ſer 6 parte quarta. Vel prædica de fide. Vide in tabula alphabetica 1. part. princ. roſar In verbo. fides Thema. Fides tua te ſaluum fecit. In eodem euangelio. Vel prædica de oratione. Vide in 1. par. princ. roſarij ſermo 21. & 12. per totum: & in 4. par prin. Marialis ſer. 4 in cor & par 1. poſt medium. & in 5. part prin. ſer 6. parte 2 poſt medium & 6. par prin. eiuſdem Marialis ſerm. 1. par. 5. Thema. Cæcus clamabat. Ieſu fili Dauid miſerere mei. in eodem euangelio.

Feria 4 cinerum vltra aſſignatum ſermonem poteſt prædicari de contritione. vide in tabula alphabetica primæ partis princi roſarij in verbo. contritio. Thema. Scindite corda veſtra, vel conuertimini ad dominum deum veſtrum Iohelis 2. & in epiſtola occurrenti: vel cum eodem thematoprædica quod peccatum dimittens facit opus gratiſſimum Deo: vide in eadem parte princ ſer. 7 part. 6. vel quod Deus ſemper eſt paratus peccatorem recipere. Eodem ſermo. part. 7. & ſer 6. part. 4. vel prædica de veneratione eccleſiarum. Vide vt aſſignaui in dominica infra octauam natiuitatis Thema Sanctificate eccleſiam In eadem epiſtola. Vel prædica contra hypocriſim. vide in tabula alphabetica ſecundæ partis roſarij in verbo hypocrita. Thema. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Matth. 6 Et in euangelio occurrenti.

Feria 5. vltra aſſignatum ſermonē poteſt prædicari quod homo debet facere pœnitentiam & ordinare animam ſuam dum tempus habet. vide in 1 par. princ. roſarij. ſer. 7. part 6. poſt medium. vſque in finem. & Thema. Diſpone domui tuæ. Iſa 38 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica cum eodem themate de perculo tardationis pœnitentiæ vſque ad mortem. Vide in eadem parte princ ſer 8 per totum. Vel prædica de fine mundi. Vide in 1. par prin. roſarij. ſerm. 10 part prima per totam. Vel prædica de morte. Vide in tabula alphabetica ſecun. partis roſarij in verbo Mors. Thema. Morieris tu & non viues. In eadem epiſtola. Vel prædica de orationis virtute. Vide in 1. par. roſarij. ſerm. 21 par. 1. per totam. Thema. Audiui orationem tuam. In eadē epiſtola. Vel prædica de gloria paradiſi in 3 par. roſarij ſermonum ſerm. 18. Thema. Recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorum. Matth. 8. Et in euangelio occurrenti. Vel prædica vtrum plures erunt homines qui damnabuntur, quam ipſi ſaluabuntur Vide vt aſſignaui in ſeptuageſima. Thema. Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent &c. Ibidem.

Feria 6. vltra aſſignatum ſermonem poteſt prædicari quod plures clamant ad deum diuerſimode, & quod clamamus propter quattuor cauſas. Vide in 2 par princ roſarij ſer. 33. part. 3. Thema: Clamans ne ceſſes. Iſa 58. & in epiſtola occurrenti Vel prædica quæ ſit melior via perueniendi ad vitam æternam. vide in 2 par. prin roſarij. ſer. 8. par 4. per totam, & ibi concluditur quod eſt via diſcretionis. Thema. Scire vias meas volunt. In eadem epiſtola. Vel cum eodem themate prædica de ſignis futuri iudicij, aut peſtilentiarum & aliorum diuinorum iudiciorum. Vel prædica de miſericordia Dei. Vide in tabula alphabetica ſecundæ partis princ. roſarij in verbo miſericordia Dei Thema. Miſericors ſum Dominus Deus tuus. In eadem epiſtola. Vel prædica de ieiunio. Vide in ſerm. 4 primæ partis princ. roſarij Thema. Hoc eſt ieiunium quod elegi. Ibidem vel prædica quod peccatum eſt ponderoſum. Vide in 2. part princi. roſarij ſermo 6. part. 1 & trahit ad infernum. Eadem parte princ ſerm. 12 part. 1. Thema. Solue faſciculos deprimentes. In eadem epiſtola. Vel prædica de eleemoſyna. Vide in 2. part. princ roſarij ſerm. 3 per totum. Thema. Frange eſurienti panem tuum &c. In eadem epiſtola, Vel accipe pro themate. Cum facis eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua Matthæi 6. Et in euangelio occurrenti. Vel prædica de gloria cæleſti Vide in dicta parte roſarij ſer. 19. Thema, Gloria Domini colliget te. In eadem epiſtola Vel prædica de dilectione inimicorum Vide in 2 parte princ. roſarij ſermo. 34. part 3. vſque ad Thema. Diligite inimicos veſtros Matthæi 5 & in euangelio occurrenti Vel prædica de beneficijs Dei erga homines peccatores. Vide in dicta parte 2. roſarij. ſer. 39. per totam Thema. Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. In eodem euangelio. Vel prædica de vana gloria euitanda. Vide in 2. part. princ. roſarij ſerm. 9 par 2. Thema. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. In eodem euangelio. Vel prædica de oratione ac contemplatione ſecreta. Vide in 6 part princ Marialis ſermo. 1 part. 3. & in quinta parte principali ſerm. 6. part ſecunda poſt

Digitized by Google

medium. Et in ſecunda part. princip. roſarij ſermo 38. part. 7. Thema 1. Cum orabis intra in cubiculum tuum & clauſo oſtio ora patrem tuum in ab condito. In eodem euangelio. Vel in hoc die: & ſimiliter in omni die Veneris quadrageſimæ prædica aliquid circa paſſionem Domini. Vide in 1. patte princi. roſarij. ſermo 39. parte 3 Et in ſecunda parte principali Roſarij ſermo 5 parte 4. ante medium & ſermo. 15. in exor. ſecundo, & in decima parte princ. Manalis ſermo. 1. parte ſecunda de quibus poterit prædicari in omni ſexta feria vſq; ad paraſceuen. Et in hac die accipe pro themate. Clama ne ceſſes, ſcilicet ex compaſſione. In epiſtola occurrenti.

In 6. Feria primæ dominicæ diei quadrageſimæ. Thema Erat Hieroſolymis probatica piſcina. Ioann. 5 & in euangelio tunc occurrenti In qua piſcina erat lignum de quo poſtea facta eſt crux Chriſti. Et ideo fiebant miracula ſanationum in ea.

Feria 6 2. dominicæ. Thema Fera peſſima deuorauit eum. Gen. ſ. 27. & in epiſtola tunc occurrenti. Vel. Apprehenſum eum eiecerunt extra vineam; & occiderunt. Matth. 21. & in euangelio tunc occurrenti.

Feria 6. tertiæ dominicæ. Thema. Hic eſt vere ſaluator mundi. Ioannis 4. & in euangelio tunc occurrenti.

Feria 6. 4. dominicæ. Thema. Eamus & nos & moriamur cum eo, Ioannis 11 & in euangelio tũc occurrenti.

Feria 6 poſt dominicam de paſſione. Thema. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, &c Vel Ab illo die cogitauerunt vt interficerent eum. Ioannis 11. & in euangelio tunc occurrenti.

Sabbato poſt cineres de gloria animæ beatæ. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſermo. 19. parte ſeptima. Thema. Implebit Dominus ſplendoribus animam tuam Iſaiæ 58. & in epiſtola occurrenti Vel prædica de quietis commendatione. Vide in ſecunda parte principali roſarij. ſermone 58. parte ſeptima. Et quod omnia quietum appetunt. In eadem parte principali ſermone 34. par 3. Et homo non poteſt inuenire quietẽ in delitijs vel diuitijs aut honoribus. In eadẽ par. prin. ſer. 9. par. 2 Sed in ſolo Deo inuenitur perfecta requies. Vide in dicta part. prin ſermone 18. parte 3. per totam. Thema. Requiem dabit tibi Dominus Deus tuus ſemper In eadem epiſtola. Vel prædica quare ſabbatum ſit mutatum in dominicam quo ad feſtiuitatem. Vide in prima par. princ roſarij. ſer 19 parte 1. Thema Vocaberis ſabbatum delicatum & ſanctum domini glorioſum. In eadem epiſt. Vel prædica quod delectari debemus de Deo tripliciter Vide in ſecunda part princ. roſarij ſerm. parte. 5 & quod debemus exultare in eo Vide in 6 par. prin. Marialis ſer. 2 parte 2. vſque in finem illius partis. Thema Delectabilis ſuper dominum. In eadem epiſtola. Vel prædica de pœnitentia, aut de religione quæ figurantur per nauem Vide vt aſſignatur in 4. domin. ex poſt epiphaniã Thema Erat nauis in medio mari Marc. 6 & in euangelio occurrenti Vel prædica quod quattuor venti inſurgunt contra nauem religionis: Vide in 2 par prin. roſarij ſer 27 part. prima. Thema. Erat ventus contrarius eis In eodem euangelio. Vel prædica contra ignorantiam Vide in tabula alphabetica 1 & 2. partis roſarij in verbo ignorantia Thema Erat obcæcatum cor eorum. In eodem euangelio. Vel cum eodem themate prædica de cæcitate cordis. Vide in 2 part. princ. roſarij ſer. 6 part. 1.

In prima dominica quadrageſimæ de iudicio vniuerſali. de quo poterit prædicari per totam hebdomadam cum 9, & 10. ſerm. primæ partis princ roſarij. Thema. Ecce nunc tempus acceptabile Ecce nunc dies ſalutis 2 ad Cor. 6 & in epiſt. occurrenti.

Feria 2. thema. Congregabuntur ante eum omnes gentes. Matth. 25 & in euang occurrenti.

Feria 3. Thema. Commota eſt vniuerſa ciuitas Vel. Quis eſt hic. Vel Hic eſt Chriſtus propheta. Matth. 21. & in euang. occurrenti.

Feria 4 thema. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac & condemnabunt eam. Vel Regina auſtri ſurget in iudicio, &c. Matt. 12. & in euangelio occurrenti.

Feria 5 Thema. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech. 18 & in epiſt occurrenti.

Feria 6. Thema. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit. Et impietas impij erit ſuper eum. Ezechiel. 18. & in epiſtola occurrenti.

Sabbato Thema. Memento finis Eccleſ. 36. & in 4. prophetia occurrenti. Vel in hac dominica 1. prædica de veritate. Thema. In verbo veritatis. In eadem epiſtola. Vide prædicationem in ſecunda part. princ. roſarij ſerm. 31 part. prima per totam. Vel prædica de bona fama & infamia. Vide in tabula alphabetica ſecũdæ partis prin roſarij. in verbo fama. & in verbo. infamia. & in verbo. infamationes, & in 4 par prin. Marialis ſermo. 1. part 3. Thema Per infamiam, & bonam famam. In eadem epiſtola. Vel prædica de paupertate euangelica. Vide in prima part princ roſarij ſer. 14. part 3. & in 2. par. prin. ſer. 3. parte 3 & ſer. 27. part. 1. in fine, & vſque ad & in 4. part princ. Marialis. ſer. 7. par. 1. circa medium vſque in finem Thema

Tanquam

Digitized by Google

ſanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. n eadem epiſtola. Vel prædica de tentationibus. Vide in 1 par. princ. roſar. ſerm 21 part. 2 & ſer. 2. par. 3 & in 2 par princ pal. ſermo 27 part. prima Thema. Ductus eſt Ieſus in deſ rtum à ſpiritu vt tentaretur à diabolo Matth 4 & in euangelio occurrenti. Vel prædica de verbi diuini vtilitate. Vide in 1. par princ. roſar j ſer 3 p r 3. per totam. Thema. Non in ſolo pane viuit homo ſed n omni verbo quod procedit ex ore Dei. In eodem euang. habetur. & originaliter Deute. 8. Vel prædica de cuſtodia angelica quâ habemus. Vide n 2. par princ roſarij 20. part. 4. vſque ad & in 11. par princ. Marialis ſermo 2. part 4. Thema. Angelis ſuis Deus mandauit de te vt cuſtodiant te in omn bus vijs tuis. In eodem euangelio, & originaliter pſalm 90. Vel prædica de adoratione Dei Vide in prima par princ roſarij ſer. 16. per totum Thema. Dominum deum tuum adorabis: & illi oli ſeruies In eodem euangelio. & Deute. 6.

Feria 2 primæ hebdomadæ in quadrageſima le eleemoſyna. Vide in 2 par princ roſarij ſermo ertio per totum. Thema. Et ſumui & dediſtis mi i manducare. Matth 25 & in euangelio occurenti. Vel prædica de regno cæleſti. Vide in 2. par. princ. roſarij. ſermone 18 parte v'tima per toam. Thema. Poſſidete paratum vobis regnum à onſtitutione mundi. Vel prædica de æternitate pœnæ damnatorum. Vide in dicta ſecunda arte principali roſarij. ſermone 22. par. ſeptima ſq; ad Thema. Ibunt hi in ſupplicium æternum. n eodem euangelio. Vel prædica de æternitate ælicitatis beatorum. Vide in ipſa ſecunda parte rincipali ſermone 19 par 7 per totam. Thema. bunt iuſti in vitam æter. In eodem euangelio.

Feria 3. quomodo quæritur, & inuenitur Ieus. Vide in 12. parte princ. Marialis ſermo 2. parte prima la. 2. vſque ad & in 2 parte princip roſarij ſermo. 34 part. 7. vſque ad Thema. Quærite Dominum dum inueniri poteſt. Iſa. 55. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de dimiſſione peccati. Vide in prima parte prin. roſar j ſerm. 3 part. & par 3. Thema. Derelinquat impius viam ſum. In eadem epiſtola. vel prædica de miſericordia Dei: vide in tabula alphabetica 2 partis prin. oſarij. In verbo miſericordia Dei Thema. Miſebitur eius quoniam multus eſt ad ignoſcenum. In eadem epiſtola. vel prædica de verbo Dei ide in tabula alphabetica in verbo prædicatoes. Thema. Verbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum. In in eaem epiſtola. vel accipe pro themate. Docebat os de regno Dei Matthæi 11 & in euangelio ocurrenti. vel prædica de veneratione templorum: vide vt aſſignaui infra octauam natiuitatis Domini. Thema. Intrauit ipſe in templum: & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo: &c. vel domus mea domus orationis vocabitur. In eodem euangelio. vel prædica ſermonem de pueris: vide in 6 part. principal. Marialis ſermo. 2. part. vltima vſque in finem illius ſermonis: & in 2 part. principal. roſarij ſermone 15 part 2. ante medium. Thema. Ex ore infantum & lactentium perfeciſti laudem. in eodem euangelio: & originaliter pſalm 80.

Feria quarta, de ieiunio quadrageſimali: vide in prima parte princi. roſ. rij ſerm. 4. part. prima per totam. Thema. Fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Exod. 24 & in prophetia occurrenti. Vel Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb. 3. rij Regum 19. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de vijs ducentibus ad paradiſum. Vide in ſecunda parte princ roſarij ſermo. 35. par. 3. & de vijs quas tenuit Dominus Ieſus in hac vita. Vide in eodem part. princip ſermo. 17. part. 3. poſt medium. Et de via huius mundi quomodo eſt lubrica: foſſata: & illaqueata. Ibidem ſermo 8. parte 4. circa medium. Item eſt tenebroſa: periculoſa: ignota & longa. Ibidem ſermo 14. in exor. Thema. Grandis tibi teſtat via. In eadem epiſtola. Vel prædica de conditionibus audientium verbum Dei. Vide in prima parte princip roſarij ſermo 2. per totum. Thema. Venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis Matthæi 12. & in euangelio occurrenti. Vel prædica quod in anima peccâtis non habitat Deus, ſed dæmones. Vide in 2. parte princip. roſarij ſermo. 38. parte ſeptima. Thema. Intrantes habitant ibi. In eodem euangelio. Vel prædica quod pœnitentiam differens multa mala incurrit. Vide in prima parte principal. roſarij ſermo 7. parte vltima. Thema. Fiunt noviſſima hominis illius peiora prioribus. In eodem euangelio Vel prædica de eleemoſyna. Vide in tabula alphabetica 2. partis principalis roſarij. in verbo eleemoſyna. & quod fratris nomen accipitur diuerſimode. Vide in 2. parte princip roſarij ſerm. 5 part 4 & quod omnes homines dicuntur fratres. Vide in eadem part prin. ſerm. 34. parte 3. Thema. Fratres tui foris ſtant. In eodem euangelio. Vel prædica de præceptis Dei ſeruandis. Vide ſupra in tabula alphabetica. In verbo præcepta. Thema. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt: ille meus frater & ſoror & mater eſt. In eodem euangelio.

Digitized by Google

Feria 5 de anima Vide in 2. part. princ. roſarij. ſermone 10 per totum. Thema. Omnes animæ meæ ſunt Ezechiel 18. & in epiſtola occurrenti Vel prædica quomodo peccatum inducit triplicem mortem. Vide in 2. part. princip. roſarij. ſerm. 6 part. prima vſque ad Thema. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. In eadem epiſtola. Vel prædica de Veritate. Vide in 2 patt. princi roſarij. ſermo. 31. par. 1 per totam. Vel part 2. per totam. Vel part. 3. per totam. quælibet n. pars eſt vna prædicatio. Thema. Fac at veritatem. In eadem epiſt. Vel prædica quod peccator dicitur canis. Vide in 2. par. prin. roſarij ſer. 6 par. 1 Thema. Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus Matthæi 15 & in euangelio occurrenti. Vel prædica. Vnde procedit diuerſitas actionum humanarum. Vide in prima parte prin. roſarij ſerm 7 part. 1. per totam. Thema. Mulier magna eſt fides tua.

Feria 6. vtrum deus puniat aliquem pro peccato alterius. Vide in 1. patt. princip. roſarij. ſermo. 4 part 2 Thema Filius non portabit iniquitatem patris, &c. Ezechi 18 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de vijs mundanorum quæ ſunt malæ. Vide in 2. part. princip. roſarij ſermo 6. parte 1. & ſermo 8. parte 4 circa medium, & ſermo 14. in exor. Thema. Viæ veſtræ prauæ ſunt Ibidem. Vel prædica quod vita æterna non acquiritur ſine contemptu præſentis. Vide in 2. part. princip. roſarij. ſerm 27. parte 3. & quod bonis operibus acquiritur vita æterna. Vide in eadem parte princi. ſerm. 20. part. 8. per totam. Thema. Vita viuet & non morietur. In eadem epiſtola. Vel prædica de fructibus pœnitentiæ. Vide in 2. patt princ roſarij ſerm 6. part. 3. per totam. Thema. Si impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis vita viuet, & non morietur. In eadem epiſtola. Vel prædica de feſtorum celebratione. Vide in 1 parte princip. roſarij 19. per totum. Thema. Erat dies feſtus iudæorum. Ioann. 5. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de confeſſione. Vide in tabula alphabetica. in verbo. confeſſio. Thema. Surge tolle grabatum tuum, & ambula. In eodem euangelio, vel prædica de ſolitudine. Vide in 5. parte principis Mariales ſermo 6. part. 2. & in 2. parte princi. roſarij ſerm. 3ª part. 7. Thema. Ieſus declinauit à turba conſtituta in loco. in eodem euange. vel prædica de dimiſſione peccat.: vide in 1 par. prin. roſarij ſerm 70 par. 6. Thema. Iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. In eodem euangel.

Sabbato de beneficio creationis, vide in 2. patt princ. roſarij ſermo 39. part 1 & de angelorum creatione, locatione ac ſublimatione: vide in præd cta part princip. ſerm. 19 part. 7. vſque ad finem. & vtrum ſi angelus non peccaſſet Deus hominem creaſſet: vide in eadem part. principal. ſermo 10. part prima. Thema. Creauit in laudem & nomen & gloriam ſuam. Deuteron 26. & in 1. prophetia occurrenti. Vel prædica de contemptu terrenorum. Vide in 2. patt. princ. roſarij. ſerm. 22. part 3. per totam Thema. Omnis locus quem calcauerit pes veſter erit, Deut 21. & in 2. prophetia occurrenti. Vel prædica de orationes vide in 1. part. princip. roſarij ſerm 11. & 12. Thema. Exaudiat dominus orationes veſtras. ſecundo Machab. 1. & in 3 prophetia occurrenti. Vel ſine intermiſſione orate 1 ad Theſſal. 5. & in epiſtola occurrenti, vel prædica quod vnus ſolus eſt deus: vide in prima part. princi. roſarij ſermo 14. part. 1. vſque ad Thema Non eſt Deus, præterte Domine. Eccleſiaſtici 36. & in 4. prophetia occurrenti. vel prædica de fine mundi, vide in dicta 1. part princ. roſarij. ſermo. 10. part prima per totam. Thema. Memento finis. ibidem. Vel cum eodem themate prædica de memoria mortis: vide in 2 patt principal. roſarij ſerm. 36. part. 2. per totam, vel prædica quomodo ſpiritus ſanctus à nobis perditur & conſeruatur, vide in 2. par. prin. roſarij ſermo 38 parte 4. Thema. Spiritum nolite extinguere primæ ad Theſſal 5 & in epiſtola occurrenti Vel cum eodem themate prædica quod peccator quantum in ſe eſt, dicitur occidere Deum; vide in 2 par. princ. roſarij ſer 6 parte 1.

Dominica Secunda, in quadrageſſ. quare Deus nõ fecit hominem impeccabilem potiuſquam peccabilem, vide in 1 part. princ. roſar. ſer 37 par. 1. vſque ad finem & quare creauit eos quos ſciebat eſſe damnandos, vide 2. par. prin roſar. ſer. 23. par. 2. Thema. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra primæ ad Theſſa 40. & in epiſtola occurrenti, vel cum eodem themate prædica quod Deus ſemper eſt paratus peccatorem recipere & ſaluare, ſi velit pœnitere, vide in dicta 2. par prin roſarij. ſer. 6 par. 4. & ſermo. 20 in exor. & in 1 parte principali roſarij ſer. 7 par. 7. Vel prædica de iudicij vniuerſalis ſeuer tate. Vide in 1. part. princip. roſarij ſerm. 38. par. 7. Thema. Vinea eſt Dominus de omnibus his. In eadem epiſtola. Vel prædica cum eodem themate de omnibus peccatis mortal. bis ſimul. Vide in 1. par prin roſarij ſer. 6. per totum. Vel prædica cum eodem themate de pœnis inferni Vide in 2 par prin. roſarij ſerm. 21. & 22 per totam, Vel cum eodem themate prædica de flagellis Dei. Vide in 1. par. prin. roſar. ſer. 4. par. 3. & ſerm. 10 part. 1 Et quomodo flagella ipſa euitantur. In eadem par. princ. ſer. 37. par. 3. Et quare

Deus

Dei mittit ſua flagella. In eadem parte princ. ſer 40. in exor. & in 1. par. prin Martialis ſerm. 1. per totam autem medium. Vel prędica de religione. Vide in 1 par prin. roſarij ſermo. 27. par prima per totam. Thema. Bonum eſt nos hic eſſe. Ibidem.

Feria 2. quod Chriſtus eſt verus meſſias. Vide in 1. par prin. roſarij ſer 14. par 3 per totam Thema Si non crediderit is, quia ego ſum, moriemini. Ioan. 8. & in euang. occurrenti. Vel cum eodem themate prędica de fide Chriſti, quæ ſola eſt veriſſima. Vide in eodem ſer. in exor. Vel prędica cum eodem themate de articulis fidei Chriſtianæ. Vide in 1. par. prin roſarij. ſer 13. par 2. vſque in finem illius partis. Vel prędica quod homo per peccatum dicitur mortuus. Vide in 2. parte princ. roſarij ſer. 6. par 1. vſque ad Thema. In peccato veſtro moriemini. In eodem euangelio. Vel prędica quid eſt Deus. Vide in 1. par. prin. roſarij ſer. 13. in exor. poſt medium, & ſerm. 19. in exor. & in 2. par. princ. ſer. 5 par. 4. & ſer. 6. par 1. Et de eius excellentia & incomprehenſibilitate. Vide in 1. par. prin roſarij ſer. 13 par. 3. & ſerm. 15. par 3 & in 2. par. prin. ſerm. 19. par. 6. Thema. Tu quis es? In eodem euangelio. Vel prędica de obedient. 2. Vide in tabula alphabetica 2 partis prin. roſarij. In verbo obedientiæ. Thema. Quæ placita ſunt ei facio ſemper. In eo. euang.

Fer. 3. de viduitate. Vide in 2. par. prin. roſarij ſer 28. par. 2. per totam. Thema. Apparuit mulier vidua tertij Re. 17. & in epiſt. occurrenti. Vel prędica de honore ſacerdotum etiã malorum. Vide in 2. par. prine roſarij ſer. 24 par. 3. & ſer. 25 par. 3. vſque in finem illius partis. Thema. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi Matth. 23. & in euang. occurrenti. Vel cum eodem themate prędica de electione confeſſ. Vide in 1. par. prin. roſarij ſer. 34 par. 1. per totam. Vel prędica de obedientia prælatorum. Vide in 2. par. princi. roſarij ſer. 9. par. 2 la. 2. vſque ad Thema. Omnia quæcumque dixerint vobis facite. In eodem euang Vel prędica de conditionibus prælatorũ. Vide in eadem par. princ. roſarij ſerm. 26. per totum. Super cathedram &c. Vel. Dicunt & non faciunt. Ibidem. Et expone ipſum euangelium contra malos, & ambitioſos prælatos. Vel prędica contra ſuperbiam. Vide in 2 par prin roſarij ſer. 9. in exor. & par. 1 per totam. Thema. Qui ſe exaltaverit humiliabitur. In eodem euangel. Vel prędica de humilitate. Vide in eodem ſer par. 3. per totam. Thema. Qui ſe humiliaverit exaltabitur. In eodem euang. Vel prędica de concordia, & vnitate. Vide in 2. par. prin. roſarij ſerm 15. par. 1. & ſerm 34. par. 3. & in exordio declara quomodo omnes homines dicuntur fratres. Vide. Ibidem. Thema. Omnes vos fratres eſtis. In eodem euang. Vel prędica de expoſitione orationis Dominicæ. Vide in 1 parte prin. roſarij ſerm. 11. par. 2. Thema. Vnus eſt pater veſter qui eſt in cælis In eodem euang.

Fer 4. ſupple tractatum de oratione dominica. Vide vt aſſignaui in feria prædecenti. Thema. Exaudi domine deprecationem noſtram Heſter 13 & in epiſt. occurrenti. Vel prędica de confeſſione. Vide in 1. par. prin roſarij ſer. 32. per totum. Thema. Miſerere populo tuo. In eadem epiſt. Vel prędica de contritione. Vide in ipſa 1 par. princ. roſarij ſer 31. per totum Thema. Conuerte luctum noſtrum in gaudium. In eadem epiſtol. Vel prędica de proſperitatibus mundi nocuis. Vide in 1 par prin. roſarij ſer. 10 par 1. & ſer 38 par 1. & de tribulationum vtilitate. Eodem ſer. 38 per totum. Thema. Neſcitis quid petatis. Matth. 20. & in euang occurrenti. Vel prędica quod Deus habet diuerſos calices. Vide 2. par prin. roſarij. ſer. 9. par. 2. vſque ad. Thema. calicem meum bibetis in eodem euang. Vel cum eodem themate prędica de martyrio. Vel accipe pro themate. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Ibidem. Vide in 1. par. princ. roſarij. ſerm. 39. per totum.

Fer. 5. de cordis humani inſcrutabilitate ab aliqua creatura Vide in 1 parte roſarij. ſerm. 30. in exor. & ſer. 36 par. 1. & quod ipſum cor deſiderat habere Deus, & diabolus. Vide in 2. par princip. ſer. 5. par. 3. in fine. Thema. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Ego dominus ſcrutans corda, &c. Hierem. 17. & in epiſtola occurrenti Vel prędica de diuitib, & paupenbus. Vide in 1. par. prin. roſarij ſer, 30 per totum. Thema Mortuus eſt dives & ſepultus in inferno Luc 16. & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prędica de inferno. Vide in dicta parte 2. prin. Roſarii ſerm. 21. & 22. Vel prędica de proſperitatibus & aduerſitatibus. Vide vt aſſignaui in feria prædecenti. Thema. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua: & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur: tu vero cruciaris. In eodem euangelio. Vel prędica de auditione verbi Dei. Vide in par. prin roſarij. ſermo. 2 & 3. Thema. Habent Moyſen & prophetas, audiant illos. In eodem euangelio.

Feria 6. de inuidia. Vide in prima parte princi. roſarij ſermo, 6 parte 6. per totam. Thema. Inuidebant ei fratres ſui. Gene. 23 & in epiſtola occurrenti Vel prędica de viſitatione, & correctione fraterna. Vide in tabula alphabetica 2. partis principalis roſarij, in verbo, correctio. Thema. Vade

Digitized by Google

& vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos. In eadem epiſtola. Vel prædica de homicidio. Vide in prima par. prin. roſar. ſer 22 per totũ Thema Cogitauerunt occidere eum. Vel. Venite occidamus eum. Vel non interficiamus animã eius: & non effundamus ſanguinem eius. In eadem epiſtola. Vel. Venite occidamus eum. Matthæi 21. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de peſtilentia Vide in prima par. prin. roſarij ſermone 40 per totum Thema. Malos male perdet Vel cum eodem themate prædica de flagellis Dei. Vide ſupra in tabula alphabet. primæ partis principalis roſarij, in verbo flagella, & in verbo flagellauit. Vel cũ ipſo themate prædica de inferno Vide vt aſſignatum ſupra in feria præcedẽti. Vel cũ eodem themate prædica de confeſſione. Vide in 1 par prin. roſar. ſermone 34 par 2 per totam Vel accipe pro themate. Auferetur a vobis regnum Dei. In eodẽ euangelio, & poteſt hæc verba, & alia prædicti ſuperiorus themata exponere contra non bene confitentes Vel prædica cum aliquo ipſorũ thematum contra peccatores, & de malitia peccati. Vide in 2 par prin roſarij ſermo 6 par prima per totam.

Sabbato de venatione animalium. Vide in 2. par. prin. roſarij par. prima. vſque ad Thema. Affer mihi de venatione tua Genes. 23. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de bono conſilio accipiendo, & de conſiliatoribus Vide in 2. parte princip. roſarij ſermo 8 par. 4. & ſermo 9 par. 1. 2. & ſermo 29. par. 7. per totam. Thema. Acquieſce conſiliis meis. In eadem epiſtola. Vel prædica quod peccator in cœna pœnitente debet ponere tria fercula. Vide in ſecunda par princ. roſarii ſermo 6 par. ſecunda. Thema. Fac mihi cibos vt comedam In eadem epiſtola Vel prædica contra luxuriam. Vide in prima par. roſarij ſermo. 6. par. 3 per totam, & ſermo 13 parte 3 & ſermone 23. in exor & in prima parte per totam, & ſerm. 40 par 3. Thema. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Lucæ 15. & in euangelio occurrenti. Et declara parabolam filij prodigi. Vide in 2 par. prin roſarii ſermone 2 parte 11. Vel prædica de confeſſione. Vide in prima parte princ roſarij ſermone 34 parte 3 per totam. Thema. Pater peccaui in cœlum & coram te &c In eodem euãg

Dominica tertia in quadrageſima de dilectione fraterna. Vide in 2 par. prin. roſarij ſermo. 5. parte 3 & par 4 vſque ad Thema. Ambulate in dilectione Ad Epheſi. 5 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de dicto anno ergo nos. Vide in dicto ſermone 5. parte quarta, ſermone 20 parte 3. circa medium, & ſermo. 39 per totum. Thema. Chriſtus dilexit nos. Vel prædica de peſtilentia: aut de flagellis Dei. Vide vt aſſignaui in 6. feria præcedenti. Thema. Propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. In eadem epiſtola. Vel prædica contra fornicationem. Vide in prima parte prin. roſarij. ſermo. 23. per totum. Thema. Omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. In eadem epiſtola. Vel prædica de fine mundi. Vide in prima par. princ. roſarij ſermone 20 parte prima per totam. Thema. Nemo vos ſeducat inanibus verbis ſcilicet dicens mundum adhuc diu duraturum. in eadem epiſtola. Vel cum ipſo themate prædicto de tardatione pœnitentiæ. Vide in prima parte princ. roſarij ſermone 7. par. 6. & parte 7. & ſermone 8 per totum. Vel cum eodem themate prædica de Aduentu anti Chriſti. Vide in ſecunda par. prin. roſarij ſermo. 11. per totum. Vel accipe ad hoc pro themate. Quis non eſt mecum contra me eſt Lucæ 11. & in euangelio occurrenti Vel prædica de ignorantia, & errore contra fidem. Vide in 1. par princip. roſarij ſermo 15. par. 3 per totam, & de aliis ignorantiis vide in tabula alphabetica in verbo ignorantia, & in ſecunda parte principa. roſarii ſermo 6. parte prima & in 1. parte principali roſarii. in conſilio contra iudæos. circa medium. Thema. Eratis aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino &c. In eadem epiſtola. Vel prædica de excommunicationibus. Vide in 2. parte principali roſarij ſermo 37. per totum. Thema. Non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Vel. Nolite effici participes eorum. In eadem epiſtola. Vel ingreſſi habitant ibi. ſcilicet dæmones. Lucæ 11. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de partialitatibus. Vide in ſecunda par. principali roſarii ſermo 34. parte 3. vſque in finem illius partis Thema. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur In eodem euangelio Vel prædica de verbo Dei. vide in 1 parte principa. roſarii ſermo 3. per totum. Thema. Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. In eodem euangelio.

Feria ſecunda de lepra. Vide in ſecunda parte princi. roſarii ſermo 33. par. tertia. vſque ad. Thema. Erat vir fortis & diues. ſermo leproſus quarti Reg 5 & in epiſtola occurrenti. Vel. Multi leproſi erant in Iſrael. Lucæ 4 & in euangelio occurrenti. Vel prædica de confeſſionis iuſtificatione. Vide in 1 par principali roſarii ſermo. 34. parte 3 per totam. Thema. Vade & laua te ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis In eadem epiſtola Vel prædica cum eodem themate de contritione. Vide in 1. par. prin roſarii. ſermo 31. per totum. Vel prædica quod vnus ſolus eſt Deus. Vide in eadem prima

parte

rte principal. roſarii ſermo. 14. parte prima. Thema. Vere ſcio quod non ſit alius Deus in vniuerſa terra niſi tantum Deus Iſrael. In eadem epiſtola.

Feria 3. de confeſſione. Vide in 1. parte principali roſarii, ſer. 34 parte 4 per totam. Thema. Quæcunque ſolueris ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo. Vel. Quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo. Matth. 18. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de correctione fraterna. Vide in 2 parte prin. roſarii, ſer 33. par. 3. Thema. Vade & corripe eum. In eodem euangelio. Vel prædica de dimiſſione iniuriarum. Vide in 2. parte princi. roſa ſer. 34 par. 3. Thema. Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. In eodem euang.

Feria 4. de honore parentum, Vide in 1. par. prin. roſarii ſer. 20. & 21 per totum. Thema. Honora patrem tuum & matrem tuam vt ſis longæuus ſuper terram. Exo. 20. & in epiſtola occurrenti. Vel Honora patrem tuum & matrem tuã Matth. 15. & euangelio occurrenti. Vel prædica de homicidio. Vide in 1. par. prin. roſarii, ſermon. 2. per totum. Thema. Non occides. In eadem epiſtola. Vel prædica de peccato luxuriæ. Vide in dicta 1. par. princ roſarii ſermo 6. par. 3. per totam ſer. 13 parte 3. & ſer. 23. in exor. eiuſdẽ ſer p. 1. & per tot. & ſer 24 par. 3. per tot. & ſer. 40. par 2. Thema. Non mœchaberis. In eadem epiſtol. Vel prædica. de furto. Vide in dicta 1. parte prin. roſarii ſer. 25. in exor. & parte 1. per tot. Thema. Non furtum facies Vel prædica contra falſum teſtim. omne mendaciũ. Vide in d. 1 parte prin. roſarij ſer. 29. in exordio & per totũ illũ ſermonẽ Them. Non loqueris cõtra proximũ tuũ falſum teſtim. In eadem epiſtola. Vel prædica de transgreſſione noni, & decimi præcepti decalogi. Vide in dicta 2. par. prin. roſarii. ſermo. 30. per totum. Thema. Non concupiſces rem proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius. In eadem epiſtola, Vel prædica de cæcitate. Vide in ſecunda par princip roſarii ſermo 6. par. 1. Thema. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Matt. 15. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de confeſſoris electione. Vide in 1. par. princ. roſarii ſermo. 34. parte 1 per totam Thema. Si cæcus cæco ducatum præſtet ambo in foueam cadunt Vel prædica de confeſſione inlida, & iteranda. Vide in prima par. princi. roſarii. ſermo 35 par. 3 per totam. Thema Sine causa colunt me. Vel, Populus hic labiis me honorat cor autem eius longe eſt à me. Vel prædica de peccato linguæ. Vide in 2. parte principali roſarii ſermo 40. per totum. Thema. Quod prolit ex ore hoc coinquinat hominem. In eodem euangelio. Vel prædica de ſcandalis, actiuis, & paſſiuis. Vide in 1. par. principali roſarii ſermo. 30. parte 1. & in 2. parte principali ſermo 33. par. 3. Thema. Audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. In eodem euangelio.

Feria quinta de verbo Dei. Vide in 1. parte principali roſarii ſermo ſecundo per totum. Thema. Audite verbum Domini. Ieremiæ 7. & in epiſtola occurrenti. Vel oportet me euangelizare regnum Dei. vel. Erat prædicans in ſynagogis Galileæ. Lucæ 4. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de præparatione ad confeſſionem. Vide in dicta prima parte principali roſarii. ſermo. 35. parte prima per totam. Thema Bonas facite vias veſtras. In eadem epiſtola. vel prædica de febribus. Vide in ſecunda parte principali roſarii ſer. ſexto par. prima. Thema Socrus Simonis tenebatur magnis febribus. Vel Imperauit febri & dimiſit illam. In eodem euangelio. vel prædica quod Chriſtus eſt verus Meſſias, & filius Dei. Vide in 1. parte principali roſarii ſermo. 14 parte 3. per totam. Thema. Tu es filius Dei. vel. Sciebant ipſum eſſe Chriſtum. In eodem euangel.

Feria ſexta de peccato murmurationis. Vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo quarto parte tertia per totam. Thema. Ceſſet murmuratio eorum. Numer. 20. & in epiſtola occurrenti. vel prædica de adoratione Dei. Vide in prima parte principali roſarii. ſermo. 16. parte ſecunda per totam. & parte vltima. Thema. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate Ioannis 4. & in euangelio occurrenti vel prędica de gratia Dei. vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo 33. parte ſecunda per totam. Thema. Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. In eodem euangelio. vel prædica de Spiritu ſancto. vide in dicta ſecunda parte principali roſarii ſermo 38. per totum. Thema. Spiritus eſt Deus. In eodem euangelio. vel prædica quod Chriſtus fuit meſſias. vide vt aſſignaui in feria præcedenti. Thema Scio quia meſſias venit qui dicitur Chriſtus. ibidem vel prædica de vita æterna. vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo. 19. per totum. Thema. Congregat fructum in vitam æternam. Ibidem: vel prædica quod nullus ſaluatur in fide ſua niſi Chriſtianus. vide in 1. par principali roſarii ſermo 14. in exor. & quod Chriſtus incarnatus eſt propter ſalutem peccatorum vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo 39. parte ſeptima & octaua. Thema. Hic eſt vere Saluator mundi. In eodem euangelio.

Sabbato de diuitiis vide in ſecunda parte principali roſarii ſer. 30. per totũ. Thema. Erat diues valde.

Digitized by Google

valde. Danielis 13. & in epiſtola occurrenti. vel prædica de diuerſis calamitatibus, quibus ſubijciuntur & viri & mulieres. Vide in quinta parte principali Martialis ſermo ſeptimo. parte prima. & quod hæc vita nunquam eſt ſine anguſtijs. Vide in ſecunda parte principali roſarij. ſermo. 27. par. tertia Thema. Anguſtiæ mihi ſunt vndique. Ibidem. vel prædica de ſpe. Vide in 4. par. princi. Martial. ſer. 2 parte 2 & in 2. par prin roſa. ſerm. 7. in exor. & par. 1. & 2. per totam. Thema. Saluat ſperantes in ſe. In eadem epiſtola. vel prædica de verbo Dei Vide vt aſſignaui in quinta feria præcedenti. Thema. Sedens docebat eos. Ioan octauo & in euangelio occurrenti. vel prædica de adulterio. Vide in par. principali roſarij. ſermo. 23. parte ſecunda & ſermone 24. parte prima. Thema. Adducunt ei mulierem in adulterio deprehenſam In eodem euangelio. vel prædica de dimiſſione peccati Vide in prima parte principali. roſarii ſermo ſeptimo parte 6 & parte ſeptima. Thema. Vade & amplius noli peccare In eodem euãgelio vel cum eodem themate prædica quod pro nullo commodo habendo, vel incommodo euitando debet aliquis peccare mortaliter. Vide in ſecunda parte principali roſarij. ſer. ſexto parte prima.

Dominica quarta in quadrageſimã de virginitate. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſermo. octauo parte tertia & ſermo. 18 parte prima. Thema Lætare ſterilis quæ non paris. Ad Galatas 4 & in epiſtola occurrenti. vel prædica quod mali ſemper perſequuntur bonos. Vide in prima parte principali roſarii ſermo. 38 parte tertia, & de perſecutionum vtilitate eodẽ ſermo. parte 1. & in 2. princ. ſermo octauo parte ſecunda. vſq; in finem illius partis. thema. Qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum. in eadem epiſtola: vel prædica de ſuperatione ſenſualitatis: vide in ſecund parte principali roſarii ſermo 12 in exor. & in prima. parte & ſermo 27. parte 1. & parte tertia. Thema. Eiice ancillam & filium eius. In eadem epiſtola: vel prædica de iudicio vniuerſali: aut de fine mundi: vide vt aſſignaui in prima dominica aduentus. Thema. Hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mundum. Ioannis. 6 & in euangelio occurrenti.

Feria 2. de iudicibus & iudiciis vide in prima parte principa. roſarii ſermo 22. parte ſecunda in principio & ſermone 25 parte tertia, & ſermone 33 in exordio circa medium, & in tabula ſecundæ partis alphabetica roſarij, in verbo iudex. thema. Timuerunt regem videntes ſapientiam Dei eſſe in illo ad faciendum iudicium: tertii Regum tertio, & in epiſtola occurrenti. vel prædica de homicidio, vide in prima parte principali roſarii ſermo. 22 per totum. Thema. Nolite interficere eum. Ibidem. Vel prædica de amore matris erga filium. Vide in prima parte principali roſarij ſermo. 20. in exor. & quid tenetur facere filius matri ſuæ. Vide in eodem ſer. parte ſecunda per totam. Et in ſecun. par. principali roſarii ſermo 25. parte tertia per totam. Thema. Hæc eſt mater eius. In eadem epiſtola. Vel prædica de veneratione eccleſiarum. Vide vt aſſignaui in dominica infra octauam natiuitatis Domini Thema Omnes eiecit de templo. Vel. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Ioan. 2 & in euangel. occurrenti. Vel prædica de articulis fidei. Vide in prima parte principali roſarii ſermone 13. parte ſecunda vſque in finem illius partis. Thema. Multi crediderunt in nomine eius: videntes ſigna quę faciebat. In eodem euãgelio. Vel cum dicto themate prædica de miraculis. Vide in prima parte prin. roſarii ſermon. 14. in exor. & in eodem ſermone par ſecunda, & parte tertia, & in 2. parte principali roſarii ſermo. 38. parte 3. in princi. Vel cum eodem themate prædica quis vere credat in Chriſtum & ſic verus Chriſtianus Vide in prima parte principali roſarii ſermo 15. parte 2. per totam.

Feria tertia poteſt prædicari de numero ſaluãdorum. Vide in ſecunda parte principali roſarij. ſermo 23 per totum Thema. Multiplicabo ſemẽ tuum ſicut ſtellas cœli. Exodi. 32. & in epiſtol. occurrenti. Et originaliter Geneſis 15. Vel prædica de miſericordia Dei. Vide in tabula alphabetica ſecũdæ partis principalis roſarii in verbo miſericordia Dei. Thema. Miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter. In eadem epiſtola. Vel prædica de veneratione templi. Vide vt aſſignaui in feria præcedenti. Thema. Die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum. Ioannis 7 & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica de feſtorum celebratione. Vide in prima parte principali roſarii ſermo 19. per totum. Vel prędica de homicidio. Vide vt aſſignaui in feria præcedenti Thema Quid me quęritis interficere. Ibidem. Vel prędica de articulis fidei: aut de vero Chriſtiano. Vide vt aſſignaui in ipſa feria præcedenti. Thema. Multi crediderunt in eum. In eodem euangelio. Vel prędica vtrum quis teneatur iudicare ſecundum allegata, & probata in iudicio: an vero ſecundum veritatem cognitam in conſcientia. Vide in prima parte principali roſarii ſermo 22. parte 2. & in ſecunda parte principali ipſius

ipſius roſarij ſermo 31. parte tertia. Them. Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. In eodem euangelio.

Feria 4. de nomine Ieſu. Vide in 5. parte principali Marialis ſermo 11. per totum. Thema. Sanctificabo nomen meum magnum. Ezech. 36 & in propheta occurrenti. Vel prædica de Spiritu ſancto. Vide in 2. parte principali roſarii ſermon. 38. per totum. Thema. Spiritum meum ponam in medio veſtri. In eadem propheria. Vel prædica de promiſſione quam fecimus in baptiſmo. Vide in prima parte principali roſarij ſermo. 15. parte ſecunda, & ad quid tenetur baptizatus: vide in ſecunda parte principali roſarij. ſermo 34. parte tertia. & in exordio dic quod Baptiſmus eſt prima tabula poſt naufragium: vide in prima parte principali roſarij. ſermo. octauo. in exor. & quod baptiſmus aperit paradiſum. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſermo 20. parte quarta. Thema. Effundam ſuper vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. In eadem prophetia. Vel prædica de confeſſione: vide in 1. par prin. roſarij ſermo 33 parte prima & 2. Thema Lauamini: mundi eſtote Iſaiæ primo, & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de cogitationibus vide in 1. parte principali roſarii ſermo. 30. parte 1. & in 2. parte. principali roſarij ſermo. 33. parte tertia. Thema. Auferte malum cogitationũ veſtrarum ab oculis meis. Ibidem. Vel prædica de dimiſſione peccati. Vide vt aſſignaui in ſabbato præcedenti. Thema. Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere. In eadem epiſtola. Vel prædica de cæcorum illuminatione: vide in 2. parte principali roſarij ſermone 6. parte prima. Them. Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Ioannis 9 & in euangelio occurrenti: vel. Cæcus natus eſt vel, Aperuit oculos cæci nati. Ibidem; Vel prædica de ſchiſmate, & partialibus; vide in ſecunda parte principali roſarij ſerm. 14. parte tertia. Thema. Sciſma erat inter eos. In eodem euangelio. vel prędica de impedimentis orationis. Vide in 1. parte principali roſarij ſermone 12. per totum. Thema. Scimus quia peccatores Deus non exaudit. Ibidem. Vel prædica de peccato originali. vide in 1. parte principali roſarij ſermone 5 par. 3. & in ſecunda parte principali roſarij ſer. 1. par. 1. & in prima parte principa Marialis ſerm. 1. parte 2. Thema. In peccatis natus es totus. Ibid. Vel prædica de honore parentum. Vide in prima parte principali roſarij, ſermo. 20. & 21. per totũ. Thema. Scimus quia hic eſt filius noſter. In eodem euangelio. Vel prædica de adoratione Dei: vide in d. 1. parte prin. roſarij ſermo 16. part. 2. per totam. Thema Procidens adorauit eum. Ibidem.

Feria 5. de contritione. Vide in prima par. prin. roſarij ſerm. 31. per totum. Thema Anima eius in amaritudine eſt. quarti Regum 4. & in epiſtola occurrẽti. vel prædica quod peccatum facit amittere omnes ſenſus. Vide in 1. parte princi. roſarii. ſer. 10. part. 1. & in ſecunda par. principa. roſarii. ſermo 6. par. prima. Thema Non erat ei vox neq; ſenſus. In eadem epiſtola. vel prædica quod peccator dicitur mortuus: & quod peccatum ſubiicit hominem triplici morti. Vide in ſecunda parte princ. roſarii ſer 6. parte prima. Thema. Mortuus iacebat in lecto. Ibidem, vel defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Lucæ 7. & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica de mortuis à Chriſto reſuſcitatis. & quid ſignificent Vide vbi ſupra proxime, vel ad hoc accipe pro themate, Adoleſcens tibi dico ſurge: vel. Reſedit qui erat mortuus. In eodem euangelio, vel prædica de confeſſione omnium peccatorum. vide in 1 parte principalis roſarii ſermone 35. per totum. Thema. Oſcitauit puer ſepties: aperuitq; oculos ſuos. In eadem epiſtola: vel prędica de omnibus peccatis mortalibus ſimul cum eodẽ themate vide in 1. parte principali roſarii ſermone 6. per totum. Vel prædica de educatione filiorum vide in ſecunda par. princ. roſarij ſermo. 25. parte ſecunda per totam Thema. Tolle filium tuum in eadem epiſtola.

Feria ſexta poteſt prædicari quod peccatum vulnerat animam. vide in 2. parte princ. roſarii ſermo 6. par. 1. & quod facit amittere omnes ſenſus: vide vt aſſignaui in præcedenti. Thema. Erat languor fortiſſimus ita vt nõ remanerẽt in eo alitus tertii Reg. 17 & in epiſtola occurrenti vel accipe, pro themate, Erat quidam languens Lazarus Ioan 11 & in euangelio occurrenti: vel prædica de verbo Dei: vide in 1. parte prin. roſarii ſermo 1, 2. & 3. Thema. Verbum Dei in ore tuo verum eſt. In eadem epiſtola: vel prædica de ſuffragiis mortuorum Vide in 2. par princip. roſarii ſerm. 2. par 2. per totam Thema. Eamus & nos & moriamur cum eo. ſcilicet mortuo noſtro per compaſſionem. In eodem euangelio: vel prædica quod mortui dicuntur dormientes multis de cauſis: vide in 2. parte princ. roſarii ſerm. 1. parte prima. Thema. Lazarus amicus noſter dormit. Ibidem. Vel prædica de fidei vtilitate. vide in 1. par. princ. roſarii ſerm. 15. in exor & par. 1. per totam. Thema. Qui credit in me non morietur in æternum. Ibid. vel prædica quod Chriſtus eſt verus meſſias: vide vt aſſignaui in 5 feria poſt tertiam dominicam in quadrage. thema. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ibidem vel prædica de peccatore inueterato & de mala conſuetudine. Vide in 1. par. prin. roſarii ſer.

8. par.

Digitized by Google

8 par.1.& in consilio contra iudæos & in 2.parte principi.rosarii serm.31.par.1. Thema. Iam fœtet quatr.duanus est. Ibid.vel prædica cum ipso themate quod peccatum est horribiliter fœtidum: Vide in 2.par.per totam. Thema. Deum timete. Ibidē. Vel prædica de gaudijs paradisi. Vide in 2. parte principali rosarij ser 18 & 19 per totū. Thema. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Vel Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioan.16 & in euangelio occurrenti.

Dominica quarta de refrenatione linguæ. vide in secunda parte principali rosarij sermo 4 parte prima per totam. Thema. Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum primæ Petri primo. & in epistola occurrenti. Vel prædica de ira. Vide in 1. parte principali rosarij sermo 6 parte quinta per totam. Et in secunda parte principali rosarij sermo 9. parte 2. Thema. Ira viri iustitiam Dei non operatur. Ibidem. Vel prędica de conditionibus audientium verbū Dei. Vide in prima par.principali rosarij.sermo.secundo per totum. Thema. Cum mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. Ibidem.

Dominica quinta de verbo Dei. Vide in prima par.principali rosarii sermo.tertio per totū. Thema. Estote factores verbi: & non auditores tantum, &c. Iacobi primo & in epistola occurrenti. Vel prædica de refrenatione linguæ. Vide vt assignaui in dominica præcedenti. Thema. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam: huius vana est religio. Ibid. Vel prædica de oratione. Vide in prima parte princ.rosarii ser.11. & 12 per totum. Them. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Vel. Petite & accipietis. Ioan.16. & in euangelio occurrenti. In Lætanijs maioribus de oratione. Vide vt assignaui in dominica præcedenti. Thema. Multum valet deprecatio iusti assidua. Iacobi 5 & in epist. occurrenti. Vel Petite & dabitur vobis. Vel. Omnis qui petit accipit. Lucæ 11. & in euangelio occurrenti. Et expone ad hoc epistolam & euangelium.

In vigilia Ascensionis. In quo consistit vita æterna. Vide in secunda parte principali rosarij ser. 19. parte 1. per totam. Thema. Hæc est vita æterna: vt cognoscant te verum Deum: & quem misisti Iesum Christum. Ioan.17. & in euangelio occurrenti.

In Ascen. Domini per totam 8. potest prædicari cum sermone assignato in 2 parte princ rosarij in die suo. Vel prædica quod ascendentem in cœlum filium suum B. Virgo vidit, & mirabiliter cōsolata fuit. Vide in decima parte princip. Marialis sermo 2. par. 5. & quod etiam ipsa ascēdere secum cupiebat multis de causis: & eum rogabat vt eam secum assumeret. Et quare filius eam non assumpsit secum Vide in 11. par prin. Marialis ser.1.par. prima per totam. Et in parte secunda & tertia similiter per totam. Thema. Videntibus illis eleuatus est &c Act.1. & in epistol.occurrenti. Vel Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Marci 15. & in euangelio occurrenti.

Dominica infra octauam Ascensionis de prudentia. Vide in 4 parte principalis Marialis sermo 3.par.4 & in 2.parte princ.rosarij sermo 8. parte 4 Thema. Estote prudentes primæ Petri 4. & in epistola occurrenti. Vel prædica de oratione. Vide vt assignaui supra in dominica 5. post pascha Thema. Vigilate in orationibus. Ibidem. Vel prædica de charitate. Vide in tabul alphabetica secundæ partis principalis rosarij. in verbo charitas. Thema. Charitas operit multitudinem peccatorum. Ibidem.

In vigilia Pentecostes de præceptis Dei seruandis. Vide in prima parte princi. rosarij ser 16. & in exor & parte prima per totam. Et ser. 17. in exor. & sermo 27. parte prima circa finem. Thema. Si diligis me mandata mea seruate. Ioan. 14 vel prædica de dilectione Dei. Vide in secunda parte principali rosarii sermo 5. parte tertia. & eodem ser. parte 4 Thema. Qui diligit me, diligetur à patre meo. Ibidē. Vel cum eodem themate prædica vtrum Deus possit odio haberi. Vide in 2. parte principali rosarii sermo. 40 parte 1 per totam.

Dominica in die Pentecostes potest prædicari de spiritu Sancto cum sermone ibi assignato in secunda parte principali rotarii non solum ipsa die, sed & per totam octauam, faciendo de qualibet parte vnum sermonem. Ipsa die accipiendo thema ibi assignatum.

Feria secunda. Thema. Cecidit spititus Sanct. super omnes qui audiebant verbum. Vel. Gratia Spiritus Sancti in nationes effusa est. Act. 10. & in epist. occurrenti.

Feria tertia. Them. Imponebant manus super eos: & accipiebant spiritum sanctum. Act. 6 & in epistola occurrenti.

Feria quarta. Them. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filii vestri Act. 6 & in epist. occurrenti. Originaliter autem Ioelis 2.

Feria quinta. Thema. Factum est gaudiū magnum in illa ciuitate. Act 8 & in epist. occurrenti Per ciuitatem autem expone animam quæ dicitur ciuitas. Vide in 9 parte princ. Marialis ser. 4. parte 7. In illa enim ciuitate: id est anima quæ recipit spiritum Sanctum, fit magnum gaudium.

Feria sexta. Thema. Dedit vobis Deus doctorem

Digitized by Google

n iuſtitiæ. Vel. Deſcendere faciet ad vos imꝫ matutinum & ſerotinum. Ioelis 2. & in epiſla occurrenti.

Sabbato. Them. Effundam de ſpiritu meo ſuꝫ omnem carnem &c. Vel. Super ſeruos meos ancillas meas effundam de ſpiritu meo & prꝫetabunt. Ioelis 2. & in miſſa occurrenti.

In die etiam Pentecoſtes potes prædicare: quoodo beata virgo Maria ſpiritus ſancti receptioſe ſuper omnes alios præparauit: & diligentius ſum cuſtodiuit: & maiorem eius virtutem ac oꝫrationem in ſe habuit. Vide in 11. parte principalis Marialis ſermo. ſecundo parte ſecunda. Et uod Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes in eam ꝫſcendens: pſam ineffabili gaudio repleuit. Vide in decima parte principali Marialis ſermo ſecundo parte ſexta per totam. Thema. Repleuit ꝫtam domum Act. ſecundo, & in epiſtola occurꝫnti. Et in exordio die quod beata Virgo dicitur omus Dei. Vide in prima p.rte princ. Marialis ꝫr.6 par.1. & in 3 par. prin. ſermo 5 parte 5.

Feria 2. de prædicatoribus. Vide in 1. par. prin. oſarii ſer.1 per totum. & ſer.3. par 2. & in 2 parte ꝫrin. roſarii ſerm.6 parte 1. & ſer.9 par.2. Thema. Nobis præcepit dominus prædicare populo Act. o. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de iudiio vniuerſali. Vide in prima parte principali roarii ſer.10 per totam. Thema. Conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Ibidem. Vel ꝫædica de propheuis vitæ Chriſti & paſſionis ius. Vide vt aſſignaui ſup. in 2. fer. poſt paſcha. Them Huic omnes prophetæ teſtim. perhibent. Ibidem. Vel prædica de vtilitate prædicationis. Vide in prima parte principali roſarii ſermo tertio parte tertia per totam. Thema. Cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Ibidem. vel prædica quod baptiſmus eſt prima tabula poſt naufragium Vide in prima parte principali roſarii ſermo 8. in exord. & de promiſſione quam fecimus in baptiſmo. Vide in dicta prima parte roſarii. ſer.15 parte ſecunda. Et in ſecunda parte principali roſarii. ſermo. 34. parte tertia; & quod per baptiſmum aperitur porta paradiſi. Vide in ſecunda parte principali roſarii ſer. 20 par. quarta. Et nunquid beata virgo fuerit baptizata. Vide in quarta parte principali Marialis ſermo. 11 parte tertia. Thema. Iuſſit eos baptizari in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. ibid. vel prædica quod Chriſtus humanatus eſt, vt peccatores ſaluaret. Vide in ſecunda parte principali roſarii ſermo 19. parte 7. & octaua, atque 17. Thema. Miſit Deus filium ſuũ in mundum vt ſaluetur mundus per ipſum. Ioannis tertio, & in euangelio occurrenti. vel prædica de veritate. Vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo 31. parte 3 per totã. Thema. Qui facit veritatem venit ad lucem. In eodem euangelio.

Feria tertia poteſt prędicari de baptiſmo. Vide vt aſſignaui in feria præcedenti. Thema. Baptizati erant in nomine Domini Ieſu actuum 6. & in epiſtola occurrenti. vel prædica contra ambitionẽ. Vide in ſecunda parte principali roſarij. ſer. nono parte ſecunda ſermo. 16. parte quarta, & ſermo 31. parte 1. Thema. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Ioan. 3. & in euangelio occurrenti. vel cum eodẽ themate prædica de malis prælatis; vel prædica de conditionibus bonorum prędlatorum. Vide in ſecunda parte principali roſarii. ſermo 26. per totum. Thema. Qui intrat per oſtium paſtor eſt ouium. Ibidem, & expone euang. de bonis & malis prælatis.

Feria quarta poteſt prædicari de ſignis iudicii. Vide in prima parte principali roſarij ſermo nono thema. Sol vertetur in tenebras, & luna in ſanguinem antequam veniat dies Domini magnus. Ioelis 2. & in miſſa occurre pro Themate. Si quid patimini propter iuſtitiam Beatitis. In eadem epiſtola. vel prædica de charitate fraterna. Vide vt aſſignaui ſupra in Dominica 3. in quadrageſima vel prædica de ira & odio. Vide vt aſſignaui in Dominica ſecunda præcedenti. Thema. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio Matt 5. & in euang. occurrenti. vel prædica de reconciliatione. & pace facienda cum inimicis. Vide in ſecũda parte principali roſarii. ſermo 4. parte tertia. Thema. Vade prius reconciliari fratri tuo &c. ibid.

Dominica ſexta de miſericordia Dei. Vide in tabula alphabetica ſecundę partis principalis roſarii. in verbo miſericordia Dei. Thema. Miſericor ſuper turbam. Matt. 8 & in euangelio occurrenti vel prædica quòd renouamur multipliciter à Spiritu ſancto Vide in ſecunda parte principali roſarii ſermo, 8 parte ſexta. & quòd dimiſſa mala conſuetudine peccandi debemus nouam vitã cæpere actitare. Vide in ſecunda parte principali roſarii ſer. 17 parte. 2. Thema. In nouitate vitæ ambulemus Ad Rom. 6 & in epiſtola occurrẽti. Vel cum eodem Themate prædica de iuſtificatione pœnitentiæ. quæ renouiſcere, & renouari facit opera noſtra per peccatum mortificata. Vide in 2 par. principa. roſarii. ſerm. 6 par. 3 per totam.

Dominica ſeptima, quod peccatum eſt cauſa multiplicis mortis. Vide in 2. part principa. roſarii ſerm. 6. par. 3. Thema. Finis illorum mors eſt vel. Stipendia peccati mors. ad Romanos 6 & in epiſtola occurrenti. vel prædica de gratia Dei.

Digitized by Google

Vide in 2 parte principali roſarij. ſerm. 33. parte 2. per totam. Thema. Gratia Dei vita æterna. ibidē. vel prædica de multis falſis prophetis. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſerm. 9. par 2. Thema. Attendite à falſis prophetis. Matth. 7. & in euangelio occurrenti.

Dominica octaua, quòd nobis multiplici iure debetur hæreditas patris cœleſtis. Vide in 2 parte principali roſarii ſerm 7. part. 1 & ſermo. 20 par. 5. per totam. Thema. Ipſe Spiritus Sanctus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei, & hæredes. Ad Roma. 8 & in epiſtola occurrenti. vel prędica, quod oportebit nos reddere rationem Deo de omnibus peccatis. & de tempore amiſſo: ac de cogitationibus vanis & verbis ociosis. *Vide* in prima parte princip. roſarii. ſermo 10. parte tertia in fine. Thema Redde rationem villicationis tuæ. Lucæ 16 & in euangelio occurrenti. vel prædica de elemoſyna Vide in 2. parte princip. roſarij ſer. tertio. per totum. Thema. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. &c. ibidem.

Dominica nona. de deſtructione Hieruſalem, Vide in 1. par princip. roſarii. ſerm. 9. par. 3. & ſer. 10 par. 1. duplex Thema. Videns ciuitatem fleuit ſuper illam &c. Lucæ 19. & in euangelio occurrenti. vel cum eodem Themate prædica de flagellis Dei. Vide in prima parte principali roſarii ſermo nono, parte tertia. & ſermo. quadrageſimo. in exord. & ſermo. trigeſimo ſeptimo. part 3. & ſerm decimo. parte prima. vbi ponuntur cauſæ propter quas miſit Deus flagella ciuitati Hieruſalem, vel prædica de veneratione eccleſiarum. Vide vt aſſignaui in Dominica infra nauitatem Domini. Thema. Domus mea domus orationis vocabitur. ibidem. Vel cum eodem Themate prædica de oratione. Vide in prima parte principali roſarii. ſermo. vndecimo. vel prædica de verbo Dei. *Vide* in prima p. principali roſarij, ſerm. tertio. thema. Erat quotidie docens in templo. ibidem.

Dominica decima, de ſcientiis. Vide in Tabula alphabetica ſecundæ partis principalis roſarij in verbo ſcientia. Thema. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ. primæ ad Corinth duodecimo. & in epiſtola occurrenti. vel prædica de gratiis Dei. Vide in dicta Tabula in verbo. gratia. Thema. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Ibidem. vel prædica cum eodem Themate de donis Spiritus ſancti. Vide in quarta parte principali Marialis ſermone quinto. in exor. & ſermo. ſeptimo. per totum. & in ſecunda parte puncipali roſarii ſermo. trigeſimo octauo, parte ſexta, per totam. vel cum ipſo Themate prædica de fructibus ſpiritus.

Vide 4 parte principali Marialis ſermo. 7. per totum. vel ad hoc accipe pro Themate. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, vel hæc omnia operatur, vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. ibidem, vel prædica de ſuperbia & humilitate. Vide in prima principali Roſarij ſermo 6. parte 1. per totam. & ſermo. 13. parte 3. & ſermo 4 parte 2 & in 2 parte principali Roſarii ſermo 9 per totum Thema. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Luc. 18. & in euangelio occurrenti.

Dominica 11 de euangelij, ac ſacræ ſcripturæ, atque theologiæ excellentia Vide in 2. par principali roſarij ſermo. 29. parte 3. Thema. Notum vobis facio euangelium, quod prædicaui vobis. primæ ad Corint. 15 & in epiſtola occurrenti vel prædica de gratia Dei. Vide in tabula alphabetica ſecundæ part. principalis roſarij in verbo. gratia. Thema Gratia Dei ſum id quod ſum. ibidē. Vel prædica de miraculis. Vide in 1. parte princ. roſarij ſerm. 14 in exor. Et eodem ſermone parte 2. & parte 3. & in 2. par. pr. roſarij, ſer 38. par. 3. in prin. Thema. Bene omnia fecit, ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Marci 7. & in euangelio occurrenti.

Dominica 12. quod Deo non adiuuante nihil boni agere poſſumus. Vide in 2. par. princ. roſarij ſermo. 6 par. 4. nec à peccato reſurgere. Vide in eodem ſermo par 4. Them. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt 2. ad Cor. 3 & in epiſtola occurrenti: vel prædica quomodo Deus eſt diligendus toto corde &c. Vide in 2 par. princ. roſarij ſerm. 5. par. 3. & quod eſt diligendus ſuper omnia. Vide in eodem ſermo par. 4. thema. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Luc. 10. & in euangelio occurrenti: originaliter autem Deuter 6 vel prædica quod homo debet eſſe ſolicitus circa ſpiritualia: vide in 2 parte princ. roſarij. ſermo. 32. part. 1. & quod ſibi ipſi debet homo prius attendere quàm alijs. Vide in 2. par. princip. roſarij ſermo. 34. part 32. Quia prima charitas incipit à ſeipſo, vide in dicta 2. par princ. roſarij ſermo 3. par. 3. Thema. Curam illius habe. ſcilicet animæ tuæ: in eodem Euangelio.

Dominica 13, de leproſis. Vide in 2. par. princi. roſarij. ſermo 35. part. 3. Thema. Occurrerunt ei decem viri leproſi. Luc. 12. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de ſacerdotum veneratione. *Vide* in 2. par. principali roſarij. ſermo. 25. part. 3. Thema. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Ibidem.

Vel

Digitized by Google

Vel prædica de fide. Vide in prima par. princi rosarij sermo 15 per totum. Thema. Fides tua te salvum fecit Ibidem.

Dominica 14 de cruce suscipienda. Vide in prima parte principali rosarij sermone 39 parte 3. Vbi ponuntur octo genera martyrij sine sanguinis effusione. Thema. Qui sunt Christi; carnem suam crucifixerunt cum vicijs, & concupiscentijs. Ad Galat. 5. & in epistola occurrenti. Vel prædica de omnibus peccatis capitalibus simul. Vide in 1. parte princip. rosarij sermone 9. per totum. Thema. Qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Ibidem: vel prædica de fructibus spiritus. Vide vt assignaui in Dominica decima præcedenti. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, &c. Ibidem. Vel prædica de contemptu mundi. Vide in 2. par. principali rosarij sermone 27. parte 3 per totam. Thema. Nemo potest duobus dominis seruire. Matthæi 6 & in euangelio occurrenti: vel accipe pro Themate. Non potestis Deo seruire & mamonæ. Ibidem. Cum quo potest etiam prædicari contra auariciam. Vide in 1. parte principali rosarij sermone 6. parte 2. per totam: & sermone 13. parte 3. & in 2. parte principali rosarij sermo. 6. parte 1. & sermone 30 parte 1. per totam: & eiusdem sermonis parte 1. vel prædica de desiderio regni cælestis. Vide in 2. parte principali rosarij. sermo. 18 per totum. Thema. Primum quærite regnum Dei Ibidem.

Dominica 15. de ignorantijs & erroribus. Vide vt assignaui supra in Dominica 3. in 40. Thema. Nolite errare. Ad Gala 6. & in epistola occurrenti: vel prædica contra inanem gloriam vide in 2. parte principali rosarij sermo. 9 part. 2. Thema. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Ibidem. Vel prædica de bonis operationibus faciendis. Vide in prima parte principali rosarij sermone 37. per totum. Thema. Bonum facientes non deficiamus: vel. Dum tempus habemus operemur bonum Ibidem. Vel prædica quod peccator dicitur mortuus: & quòd peccatum subijcit hominem morti triplici: vel prædica de mortuis à Christo eluscitatis & quid significent. Vide vt assignaui supra in quinta feria post quartam Dominicam in 40. Thema. Defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Lucæ 7. & in euangelio occurrenti. Vel cum eodem themate prædica qui sint portatores hominis ad sepulchrum materiale: corporale, & infernale. Vide in secunda parte principali rosarij sermo. 6. parte prima, & quòd sepulchra peccatoris sunt tria. Vide in eadem parte.

Dominica 16. de honore sacerdotum. Vide vt assignaui supra in dominica 13. Thema. Ipsi gloria in ecclesia. ad Ephesios 3. & in epistola occurrenti. Vel prædica de tribulationibus patienter tolerandis. Vide vt assignaui supra in 3. feria post pascha. Thema, Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus. Ibidem. Vel prædica contra auaros qui assimilantur hydropicis. Vide vt assignaui supra in dominica 14. Thema. Homo quidam hidropicus erat ante illum. Lucæ 14 & in euangelio occurrenti. Vel prædica de desiderio, & contemplatione cælestium. Vide in secunda parte princi. rosarij sermo. 18. & 19. Thema. Amice ascende superius. Ibidem. Vel prædica de superbia, & humilitate. Vide vt assignaui supra in dominica 10. Thema. Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur Ibidem.

Dominica 17 de pace, & concordia. Vide in secunda parte princi. rosarij sermo 24 parte 3. Thema. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus. Ad Ephesios 4. & in epistola occurrenti. Vel prædica quòd vnus solus est Deus. Vide in prima parte princip. rosarij sermo. 14. parte prima, & quòd vna sola est vera fides scilicet christiana in qua homines saluantur. Vide in exor. ipsius sermonis. Thema. Vnus Deus: vna fides: vnum baptisma Ibidem. Vel prædica de dilectione Dei. Vide vt assignaui supra in dominica 12 Thema. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Matth. 22. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de dilectione fraterna. Vide vt assignaui in dominica 3. in quadragesima. Thema. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ibidem.

Dominica 18. de religione quæ dicitur a iis. Vide in secunda parte princip. rosarij sermo. 27. parte prima. Thema. Ascendens Iesus in naviculam transfretauit. Matthæi 9 & in euangelio occurrenti. Vel prædica de indulgentijs. Vide in prima parte principal. rosarij sermo. 13. parte secunda. Thema. Remittuntur tibi peccata tua. Ibidem. Vel prædica de blasphemia. Vide vt assignaui supra in 5. feria post dominicam de passione. Thema. Hic blasphemat. Ibidem.

Dominica 19. contra maledictos dæmones. Vide in prima parte princip. rosarij sermone septimo in exor. & in sermone octauo, parte quinta per totam. & in sermone 37. parte prima, & in secunda parte princip. rosarij. sermo 9. parte prima. & sermo. 27. parte prima, & sermo. 32. parte prima, & sermo. 38. parte septima. Thema Nolite locum dare diabolo Ad Ephes 4 & in epistola occurrenti. vel prædica de conuiuio corporis Christi vel quòd Deus omnes inuitat ad conuiuium paradisi Vide vt assignaui supra in secunda Dominica. Thema Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, vel Prandium

Digitized by Google

meum parauí: venite ad nuptias. Matthæ. 22. & in euangelio occurrenti. vel prædica de numero ſaluandorum. Vide in ſecunda parte princi. roſarij, ſermo 25. Thema. Multi ſunt vocati, pauci vero electi Ibidem. vel prædica de inferno. Vide in ſecunda parte principali roſarij ſerm. 21. & 22. Thema. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vel Ibi erit fletus & ſtridor dẽtium. ibidem.

Dominica 20. de fine mũdi. Vide in prima parte princ. roſarij ſerm. 10 par. 1. per totam. Thema. Dies mali ſunt. Ad Epheſ 5. & in epiſtola occurrenti, vel prædica cõtra ebrietatem. Vide in 1. par. prin. roſarij ſer. 5. par 1 & contra guloſitatem. Vide in eodem ſermo. in exor. & par 2. per totam. & ſerm 6. par. 4. thema Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Ibidem, vel prædica de febribus. Vide in 2 part. principali roſarij ſermo 6 part. 4. thema. Hora ſeptima reliquit eum febris. Ioannis 4. & in euangelio occurrenti.

Dominica 21. quod oportebit nos reddere Deo ſtrictam rationem de geſtis noſtris, & verbis, ac de cogitationibus, & de tempore amiſſo. Vide in 1. par principali roſarij ſer. 10 par. 3. thema. Simile eſt regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Matthæi 18 & in euangelio occurrenti, vel prædica de reſtitutionibus. Vide in 1. parte principali roſarij ſer. 7. part. 2. poſt medium, & ſerm. 25. part 3. thema. Redde quod debes. Ibidem, vel prædica de eleemoſyna. Vide in tabula alphabetica ſecundæ partis principal. roſarij, in verbo eleemoſyna thema. Oportuit & te miſereri conſerui tui. ibidem, vel cũ eodem themate prædica de ſuffragijs pro mortuis faciendis. Vide in 2 par princ roſarij ſer. 2. per totum, vel prædica contra dæmones. Vide vt aſſignaui ſupra in dominica 19. thema. Eſt nobis colluctatio aduerſus principes, & poteſtates aduerſus mũdi rectores tenebrarum harum. Ad Epheſ 6 & in Epiſt. occurrenti. vel prædica de verbo Dei. Vide in 1 parte principali roſarij ſerm. 2. & 3 thema. Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

Dominica 22. de charitate. Vide in tabula alphabetica ſecundæ par. principalis roſarij in verbo charitas. thema. Oro vt charitas veſtra magis abundet. ad Philip 1. vel prædica de veritate. Vide in 2. parte princ pali roſarij ſer. 31 per totum. thema. Scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate docens. Matthæi 22. & in euangelio occurrenti, vel prædica de reſtitutionibus. Vide vt aſſignaui in dominica præcedenti thema. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Ibidem vel prædica contra hypocriſim. Vide in 2. part principali roſarij ſer. 9 par. 2. thema. Quid me tentatis hypocritæ. Ibidem.

Dominica 23. de contemptu terrenorum. Vide in 2. part princ p. roſarij ſermo 27. part 3. per totam thema. Gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. ad Philip. 3. & in epiſtola occurrent, vel prædica de religione Vide in eodem ſer. parte 1. per totam thema. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Ibidem, vel prædica de fide. Vide in 1. parte principali roſarij ſerm. 13. & 14. & 15 thema. Fides tua te ſaluam fecit. Matthæi 9 & in euangelio occurrenti, vel prædica de mortuis à Chriſto reſuſcitatis. Vide in 2 par. princ. principal. roſarij ſer. 6. parte 1 & quod mortui dicuntur dormientes. Vide in 2 parte principali roſarij ſerm 1 part. 1 thema. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Matthæi 9. & euangelio occurrenti, vel accipe pro themate. Surrexit puella Ibid.

Dominica 24. de Antichriſto. Vide in 2 parte principali roſarij ſer. 11. thema. Cum videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele Propheta ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat, vel. Væ prægnantibus, & nutrientibus in diebus illis, vel. Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet, vel. Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro Matth. 24 & in euangelio occurrenti, vel prædica de ſignis futuri iudicij vniuerſal. Vide in 1 par princ. roſarij ſer 9 par 3 per totam. thema Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumẽ ſuum, & ſtellæ cadent de cælo. Ibid. vel prædica de ipſo iudicio. Vide vbi ſupra ſer. 10. per totum, thema. Mittet angelos ſuos cum tuba, & voce magna. Ibi, vel Congregabunt electos à quatuor ventis à ſummis cælorum vſq; ad terminos eorũ. Ibid. vel prædica de fine mundi Vide vt aſſignaui ſupra in dominica 20. thema. Cum videritis hæc omnia fieri, ſcitote quia prope eſt in ianuis. In eodem euangelio. In feſto apoſtolorum. Vide in 4. par. prin Marialis ſer. 9 p 10 & 11. par. prin. eiuſdẽ Marial ſer. 2 par. 4. thema. Chriſtus dedit quoſdã apoſtolos. Quoſdã vero prophetas, alios aũt euangeliſtas. Alios vero paſtores, & doctores. Ad Epheſ 4. & in epiſt. occurr. Vel prædi. de contemptu mundi aliũ. Vide vt aſſignaui in dominica 23. thema. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Mat. 19. & in euang. occur. Vel cũ eodẽ themate prædica de imitatione Chriſti. Vide vt aſſignaui ſupra in ſabbato poſt dominicam de paſſione.

In feſto euangeliſtarum, de prædicatoribus. Vide vt aſſignabo infra in feſto doctorũ, thema. Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Luc. 10. & in euangelio occurrenti, vel prædica de incertitudine ſaluationis noſtræ. Vide in 2. parte

princ.

Digitized by Google

Prine rosarij ser.5.par.5.per totam, Thema. Neminem per viam salutaueritis, id est saluum esse dixeritis in via mundiali. Ibidem, vel prædica de regno cælesti. Vide in 2.par.prin. rosarij,serm.18. par. vlt.per totam. Thema. Appropinquabit in vos regnum Dei.Ibidem.

In festo alicuius martyris vel aliquorum martyrum,de martyrio. Vide in 1.part.princ.rosarij ser.39 per totum.Thema pro vno martyre. Qui non accipit crucem suam,& sequitur me,non est me dignus.Matthæi 10. & in euangelio occurrenti,vel. Nolite timere eos qui occidunt corpus: Animam autem non possunt occidere,ibi. vel. Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Lucæ 14. & in euangelio occurrenti Pro pluribus autem martyribus thema. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus.Luc.12.&in euangel.occurrenti,vel prædica in festo vnius martyris de puritate conscientiæ. Vide in 2 part.prin.rosarij ser. 14 par.3.& ser.33.par.1 thema. Beatus vir qui inuentus,est sine macula.Eccle.31 & in epistola occurrenti,pro pluribus autem martyribus ad idem thema. Qui timent dominum,præparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Eccles.10. & in epistola occurrenti,vel. Beati mundi corde quoniam ipsi Deum videbunt Matthæi 5. & in euangelio occurrenti, vel prædica de victoria suiipsius. Vide in 2.par.princ. rosarij serm.12.per totum, thema pro vno martyre. Certamen forte dedit illi vt vinceret.Sapien. 10.& in epistola occurrenti. Pro pluribus autem martyribus thema. Fortes facti sunt in bello. Ad Heb.11.& in epistola occurrenti.

In festo alicuius sancti à pasca vsque ad pentecosten de religione. Vide vt assignaui in festo apostolorum,thema. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij.vel. Nos insensati vitam illorum extimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Sap 5.& in epistol.occurrent vel prædica de beatis Vide in 2.par.prin.rosarij ser.19.thema. Inter sanctos sors illorum est.ibid. vel prædica de dilectione Dei. Vide vt assignaui in dominica 1 post pentec.thema. Manete in dilectione mea.Ioann. 15.& in euangelio occur. In festo alicuius confessoris pontificis de conditionibus pastorum & prælatorum Vide in 2.par.princ.rosarij serm. 26. per totum,thema. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. Eccles 44. & in epist. occurrent. vel cum eodem themate prædica de honore sacerdotum. Vide vt assignaui supra in dominica 13.post pentec. vel prædica de celebratione missarum. Vide in 2.par.princ.rosarij,serm.13. in exor.& part.1.& 3.per totam thema. Dedit in celebrationibus decus. Eccles. 47. & in epistola occurrenti.

In festo alicuius doctoris. Qualis debet esse doctor aliorum. Vide in 1. parte princ.rosarij ser. 34 par.1.& in 2.parte princ.rosarij,ser 29 par.2.& ser.34 part.18. & quo tempore fuerunt doctores ecclesiæ. Vide in d 2. par.prin.rosarij,ser 27 par.2 & an doctores iuris sint dignores doctoribus medicinæ Vide in 2.par prin.rosarij,ser.29.par.2.& quod doctor requisitus de veritate, tenetur eam dicere & consulere Vide in 1.par prin. rosarij ser: 27.par.1.thema. Vos estis lux mundi. Matth.5.& in euangelio occurrenti vel prædica de prædicatoribus. Vide in 1.par princ.rosarij, ser.1.part.1.& par.2 & ser 3 par 2 & in 2.par.prin.ser. 6 par.1.& ser.9 par.2 thema.Prædica verbum,insta opportune &c.2.ad Timot 4. & in epistola occurrenti, vel Opus fac euangelistæ,ministerium tuum imple Ibid.vel prædica de scientijs. Vide in tabula alphabetica secund.part principal. rosarij,in verbo scientia,thema. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt,&c.vel. A veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur.ibidem.

In festo alicuius confessoris non pontificis de vero Christiano. Vide in 1.part. princ.rosarij.ser. 15.part.2 per totam.thema. De omni corde suo laudauit dominum. Et dilexit Deum, qui fecit eum.Eccles.47.& in epistola occurrenti. Vel cum eodem themate prædica de amore Dei. Vide in 2. par princip rosarij ser.5 par.3 & ser.40.par.1. per totam. Vel cum ipso Themate. prædica de puritate cõscientię. Vide vt assignaui in festo martyrũ.

In festo alicuius sancti religiosi, vel religiosæ de religione : vel de contemptu mundi. Vide vt assignaui in festo apostolorum.Thema Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te Matth.19. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de victoria suiipsius. Vide vt assignaui supra in festo martyrum.Thema.Dedit illi contra inimicos potentiam:id est contra sensualitates animæ contrariantes.Eccles 47 Et in epistola occurrenti.

In festo alicuius sancti,vel sanctæ de tertio ordine sancti Francisci : accipe prædicationem in secunda par.prin.rosarij ser.27.par.2 per totam. Thema.Si est vir.Dedit illi cor ad præcepta,& legem vitæ & disciplinæ.Ecclesiast 45. & in epistola occurrenti.Si est mulier.Thema.Laudabit vsq; ad mortem anima mea dominum. Ecclesiast 51. Et in epistola occurrenti.

In festo alicuius virginis vel plurium virginum de virginitate. Vide in 2.part princip.rosarij serm. 8.part. 3. & sermo 28.part. 1. Thema. Si est vna solum.

Digitized by Google

ſolum. Mulier innupta & virgo cogitat, quæ ſunt domini: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. 1. ad Corinth 7 Et in ep ſtola occurrenti. Si vero ſunt plures. Thema. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Matth. 25. Et in euangelio occurrenti. Vel in eodem Themate prædica de virginibus fatuis. Vide in eodem ſer. 28 par. 1. Vel prædica de remedijs ſeruandæ virginitatis & caſtitatis. Vide ibidem. Thema. Prudentes virgines aptate veſtras lampades. Vel cum eodem themate prædica de prudentia. Vide in 2. patte princ. roſarij ſermo. 8. part 4.

In feſto alicuius virginis ſponſæ Chriſti poteſt etiam prædicari de conditionibus, quas habere debet quælibet bona ſponſa. Vide in 1 par princ. Marialis ſer. ,. per totum. Thema. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto 1 ad Cor. 11 & in epiſtola occurrenti.

In feſto alicuius ſanctæ viduæ: de bono viduitatis. Vide in 5. par. prin Marialis ſerm. 8 par. 2. Et de ſtatu viduarum. Vide in 2 parte princ. roſarij. ſermo 28 part. 2 per totam thema Laudabit vſq; ad mortem anima mea dominum. Eccleſ. 51. & in epiſtola occurrenti.

In feſto alicuius ſancti, vel ſanctæ in coniugio decedentis de matrimonio & ſpõſalibus. Et quomodo coniuges debent inuicem viuere. Vide in 4. par prin Marialis ſer. 11. par. 3 & in 1. part. princ. roſarij ſer. 23. part 2. & 24. par. 1. & in 2 par. princ. roſarij ſerm. 25 parte prima per totam. Thema. Si eſt vir. Fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Matthæi 24 & in euangelio occurrenti. Si eſt mulier. Thema. Liberaſti corpus meum à perditione. Eccleſia 51 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de remedijs ſuperandi diabolicas tentationes ſicut ipſe ſanctus, vel ſancta ſuperauit. Vide in prima par. prin. roſarij ſerm. 30. par. 1. & ſer. 34. in exord. Thema. ſi eſt vir. Dedit illi contra inimicos potentiam. Eccleſiaſt 47 & in epiſtola occurrenti. Si eſt mulier. Thema Liberaſti me à rugientibus præparatis ad eſcam. Et de manibus quærentium animã meam. Eccleſiaſt 51 & in epiſtola occurrenti. Vel prædica contra vanitates mulierum. Et de ornatu ſuperfluo corporis. Vide in 2. part. principi. roſar. j ſer. 28 par 3 thema. Mittent eos in caminum ignis. Matth. 13. & in euangelio occurrenti.

In feſto ſancti Francisci: vel ſancti Bernardini: aut alterius patris ſpiritualis poteſt adaptari pro exordio illud quod poſui in prologo Marialis. vel dic in exordio: quod in omnib. generum ſpeciebus eſt deuenire ad aliquid quod ſit metrum & menſura omnium aliorum. Vide in 1 part. princ. Marialis ſer. 7 part 1. vel adapta exordium ſer. 35. 2. part. princ. roſarij. thema. Fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Matth 24 & in euangelio occurrenti.

In feſto alicuius ſancti pulchri, vel pulchræ ſanctæ. An bonum ſit aliquem eſſe pulchrum. Applica ſerm. 4 2 part princip. Marialis. thema. Pulchritudo & decor indumentum eius. Pronet. vlt. vel. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Eccleſ. 43.

In feſto alicuius ſancti, vel ſanctæ nobil. An proſit quem eſſe nobilem. Et in quo conſiſtit nobilitas. Vide in 2. part princ. Marial. ſer. 1. part. 2. & in 2. parte princ. roſarij ſer. 5. par. 1. & ſer. 31. par. 1. Thema. Ex magno genere es tu. Tobiæ. 5.

In exordio ſermonis alicuius, ſancti, vel ſanctę dic quod ſanctificari dicitur aliquis multis modis. Vide in 1 par. princ. Marialis ſer. 1. par. 2.

In feſto ſanctorum quorum miſſæ habent epiſtolam, vel euangelium in particulari poterunt adaptari multa quæ poſui in Mariali, & in roſario: & interſeri hiſtoria ipſorum ſanctorum. vel aliquid dici de vita illorum ad propoſitum prædicationis.

In feſto ſancti Andreæ apoſtoli. de verbo Dei Vide in 1. par principi roſarij ſerm. 3. per totum. thema. Quomodo audient ſine prædicãte? vel. Quomodo prædicabunt niſi mittantur. vel. Quã ſpecioſi pedes euangelizantium bona: vel. Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. Vel In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Ad Rom. 10. & in epiſtola occurrenti. Vel accipe pro themate. Faciam vos fieri piſcatores hominum. Matth. 4 & in euangelio occurrenti: & in exordio dic quod prædicatores dicuntur piſcatores. Vide in 1. part. princ. roſarij. ſerm. 1. par. 2. Vel prædica de pace. Vide vt aſſignaui in 2. feria poſt paſcha thema. Speciosi pedes euangelizantium pacem In eadem epiſtola. Vel prædica de imitatione Chriſti. Vide vt aſſignaui in ſabbato poſt dominicam de paſſione. Thema. Venite poſt me. Matth 4.

In feſto ſancti Thomæ apoſtoli de pace. Vide vbi remiſi ſupra proxime. Thema. Pax vobis. Ioannis 20. & in euangelio occurrenti. Vel prædica de veritate fidei chriſtianæ Vide in 1. par. princip. roſarij ſer. 24. per totum. thema Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Ibidem. Vel prædica de diffinitione fidei. Vide vbi ſupra ſer. 13 thema. Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ibidem.

In feſto ſancti Stephani prothomartyris: de gloria cæleſti. Vide in 2 parte principi roſarij. ſer. 18 & 19. Thema. Vidit gloriam Dei. Actuum 7. & in epiſtola occurrenti. Vel prædica de ſpe peruenien-

di

Digitized by Google

iendi ad vitam æternam. Vide in 1. part. pri. rof. er 20. Thema. Ecce video cælos apertos. Ib. Vel rædica de dilect inimic. & remiſſ. iniur. Vide in 2. par. 2. pr. roſ ſer. 34 par. 1. The. Domine ne ſtatus ſi Is hoc peccatum ibid.

In die S Ioan. de imit. Chriſti. Vide vt aſſignaui in ſabbat. poſt dom. de paſſ. the. Tu me ſequere. Ioan. 21. & in euang occurrenti Vel cum ipſo hem prædica de religione. *Vide* in 2 part. princ. oſ ſer 27 par. 1. per tot. Vel cum eo. the prædica le contemp. mund. Vide in eo ſer. part 3 per tot

In feſt. Innocent. de virginit. *Vide* vt aſſignaui ſup. in feſt virg The. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Apoc 7. & in epiſt occurr. Vel prædica de martyrio. Vide vt aſſignaui ſup. in feſto martyrum The Occidit omnes pueros qui erant Mat. 2 & in euang. òccurrenti. Vel prædica de conſolat mundi ſpernendis. vide vt aſſignaui in tab alphab. in verb mundanæ conſolationes. The Noluit conſolari quia non ſunt Ibid.

In feſt. S. Thom. epiſ. Cantua. conf. ambit. Vide in 2. part. pri roſ. ſer. 9 par. 2. & ſer 26 part 4. & ſer. 31. par. 1. The. Nemo aſſumit ſibi honorē: ſed qui vocatur à Deo. ad Hebr 5 & in epiſt. occurren. Vel prædica de honore ſacerdotum. Vide vt aſſignaui ſupr. in dom 18 poſt. Pentec. The. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem. In euad. epiſt & originaliter Pſal 109. Vel prædica de conditionibus paſtorum. Vide vt aſſignaui in feſto confeſſor. pontif. Th. Ego ſum paſtor bonus. Ioan. 10. & in euang occurrenti.

In die S Syluest de prædicatoribus, vide vt aſſignaui in feſto alicuius ſanct & ibi eſt thema. vel prædica de ſcientijs. Vide ibi cū themate ibi poſito: quia illa epiſt ponitur in hoc feſt. Vel prædica de caſtitate. Vide in 1 par. prin. roſ ſer. 19. par. 3 & ſer 40 par 3 & in 2. part prin. roſ. ſer. 8 par. 4. per totā: & in 4 par prin Mar. ſer. 4. par 3. & in 5. part p in. eiuſdē Mar ſer. 8 par. 2. & par. 12. pe tot. the. Sint lumbi veſtri præcincti Lu. 12 & in euang. occur. Vel prædica q̄ homo dum eſt ſanus, debet ſe præparare: & non expectare v̄q; ad mortē Vide in 1 par prin roſ. ſer 7 part 6 & eiuſdem ſermonis. par. vlt. & ſer 8 per totum The. Eſtote parati: quia qua hora non putatis. In eodem euang.

In conuerſione ſanct. Pauli: de glorioſo nomine Ieſu ab ipſo Paulo magnificato vide in 5 part. princ. Marialis ſer. 11 per totum Thema. Vas electionis eſt mihi iſte. Act. 9 & in epiſt occurr. Vel prædica de remuneratione gloriæ celeſtis. vide in 2 par. princ roſ ſerm 18 per tot. The Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te: Matth 19 & in euang. occurrenti: vel prædica de contemptu mund. aut de imitatione Chriſti. Vide vt aſſignaui in feſto Apoſtolorum cum the. [illegible] fito.

In cathedra S. Petri: quod Chriſtus eſt verus filius Dei. & fuit Meſſias: vide vt aſſignaui in 5. feria poſt paſcha the. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Vel. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Mat. 16 & in euang. occurrenti. *Vel* prædica de honore ſacerdotum: vide vt aſſignaui ſupra in feſt confeſſorum pontificum them. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Vel *Tibi* dabo claues regni cælorum: ibidem: vel prædica de confeſſione & abſolutione à peccatis. Vide in 1. part princ. roſarii. ſer. 32. per totum. & ſer. 34. par. 1. the. Quodcunq; ligaueris ſuper terram. Ib.

In feſto S. Matthiæ Apoſt de humilitate. Vide in 4 par. prin. Marial ſer. 4. par. 2. & in 5 par prin. ipſius Marial ſer. 6. par. 2. & in 6. par prin. Marial. ſer. 1. par. 3 & in 1 par. prin Roſarii. ſer 9 in exor. & in 3. par eiuſdem ſer per totam: & ſer 38 par. 7. The Reuelaſti ea parvulis. vel Diſcite à me quia mitis ſum. Matth 11. & in euang occurrenti. Vel prædica de concione. *Vide* in 2. part. princ. roſarii ſer. 14. & 16. the. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati. ibi. Vel prædica de religione Vide in 2 par prin. roſ ſer 27 par 1 per tot. The Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem. vel iugum meum ſuaue eſt: & Ibid.

In feſt. SS. Apoſt. Philip. & Iacob. de religione, Vel de beatis. Vide vt aſſignaui in feſto alicuius ſancti à paſcha vſq; ad rente & ibi ſunt the quia eadem epiſt ponitur in hoc feſto. Vel prædica de æqualitate & inæqualitate gloriæ beatorū. Vide in 2 par. pr. roſ. ſer 19. par 6. The. In domo patris mei mansiones multæ ſunt. Ioan. 14 & in euang. occur Vel prædica de imitatione Chriſti. Vide vt aſſignaui in ſabbato poſt Dom. de paſſ. The. Ego ſum via, veritas, & vita. Ibid Vel cum eodem the. prædica de veritate. Vide in 2 par. prin roſ. ſer 31. vel prædica de vnitate diuinæ eſſentiæ. Vide in 1. par. prin. roſa. ſer 14 par. 1. The Ego in patre: & pater in me eſt ab Vel prædica de miraculis Vide vt aſſignaui in 2. feria poſt 4 Dom quadrageſ. The. Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipſe faciet: &c Ibi. Vel prædica de oratione. Vide in 1. part prin. roſa. ſer 11 The. Quodcunque petieris patrem in nomine meo. ibid.

In inuent. S Crucis de ipſa cruce: vide in 1. par. prin roſ ſer. 38 par. 3 The. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſert. &c. Ioan. 3 & in euang occurrenti: vel factus eſt obediens vſq; ad mortem. mortem autem crucis Ad Philip 2 & in epiſt occur vel cum eodem themate prædica de obedientia Vide vt aſſignaui in Dom in ramis palm. vel prædica de nomine Ieſu. Vide vbi ſupr. & hæc

pe thema: quia eadem epist. ponitur in hoc festo: vel prædica de miraculis Vide vbi me remisi supra in festo SS. Philip & Iaco. The. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi &c. Ioan. 3 & in euang occurrenti. Vel prædica de baptismo. Vide vt assignaui in 4 fer. post 4 dom. in quadr. the. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto ibid.

In festo S. Ioan ante port. latinam prædica de religione. Vel de beatis: vide vt assignaui in festo alicuius sancti à pascha vsque ad pentecost. & ibi accipe themata, quia eadem epist. ponitur in hoc festo. Vel prædica de prosperitatibus, & tribulationibus, aut de martyrio: aut quod Deus habet duersos calices. Vide vt assignaui in 4 feria post secundam dom in quadrages. & ibi accipe themata: quia idem euangelium ponitur in hoc festo.

In festo S. Anton de Padua ord minor prædica de scientiis. Vide vt assignaui in festo Doctorũ. the. Optaui & datus est mihi sensus: inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. vel. Præposui illam regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse dixi. Sapient. 7. & in epist. occurrenti. Vel prædica de prædicatoribus. vide vt assignaui vbi supra. Thema. Mihi dedit Deus dicere ex sententia. Ibidẽ. Vel prædica qualis esse debet doctor. Vide vt assignaui vbi supra. Et ibi accipe thema: quia idem euangelium ponitur in hoc festo. Vel accipe pro themate vtriusque sermonis præsignati. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth 5. & in euangelio occurrenti.

In festo sancti Ioannis Baptistæ applica in exordio illud quod posui in 3 part. princ. Manalis. ser. 1. in exor. & ser. 2. par. 2. in principio vbi tractat de pulchro, & bono nomine, & de denuatione eius. Thema. Ioannes est nomen eius. Luc. 1. & in euangelio occurrenti. Et quia Ioannes interpretatur in quo est gratia Dei vide in tabul. alphabe. 2. part princ. rosar. verbo gratia Dei. Vel potest fieri sermo de pueris. Vide vt assignaui in 3 feria post 1. Dominicam in quadrag Thema Quis putas puer iste erit? Ibid. Vel prædica de prædicatoribus. Vide vt assignaui in festo doctorum Thema. Posuit os meum quasi gladium acutum Isa. 49. & in epistola occurrenti: vel prædica de exemplaritate Vide in 1. par. prin rosar. ser. 26. part. 6. The. Dedi te in lucem gentium. Ibid.

In festo SS martyrum Ioan & Pauli de operib. misericord æ. Vide in 2 part princ. rosar. ser. 3. The. Hi sunt viri misericordiæ. Eccles 44 & in epistol. occurrenti. Vel prædica de sepulturis, & testamẽtis mortuorum. Vide in 2 par. princ. rosarii ser. 1. Thema. corpora eorum &c. in pace sepultura sunt: & nomina eorum viuent in secula. Ibidem. Vel prædica contra hypocrisim. Vide in 2. part princ. rosarii ser. 9. part. 2 thema Attendite à fermento pharisæorum quod est hypocrisis. Luc 12. & in euangelio occurrenti.

In vigilia Apostolorum Petri & Pauli de oratione. Vide in 1 part princ rosarii. ser. 12. vel 13. Thema. Petrus & Ioannes ascendebant in Templum. Actuum 3. & in epistol. occurrenti. Vel prædica de nomine Iesu. Vide in 5. part prin. Manalis ser. 11. Thema. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Ibidem Vel prædica sermonem de pastoribus: vide vt assignaui in festo confessorum pontificum. the. Pascebamus meas. Ioan. 21. & in euang. occurrenti.

In festo ipsorum Apostolorum Petri & Pauli potest prædicari quòd Christus est verus filius Dei. Vel de honore sacerdotum: aut de confessione peccatorum, & absolutione ab eis. Vide vt assignaui in cathedra sancti Petri, & ibi accipe themata: quia idem euangelium ponitur in hoc festo. Potest etiam prædicari de martyrio: vide vt assignaui in festo martyrum. thema. Occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio Actuum. 12. & in epistola occurrenti. Vel prædica de angelis hominibus ministrantibus. vide in 11 par. prin. Manial. ser. 2. part 4 in fine & in 2. part. princ. rosarii. sermo. 10 part 3. Thema. Misit Dominus Angelum suum: & eripuit me, &c. ibid.

In festo commemorationis S Pauli de gratia Dei. Vide vbi me remisi in festo S. Ioannis Baptistæ. Thema. Vocauit me per gratiam suam. Ad Galat. 1. & in epist. occurrenti. Vel prædica de contemptu mundi, aut de religione. Vide vt assignaui in festo Apostolorum: & ibi accipe Thema. quia idem euangelium legitur in hoc festo. Vel prædica de remuneratione regni cælestis. Vide vt assignaui in conuersione eiusdem: & ibi accipe thema.

In octaua Apost. Petri, & Pauli: de operibus misericordiæ: vel de sepulturis & testamẽtis mortuorum. Vide vt assignaui in die sanctorum martyrum Ioannis & Pauli: & ibi accipe Themata, quia eadem epistola legitur in hoc die. Vel prædica de religione quæ dicitur nauis: vide in 2. part. princ. rosar. ser. 27 par. 1. The. Iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam: Matth. 14. & in euang occurrenti. Vel ib. dic quod quatuor venti insurgunt contra ipsam nauem religionis: vide ibid. Them Nauicula in medio maris tractabatur fluctibus. Vel erat ventus contrarius eis. In eodẽ euang. Vel prædica de fide: vide in 1. par. prin rosar. serm. 14 per totum. Thema. Modicæ fidei, quare dubitasti? Ibidem.

In festo sanctorum septem martyrum septẽ fratrum, & san-

Digitized by Google

& ſanctæ Ruffinæ martyris: poſſet prædicari de fortitudine beatæ virg. Vide in 4 par prin. Mari. ſer. 3 par 2 per tot & in 9 par. prin. Martialis ſer 1. par. 4 The Mulierem fortem quis inuenie? Prou. vl & de vltimis. Prou 31 & in epiſt occurren. Vel prædica de pœnitentia quæ dicitur nauis. Vide in 1 par prin. roſ ſerm. 6 par. 1. The Facta eſt quaſi nauis inſitoris: ibi. Vel prædica de operibus miſericordiæ. vide vt aſſignauí in feſto ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli. The. Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem: ibid. vel manet & ſtatues tui ſortis ſtant Matt. 2. & in euang occurrenti vel prædica de pulcritudine: vide vt aſſignauí in feſto alicuius ſancti pulchri. The Fortitudo & decor indumentum eius vel Fallax gratia & vana eſt pulcritudo. in 2 ad epiſt.

In feſto S. Mariæ Magdal. quia occurrit eadem epiſtola; poteſt prædicari vt ſupra proxime: vel prædica de conuerſione, & pœnitentia ipſius Magdalenæ: vel vnde procedit diuerſitas humanorum actuum. &c. vel de ſide vide omnia vt aſſignauí in feria poſt Dominicam de paſſione: & ibi accipe Themata: quia occurrit idem euangelium.

In feſto S Iacobi Apoſtoli de perueniendi ad vitam æternam: vide in 2 par. prin. roſa ſer. 20. The Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionẽ, eſſemus ſancti. Ad Ephe. 1. & in epiſt. occurr. vel cum eodem Themate tange aliquid de præſtinatione: vide vbi ſupra ſer 23. par. 1. & par. 2. vel prædica de proſpentatibus, & tribulationibus, aut de martyrio, aut quod Deus habet diuerſos actus: vide vt aſſignauí in 4 feria poſt 2. Dominicam quadr. & ibi accipe Themata. Quia idem euang. legitur in hoc feſto.

In feſto S Petri ad vincula quia eadẽ epiſt legitur, & idem euang quod in die poſt. Petri, & Pauli: ideo poteſt prædicari vt ibi aſſignauí.

In feſto S Laurentij mart de eleemoſyna: vide in 2. par prin. roſa. ſer 3 & in exordio pone, quod eleemoſyna aſſimiliatur ſemini: vide in eod. ſer. par 3. The. Qui parce ſeminat, parce & metet. 2. ad Cor 9. & in epiſt occurrenti. vel. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedict. & metet; ibidẽ: vel di perſit dedit pauperibus: ibi. vel prædica de religione, aut de imitatione, vide vt aſſignauí in die S. Ioan. Euang. The primi. Qui mihi miniſtrat me ſequatur. The ſecundi Vbi ego ſum, illic & miniſt. meus erit. vel. Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meus, Ioan. 12. & in euang. occurrenti.

In feſto S. Ludouici Regis Francor. tertiique ordinis beati Francisci: vita aſſignatum ſermonem ſupra pro ſanctis ipſius ſeruj omnis: poteſt prædicari ſicut aſſignauí in feſto ſancti Matthiæ: quia ponitur idem euangelium.

In feſto decollationis S. Ioan. Baptiſt. poteſt prædicari de ſcientia. Vide vt aſſignauí in feſto doctorum. The Beatus vir qui in ſapientia morabitur. Eccleſ. 14 & in epiſt. occurrenti vel prædica de iuſtitia Vide in tab alph. 2 par. prin. roſ in verbo. iuſtitia The. Beatus vir qui in iuſtitia meditabitur. ib. Vel prædica de martyrio. Vide vt aſſignauí in feſto martyrum. The Detolauit eum in carcere. Mat 6. & in euang occurrenti vel prædica de iuramento. Vide in 1. part. 2 per tot. & par 2. 3. & in 2 par. prin. roſar ſer. 31 par. 3 & ſer 34 par. 3. The Contriſtatus eſt rex propter iuſtitiandum. ibidem.

In exaltatione ſanctæ crucis prædica de cruce vel de obedientia aut de nomine Ieſu: vt aſſignauí in die inuentionis eiuſdem crucis: quia eadem epiſtola ponitur in hoc die. *Vel prædica quod* Chriſtus in cruce omnia trahit ad ſe ipſum: & quod aliquid trahitur multis modis &c. *Vide* vt aſſignauí in 4 feria poſt Pentec. The. Ego ſi exaltatus fuero à terra: Ioan. 12. & in euang occurrenti. Poteſt etiam prædicare de iudicio vniuerſali, in quo apparebit crux ſole ſplendidior. vide in 1 par. prin. roſ. ſer. 9. The. Nunc iudicium eſt mundi ibidem.

In feſto ſacrorum ſtigmatum beati Franciſci: de abnegatione propriæ voluntatis, & de victoria ſui ipſius. *Vide* in 2 par. prin. roſ. ſer. 12. per totum. The. Si quis vult venire poſt me. Matt. 16. & in euang. occurr. vel cum eodem *Themate* prædica de obedientia. *Vide* in tab. alphab 2 par. prin. roſarii. in verbo. obedientiæ. vel prædica de imitatione Chriſti. aut de cruce toleranda: & de martyrio hinc ſanguine. De primo, vide vbi me remiſi in feſto Apoſtolorum. De ſecundo vide in 1 part. prin. roſarii ſer. 39 part. 3. per tot. The ad vtrumq;. Tollat crucem ſuam: & ſequatur. In eod. euang.

In feſto S. Matthæi Apoſt, de imit Chriſti. *Vide* ſupra proprie. The. Sequere me vel. Surgens ſecutus eſt eum Matt. 9. vel prædica quare Chriſtus manducabat cum peccatoribus. *Vide* in 2. par. prin. roſarii ſer. 39 par. 9. & quod propriis ſuſcepit mortem, & apud patrem interceſſit. *Vide* in eodem ſer. part. 11. Thema. Multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius. ibi. vel. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat ibi. vel prædica de miſericordia *Dei*. Vide in tab alphab 2 par prin. roſa. in verbo. miſericordia Dei. The Miſericordiam volo & non ſacrificium. ibi. Et originaliter Oſeæ 6. vel prædica quod Chriſtus incarnatus eſt pro ſalute peccatorum. *Vide* in dicto ſermon. 39. part 7. 8. 8. & multipliciter eos inuitat ad pœnitentiam.

tentiam. Vide in eodem ſer. par 10. The. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores. *In eod. euan.*

In dedicatione ſancti Michaelis: de angelorum dignitate, ac excellentia. Et de cuſtodia animarū: ac de aliis beneficiis quæ homini impendunt. Vide in 11. par. prin. Mar. ſer. 2 par. 4 Et in 2 par prin roſ ſer. 19. par. 3 & vtrum angelica natura ſit dignior quam humana. ib. Et vtrum angeli deſerant cuſtodiam eorum. Vide in 2 par prin. roſ. ſer. 49 par 3 per totam. The. Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei. Mat. 18. & in euangel occurrenti. vel cum eodem Themate prędica quod angeli peccantes non debuerunt redimi ſicut homines. Vide in 4 par prin Maria. ſer 5. par. 2. & in 5 par. prin. Mariał. ſer 5 par. 2 Et vtrum ſi angelus non peccaſſet: Deus hominem creaſſet. Vide in 2 par prin. roſ. ſer. 10. part 1. vel cum ipſo Themate prædica de angelorum creatione, locutione, ſublimatione, & numeroſitate: & vtrū ſint omnes eiuſdem ſpeciei *Vide* in 2 par prin. roſar. ſermo 19 part 7.

In feſto S Frāciſci de regulis ab ipſo factis. Vide in 2. par. prin roſ ſer. 27. par 2. The Quicunq; hanc regulā ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia AIG lat. 6 & in epiſt occurrenti. Vel cum ipſo themate prædica de religione. *Vide* in eodem ſer par. 1. Vel prædica de martyrio ſine ſanguinis effuſione. Vide vt aſſignaui in feſto ſcorum ſtigmatum eius. The. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti Vel cum ipſo themate prædica de cruce. Vide vt aſſignaui in feſto inuentionis ſanctæ crucis. Vel prædica de cōtemptu mundi. Vide in 2 par prin. roſar. ſerm. 27. par. 3 The Mihi mundus crucifixus eſt.

In feſto ómnium ſanctorum: de gloria paradiſi Vide in 2 par princ roſarii ſer. 18. & 19 ea quib. poterit prædicari per totam octauam; the Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis, Mat. 5 & in euang occurren. Vel prædica de numero ſaluādorum Vide in 2. par prin. roſarii ſer 23. the. Vidi turbam magnam, &c. Apoc 7 & in epiſt occurrenti Vel prædica de beatitudinibus euang. Vide in 4 par. prin. Maria. ſer. 8 per totum the. vt ſupra. *Vel* cum ipſo Themate prædica quomodo acquiritur regnum cęlorum. Vide in 2 par prin. roſ ſer. 18 par. vlt per totā. Vel prædica de ſpe ſuperueniendi ad vitā æternam. Vide in 2. par. prin roſ ſer 20 the. Vidi turbam &c.

In die mortuorum; de piſis mortuis; & de ſuffragiis pro eis faciendis ac de eorum religioſa ſepultione, & teſtamentorum ſuorum executione. Vide in 2 par prin roſar ſer. 1 & 2 de quibus poterunt fieri tres prædicationes. The Beati mortui qui in Domino moriuntur. Apoc. 14 & in epiſt occurrenti Vel accipe pro Themate Nolumus vos ignorare de dormientibus; i ad Theſſ. 4 & in epiſt occurrenti. Et in exordio die quod mortui ſuſcitantur dormientes multis ſeculis Vide in dicto ſer. 1. par. 1. vel accipe pro The. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, 2. Mach. 12. & in epiſt. occurrenti vel Qui credit in me; etiam ſi mortuus fuerit, viuet Ioan. 6 & in euangel. occurrenti. vel Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Ibid. vel. Mortui audient vocem filij Dei. Ioan. 5. vel. Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei Ib. d.

In dedicatione templi vel altaris; vel de veneratione eccleſiarum. Vide vt aſſignaui in Dominica infra octauam natiuit Domini the. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus; & habitabit cū eis. Apoc. 21 & in epiſt. occur. Vel prædica de honore ſacerdotum. Vide vt aſſignaui in Dominica 13 poſt Penteceſt The Ipſi populus eius erunt. Ibid. Vel prædica de conditionibus cæleſtis patriæ. Vide in 2. part prin. roſar ſer 19. par 7. & ſer. 35. part. 2. Vel prædica de innouatione mūdi. quę fiet in iudicio. Vide in 1 par prin. roſar ſer 10 par. 2. The Ecce noua facio omnia Ibid Vel prædica de indulgentijs quę conceduntur viuentibus aliquam eccleſiam &c Vide in 1. par prin roſarii ſer. 13 par. 3 the Hodie ſalus huic domui Luc 19. & in euang occurrenti *Vel* prædica quate Chriſtus morabatur, & manducabat cum peccatoribus. Vide vt aſſignaui in feſto S Matthæi. Them. Murmurabant quod Dominus peccatorem duceret Ib d. Vel prædica quod Chriſtus incarnatus eſt propter peccatorum &c. vt aſſignaui in feſto ſancti Matthæi Them Filius hominis venit quærere & ſaluum facere. Ibid. *Vel* prædica de decem mille ſanctis. Vide in 2 par princ roſar ſer 3 Them Dimidium bonorum meorum, Ibid Vel prædica de teſtatoribus Vide vt aſſignaui in Dom 21 poſt Penteceſt. Them S. quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. In eodem euang.

De multis quoque aliis poteſt prædicari cum Mariali, & Roſario quæ hic ob ſui breuitatem non aſſignantur: quia quilibet prædicator poterit ea applicare ſuper epiſtolas occurrentes & euangelia ſuo modo.

FINIS.

ROSARIVM SERMONVM PRÆDICABILIVM PER QVADRAGESIMAM, ET TOTVM ANNI CIRCVLVM:

EDITVM PER VITAE VENERABILIS RELIgiosum Fratrem Bernardinum de Busto, ordinis Sancti Francisci de Obseruantia, prædicatorem doctissimum.

IN PRINCIPIO OMNIVM OPERVM DEI auxilium implorandum esse.

APIENTISsimi Imperatoris Iustiniani est sententia, generosi ciues, in Auten. Quomodo oportet Episcopis. in princ. versi. bñ aût. Coll. 1. dicentis. *Omnia bene, & congrue geruntur: si principium rei fuerit decens, & amabile Deo.* Per diuini enim nominis inuocationẽ humani actus perfectè prosperantur in finem, vt etiam notatur in l. 1. ff. de ori. iu. Plato quoque in Thim. 1. inquit. *In minimis etiam quibusque rebus semper in principio diuinũ implorandum est auxilium.* Quo circa infideles etiam, ac pagani in suarum principijs actionũ, Deos suos inuocare solebant. Vnde Valerius maximus in proœmio sui libri inquit: *Nam prisci oratores à Ioue optimo maximo benè orsi sunt: & excellentissimi vates à numine aliquo principia traxerit.* Titus quoq; Liuius, in proœmio sui operis dicit: *inuocandum esse diuinum auxilium, vt incœptum opus successus habere prosperos possit.* Quapropter Ouidius in princ. libri Metha. deorum suorum auxilium efflagitat dicens.

Quomodo philosophi, poëtæ, & oratores in initio suarũ actionum Deum inuocabant.

In noua fert animus mutatas dicere formas.
Corpora: Dij cœptis: nam vos mutastis & illas.
Aspirate meis. Et in sexto de Fastis in principio de Dei adiutorio se glorians inquit.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo.
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Fas mihi præcipuè vultus vidisse deorum.
Vel quia sum vates: vel quia sacra cano.

Et in primo de reme. amo. Phœbum inuocat dicens.

Te precor, ô vates adsit tua laurea nobis
Carminis, & medicæ phœbe repertor opis.

Virgilius quoque in principio Aeneidos ait.

Musa mihi causas memora. &c. Et decimo eiusdem operis volens pugnam Turni & Aeneæ atrocem describere inuocabat dicens:

Pandite nunc elicona deæ cantusq; mouete.

Statius etiam in principio quarti Thebaidos asperrimum bellum descripturus inquit:

Tuque, ô nemoris regina sonori Calliope &c.

Claudianus etiam circa principium primi libri in Ruffinum ait:

Vos pandite vati, Pierides quo tanta lues erumperit orbi. Et præfatione libri de bello Gildonico inuocat dicens:

Pandite defensum reduces Elicona sorores.

Digitized by Google

Pandite, permissis iam licet ire choris.

Sedulius quoque in principio sui tractatus inquit:

Omnipotens aeterne Deus spes vnica mundi &c.

Cæsar etiam volens incipere bellum Pompeianum inuocabat Deos suos, vt Lucanus refert in primo sui operis dicens.

O magnæ qui mœnia prospicis vrbis.
Tarpeia de rupe tonans, Phrygiique penates.
Et residens celsa Latialis Iupiter alba.
Vestalesque faci: summi quoque numinis instar.

Roma fane cœptis. Quæ omnia Seuerinus Boëtius considerans in 3. de consolatione cap. 17. inquit. *Inuocandum igitur censeo, rerum omnium patrem: quo prætermisso nullum rite fundatur exordium.* Et Origenes super Leuiticum homilia sexta ait: *Ad exponendam sacram scripturam non est humanis verbis vtendum: sed precibus & orationibus ad Deum recurrendum: vt pater verbi nobis det verbum in apparitione oris: vt possimus considerare mirabilia de lege sua;* hæc ille. Humanum enim ingenium naturaliter est imbecille l. 2. §. si quid aût. C. de ve. iu. enuc. & humana lingua balbutiens esse dignoscitur, Epistola inter claras. §. liquet C. de sum. trin. & fi. ca. Deus autem est ille qui fecit, vt venerabiles viri abstractis linguis suis & radicitus euulsis ab Ariano rege, tamen mirabiliter loquerentur: & fidem prædicarent l. quas gratias, circa princ. C. de offi. præfect. pre. Af. Qua ex re tam grandem prouinciam aggressurus prædicandi, scilicet in hac celeberrima vrbe: huic tam magno oneri scapulas meas imbecilles subijciã, non de meo imbecilli ingenio, exiguisque viribus confisus, [illegible]us duntaxat, veri Dei gratia adiutus, sine quo nihil boni peragere humana fragilitas potest, de cons. di. 4. ca. vltim. 2. Corint. 3. Et per Tho. Et sanctum Bonauenturam cap di. art. 1. q. 2. Ipse etenim Deus noster est ille, qui labia Esaiæ prophetæ calculo mundauit ignito. 8. quæst. 1. cap. in scripturis circa finem. Qui etiam solus res penitus desperatas ad optatum finem producere potest, vt in l. 1. ad finem i colum. C. de [illegible] iu. enuc. Qui est caput & auctor omnium scientiarum: à quo omnis ratio superna & terrena scientia emanauit: vt in cap. legimus el 1. §. Sed e contra versi. denique 37. dist. Qui est omnium gratiarum elargitor, capit. Reuertimini 16 quæstio. 1. A quo omne datum optimum & omne donum perfectum descendit. Iacobi. 1. transumptiue in cap. quam pio 1. quæst. 2. & glos. est in l. 2. ff. de legi. Ipsum igitur benignissimum redemptorem nostrum inuocans exoro: vt adsit mihi principium: medium: & finis: vt in aût. de priuil. leg. do. in 1. colum. 8. Ipse etenim solus, totus est boni operis fundamentum: sine quo omne quod ædificatur corruit: cap. cum Paulus 1. quæst 1. Cui si opus placet bonum est. l. Deo nobis C. de Episco. & cleri. Imitabor igitur Imperatorem Christianissimum qui in auten. de quæstore in princ. colum. 6. dicit. *Semper cum Dei adiutorio omnem faciemus prouidentiam.* &c. & in l. 2. C. de offic. præ. præto. Afr. in princip. inquit. *In nomine Domini ad omnia consilia, omnesque actus gerendos semper progredimur. Per ipsum enim iura imperij suscepimus: per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmauimus: per ipsum acerbissimos hostes, & fortissimos tyrannos deiecimus, per ipsum per multas difficultates superauimus, per ipsum, & Africã defendere, & sub nostro imperio redigere nobis concessum est, per ipsum quoque vt nostro moderamine recte gubernemur, & firmiter stabiliatur confidimus* hæc ille. Qui etiam in aût. de armis in princ. colum. 6. dicit. *Magnum Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum, & eius auxilium semper inuocantes, studemus omnes nostros subiectos quorum regimen concessit nobis Deus illæsos, & sine calumnia custodire,* &c. Et. C. de vete. iu. enuc. l. 1. in princ. etiam inquit. *Deo auctore nostro, gubernante imperium, quod à cælesti maiestate traditum est: & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum reipub. ica sustentamus. Et ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque militibus, neque bellorum ducibus, vel ingenio nostro, sed omnem spem ad solum referamus summæ prouidentiam trinitatis, vnde & mundi totius elementa processerunt: & eorum dispositio in orbem terrarum producta est.* hæc ille. In omnibus igitur peragendis prius diuinæ gratiæ fauorem postulare debemus de confe-

di.h

Auctoritatibus patrũ scripturarum ostenditur hoc idem esse faciendum quod pagani obseruant.

di.1.cap. Omnis Chriſtianus.in fine. Quocirca vas electionis Paulus ad Col.3. ca.inquit. *Omnia quæcunque agitis in verbo aut in opere: in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite* : transumptiue in c.non obſeruetis: ad finem.26. quæſt.7. Ipſum itaque clementiſſimum Ieſum,patremque eius miſericordiæ fontem, atque ſpiritum ſanctum omnis gratiæ donatorem,cum Seuerino Boetio in 3. de conſo. metro. 9. humiliter his verbis inuocabo.

Da pater auguſtam mentis conſcêdere ſedem.
Da fontem luſtrare boni, da luce reperta;
In te conſpicuos animi defigere viſus.
Diſſice terrenæ nebulas, & pondera molis,
Atque tuo ſplendore mica,tu namque ſerenum.
Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis.
Principium, rector, dux, ſemita, terminus, idem.

Quia vero gloriosa Dei genitrix virgo Maria: vt ſancta mater Eccleſia decantat, mater eſt gratiarum & miſericordiæ. Vnde ipſa Eccl.24. inquit. *In me omnis gratia vitæ & veritatis. In me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ergo ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimpleamini.* Idcirco eius quoque auxilium ſuppliciter efflagito dicens. *Adſis principio virgo Maria meo.*

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA,

De ſeptem cauſis inducentibus,ad prædicandum,& de ſeptem conditionibus verbi Dei.

SERMO PRIMVS.

In ingreſſu quare pacẽ annuncies.

MVLTI *ſunt vocati, pauci vero electi.* Matthæi 20. cap. Eſt præceptum generoſi ciues, clementiſſimi Domini noſtri IESV CHRISTI, Matthæi & Lucæ 10. vbi imperauit Apoſtolis dicens : *in quamcunque domum intraueritis primum dicite; Pax huic domui.* Quòd quidem mandatum per modum conſilij replicauit fratribus ſuis Euangelij obſeruator Seraphicus pater noſter Franciſcus in regula ſua. capit. 3. Qua ex re vt tam ſalutaris non ſim tranſgreſſor præcepti ſiue conſilij, in principio noſtræ prædicationis, ante omnia mille cordialibus ſalutationibus vos ſaluto. Itaque venerabiles in CHRISTO patres ac matres:voſque dilectiſſimi fratres, ac ſorores: gratia dulciſſimi Domini noſtri IESV Chriſti ſit vobiſcum ſemper, quæ vos ab omnibus huius mundi periculis protegat, liberet, atque defendat. Sitis ergo omnes pro mille vicibus benedicti à DEO patre, & filio, & ſpiritu ſancto, & à glorioſa cœlorum regina Virgine Maria, atque à tota cœleſti curia, & à me inter Dei ſeruos minimo.

Deus licet peccatores inuitet, cum tamen plures ſint mutum recuſantes, quàm recipientes,ideo multi ſunt vocati, pauci vero electi.

NVNQVAM deſinit nobiliſſimi ciues miſericors Deus noſter, peccatores ad pœnitentiam inuitare. Ideo ipſe inquit Apoc.3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* Clamat autem quod ſcriptum eſt Canticorum 2.ca.dicens.*Surge, & propera amica mea,ſpõſa mea & veni.*Et 6.eiuſdem libri capit.inquit. *Aperi mihi ſoror mea.* Verum quia multi in peccatis obſtinati, nolunt Dominum Deum ſuum in domũ cordis ſui intromittere, ideo ipſe eos vocat,vt ad eius conuiuium in æternum epulaturi accedant. Vnde,à Domino noſtro Ieſu Chriſto parabolice dictum eſt. *Quod quidam paterfamilias fecit cœnam magnam & vocauit multos, & miſit ſeruos ſuos hora cœnæ dicere inuitatis. Ecce prandium meum parani, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & parata ſunt omnia. Illi autem ad conuiuium pergere recuſarunt. Quidam enim ex eis dixit; Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam: Et alter dixit. Iuga boum emi quinque:* *Luc.*

Digitized by Google

contra Domini ſui voluntatem. Igitur ego, cui Dominus ex ſua benignitate aliqualem dedit gratiam prædicandi, peccarem, ſi eã vobis non communicarem, faciens contra præceptum Domini, Matth. 10. vbi inquit. *Gratis accepiſtis, gratis date.* Propterea dicit Auguſt. in lib. de doctrina Chriſtiana. *Qui à Deo accepit ſit gratiam communem, & communiter cæteris eam non præſtat, nunquam eam poſſidet ſecundum voluntatem datis.* Teneor ergo vobis communicare gratias mihi à Dómino pro veſtra vtilitate conceſſas, ſicut ſcriptum eſt. 25. q. 1. cap. Quæ ad perpetuam, & extra de præben. c. Ratio nulla. Ideo dicit diuus Ambroſius in ſermone ſanctorum Geruaſij, & Prothaſij. *In diuinis voluminibus rem ſcribitur, qui non ſtuduerit dare gratis, quod ipſe à Deo gratis accepit. Quicquid enim Eccleſiæ Domini & animabus profuturum erat, ſubtraxiſſe arguitur, qui noluerit tradere omnib⁹, quod ipſe colendum non accepit.* Cum quo concordat Seraphicus doctor ſanctus Bonauentura in libello de triplici ſtatu religioſorum, di. *Reus furti apud Deum cenſetur, qui proximo gratis non impendit, quod à Deo gratis ipſe accepit.* Magna ergo eſt culpa non communicare temporalia his, qui indigent, quando quis poteſt. 12. q. 2. cap. Gloria Epiſcopi. Et. 86. di. ca. Non ſatis. Multo autem maius eſt peccatum non communicare animabus neceſſaria ad illarum vitam & ſalutem. Et ideo talis non cõmunicans, non tantum fur appellandus eſt, ſicut ſcriptum eſt. 47. di. ca. Sicut hi. ſed etiam homicida merito debet nuncupari. Extra de homici. cap. Sicut dignum. §. Illi etiam. Vbi dicitur. *Qui potuit hominem liberare à morte & non liberauit, eum occidit.* Quæ verba intelliguntur tam de morte ſpirituali, quam corporali. Ad idem eſt textus in cap. Prouidendum. 83. di. Et in capit. Paſce. diſt. 86. Ideo Dominus noſter vt oſtenderet obligationem quam habent prædicatores ad communicandnm populis verbum Dei, & lucrãdum eorum animas, poſuit exemplum. Matth. 25. *de illo ſeruo nequam, qui cum accepiſſet vnum talentum à Domino ſuo, vt cum ipſo aliquid lucraretur abſcondit illud in terram, & non fecit ſicut præceperat ſibi Dominus. Et propterea à Domino ſuo valde reprehenſus eſt, & ab eo ablatum fuit ſibi talentum: Deinde præcepit Dominus ſeruis ſuis dicens, Hunc inutilem ſeruum eijcite, & mittite in tenebras exteriores.* Quia igitur ſcriptum eſt Luc. 12. *Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis;* Ideo cognoſcens me obligatum ad procurandum veſtram ſalutem, faciam, quod ſcriptum eſt per ſimilitudinem Luc. 21. Vbi legitur, *quod multis phariſeis diuitibus ponentibus in gazophilacio templi, id eſt, in archa multas pecunias, acceſſit poſtremò, & quædam mulier paupercula, quæ obtulit duo æra minuta, plus cæteris miſiſſe à Domino commendatur, eo quod cum maiori charitate totum contulit, quod habebat.* Sic ego pauperculꝰ decreui animas veſtras Deo noſtro præſentare, & in domo Dei. id eſt, in cœleſti patria mediantibus ſermonibus huius quadrageſimæ collocare. Et ex hac diſtributione panis cælꝰſtis, ſcilicet verbi diuini, benedictionem Dei mihi acquirere. Scriptum eſt namque Prou. 11. *Qui abſconderit frumentum, maledicetur in populis. Benedictio autem erit ſuper caput vendentium.* Nolo enim quod diabolus mihi obijcere poſſit in morte dicens illud Iob 22. *Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem.*

ia-
uo-
eam
ica-
bli-
atis
re.

Superioribus obtemperandum eſſe.

SEcunda cauſa me ad prædicandum inducens dicitur præceptionis. Patres etenim, & rectores ordinis noſtri, propter ſingularem qua vobis afficiuntur dilectionem, ſupplicationibus veſtris inclinati me ad hanc celeberrimam deſtinarunt ciuitatem, vt deſiderijs veſtris ſatisfaciens ſicut vos corporalibus cibis reficitis, ita ego dulciſſimis atque delicatiſſimis verbi Dei epulis vos ſatiem. Quia igitur melius eſt obedire quàm ſacrificare. 8. q. 1. cap. ſciendum. Et hiſtorice habetur. 1 Reg. 25. ca. Magnaque virtus eſt obedientia, Vt inquit glo. in l. Deſertorem. §. in bello, in verbo, bene geſſerit. ff. de re milita. Vnde immenſa à Deo conſequitur præmia qui ſuperiorum ſuorum obtemperat voluntati. 93. diſ. cap. Qui ſuis. Ideo imitatus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui pro nobis factus eſt obediẽs vſque ad mortem, ad Philip. 2. veni ad vos alacri animo in ſanctæ obedientiæ confidens virtute, quod de noſtra prædicatione

eritis consolati. Ad hanc etenim inclytam vrbem prædicaturus adueni, non tantum ex superiorum meorum obedientia, sed etiam ex Dei præceptione. Ipse enim clemētissimus dominus noster qui vult omnes ad agnitionem veritatis venire primæ ad Tit. 2. misit me ad vos, & illud Exod. 3. cap. dicens. *Vade ad filios Israel, & dices ad eos. Deus patrum nostrorum misit me ad vos, vt educam vos de afflictione Aegypti in terram fluentem lacte, & melle.*

Bonum cum sit sui ipsius diffusiuum, ideo Christianus bona sua tam corporalia quam spiritualia proximo suo tenetur communicare.

TErtia causa me ad prædicandum inuitans dicitur communicationis. Fundamentum cuius ponit diuus Dionysius. 4. c. de diuinis nominibus dicens. *Bonum naturaliter est sui ipsius diffusiuum*: patet quia Sol ideo bonus dicitur, quia cōmunicat lucem suam. Quapropter auarus non est bonus, quia omnia sua bona sibi retinet, & nulli cōmunicat. In cuius persona dicitur Eccles. 11. *Inueni mihi requiem, & nunc manducabo de bonis meis solus*: hæc ibi. Et sequitur de ipso auaro. *Nescit quod tempus prætereat illum, & mors appropinquat, & relinquet omnia alijs, & morietur.* Non fuit autem talis Alexander Magnus, qui nihil habere volebat, quod suis militibus diuidere non poterat. Vnde etiam quando siris æstuabat ardore, nolebat bibere si potum sociis suis non valebat cōmunicare. Quanto magis ergo Christiani debent participes facere bonorum suorum proximos suos indigentes, & maxime quando sine suo detrimēto possunt hoc agere. Quod enim tibi non nocet, & alteri prodest, est de facili concedendum, vt notatur in l. in summa. §. Item Varus. ff. de aqua. pluuiar. Ait enim Philo. 8. Ethi. c. 7. *Quod in communicatione, omnis amicitia est.* Si igitur quis habeat aliquid bonū pro aliquo tempore non sibi, sed proximo necessarium, & nō communicat, peccat mortaliter, cum agat contra ius naturale, iuxta notata per Alexandrum de Ales in 3. parte summæ in tractatu de legibus. Ideò dicit philosophus in lib. de regimine principum. *Opus est ad virtutem, vt homo qui est animal sociale, socios faciat amicos in bonis suis, qui eisdem bonis indigent.* Et idem in substātia dicit Tullius in 1. de officijs. Quia igitur præcipit Apost. Petrus primæ Canonicę suæ 4. c. dicens. *Sicut accepistis gratiam in alterutrum illam administrātes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Iccirco ego vobis in sacra Quadragesima cōmunicare intēdo thesauros inextimabiles diuinæ sapientiæ quos mihi donauit altissimus.

Cum plura bona paucioribus sint præeligenda, ideo postposita propria vtilitate, populorum conuersio, ac salus est procuranda.

QVarta ratio propter quam vobis prædicare dispono dicitur electionis. Fundamentum cuius ponit Philo 3. Topi. di. *Maius bonum semper magis est eligibile minori bono, & plura bona paucioribus bonis naturaliter sunt præeligenda.* Quo præsuppositō, certum est, quod bonum commune, & multorum, est maius bono priuato & singulari, dicente Philo. 1. Ethi. *Bonum quanto communius, tanto melius, & diuinius.* ergo dimissa propria vtilitate, & particularibus studijs, intendo communi vtilitati vestræ deseruire. Ait n. Plato in Thim. *Tanto quis Deo est similior, quanto in bonis suis est cōmunior & vniuersalior.* & Philo. 5. Ethi. dicit *Optimus ille est, qui nō solum vtitur virtute ad semetipsum, sed etiam ad alios.* Et in 10. eiusdem lib. inquit. *Bonum omne cum altero bono est eligibilius quā solitarium.* Et in 2. Polit. ait. *Amicis pluribus auxiliari, & optimum, & delectabilissimum est.* Et in 3. eiusdem libri idem approbat dicens. *Quicūque politice intendunt vtilitatem communem, recte instituti sunt. Quicunque autem intendunt simpliciter propriam vtilitatem, vitiosi sunt*: hæc ille. Et idem inquit Tullius in sententia lib. 3 de officijs & Seneca ad Lucilium epist. 34. Propterea scriptum est. 8. q. 2. c. Dilectissimi. *Quod nullus debet inspicere propriam vtilitatem, sed communem.* Et idem habetur. 8. di. cap. Differt. Et 7. q. 1. c. Scias. Et extra de elec. c. vbi periculū. §. Cæterum li. 6. & in c. Bonæ memoriæ. & primo extra de postu. præla. ideo dicit inno. 3 extra de regu. c. Licet quibusdam. *Sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas*

specialis

ſpeciali vtilitati præferenda eſt. Et ideo recte præponitur doctrina fidei. 10. hęc ille. Ex quibus omnib. decreui poſtpoſita propria conſolatione, & particulari vtilitate, cum omni ſolicitudine, & diligentia, multiq; ſudoribus, animarum veſtrarũ ſalutem in hac ſancta quadrageſima procurare, & facere officiũ Marthę licet mihi eſſet iucũdior operatio Magdalenæ, id eſt vita cõtemplatiua quã actiua.

Populi dilectione concionari debemus, vt ad cæleſtia nobiſcum ipſam perducamus.

QVinta ratio me ad prædicandum promouens dicitur dilectionis. Fundamẽtum cuius ponit Philo. 9. Ethi. di. *Amicabilia quæ ſunt ad ſeipſum, ſunt naturaliter amicabilia ad alterum.* Et in 8. li. eiuſdem operis & 2. Poli. idem ait. *Amicorum naturaliter omnia debent eſſe communia,* & in 9 Ethi. dicit. *Amicus ſe debet habere ad amicum ſicut ad ſeipſum, quomodo amicus eſt alter ipſe.* Tullius quoque in lib. de amicitia ſic dicit. *Eſt autem amicitia nihil aliud niſi omnium diuinarum humanarumque rerum cum benevolentia, & charitate conſenſio.* hæc ille. Ex quibus patet, an ſint in charitate illi qui nolunt, quæ habent ſaluti animarum proficua ſcripta alijs communicare, nec ab alijs communicari affectant. Propterea ego qui maximo vobis amore coniunctus ſum, charitate me ducente ad vos perueni, vt oſtendam vobis immenſam erga vos meam dilectionem, atque deſiderium, ac vos mecum ad cæleſtia regna perducam. Poſſum enim nõ immerito dicere illud Pauli ad Phil. 1. *Teſtis eſt mihi Deus quomodo vos omnes cupiam in viſceribus Ieſu Chriſti.*

Cum nullum gratius obſequium in hac vita Deo præſtare poſſimus, quam animarum ſaluti inſiſtendo; Ideo meriti cauſa prædicationis onus aſſumere debemus.

EXta cauſa, quare hoc onus prædicationis aſſumpſi, dicitur meritationis. Nullum.n. inter omnia bona opera offerri pôt ſacrificium Deo magis gratum, atque nobis meritorium in hac vita, quam ſalus animarũ, vt inquit Greg. ſuper Ezechielem. Quod ét cõfirmat gloſſa ſuper illud Ioan. 2. Zelus domus tuæ comedit me. di. *Nullum opus, & ſacrificium Deo pretioſius offerri vnquãpõt, ſalute animarum, pro quibus, & ipſe Dei filius mori dignatus eſt.* Cũ igitur ſalus animarũ potiſſimè acquiratur per doctrinã euangelicã, & prędicationem, vt patet in c. inter cætera de offic. iud. ord; Ideo vt hoc ſacrificiũ Deo offerre poſſim, & tanti meriti particeps fiam, & ad cælum cum magna gloria peruenire queã, intendo vobis euangelizare, atque oſtendere in hac futura quadrageſima, omnia illa quę vobis neceſſaria ſunt ad ſalutem. Scriptũ. n. eſt Dan. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates:* hæc ibi. Et ideo quanto maiorem habebo concurſum auditorum, tanto de pluribus eruditis maiorẽ gloriam me reportaturum gaudebo. Ait. n. Dominus Matt. 5. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorũ.* Prædicatores nãque, qui ex charitate euãgelizant, vltra maximum præmium eſſentiale, habebunt etiã aureolam particularẽ, quæ erit corona gloriosa ſuæ doctrinæ. De qua tangit Apoſtolus 1. ad Theſ. 2. di. *Quæ eſt mihi miſericordia, ſpes aut gaudium, aut corona gloriæ?* Propter auditorũ tamen tepiditatem, vel negligentiam non perdet prædicator mercedem ſuam. Vnde Hier. ad Palmachiũ, & Occeanũ ſcribit di. *Qui æthiopem inunxit ad balnea, & ſi nigredinem ei non auferat, nec in illius candore gaudeat. Certè vel in ſuo lucro lætatur, dum ab eo pecuniam accipit.* Et ita ſine dubio inobedientem, qui diuinis ſermonibus ad monet, quamuis refragãtis peccata nõ tollat, mercedẽ de miniſterio veræ charitatis acquirit. & Aug. lib. 1. contra Criſchonum grammaticum ait: *Si cui diligentia medicinæ impenſa non prodeſt, ſufficit ad rationem Deo reddendam, quod non ceſſauit impendi. Sicut enim malignus ſuaſor peccati etiam ſi non perſuaſerit, merito pœnam deceptoris incurrit; Ita fidelis iuſtitiæ prædicator ét ſi ab hominib. reſpuatur, abſit vt apud Deũ ſui boni eſt officij mercede fraudetur. Res.n. incerta ſit ad certum. remunerata. Incertum. n. nobis eſt, virum aſſenſurus ſit cui veritatem, ſicut prædicatur. Sed certum eſt fideliter eam prædicantes nec malum dignam retributionem manere, ſiue ſuſcipiatur, ſiue impunitum ſpernatur. Sine etiam propterea quælibet temporaliter aduerſa patiatur.* hæc ille,

Nullum .n.

Verbum

Verbum Dei in illis diſeminandum populis : ex quorum deuotione fructum maximum ſunt reportaturi.

SEptima & vltima cauſa quare vobis libenter prædico dicitur fructificationis. Recordor enim cuiuſdam ſententiæ quam ponit Martialis poeta lib. 1. Epigrammatũ di. *In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci. Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.* Sic enim faciunt prædicatores, qui populis deuotione aridis nolunt diuini verbi ſemina tradere, quia ipſe Dominus inquit Matth. 7. *Nolite ſanctum dare canibus.* Econtrario autem libenter verbum Dei in illis populis diſſeminant, in quibus propter eorum deuotionem fructum reportare maximum ſperant. Et hoc eſt quod dicit auctor libri qui dicitur Pamphilus capit. 43. *Quis niſi mentis inops ſua ſemina mandat arenæ? Cum mercede labor grator eſſe ſolet.* Ea propter Ouidius in epiſtolis epiſtola 5. ait. *Quid facis Oenone? quid ſemina mandas arenæ? Non profecturus littora bobus arat.* Iccirco quando aliquis prædicator multis laboribus atque ſudoribus alicui populo prædicauit; ſeque nullum fructum in eo feciſſe cognoſcit, deficiunt ei vires, animusque torpeſcit amplius ad illum populum cauſa prædicationis redeundi. Iuxta illud Iuuenalis lib. 3. ſatyra 1. *Paniuit multos vanæ ſteriliſque cathedræ.* Similiter quando ab illo populo non diligitur, non libenter ei prædicat. Dicit enim Gregor. in paſtorali capit. 10. *Difficile eſt, vt quantumlibet recta denuncians prædicatio eius qui non diligitur, libenter audiatur.* Et Seneca declamationum ſeu ciuilium cauſarum libro decimo & finali. in prohemio inquit, *Magna debet eſſe eloquentia quæ inuitis placeat.* Quando autem aliquis prædicator aliquo in loco prædicauit in quo gratus atque fertilis fuit, profecto ad populum illum libenter reuertitur. Iccirco ego qui in hac nobili vrbe vobis cum maxima veſtri dilectione erga me, ingentique fructu aliàs prædicaui, nunc quoque libentiſſimè aduenio. Spero etenim DEO dante, quòd ſi in alia Quadrageſima fructum trigeſimum vel ſexageſimum de vobis attuli, modo abſque dubio centuplum reportabo. Ad hanc autem ſpem me inducit concurſus veſter ad prædicationem. Per quem cognoſcere poſſum quod me libenter auditis. Ait enim Chryſoſt. ſuper Matthæum. *Sig. Signum gra num ſtudioſi agricolæ eſt meſſis fœcunda. Signum bonitudinis negotiatoris, eſt area referta. Signum vero gratioſi prædicatoris, eſt Eccleſia plena hominibus.* Qui vis quid, & quidem concurſus adiuuat prædicatorem. *quod con-* Nam inquit Tullius in 2. de oratore. *Quem curſus ipſe admodum tubicinæ ſine tibijs canere, ſic & orator ſine adiunct. multitudine audientiæ eloquens eſſe non poteſt.* Et ideo dicitur Eccleſ. 32. *Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem.* Nec valet obiectio, ſi quis dicat, quod Chriſtus prædicauit ſoli Samaritanæ, vt patet Ioannis 4. Quia reſpondetur, quòd ipſe Dominus Ieſus Deus, & homo erat doctor non tantum hominum, ſed etiam Angelorum. Vnde licet ibi adeſſet & Apoſtoli ſolum vna mulier, tamẽ ibi erant innumerabiles Angeli eum comitantes, ſicut Dominum & Deum ſuum, iuxta illud Dan. 7. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena lect millia aſſiſtebant ei.* Item Chriſtus prædicabat ipſi Samaritanæ de rebus particulariter ad eam pertinentibus dicens ei; *Quinque viros habuiſti, & hunc quem habes non eſt vir tuus.* Et multa alia ad ipſam ſolam pertinentia illi dixit, licet non ſint in Euangelio ſcripta. Quod probatur per hoc, quòd ibidem dicitur, quod ipſa Samaritana ingreſſa vrbem dixit hominibus illius ciuitatis. *Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci.* Prædicatores autem communiter prædicant de rebus quæ generaliter ad omnes pertinent. Et ideo quod omnes tangunt, vellent ab omnibus audiri. Ad quod facit. c. quod omnes, de reg. iur. lib. 6. Prædicatores ergo qui ſunt duces verbi, lætantur de concurſu populi ad prædicationem, per hoc agnoſcentes ſe eſſe gratos. Et econtrario triſtantur de paucitate audientiæ, timentes ne populo illi cui prædicant nõ ſint grati. Vnde eis deficiunt vires, & videtur eis in ventum verba proferre. Vt enim inquit Salomon Prou. 14. *In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia prin. ipis.* Quia igitur libenter ad prædicationes noſtras conuenitis, ex hoc agnoſco, quòd

Hoc caute legas, videmo tur .n. quod vni tantum prædicauerint, nec vã dicere quod ibi ſint Angeli, cum nes ipſius non proficiant, non .n. cõuerti, nec meliores effici poſſunt.

Digitized by Google

quòd me affectuoſe, & cordialiter amatis, & gratioſè doctrinam ſuſcipitis: & conſequenter quòd de ea multum proficietis. Ad hoc etiam ſperandum inducor per illud quod ponit philoſophus ſecundo de anima dicens. *Molles carne, aptos mente dicimus.* Et ratio eſt, quia, vt inquit auctor ſex principiorum; *Anima coniuncta corpori, imitatur paſſiones corporis:* Igitur ſi quãto quis eſt nobilioris complexionis & ſanguinis, magis habet nobile ingenium ad omnem doctrinam ſuſcipiendam. Sicut quãto cera eſt magis tenera, melius recipit impreſſionem ſigilli. Vos qui eſtis generoſi progenie & nobiliſſimi ſanguinis, profectò faciliter & fructuosè ſuſcipietis doctrinam prædicationis noſtræ. In hac enim patria geniti tam viri quàm mulieres ſunt dulciſſimi ſanguinis. Ad hoc etiam ſperandum me inducit loci congruitas. Nam vt dicitur 4. de cœlo & mundo. *Locus eſt conſeruatiuus, nutritiuus, & generatiuus loci.* Id eſt, aptus conſeruationi, nutritioni, & generationi eius. Vnus enim locus eſt magis aptus generationi vnius arboris vel fructus, quàm alius. Sicut in loco calido benè fructificant ac conſeruantur cedri ac oliuæ. Salices verò in humido. Iſte ergò locus cùm ſit capaciſſimus & aptiſſimus ad prædicandum, & ciuitas populoſa ac magna me traxit ad veniendum. Et vos ſimiliter trahere debet ad audiendum huius loci cõmoditas. Inſuper & temporis congruitas. Tempus namque Quadrageſimale habet in ſe quandam naturalem bonitatem, quia in eo non regnat calor, neque frigus, ſed aeris temperies. Vnde in hoc ſacro tempore omnia animalia videntur incitari ad laudem Creatoris. Et ideò Eccleſia canit ei dicens. *Dies venit dies tua, in qua reflorent omnia, lætemur in hac vt tua, per hanc reducti gratiæ.* Et poſito quod eſſet frigus, aut calor, non deberetis propter hoc dimittere prædicationem. Sicut propter frigus vel calorem non demittitis corporalem refectionem. Hoc quoque tempus habet bonitatem ſpiritualem. Nam repræſentat quadrageſimam Saluatoris, de qua habetur Matth. 4. Et ideo ait Apoſtolus, 2. ad Corinth. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile, Ecce nunc dies ſalutis.* Et iterum. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiui te.* Et Pſalmo. 58. inquit Dauid, *Tempus beneplaciti Deus,* & Pſal. 101. *Tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Hoc eſt tempus miſerationis Domini.* Iudith 8. Hoc eſt illud ſaluberrimum tempus de quo inquit ſponſa Cantico. 2. quòd ſponſus cœleſtis eam inuitat dicens. *Surge propera amica mea, & veni. Iam enim hyems tranſijt, imber abijt & receſſit. ſ. carnis priuij.* Tempus putationis aduenit. ſ. quadrageſimæ, in quo amputari debent peccata per confeſſionem. Venias ergo populo mi ad prædicationem noſtram in hac ſancta Quadrageſima ſi vis benè confiteri, & de peccatis tuis pœnitentiam agere, animamque tuam ſaluare concupiſcis. Volo enim talem doctrinam tradere circa confeſſiones, quod ſi quis per cẽtum annos ſtetiſſet ſine confeſſione, omnia ſua peccata ad memoriam reducet, & de ipſis benè & integrè cõfitebitur. Hanc etiam fidem & ſpem habeo, quòd de prædicationibus noſtris magnam conſolationem, vtilitatemque reportabis. Dicit enim Dominus noſter Matt. & Luc. 17. prædicatoribus. *Quod ſi habentes bonam fidem dixerint monti, quòd recedat à loco ſuo, & proijciat ſe in mare, ſtatim obediet eis.* Qua ex re ego firmiter credo, quòd per mandatum, ac virtutem ſanctæ prædicationis mons peccatorum veſtrorum proijciet ſe in mare amariſſimæ contritionis & confeſſionis, ſic quod in præſenti pœnitentiam agentes, ad vitam poſtremò peruenietis æternam.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, de ſeptem conditionibus, quas in ſe continere debet bona prædicatio.

QVo ad ſecundam partem noſtri ſermonis quæ dicitur conditionis, dico quòd prædicatio prædicatoris ſalutem animarum quærentis, ſeptem debet habere optimas atque excellentiſſimas conditiones, quas ſermo noſter habebit. Prima dicitur

Digitized by Google

sol limitatis 2. Claritatis. 3. Veritatis. 4. Medietatis. 5. Diuersitatis. 6. Vigorositatis. 7. & vltima appellabitur conditio charitatis.

Intellectus noster quia est nobilissimus, ea propter prastantissimas appetit scire res. Ideoque de subtilibus rebus se tractaturum asserit.

PRima igitur conditio optima, & excellens quam habebit nostra doctrina dicitur sublimitatis. Licet enim intellectus humanus sit quædam simplex & immixta potentia priuata per se simpliciter omni forma veritatis, potest tamen apprehendere diuersas veritates, tam nobiles quàm ignobiles, tam altas quàm infimas & viles. Dicit enim Aristot. in 3. de anima. *Intellectus est simplex naturaliter, & immixtus & denudatus à formis materialibus, vt omnium formas possit intelligere.* & ibidem dicit. *Intellectus ante intelligere, est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, & potest informari speciebus omnium sensibilium:* hæc ille. Verùm quia intellectus noster est nobilissimus, magis appetit scire res excellentes & nobiles, quàm infimas & viles. Vnde Philo. 11. de animalibus ait. *Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus, licet non probabiliter id sciamus, quàm scire multum, & per certitudinem de rebus minus nobilibus & vilibus.* Idem quoque 18. eiusdem libri inquit. *In rebus sublimibus si intellectus habeat mediocrem explanationem, summè delectatur, etiam plusquàm in omnibus infimis.* Et in 2. de cœlo & mundo idem dicit. *Magis diligimus scire illa de quibus maximam dubitationem per parvas & debiles rationes habemus, quàm notiora quædam per rationes efficaciores.* Et in eodem libro etiam inquit. *Cùm de corporibus cœlestibus quæstiones possint solui, parua & topica solutione, contingit auditori, vt vehemens sit gaudium & delectatio eius.* Et in 11. de animalibus idem confirmat dicens. *Quamuis parum sit, quod de superioribus substantijs accipimus, tamen illud modicum est magis amatum, magisque desideratum, & magis delectabile, omni cognitione, quàm de omnibus simul substantijs inferioribus habemus.* Et hanc eandem sententiam per alia verba ponit idem Philo. 10. Ethi. & 11. Metha. Propterea dicit B. Thomas super 3. de anima. *Ille intellectus qui plura intelligit, non est nobilior, sed qui nobiliora intelligit, perfectior est.* Arist. quoque in libro de secretis secretorum ad Alexandrum ait. *De rebus altissimis etiam parua, & debes considerare aliquid posse conspicere, iocundissimum & delectabilissimum est.* Hæc ille. Ex quibus omnibus concluditur, quod intellectus noster nobilissimus magis eleuatur, & inclinetur, & ad virtutes prosequendas, & ad vicia deuitanda per veritates altas, profundas, excellentes, sublimes, atque speculatiuas, quàm per veritates infimas, viles, ignobiles, atque communes. Sicut etiam oculus noster corporalis magis delectatur inspiciendo imagines pulchras, quàm deformes. Et quàto res, quæ videtur est speciosior, tanto ipsi oculo nostro est gratior. Et ideò vt vestros iocúdare possim intellectus, & ad benè operandum inuitare, intendo vobis tractare de rebus subtilibus, excellentibus atque dignissimis, maximè cùm videam in vobis quàmplures homines doctissimos, atq. in diuersis scientijs valde eruditos, quorum perspicacibus ingenijs subtilia multa propinabo, ita quòd mihi dicere poteritis illud Ioannis 6. *Verba vitæ æternæ habes.*

Faciliter, ac dare promittit difficilia tractare.

SEcunda conditio doctrinæ nostrę dicitur claritatis. Ita enim subtilia pertractare intẽdo, quod tamẽ tam clara explanatione omnia enodabo, vt quilibet etiam idiota & rudis me intelligere possit. Ait enim Tullius in rethorica prima, quæ ars vetus dicitur. *Narratio est rerum gestarum clara expositio.* Et in lib de oratore inquit. *Narratio obscura totam obcæcat orationem, erit autem perspicua oratio, si verbis vsitatis & claris fiat.* & Philo. 6. Topic. dicit. *Oportet diffinientem, & demonstrantem planissima interpretatione vti, & non obscura.* Et in 6. Ethi. etiã inquit. *Scientia est habitus conclusionis demõstratæ.* & Salomon Prouerb. 14. c. ait. *Doctrina prudentum facilis,* vbi Aug. dicit. *Nihil prodest clauis aurea si aperire quòd volumus non potest.* Idem quoq; Aug. in lib. de doctrina Christiana ait. *Quod eloquens in verbis suis agere debet, vt veritas pateat, placeat, & moueat.* Et ideò vt veritas pateat debet loqui clarè & apertè, vt autem placeat,

debet

Ex hoc elice quod in prædicationibus rethorica non eſt ſermenda.

debet loqui compoſitè & ornatè. Vt verò moueat, debet loqui feruenter & deuotè. De illo autem qui loquitur obſcurè, & incompoſitè dici poteſt illud Iob 3. *Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?* Magnum ergò in prædicatore eſt vitium tam obſcurè loqui, vt intelligi non poſſit. Ait enim commentator, ſuper 1. Icono. *Quod non cognoſcit quis, non mouebit eum ad timendum vel amandum.* Et Philo. 1. de generatione ait. *Quod non eſt cognitum, nõ eſt diligibile.* Et in 3. de anima inquit. *Voluntas non fertur, niſi in præcognitum.* Et. 12. Metha. dicit. *Appetimus ſimpliciter quod bonũ eſſe conſpicimus.* Et in lib. de regimine principum ait. *Amor ſequitur cognitionem.* Propterea Scotus doctor ſubtilis ſuper primo ſentent. di. 12. ait. *Nulla bonitas amatur, niſi cognita.* Et Aug. in 1. de Trinita. idem confirmat dicens. *Inuiſibilia diligere poſſumus, incognita nequaquam.* Et in 10. de tri. cap. 1. Idem inquit. *Firmiſſimè nouimus, non niſi nota amari poſſe.* Ex quibus omnib. concluditur, quòd cuiuslibet prędicatoris doctrina debet eſſe plana & clara, ita vt ab omnibus intelligatur. Ideò dicit B. Tho. in 1. parte ſummæ. *Quod licitum eſt, imò bonum vti verbis metaphoricis, & exemplis ſenſibilibus, ad ſublimia rerum ſupernarum melius declaranda.* Non igitur volo eſſe ſicut ille prędicator, de quo refert S. Bernardinus in quodam ſermone, quod cùm prædicaret in quodam caſtro Marchiæ Anchonitanæ ad quodam pauperes idiotas & illiteratos, prædicauit eis veritates altiſſimas de Aſtrologia, & motu cœlorum, de Angelis, de Trinitate, & huiuſmodi cũ maxima profunditate ſermonis, & obſcuritate. Et cõpleto ſermone, illi homines rudes, & beſtiales dicebant vnus ad alterum. O quàm mirabilis eſt iſte prædicator. Et dum vnus illorum obuiaret cuidam cõpatri ſuo dixit. O compater mi fuiſti hodie ad ſermonem? Qui reſpondit. Non. Cui ille dixit. O pauper homo, tu perdidiſti nobiliorem ſermonẽ, quàm vnquam audiueris. Qui cùm diceret. Et quid ille prædicator dixit? Reſpondit. In veritate prædicauit ita altè & ſubtiliter quod nihil intellexi, ſed certè, nullus vnquam dixit ita benè. Qui dixit ei. O ſtulte, & quomodo prædicauit benè, ſi nihil intellexiſti? Cùm igitur ſit præceptum ſapientiſſimi Imperatoris in l. fi. §. Sed cùm antiquitas. C. de cura. furi. *quòd omnis obſcuritas eſt vitanda;* Ideò intendo ſeruare doctrinam Gualfredi, qui in poetria ſua c. 53. inquit. *Cùm doceas artes ſit ſermo domeſticus arti. Qualibet ars gaudet proprijs, ſed ſint tua verba Limitibus contenta ſuis, cùm veneris extra. Per communeforum placeat communibus vti.* Ideò dicit Ariſto. 1. Icono. *Exemplis vtimur in docendo, vt facilius intelligatur quod dicitur.* Et in 1. priorum ait. *Exempla aliquando ponimus, nõ quòd ita res ſint, ſed vt melius intelligant qui addiſcunt.* Hæc ille. Cuius doctrinam ego imitatus, res difficiles per exẽpla materialia rerum viſibilium clariſſimè explicabo. Ait enim Imperator. Inſtit. de gradibus. §. fi. *Veritas magis occulta fide quàm per aures animis hominũ inſigitur,* & Horat. in poetria inquit: *Segnius irritãt animos demiſſa per aures, Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.* Ex quibus omnibus concluditur, quòd noſtra prædicatio vtilis, & fructuoſa erit clariſſima, & à quolibet intelligibilis ſeruans illud Tullij in 2. de oratore, qui ait. *Is eſt eloquens qui & humilia ſubtiliter, & alta grauiter, & mediocria temperate inſinuat.*

Et ratio ſecundùm aliquos eſt, quia actus intellectus & voluntatis ſunt eſſentialiter ordinati.

Verum & vtile in ſermonibus dicendum eſſe.

TErtia conditio prædicationis noſtræ dicitur veritatis & vtilitatis. Nihil enim in ſermonibus noſtris niſi verum atq; vtile dicere intendo, dimiſſis omnibus mẽdacijs. Ait enim Ariſt. 1. elench. *Sapiẽti opus eſt in vnaquaque re non mentiri,* & nunquam autem licet prædicatori dicere falſitatẽ, etiam propter cultũ Chriſti ampliandũ. 22. q. 2. c. Primum. Et licẽt verum ſit quod inquit Terentius in Andria. ſ. *quod obſequium amicos, veritas odium parit;* Et licet contingat de veritate, quòd contingit de luce, odore, & ſapore. Lux. n. eſt amabilis, oculis puris, ſed habẽtibus oculos lippos eſt odibilis, vnde Aug. ait. *Oculis ægris odioſa lux eſt, quæ puris eſt amabilis.* Odor etiã eſt homini gratus, quoniam eum recreat & cõfortat, ſed odiolus eſt ſerpenti, quia ipſum occidit, & fugat. Item panis palato ſano eſt ſapidus, qui palato infirmo eſt inſipidus, & pœnoſus, vnde Auguſt. inquit. *Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis.* Et

Digitized by Google

similiter licet veritas displiceat malignis, & proteruis, atq; peccatoribus obstinatis, tam in nullatenus tacere intendo infamvitatem in his, quæ animabus vestris salutaria atque necessaria videbuntur. Seruans tamen illud Hieronymi ad Nepotianum, qui inquit. *Neminem specialiter sermo meus pulsauit, generaliter de vitijs disputatio est. Qui igitur mihi iratus voluerit, prius ipse de se quod talis sit, confitebitur.* hæc ille. Cui concordat moralis Cato dicens. *Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.* Omissis etiam fabulis ridiculis quæ magis ad histrionis, quam prædicatoris spectant officium, iuxta illam Oratij sententiam in quadam epistola ad Cæsarem. *Tractant fabrilia fabri*, de rebus deuotis, atque ad salutem conferentibus habebo sermonem, adimplens Seraphici patris mei Francisci exhortationem in regulæ suæ cap. 9. vbi de prædicatoribus loquens ait. *Sint examinata, & casta eorum eloquia*, ad vanitatem & ædificationem populi. Et illud quod hortatur beatus Bernardus in quadam epistola, quæ incipit. *Si plenè vis assequi quod intendis*, vbi inquit. *Verba tua sint vera, ponderosa, & de Deo*: vt enim dicitur in c. sane. 45. di. *Ille doctor appellatur percussor, qui inutili Sermone conscientiam percutit infirmorum.*

Nec prolixus, nec nimis breuis debet esse Sermo, sed mediet as est sequenda.

QVarta conditio quam habebit nostra doctrina, dicitur mediet atis. Volo enim sequi illud vulgare prouerbium quo dicitur. *Quod in omnibus media via sequenda est.* Sicut nota. in l. antiqui. ff. Si pars. here. pe. Et in l. Si quis argentum. §. 2. C. de dona. & in §. Sed cum libertas. Institu. Ex qui. ca. manumittere non licet. Vnde dicitur. *Medium tenuêre beati.* Quod prouerbium allegat glos. in auten. de consu. §. 1. in verbo medium. Et ideo nolo esse nimis longus, neque nimis breuis in sermonibus nostris, quia inquit Philoso. 6. Politi. *Omnis excessus, vel defectus, vel nocet vel non proficit.* Et in 2. suæ poetriæ idem inquit. *Omnis sermo si breuior fit, quàm oporteat, obscurat intellectum, si longior, difficilis erit retentionis, & obliuionem inducet.* Item in 2. quoque Ethi. ait. *In omnibus mediet as est laudanda, extrema autem vituperabilia sunt.* Tullius & in prime de officijs dicit. *In plerisque rebus mediocritas optima est.* Ex quibus concludit B. Gregorius super Ezechielem di. *Pauca loquenda sunt, & forsans hæc vtilius proderunt, quia sæpe alimenta, quæ minus sufficiunt, auidius sumuntur. Si autem ei, qui multa ferre non valet, verbum exhortationis longius trahimus, auditorem nostrum ad fastidium ducimus.* hæc ille. Cùm igitur dicat Aristoteles. 2. Ethico. *quod in medio consistit virtus*, ideo reprehensibile est, si prædicator vel nimis breuis sit, vel nimia verbositate sermonem protrahat in lõgum: & de hoc potest etiam exemplum dari naturale, quod colligitur ab Aristot. 2. Ethicorum, vbi inquit. *Quod abundantia cibi & potus, seu defectus, corrumpit fortitudinem in organo.* Ergo à simili, si doctrina seu prædicatio habeat defectum breuitatis, seu abundantiam nimiæ prolixitatis, vtique intellectiuam potentiam alterabit. Qua ex re dicit ipse Aristoteles in 4. Politicorum. *Quod medium semper est optimum.* Ideò dicitur prouerbiorum. 25. cap. *Mel inuenisti, comede quantum sufficit tibi: ne fortè satiatus euomas illud.* Ex quo datur intelligi, quod quantumcumque prædicatio sit pulchra, si nimis fuerit prolixa: redditur nociua & viciosa. Quia dicit Martialis cocus libro vndique suscepto. capitulo tertio. *Virtus absque modo nomen habet vicij*, & Seneca in libr. tragœdiarum in Hercule Etheo. cap. 6. *Quisquis medium desugit, iter stabili nunquam tramite currit.* Qua ex re dicit Maximianus poeta. *Maior enim medijs gratia rebus inest.* & Ouidius 11. Metha. dicit. *Medio tutissimus ibis.* Et Guffredus in poetria, cap. 31. inquit. *In omnibus vna est virtus seruare modum.* Verum enim est illud quod vulgariter dicitur. *Omne quod est nimium, vertitur in vitium.* Et ideò inquit Oratius in sermonibus sermone primo. *Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos vltra citraque nequit consistere rectum.* Et ideò inquit Imperator in aut. vt determinatus sit numerus clericorum circa principium. *Pene nihil immensum bonum est.* Et Terentius in Andria ait. *Id arbitror in vita apprime esse vtile, vt nequid nimis.* Si igitur debeo errare in aliquo extremorum, quia vt dicit Aristot. 2. Ethicorum. *Difficile est medium seruare* potius volo errare in nimia breuitate, quàm in nimia

Digitized by Google

mia prolixitate. *Gaudent enim breuitate moderni*, vt nota in l. 1. fi. Quod metus ca. Et in l. Ampliorem §. in refutatorijs. C. de appel. Et in l. fi. C. de precibus Imperatori offerendis. Vnde ait auctor libri qui dicitur facetus. *Pauca loqui ſtudeas qui vult vrbanus haberi.* Et Iſido. ſoliloquiorum libro. 1. cap. 3. *Sint verba tua pauca, tolle verboſitatem ſermonis ſuperflui, multiloquium enim non effugiet culpam, ſapiens verò paucis vtitur verbis.* Oratius quoque in poetica inquit. *Quicquid præcipies, eſto breuis, vt cito dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles. Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.* Iuſtinianus quoque Imperator in l. 2. §. Sed & aliquid C. de ve. iu. enuc. inquit. *Multo vtilius eſt pauca idonee effundere, quàm multis inutilibus hominem prægranare.* Qu idam etiam poeta qui dicitur Ricardus in libro de nuptijs c. 1. inquit, *Sermo breuis longo gratior eſſe ſolet*, & Iacobus Beneuentanus ſui libri cap. 57. ait. *Inuidiam generat, & longus tædia ſermo.* Et ideò ne nimia prolixitate faſtidium vobis inducam, quantum potero breuitati intẽdam. Vtile enim eſt homini ſemper à prandio vel cœna diſcedere cum aliquali appetitu. Et non vſque ad os ſe iniurgitare Et ideò ſemper vos poſt prædicationem quæ eſt cibus ſpiritualis animæ, dimittam cum ſiti, & deſiderio etiam audiendi, vt magis ſermo noſter proficiat. licet autem pro explendis tractatibus, de quib. agetur, longos in ſcriptis faciam Sermones, vt ex copioſitate allegationum poſſit vnuſquiſque prædicator accipere, quod ei magis placet aut conuenit intelligentiæ ſuæ, tamen vobis in prædicatione ſolum dicam eorum flores vel vnũ ſermonem. Et quandoque vnam vnius ſermonis partem in plures diuidam prædicationes. Nolo enim eſſe ſicut ille orator, cui cum propter dicendi prolixitatem nollet papa dare audientiam, ſemel tandem promittens ſe breuiter expedire, habita licentia loquendi, dixit Papæ, Nolite timere ſanctiſſime Pater quod velim eſſe prolixus. Volo enim probare nonaginta rationibus, quod debeo eſſe breuis.

Ridiculoſus oratoris ecenium.

Quod varietas ſit ſeruanda in prædicationibus: Paganorum, ac Theologorum auctoritates allegande.

QVinta conditio, quam habebit noſtra doctrina dicitur diuerſitatis. Non enim ſemper de eodem prædicabo, ſed de diuerſis & varijs rebus. Ait enim Bernardus in Apologia ſua. *Similitudo rerum aliquando moleſtat, varietas verò faſtidium tollit.* & Caſſiodorus lib. 7. epiſtolarum inquit. *Nemo dubitat hominem ſuauiter ex varietate recreari. Quia in continuatione magnum conſtat eſſe faſtidium. Dulcedo mellis ſi aſſidue aſſumatur omnibus perhorreſcit.* Tullius quoque in primo lib. veteris Rethoricæ dicit. *Variare orationem magnopere oportebit.* Ait enim Philoſo. 12. Metha. *Diuerſitas ſpecierum eſt ad decorem, & perfectionem totius vniuerſi.* Et ideò reprehendendi ſunt quidam qui dicunt, quod in prædicatione non ſunt allegandæ leges ciuiles aut dicta paganorum. Sed tales communiter ſunt ignorantes. Quia ſcientia nõ habet inimicum niſi ignorantem. Et ideò in alijs reprehendunt, quod ipſi allegare neſciunt. Contra ipſos autem eſt ſententia Auguſtini in lib. 2. de doctrina Chriſtiana, vbi ait. *Si quæ vera dixerunt philoſophi, & pagani, ab eis ſunt tamquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vendicanda.* Vnde Hier. vſus eſt auctoritate Galeni & Hippocratis in cap. ne tales de conſe. di. 5. & in cap. qui de menſa. 37. di. ait idem Hiero. quod Daniel, & alij ſancti ſocij eius non didiciſſent doctrinam Babyloniorum, ſi ſciuiſſent eſſe peccatum. Et ſubdit. *Diſcunt autem non vt ſequantur, ſed vt iudicent, atque conuincant. Quomodo ſi quiſpiam aduerſum mathematicos velit ſcribere, imperitus matheſeos riſui patet, & aduerſus philoſophos diſputat ſi ignorat dogmata philoſophorum?* Et ibidem. *Diſcimus vt probemus ea quæ à ſanctis prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam græcorum, quàm latinorum, & aliorum gentilium literis contineri.* Bonum ergò eſt ad defenſionem fidei Catholicæ & commendationem virtutum ac reprobationem vitiorum adducere dicta gentilium, ſicut facit ſæpè Auguſt. in libris de ciuitat. Dei. Et ita erepto mucrone de manu inimici, cum ipſo eum ferire, ſicut fecit Dauid qui occi-

In prædicationibus leges ciuiles, & paganorum dicta allegari p ſũt. Hoc idem dicere poſſes de negantibus, nos rethoricis colorib. in prædicationib. vti non debere.

Digitized by Google

occidit Goliath Philisteum suo proprio gladio vt habetur 1. Reg. 17. Et suis proprijs dictis, & allegationibus confutare aduersarios Ecclesiæ Catholicæ, sicut solent facere prudentes aduocati, qui assumunt ad sui defensionem ea, quę in oppositum à parte cõtraria fuerunt adducta. Præterea quia est qui abijciat serica pro eo quod à vermibus sunt facta? Et quis proijcit aurum, & argentum pro eo quod ex fece terræ sit generatum? Et similiter nec nos debemus reijcere vera dicta paganorum, licet eorum detestemur consortium. Qua ex re in §. sed è contra & in capitulo turbat. cum tribus ca. sequentibus 37. di. probat Magister Gratianus multis sanctorum auctoritatibus licitum esse & vtile, habere noticiam scientiarum paganorum, quando acquiritur bono respectu. De scientia autem legali habetur in ca. 2. 10. di. vbi dicitur. *Imperatorum leges quibus sæpe Ecclesia vtitur contra hæreticos; sæpe contra tyrannos, atq; contra prauos quosque defenditur, non dicimus esse renuendas.* Licitum autem esse allegare versus poetarum, patet in l. 1. ff. de contrahen. em. & facit capitulum, forus de ver. si. Vnde dicitur in dicto capitulo turbat, quod magister gentium Paulus aliquos versus poetarũ suis scriptis & dictis inseruit, vt patet primæ ad Cor. 15. vbi posuit illud Terentij & Menandri poetæ. *Corrumpunt bonos mores, &c.* Et ad Titum illud Epigmenidis poetæ. *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* Et contra Athenienses disputans Araci poetæ testimonio vtitur Actu. 17. Hier. quoque allegauit versus Virgilij de conse. di. 5 cap. nunquam: & August. versus Lucani 26. q 5. cap. nec mirum circa princ. & in sermone de Innocentibus allegat illud carmen Iuuenalis. *Cresit amor nummi, &c.* Et iurisconsultus versus Virgilij. ff. de rerum di. l. in tantum. §. cenothaphium. Et Imperator versus Homeri. Instit. de em. & vendi. §. pretium. Esset tamen vitiosum, & valde reprehẽsibile, si quis prædicator, dimisso Euangelio, & alijs sacris scripturis, solum attenderet allegationibus paganorum. Et ita intelligitur illud quod habetur in capitulo sacerdotes, & capitulo nonne & capitulo vino. & capitulo omnem. & capitulo legimus. 37. di. quod videtur contradicere supradictis. Qua propter cõsiderans ego, quod, verum est illud quod dicit August. in lib. de natura dæmonum, scilicet quod Diabolus habet mille nocendi artes, & mille modis trahit homines ad peccatũ; vt etiam notatur. 26. q 4. ca. sciendum arbitror, quod etiam nos prędicatores laudabiliter faciemus, si mille ingenijs trahere conemur homines ad prædicationẽ, qua mediante à vitijs retrahantur, & ad virtutes perducantur. Et ideo intendo allegationes facere non solùm in scientia grammaticali, logica, rhetorica, poesia, philosophia naturali, & metaphysica, iure ciuili, & canonico, sed præcipuè in sacra Theologia, & scriptura sancta. Vt & deuotis satisfaciam. & curiosos hac laudabili cautela ad audiẽdum verbum Dei inducam. Hoc. n. non est ipsum Dei verbum adulterare, sed animas adiuuare, & ad conueniendum ad prędicationem incitare. Sicut etiam faciẽtes conuiuia inter delicatas epulas apponunt delectabiles sapores, vt conuiuantium incitent appetitum, Sunt enim multi, qui non irent ad prædicationem nisi causa curiositatis. Puta vt audiãt poetarum allegationes, seu philosophorum, vel legum ciuiliũ aut aliarum scientiarum. Qui tandem in prædicatione audiũt aliquid. quod eos ad pœnitentiam conuertit. Et sic qui prius ibant propter curiositatem, postea accedunt propter animarum suarũ salutem. Sicut enim venatores ostendunt volucrib. aliquem cibum eis gratum, & similiter piscatores piscibus. Et sic cum laqueo vel hamo eos capiunt, vel cũ aliqua dulci modulatione faciunt venire sub retia. Ita prędicatores sancti animas hominum Deo capiunt, ostendendo eis in prædicationib. alicuius scientię dulcedinem, propter quam eos illa quærant, vt tota quadragesim. ad prędicationem perseuerent. Et ideo vobis quotidie diuersarũ scientiarum dicta melliflua proponam, tanquam escas vobis gratissimas, more boni venatoris, & piscatoris. Prædicatores enim sunt piscatores, quia vno tractu retis, *Prædicatores* *rete* quæ id est,

piſcatores dicuntur.

id eſt, prædicationis, aliquando magnam multitudinẽ hominum capiunt, id eſt, conuertunt, ſicut in figuram habetur. Lucæ 5. & Ioannis. 12. De Apoſtolis magnam multitudinem piſcium vno tractu capientibus. Dicuntur etiã venatores, quia feras, id eſt, homines beſtiales venantur. Aliquãdo tamen cum multis fatigationib. & clamorib. vix vnam feram, id eſt animam cõuertere poſſunt. Et ſimiliter piſcatores aliquãdo nihil capiũt. Quod procedit, vel ex cauſa ſui, vel ex cauſa piſcium. Primo ex cauſa ſui, quando piſcantur in tempore non debito. Vnde dicebat Petrus. Luc 5. *Præceptor, per totã noctem laborãtes nihil cepimus.* Illi aũt piſcantur in nocte, qui non habent lumen ſacræ ſcripturæ, ſed ſunt in tenebris ignorantiæ. Tales namque alios non conuertunt, ſed in errorem mittunt. De quibus dicitur 1. ad Thi. 1. *Volentes eſſe legis doctores non intelligentes neque quæ loquuntur, neq; de quib. affirmant.* Et Gilbert. *Ridiculoſum imò periculoſa res eſt, ſpeculator cæcus, cantor claudus, præco mutus, doctor inſcius.* Et ideo inquit Greg. Nazianz. *Mundari prius oportet & ſic alios mundare, ſapientem prius fieri, & ſic alios facere ſapientes. Lumen efficit, ita alios illuminare.* 2. Nihil capiũt ex ſuo defectu quando piſcantur in loco non apto in quo piſces non morantur. Illi aũt piſcantur in loco non apto, qui prædicant de reb. vanis, & fabulis, ac de terrenis in quib. non fit fructus animarum, Scriptum eſt. n. Iere. 4. *Aſpexi terram, & terra vacua erat & nihil.* De tali aũt piſcatore dici poteſt illud Abacuc. 3. *Aggrauat contra ſe denſum lutum.* Et ideo inquit ſaluator. Luc. 5. *Duc in altum, & laxate retia in capturam.* Ille autẽ in altum laxat

ia in capturam qui de cæleſtib. & perti- usad ſalutem prædicat. Sed oportet, quod ſeruet præceptum Domini. Ioan. 5. dicentis. *Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis.* Ille enim mittit rete in dexterã, qui ad honorem Dei prædicat, & propter zelum animarũ dicens cum Petro. Luc. 5. *Domine in verbo tuo laxabo rete.* Ille vero laxat rete in ſiniſtram, qui prædicat propter vanã gloriam vel auaritiam. 3. Nihil capiunt piſcatores ex ſuo defectu, quando piſcantur cum inſtrumento non congruo, id eſt, cum retibus fractis. Et ideo dicitur Matthæi. 4. quod Apoſtoli Ioannes & Iacobus reficiebant retia ſua, quando vocauit eos ſicut vocauerat Petrum & Andream fratrem eius, di. *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.* Illi autẽ retia ſua frangunt, qui ea quæ verbo prædicant, male viuendo lacerant, De quibus inquit. Greg. Quod verbis prædicant, moribus impugnant. Illi vero retia reficiunt, qui vitam ſuam bonis actib. componunt. Et ideo dicit Grego. Ad hoc vt ſeruetur veritas prædicandi, neceſſe eſt vt ſeruetur veritas benè viuendi. Secundo principaliter dico, quod piſces non capiuntur à piſcatoribus ex cauſa ipſorum piſcium, vel quando ſunt nimis parui ita ꝙ de reti proſiliunt. Et iſti ſunt qui paruum cor habentes, timent aggredi quodlibet arduum. De quibus dicit pſalmiſta. *Trepidauerunt timore vbi non erat timor:* Vel quando ſunt nimis aſtuti, & cauent ſibi à retibus, & ab hamo. Multi. n. ex quadam aſtutia diabolivitant intrare prędicationis retia, timentes, ne ſua ibidem tangantur vitia. Nam ſuperb. non vult audire verba humilitatis, nec luxurioſus verba caſtitatis, nec auarus verba liberalitatis. Sed quod nõ capit rete prędicationis, capiet rete dæmonis iuxta illud Iob. *Apprehendet ſapientem in aſtutia ſua.* Alij vero non capiũtur, quia ſunt nimis magni, & retia frãgunt. Multi enim magni in ſeculo, Dei præcepta contemnunt. Vnde de optimatib. dicitur. Iere. 5. *Hi ſimul magis confregerunt iugum, ruperunt vincula.* Tales. n. ad pœnitentiam ſe capi non permittunt. Vnde Chriſtus in hoc mundo de ſapientibus non cepit niſi duos, ſcilicet Gamalielem legis doctorem & Nicodemum magiſtrum in Iſrael. Nec de nobilibus niſi vnum, ſcilicet Paulum, qui dicitur fuiſſe nobilis ciuis Romanus, nec diuitibus niſi vnum ſcilicet Zachæum. Nec de principibus niſi duos, ſcilicet Centurionem, & Regulum. De infimis autem, & ſimplicibus, ac ignobilibus & pauperibus, multos cepit iuxta illud primæ ad Corint. *Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi potentes, non multi ſapientes, non multi nobiles, ſed quæ infirma, ſtulta, & ignobilia ſunt mundi elegit* DEVS, *vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Alij autem non capiuntur,

quia

Prædicatores quare venatores vocentur.

Quot ex cauſis accidit prædicatorẽ nullum conuertere.

Quid ſit laxare retia in dexterã & ſiniſtrã partem nauigij, & quid retia frangere.

quia sunt nimis lubrici, sicut patet in anguillis, quæ postquam captæ fuerint de manibus, lubricant & exeunt. Sunt enim multi lubrici qui lubricant de culpa in culpam, iuxta illud Thren. *Lubricauerunt vestimenta nostra*, &c. Ego vero Deo dante spero, quòd tot retia, & laquearia diuersorum, & dogmatum verbi Dei extédam in capturam, quòd de animabus vestris faciam magnam prædam. Et ero de illis piscatoribus, & venatoribus, de quibus inquit Dominus. Ier. 16. *Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur illos.*

Doctrina cùm exemplis, tum etiam rationibus, & auctoritatibus, est corroboranda.

SExta conditio quam nostra doctrina habebit, dicitur vigorositatis. Dicit enim Philosophus 1. Physi. *Certitudo in omnibus in tantum quærenda est, in quantum recipit natura rei.* Et in 1. elen. *Certitudinem oportet in singulis expetere secundum subiectam materiam. Et in tantum quantum est proprium doctrinæ.* Ex quibus concluditur, quòd prædicator debet probare vigorosis argumentis ea quæ dicit. Et non semper vno tantum fundamento, sed aliquando pluribus. Ait enim idem philosophus 2. poster. Et Thom. ibidem. *Demonstrari potest idem optimè per plures causas.* Debet igitur prædicator considerare conditiones auditorũ, & secundum eorum capacitatem eis illa quæ dicit declarare, S. q. 1. cap. oportet. Quilibet enim Euangelicus præco potest dicere cum Apostolo ad Rom. 1. *Sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Sicut ergo non datur idem cibus hominibus, & iumentis, quia non sunt eiusdem naturæ & complexionis (Omnia enim debent agere secũdum quod recipiens aptum est recipere, secundum Boet. 4. de conf.) ita prædicator debet facere qui est distributor verbi diuini & sacræ scripturæ. Vnde cùm Christus multitudinem populi vellet reficere in deserto, vt habetur Matth 14. Et Lucæ 9 ait discipulis suis. *Vos date illi manducare.* Nam prædicatoribus verbi diuini præcepit Deus, vt cibum sacræ scripturæ spiritualiter exponentes, & velut panem frangentes apponant Dei populo indigenti, & esurienti. Quia væ mundo, & ipsis prædicatoribus, quando verificabitur illud Thren. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Debet ergo vnusquisque prædicator attendere cuius conditionis auditores existant. Et secundũ ipsorũ facultatem, & ingenium ministrare eis cibum opportunum, vt ita reficiantur sapientes subtilibus, & altis rebus, quòd simplices non pereant fame, non valentes inconformem sumere cibum. Vnde Greg. 17. mora. inquit: *Non debet prædicator ministrare infirmis cuncta, quæ sentit, nec insinuare rudibus quæcunque cognoscit.* Et huius figura habetur Gen. 24. vbi dicitur, quod Labã apposuit iumentis, & camelis paleas, & fœnum, hominib. vero panem. Per Laban enim fratrem Rebecæ, intelligitur prædicator. Laban namque interpretatur candidatio. Candidus enim debet esse prædicator, tam per splẽdorem scientiæ, quam per lucem bonæ vitæ. Vnde Greg. 28. mora ait. *Lex ipsis prædicatoribus posita est, vt ipsi viuendo illuminent, quos verbo docendo suadere festinant.* Est etiam Laban frater Rebecæ, quæ interpretatur patientia, quæ dicitur esse prædicatoris soror, & socia, psalmista dicente, Bene patientes erunt vt annuncient. Hic ergo prædicator debet apponere iumentis, id est rudibus fœnum, & paleas, id est expositiones eorum capacitatibus congruas, grossas, & eis conformes vt cibum cadere possint. Et illo refecti subsistere, & proficere. Hominibus vero dare debet panem, qui cibus est delicatior; quia prouectis, & acute intelligentibus debet subtilia prædicare. Si enim omnibus hunc delicatum cibum subtilitatum vniformiter apponeret, cum non omnes sint eiusdem facultatis, quosdam confunderet, potius quam instrueret. Vnde Greg. 30. mora. & in pasto. inquit. Vt longe ante nos reuerendæ memoriæ Gregor. Nazianzenus edocuit. *Non vna ad eadem exhortatio omnibus congruit, quia nec cunctos eadem peccatorum qualitas astringit. Sæpe enim alios offendunt, quæ aliis prosunt. Quia plerumque quæ hæc animam nutriunt, alia occidunt. Et leuis fibium equos mulcet,*

Exponitur illud Gene. 24. de Laban, qui apposuit iumentis & camelis paleas & fœnum, hominibus vero panem.

Digitized by Google

mitigat, qui catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum sanat, alteri virus inungit. Et panis qui qui vitam fortium roborat, parvulorum vitam necat. Et corde consonam modulationem reddunt, quæ vno quidem plectro, sed non vno impulsu feriuntur. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt ars sua congruat singulis. Et tamen à communis ædificationis arte nũquam discedat. Hæc ille, Propter prædictam autẽ discretionem prędicandi ait Saluator prędicatorib. Matth. 5. *Vos estis sal terræ.* Sicut enim cib. aptus saliri si omnino salere careat nihil valet. Iob 6. *Quomodo põt quis comedere, quod nõ est sale conditũ? Si vero nimiũ salis in cibo ponatur, etiam amarescit.* Ita prædicatores verbi diuini, qui sal terræ dicũtur, quia per eos vniuersum genus humanum conditur, vt dicit Aug. debent seruare illud Apostoli ad Col. 4. *Sermo vester semper sit in gratia sale conditus, vt omnia moderate, & secundũ mensuram prædicent.* Et sermones suos per quos debẽt corda audientium condiri, ac Deo sapida fieri in mensura debita temperent. Et propter hoc in figurã prędceptum erat Leui. 2. Quod in omni sacrificio poneret sal. Et hoc erat proculdubio in debita proportione. Cor. enim humanum dicitur esse vitulus, vel anima sacrificij Deo offerẽdi. Sacerdos vero offerens, est prædicator verbi diuini, qui cor mactãs peccatis, illud virtutibus viuificat. Et vt ipsum Deo sapidum reddat, verbis sacræ scripturæ illud quasi sale condit. Sicut aũt secundum quantitatem sacrificij apponebatur plus, vel minus de sale: ita secũdum dispositionem auditorum debet dari doctrina prædicãtium, & quo ad quantum, & quo ad quale, ne prolixitate sermonis, vel nimia subtilitate aggrauetur sapor, vel dulcedo causet fastidiũ & in amaritudinem conuertatur. Vnde Petrus Rauennas in sermone illo, homo quidam erat diues, inquit. *Omniũ quidem ciborum sal est salubre condimentũ, si non desit mensura;* Alioquin si fine modo est, & ipsũ perit, & quod salierit perdit. Amarat. n. nimietas, quod condiret mensura. Sic qui in nobis est sensus, si teneat modum, dat saporem, intellectum parit, prudẽtiam generat, cor dilatat, auget ingenium, maturat dicenda, audienda componit, fitq; sibi dulcis, & degustantib. suauissimus, è contra aũt est, si modum non seruet. Alia quoque figura ad prædicta habetur Gen. 2. vbi dicitur. *Plantauerat autem Dominus paradisum, &c.* Prudens. n. agricola plantat in suo viridario diuersas arbores, vt pro diuersitate, & qualitate temporum diuersos fructus recipiat. Per hoc igitur q̃ Deus vt in supradicto. c. Gen. habetur, plãtauit in ipso Paradiso arbores vniuersi generis, ostendit q̃ prædicator debet habere varietatem sermonum, vt secundum diuersitatem personarum, & temporũ possit auditorib. verba vtilia, & eis conformia prædicare. Et figura huius ẽt habetur in dicto 2. ca. Gen. vbi dicitur, quod in Paradiso terrestri erat lignũ scientiæ boni, & mali. Paradisus. n. significat prædicatorẽ, per quem populis æternæ vitę verba mittuntur. Can. 4. *Emissiones tuæ paradisus.* Tunc aũt paradisus producit lignũ scietiæ boni, & mali, quando prædicator regnũ Dei proponit bonis, & malis supplicium inferni. Sicut etiam sapiens agricola secundum dispositionẽ terrarũ, diuersa spargit genera seminũ. Qui aliqua semina fructificant in terra pingui, quæ non fructificarent in terra macra, & è contra: Et idem est de plantatione, quia aliquæ plantę viuunt & fructificant in aliquo solo, q̃ non viuerent in alio. Ita bonus prædicator debet doctrinam suę prędicationis seminare diuersimode secundum diuersas qualitates audientium, quas diligenter debet attendere, & perscrutari, verba. n. debẽt formari secundum subiectam materiam 2. Eth. Et ideo ego conditiones vestras animo reuoluens video in vobis verificatã esse illam sententiã Ouid. in 1. de arte aman. circa finem vbi inquit. *Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ.* Et illam Persij Satyra. 5. dicentis. *Mille hominum ſpecies, & rerum discolor vſus. Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno:* & illam Maximiani poetæ dicẽtis: *Diuersos diuersa iuuant.* Et illam Mantuani Virgilij in Bucolicis Ecloga 2. vbi ait. *Trahit ſua quemq; voluptas.* Et ideo dicit in c. sicut in sacris, de conse. dis. 4. *Quot capita, tot sensus.* Diuersitatem. n. corporum sequitur diuersitas animorũ c. quia diuersitatem. de consecr. pri. Vnde dicit iurisconsultus in l. item si vnus. §. item si in duos.

ff.de arbi. *Naturalis facilitas est hominũ ad dissentiendum.* Et in l.quia poterat.ff.ad Trebel.dicitur. *Variæ sunt hominum voluntates.* Quod video esse verissimum in vobis. Aliqui enim vt sunt homines litterati maximè philosophi, volũt quod prædicator eis probet quæ dicit per rationem. Quia inquit. Aristot. 1. metaphi. quod illi rectè docent qui causas de singulis reddũt. Et in 8. Phisi. iterum ait. *Oportet docentem non solùm verum affirmare; sed etiam illius causam assignare.* Et hoc idem dicit 7. Ethi. In 2.quoque metha.inquit. *Verum nescimus sine causa, & ratione.* Et in 3. Ethi. dicit *Bonus singula ratione probat.* Et in 4. eiusdem operis idem confirmat di. *Quod pulcherrimè demonstratur, optimũ, & delectabile est.* Commentator etiam super.2. de anima dicit. *Sicut color non est visibilis sine lumine, sic nec verum bene cognoscitur sine ratione.* Et ideo inquit Tullius in tuscu.q. li.3. *Sapientis animus ita semper est affectus, vt in vna quaq; re ratione utatur.* Et huius dicti illa est ratio, quę ponitur in c.decretales.26.di.vbi dicitur. *Quo magis quisq; ratione nititur, tanto maioris auctoritatis eius verba esse videtur.* Et facit ad prædicta, quod ratio est anima legis.l. cum ratio.ff.de bonis dam. Et tantum valet allegare rationem quantũ legem.l. scire oportet.§. sufficit vbi Bal.ff.de excu.tu. Bar. vero in proemio. ff. dicit q̃ vbi habemus rationem & legem, magis inhærẽdum est rationi, & allegat glosam in l. adeo.ff.de acquiren. do. Quod etiam notat Angelus cõsilio suo.33.quem allegãt nouissimi in l.illam C. de col. di. quod allegare legẽ vbi habemus rationem nihil aliud est quam mentẽ confundere. Alij autẽ sunt in vobis, qui vellent quod prædicator ea, q̃ dicit affirmaret per auctoritates, maximè iuris periti q̃ dicũt. Erubescimus cũ sine lege loquimur. §. consideremus in authe. de tri.& semis.& notatur in l.illam C.de col. & in l.dissentientis. C.de repu.& in l.Certa forma C.de iure fisci. li.10. Item dicunt quod quãdo lex determinat casum, standũ est illi, licet argumenta probabilia fiant in contrariũ, secũdum. Ioan. in capi. fi. de presb. non bap. Dicit tamẽ Bar. in l. scire oportet. §. fi. ff. de excu. tu. quod sufficit allegare vnam legem ex pluribus, Ad confirmationem etiam prędictorum inquit Vgo de sancto Victore in compendio philosophię lib.3.ca.5. *Firmior est sententia quæ auctoritate sapientis inducitur.* Inter alias autem auctoritates veteris, ac noui testamenti obtinent principatum. Vnde Saluator ait Matth.5. *Omnis scriba*, id est, prędicator doctus *in regno cælorum*, id est, in Ecclesia militante, *similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera*, id est, veteris, & noui testamenti testimonia. Alij vero, vt idiotę & rudes desiderant exempla. Dicunt enim quod magis mouent facta quã verba, vt inquit Gre.6. mora. & Nico.de Lira sup Matth.3.c.& potest notari in l.de quibus.ff. de legi.& in l.ea quę,ff.de contrahen.emp. Vnde Seneca ad Lucillium epist.6.inquit. *Longum iter est per præcepta, breue autem, & efficax per exemplа. Plato & Aristotel. & omnis sapientium turba plures ex moribus, quam ex verbis traxit:* hæc ille. Vt igitur omnib. vobis satisfaciã, qui estis diuersorum statuum, & graduũ, atque capacitatũ, prædicationes nostras non tantum rationib. sed etiam auctoritatib. atque exemplis alijsq; varijs probationibus authenticas reddemus. Dimittentes nimios clamores exclamationum. Vos enim non estis sicut corniculæ campanilium ad quas perterrendas necessarię sunt terribiles vociferationes. Sunt enim campanarum sonis, & strepitibus assuetæ.

tionem aliquid determinat; ideo necrationes veræ licet bene apparentes ipsi contrariantur.

Legi enim & auctoritati dissentire possumus, cũ ratio nos cogit, non tamen è conuerso.

Per probabilia intelligere apparentia, quia nunquã contra ratio-

Cupiditatem in Concionibus fugiendam, sed charitate Dei verbum dissemiſandum esse.

SEptima, & vltima conditio nostræ prædicationis dicitur charitatis. Non.n. prædicare volo propter cupiditatem pecuniæ, famæ honoris, vel laudis humanæ. Sed propter amorem Dei, & charitatem, atq; tuam, mi populę, salutem. Desidero.n. vos omnes in hac sacra Quadragesima accedere ad amorem Dei, & mittere in vobis ignem diuini amoris. Vnde possum dicere illud Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram hanc. Et quid volo nisi vt ardeat?* Sed vt hoc efficere possim, necesse est vt ego, & quilibet prædicator habeamus in nobis intũ ignem & feruorem si alios volumus incendere, & inflammare. Ait enim Philosophus.1.de generatione. *Agent*

Digitized by Google

gens agit in patiens trahendo ipsum in naturam suam. Nam ignis coniunctus ferro ipsum calefacit, & rubere facit. E contra vero si carbo mortuus ponatur apud ferrũ, nequaquam facit illud rubeum, vel calidum. Et similiter prædicator habens in se charitatem facilè suis prędicationibus auditores calefacit, & inflammat igne Spiritus sancti. Vnde psalmista ait. *Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Quæ verba exponi possunt de prædicante cum feruore charitatis. De peccatore etiam sic inflammato exponi potest illud quod idem propheta ait di. *Eloquium Domini inflammauit eum.* Si vero prędicator non habet charitatem, est velut carbo mortuus, & non faciliter potest aliquem ad feruorem adducere. Vnde cõe est prouerbium. *Non può altr' abbruciare, ò scaldare: ch' in se non brusci, ò arde.* Et ideo videmus per experientiam quod magis fructificat vnus prædicator parum scientiæ habens sed prædicans ex charitate, quam multi Theologi & periti, in alijs scientijs prædicantes ex humana laude. Tales enim vani prædicatores in vanum clamant, & laborant. Dicit enim glo. super illa verba psalmistæ. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Vana est doctrina prædicatoris, si non fuerit accensa igne diuini amoris. & Greg. in quadam homilia ait. *Lingua prædicatoris in vanum laborat, si ardore, & flamma charitatis ignita non fuerit.* Et Paulus 1. ad Cor. 1. inquit. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatẽ autem non habeam, factus sum velut æs sonãs, aut cymbalum tinniens.* In signũ autem huius quod doctrina fructifera debet erogari ex charitate legitur Act. 2. cap quòd Spiritus sanctus datus est Apostolis in linguis igneis, vt possent ignire, & calefacere corda auditorum. Et propter hoc vt habetur in eodem c. statim vt accepit Petrus Spiritum sanctum in lingua ignea, conuertit in vno sermone circa tria millia hominũ. Et ideo populi mi, roga Dominum, vt in me verificet illud, quod de Helia Propheta scribitur, Eccles. 48. c. vbi dicitur. *Surrexit quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat.* Spero autem quod si attente audieritis prædicationes nostras poteritis inter vos postea dicere illud. Lu. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret nobis scripturas?* Et quilibet vestrum etiam dicere poterit illud Treno. 1. *De excelso misit ignem in ossib. meis, & erudiuit me.* Si enim populi mi, videre posses cor meum, cognosceres cum quãta charitate tibi prædicẽ, possum enim non immerito dicere illud quod scriptum est Can. 5. ca. *Amore langueo.* Desidero enim vos omnes inflammare feruore charitatis, & ad primã conuertere. Et postremò vos omnes vna mecum ad cælestem patriam perducere, ad quam, &c.

DOMINICA IN SEXAGESIMA, DE septem Dispositionibus audientium verbum Dei.

SERMO SECVNDVS. PRAEdicandi arte peccatores ab æterna damnatione euellendi sunt, ipsiq; se præparare debent.

SEMEN *cecidit in terram bonam & ortum fecit fructum centuplum.* Lucæ 8. & in Euangelio occurrentis Dominicæ. Sententia est Arist. 2. Phisic. dicentis. *Ars imitatur naturam.* In multis autem perficit quæ natura non potest operari. Vbi commentator ait, *Ars, & doctrina supplent defectum naturæ:* & fuit dictum Philos. 7. Poli. Et patet, nam de sero deficiente lumine naturali. s. Sole, candela artificialis accenditur, & domus illustratur. Itẽ qui ponderositate corporis naturaliter ascendere nequit, artificiali scala ascendit. Et nõ valens aquam transire quin demergatur, nauem intrat, qua mediante, ad portum deducitur. Item multi infirmi non possunt sanari per naturam, qui tamen arte medicinæ curantur. Similiter naues tempore magnæ tempestatis per naturam nõ conseruantur in mari, imò

Digitized by Google

submerguntur, per artem autem velorum, atque remigandi à submersione liberantur. Et hoc est, quod dicit Ouid. in 1. de arte amandi. *Arte citæ veloq; rates remoq; reguntur. Arte leues currus, arte regendus amor.* Moraliter igitur dico, quod multi sunt qui in pelago peccatorum fluctuantes non possunt ab inferni naufragio liberari à seipsis, nisi arte sanctissimæ prædicationis adiuuẽtur. Nullus .n. adeo est animus ferreus, qui in hac nobilissima arte nõ mollificetur. Ait enim Ouid. li. 3. de arte aman. *Scilicet ingenium placida mollitur ab arte. Et studio mores cõuenienter emit.* Vnde inquit auctor libri qui dicitur Pamphilus, c. 1. *Ars animos frangit, & firmas diruit vrbes. Arte cadunt turres, arte lenatur onus. Et pisces liquidis deprehenditur arte sub vndis. Et pedib. siccis per mare currit homo.* Propterea prædicator, qui arte prędicãdi suscitat mortuos in peccatis, potest dicere illud. Esa. 58. *Dedit Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt suscitarem eum qui lapsus est.* Ex quibus concluditur, quod ad conuersionem, & salutem peccatoris, permaximè necessaria est industria prædicatoris, & assidua propinatio prædicationis verum; quia, vt inquit Philoso. 2 de anima. *Actus actiuorum, sunt in patiente bene dispositio:* & Plato in Thimeo etiam dicit; *Formæ dantur simpliciter secũdum dispositionem ipsius materiæ.* Bonauentura quoq; sanctissimus doctor in proemio primi sen. ait. *Omnis perfectio*, id est, omnis forma perficiens, *præsupponit suum perfectibile*, id est, subiectum esse dispositum. Arist. in super 9. Ethi. ait. *Ad hoc quod doctrina descendat, & efficatiam habeat in auditore, oportet animam auditoris omnino esse bene dispositam, & præparatam, sicut terra antequam semen mittatur in ea:* hæc ille. Ideo nõ sufficit ad conuersionem peccatoris seminatio prædicationis, nisi adsit etiã bona dispositio auditoris, quod optimè innuit saluator noster in verbis pro themate nostro propositis dicens. *Semen cecidit in terram bonam, &c.* Super quibus verbis contemplabimur septem bonas dispositiones, quas debet quilibet habere qui vult de verbo Dei fructum reportare. prima dicitur, Accessionis. 2 festinationis. 3. continuationis. 4. attentionis. 5. creditionis. 6. susceptionis. 7. & vltima appellatur exequutionis.

PARS PRIMA. QVILIBET & si doctus libenter accedere debet ad prædicationem.

PRima igitur dispositio dicitur accessionis. Nam videmus per experientiam, quod quicunq; vult addiscere aliquam artẽ, necesse est, quod vadat, & audiat doctorem illius artis, aliter nunquam bene addiscet illam scientiam, siue artem; dicit enim Philoso. in prologo 1. Metaphysicę. *Auditum non habentia, indisciplinabilia sunt, habentia vero disciplinabilia.* Ideo dicit Tullius li. 1. primo Rethoricæ, quę ars vetus dicitur. *Hi maximè dociles sunt, qui attentissimè parati sunt audire.* Aristoteles quoque in li. de sensu & sensato ait. *Audire plurimam partem confert ad prudentiam.* Sermo enim audibilis causa est disciplinæ. Sed multi sunt, qui verecundantur ire ad prædicationem, & audire prædicatores, qui sunt doctores veritatis, imò sæpius reputãt se magis idoneos ad alios docendum, quàm sint prædicatores, & volunt fieri magistri in Israel de his quę nunquam didicerunt. Contra quos inquit Martialis Chochus lib. vndique susceptо. cap. 3. *Ante docere cupis quam discere Portionarre. Affectus regere nescius ipse regi. Quam malè confundit ratio præposterа mores.* Non igitur debet quis dedignari, aut sibi verecundiam reputare, si ad prædicationes accedat, hoc enim signum est sapientis. Cum Salomon dicat Prouer. 15. *Cor sapientis quæret doctrinam.* Et 2. cap. eiusdem libri inquit. *Fili mi inclina aurem tuam, & audi verba sapientum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.* Ideo dicit Oratius in 1. lib. epistolarum, epistola decimanona. *Inter cuncta leges & percunctabere doctos.* Si vero accideret aliquem esse valde doctum, non debet propter hoc remanere quin vadat audire, etiam minus peritum, cum prædicat de pertinentibus ad salutem: ait enim auctor libri de formula honestæ vitæ, cap. secund. *Non te moueat decentis austeritas, nec quis sit, sed quid dicat intendito:* & & Salomon Prouerbior. 1. *Audiens, sapiens*

Digitized by Google

ſapiens ſapientior erit. Sed dicet quis, habeo libros, habeo quadrageſimalia in quibus ſtudere poſſum: Cui reſpondeo; Quod magis proficiet audire vnum ſermonem, quàm decem ſermones perlegendo. Ait enim Hieronym. in epiſt. ad Paulinum. *Habes neſcio quid latentis energiæ, viuæ vocis actus, & de doctoris ore in aures diſcipulorum tranſfuſa fortius ſonat.* Præterea licet quis ſit multum doctus in vna ſcientia, aut in multis, nunquam tamē ad prædicationem ibit, quin aliquid nouum addiſcat. Ait enim Imperator. C. de ve. iu enuc. l. 1. §. omnibus auctoribus. *Non omnes in omnia, ſed certi per certa, vel maiores vel deteriores inueniantur. Poteſt vnus forſitan minoris ſcientiæ, multo maiores in aliqua parte ſuperare.* Non igitur attendatis ingenij mei paruitatem, neque virtutum paucitatem, ſed ſeruate illud Martialis vbi ſupra dicentis: *Sunt homines nequam, bene virtute loquentes. Non os, ſed verbum pectore fige tuo.* Quocirca vos inuitat ſapiēs Salomon Prouerb. 24. c. dicens. *Comede fili mi, quia bonum eſt, & fauum melli dulciſſimum gutturi tuo, ſic erit doctrina ſapientiæ animæ tuæ. Quam cùm inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit.* Ideò poſſum cuilibet veſtrum dicere illud quod ſcriptum eſt Prouerb. 4. *Fili mi audi & ſuſcipe verba mea. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.* Et illud Prouerb. 8. *Nunc ergò filij audite me, beati qui cuſtodiunt vias meas. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Et Sapientiæ 6. *Concupiſcite ſermones meos, & diligite illos, & habebitis diſciplinam.* Clara eſt, & quæ nunquam marceſſit ſapientia. Concupiſcentia autem ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Ergò accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis. Dicere enim poſſum cuilibet veſtrum illud Prouerb. 23. *Fili præbe mihi cor tuum.* Volo enim vobis tam egregia prædicare, quòd Deo dante in vobis verificabitur illud, quod inquit Oratius in Epiſtolis lib. 1. epiſtola 1. *Nemo adeo ferus eſt, vt non mitеſcere poſſit. Si modo culturæ patienter accommodet aurem.* Ait enim Ariſtot. in poſt prædicamentis, in poſtprędicamento oppoſitionis. *Pranum, ſtudioſum poſſibile eſt fieri. Pranum enim ad meliores exercitationes deductum, & ad doctrinas, vel ad modicum aliquid proficiet, vt melior ſit. Si verò ſemper vel modicum crementum ſumpſerit, palam eſt, quia aut perfectè mutabitur, aut ſatis multum crementum ſumet. Si enim benè melior ad virtutem fiat, vel quodcunque crementum ſumpſerit à principio. Ex hoc iam etiam veriſimile eſt, amplius eum ſumere crementum. Et hoc cùm ſemper ſit, perfectè in contrarium habitum reſtituetur. Niſi fortè tempore ſuſpenſum ſit.* hæc ille. Vbi glo. dicit, id eſt niſi inter bonas operationes, & auditionem doctrinæ ſit interpolatio temporis. Ex qua auctoritate patet, quòd venire ſolicitè ad doctrinam ſanctæ prædicationis, eſt multum proficuum, imò neceſſarium ad hoc, vt peccator conuertatur ad virtutes, & fiat bonus. Ego verò dico vobis, quòd ſi perſeueraueritis ad prædicationem, & ſeruaueritis documenta, quæ vobis tradam, non ſolum conuertemini, ſed cum magna gloria ad vitam peruenietis æternam. Et ſi aliquis veſtrum conſilia mea obſeruans damnabitur, ſum contentus pro eo deputari, & damnari in die iudicij. Et ideò dico vobis illud Pſal. in perſona Dei noſtri, qui per os prædicatorum loquitur di. *Accedite ad me & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Et hoc ſufficiat, quo ad primam diſpoſitionem auditorum, quæ dicitur acceſſionis.

PARS SECVNDA: QVOD quilibet non legitimè impeditus, debet ſemper intereſſe principio ſermonis.

SEcunda diſpoſitio dicitur feſtinationis. Neceſſe eſt enim quòd qui vult proficere in prædicatione ſit feſtinus, ita vt veniat in principio prędicationis, contra multos, qui ſomno aut ſenſualitate, aut cupiditate lucri retenti, nunquam veniunt niſi ad medium prædicationis. Contra quos multæ auctoritates doctorum reperiuntur, in quibus parum proficere dicitur in ſcientia, vel arte, qui non habet principium eius: vnde Seneca in prouerbijs ſuis ait. *Initia in qualibet re, & arte, laudabilia ſunt, & optima ſicut finis.* &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Arist.1 Poste. ait. *Necesse est maximè habere, & præcognóscere prima principia, quia omnia potiora scimus, & credimus per priora. Ergò & illa oportet magis scire, & habere*: Hæc ille. Commẽtator quoque super 10. Methaph. dicit: *Remotis principijs removetur perfectio, & esse ab omnibus posterioribus.* Item super 3. Physi. idem ait. *Ignorato principio alicuius rei, ignorantur, & sequentia.* Quæ sentẽtia no. etiam in l. 1. ff. de iusti. & iu. Idem etiam Com. super primo de cœlo & mundo ait. *Parvus error in principio fit maximus in fine.* Et ideò perdẽtes principium prædicationis, faciliter cadunt in diuersos errores & falsitates. Oppositum verò est de veniẽtibus ad principium, quia dicit Philoso. 1. Ethi. *Principia quælibet maximè valent ad omnia sequencia.* & in 2. Elen. ait. *Inventio principio alicuius rei, facilè est addere, & reliqua omnia habere.* & in 1. Ethi. & in 5. Topi. dicit. *Principium est plusquàm dimidium totius.* & in 1. de cœlo & mundo inquit. *Principia sunt minima quantitate, sed maxima virtute.* Ouidius etiam in 2. Metamor. dicit. *Debile principium melior fortuna sequetur.* Oratius quoque in epistolis li. 1. epist. 2. dicit. *Dimidium facti, qui bene cœpit habet.* & in l. 1. ff. de ori. iu. dicitur. *Cuiuscunque rei potentissima pars, principium est.* Venite ergò ad principium, quia semper aliquid delectabile audietis. Debet enim quilibet prædicator & orator in principio sermonis aliqua pulchra dicere, ex quibus reddat auditores attentos, dociles, & benevolos, vt inquit Tullius 1. de Rhe. veteris. c. 19. Quod est cõtra eos qui tam submisè dicunt exordium, vt à paucis vel nullis audiãtur. Multo autem peius faciunt, qui sine exordio, vel non benè exordientes prędicant. nam sicut sine capite esset deformis homo, ita prædicatio sine exordio. Dicit quoq; lex ciuilis. ff. de ori iu. l. 1. *In foro causas dicentibus, nefas vt ita dixerim est, nulla præfatione facta, iudici causam exponere.* Præfationes enim libentius nos ad locutionem propositæ materiæ perducunt, & cùm ibi venerimus, huius euidẽtiorem præstant intellectum. Dicit quoque Augustin. in lib. de doctrina Christiana.

Doctor debet agere, vt ipse audiatur intelligenter, libenter, & obedienter.

PARS TERTIA, QVOD QVILIBET continuare debet pro posse per totam quadragesimam, nec discedere ante completionem sermonis.

TErtia dispositio quam debet habere auditor dicitur continuationis siue perseuerationis. Nam secundum Philo. 3. Metha. *Cõtinuum est simpliciter, cuius motus semper est vnus.* Et ideò non tantum oportet quod quis accedat ad principium prædicationis, sed necesse est continuare à principio vsque ad finem, & non tantum oportet ire ad vnum sermonem, si vult proficere, sed oportet quòd vadat ad omnes prædicationes quæ fiunt in 40. nisi aliquod notabile impedimentum occurrat. Contra quod faciunt illi, qui non possunt stare ad sermonem nisi per mediam horam, Deinde fastidio deuicti seu cupiditate, recedunt. Alij audiunt vnum sermonẽ, vel duos, & postea nolunt amplius ire, & ideò non benè proficiunt. Dicit enim Isidor. li. 2. de summo bono. *Inchoantibus bonũ præmium promittitur, sed perseuerantibus datur.* Tunc enim placet conuersatio nostra, quando bonum inchoamus, perseueranti fine complemus. Item auctor in li. de moribus Pho. ait. *Licet non sit differendum vnquã bonum incipere, & magna pars bonitatis sit incepisse, amplius tamẽ curandum est ad finem perseuerare*: Hæc ille. Et Apostolus ad Gala. 6. ait. *Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus, non deficientes.* Et Ber. in sententijs suis ait: *Non sufficit inchoasse bonum, nisi fit continuatio: nec sufficit continuatio, nisi fit & perfecta consummatio* Et Seneca in epist. 3. ad Lucilium ait. *Necesse est, vt virtutum initia, exitusque conueniant.* & in collationibus patrum lib. 12. quidam de sanctis Patribus dixit. *Non debet esse mens iusti in bono, vt cera mollis, quamlibet impressionem de facili suscipiens, sed vt adamas primam in perpetuum retinens impressionem*: Hæc ille. Hieronymus etiam ad Furiam ait. *In Christianis enim non quærumur initia, sed finis. Paulus malè incepit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis, proditione damnatur.* Et Gregor. de pœni. dist. 3. c. in cassum ait. *In cassum bonum agitur, si antè vitæ terminum deseratur, quia & frustra velociter curvit,*

Digitized by Google

rit, qui prius quàm ad metas venerit deficit. Et dominus Luc. 9. ait. *Nemo mittens manum ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Item Matth. 10. Saluator ait. *Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Deniq; de consc. di. 1. c. sacerdote dicitur. *Sacerdote in Ecclesia Dei verbum faciente, qui egressus fuerit, & non steterit, excommunicetur.* Hæc ibi. Ex quibus quidam arguunt talem peccare mortaliter, cùm excommunicatio non debeat irrogari, nisi pro peccato mortali. c. necessario Epi scoporum 11. q 3. Quod indubitanter est verum, si hoc faciat ex contemptu, vel ignoret necessaria ad salutem, quæ addiscere posset, si vsque in finem sermonis perseueraret. Ex prædictis igitur omnibus potest colligi quantum peccet, qui totam prædicationem nō audit. Et ideò dicit noster Saluator. Matt. 5. *Estote perfecti*, scilicet in omni virtute, *sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Et ideò perfectè debetis audire prædicationes, & non incompletè. Perfectum autem dicitur. cui nulla suarum partium deest. 3. Ethi. & 5. Metha. perfectum enim denotat integritatem. l. verbū pernoctare. ff. de verbo signi. Ideò Arist. 5. Metha. ait. *Perfectum est omne simpliciter, quod finem attingit.* & 2. Oecon. idē inquit. *Perfectum est, quod habet principium, medium & finem.* Sine fine autē non sunt perfecta opera nostra, nec multum laudabilia, secūdum illud prouerbium vulgare. *Omnis laus in fine canitur.* Ideò dicit auctor astrolabij. *Finis quippè rei cantica laudis habet.* Licèt ergò quis ex aliquo casu impediatur continuare prædicationes (quia vt inquit auctor libri, qui dicitur Pāphilus. *Et sua non semper sequitur primordia finis. Inceptum casus sæpè retardat opus.*) tamē quando non est maxima & vrgens causa, nunquam debet quis dimittere aliquam prædicationem in tota 40. nec recedere ante finem. Sæpè enim accidit, quòd prædicator arguit pro parte falsa in principio sermonis, vt postea melius illam confutare possit, quibus argumentationibus auditis, quis recedens post-a remanet in opinione hęretica & falsa. Et ideò necesse est perseuerare vsq; in finem. Vnde ait auctor libri rudium li. 1. *Conuenit ergò probus, vt sic primordia sumant. Nec citò quod capiant deserere velint.* Ad hoc autem nos inuitat exemplum militum temporalium, qui postquam aggressi sunt pugnam, nō deficiunt in pugnando donec habeant victoriam de hoste, & perseuerant vsq ad finem belli. Vnde dicit Alexan. 3. extra de tenun. c 1. *Indecens omnino probatur prius soluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduersitas præteriorum.* Sed heu o mundani iniquitosi carnales spurcissimi, o sensuales diabolici, vobis est tædium stare per horam quiescendo, & sedendo ad vmbram, ad audiendum verbum Dei, vt per hoc acquiratis palmam æternæ gloriæ, cùm milites terreni perseuerēt alacriter ad pugnam cum maximis sudoribus & periculis, pro exigua mercede temporali. Ad audiendas fabulas per totam diem permanetis, & ad audienda verba spiritus sancti per modicum tempus pigri estis, longa prandia affectatis, & sermones breues. Non igitur hoc in vobis sit vitium, generosi ciues. sed totis studijs satagite, vt ante principium sermonis semp r cōueniatis, nec vnquam antè benedictionem prædicationis, & completionem sermonis discedatis. Debetis ergò imitari eos, qui inuitātur ad conuiuium. Solent enim ibi accedere tempestiuè, vt in bono loco mēsæ possint recumbere, & delicias ciborum, quæ in principio apponi solent comedere. Nec antè finitum conuiuium de mensa recedunt, vt de omnibus ferculis valeant degustare. Melior enim & magis necessaria est refectio mētis, quàm corporis, & dulcius ac delicatius est hoc conuiuium animæ, quam carnis.

Nota de discedentibus ante completam prædicationē, quòd debēt excommunicari: & quādo mortaliter peccent.

PARS QVARTA: QVOD attentè est audienda prædicatio.

QVarta dispositio auditoris dicitur attētionis. Quam tradit nobis Seneca, in Prou. di. *Nullum exercitium bonum redditur, vbi est discursus, & vagatio animi.* Non igitur debetis stare ad audiendum verbum Dei, corde vagabundo in diuersis phantasmatibus, sed toto corde & animo attendere his, quæ dicuntur. Ait enim Philosophus. 4. Polit. *In*

magnis

magnis negotijs oportet simpliciter animum ordinari ad vnum opus, quia maior est cura quæ est circa vnum, quam quæ circa multa. Item auctor libri de causis, propositione 16. ait. *Virtus omnis vnita fortior est quàm diffusa & multiplicata.* Boetius quoq; in lib. de disciplina scholarium ait. *Discipulum quisque debet esse attentus ad audiendum, intelligendum & retinendum.* Discolus enim discipulus, qui currit per vicos, & plateas, & animo est vagabundus, non proficiet in doctrina. Gregor. quoq; in 1. Dialogorũ dicit. *Cum animus diuiditur ad multa, fit minor ad singula, tantumque ei in vna qualibet re surripitur, quantum latius in multis occupatur.* Vnde dicit quidã sapiens: *Pueribus intentus minor est ad singula sensus.* Et Cassiodorus lib. 1 Epistolarum inquit. *Duabus curis ingenium non debet simul occupari*: & ratio est, quare debeatis stare cum maxima attentione, illa, quam ponit Aristot. 1. de regimine principum dicens: *Potentia remota ab obiecto, privatur virtute & influentia eiusdem obiecti.* Et ideò non est possibile, quòd potentia vestra intellectiua possit recipere virtutem verbi diuini, nisi attendat diligẽter his quæ dicuntur. Non enim possibile est, quòd intellectus noster simul, & semel possit ferri in diuersas considerationes, eodem instanti temporis, dicente Ph. 3. de anima. *Impossibile est eandem potentiam pro nũc posse ferri in diuersa obiecta, vnde, & contingit intellectum multa scire, intelligere verò non nisi vnum.* Ex quibus cõcluditur quantum peccent qui stant ad audiendum verbum Dei, & habent animum ad negotia familiaria. Et illi qui discurrunt per circuitum, nec reperiunt locum, in quo remaneant attenti. Alij dormiunt, alij verò attendunt ad ponendum manus super caudas accipitris, quem ad prædicationem portant. Alij non aspicientes ad prędicatorem, aspiciunt ad vanas mulieres, & ecõtra. Alij verò numerãt quot viri & mulieres ad prędicationem venerunt. Alij loquuntur adinuicem, rident & dissolutiones faciunt, & diuersis signis mulieres cum oculis ad malum prouocant, aut impudicis manibus eas venientes ad prædicationem stimulant, & pungũt. De quibus dominus vindictam magnam faciet in die iudicij. *Attendite ergo populo meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei*, vt psalmographus canit. Dicit enim Tho. 2. 2. q. 83. ar. 13. *Quod singularis attentio requiritur in omni re.* Quod patet per similitudinẽ. Nam si venator simul vellet currere post duos lepores, nullum eorum apprehenderet, quos tamen faciliter apprehenderet, si sigillatim post vnum illorũ cucurrisset. Tota igitur, populi mi, mens tua sit ad ea quæ dicturus sum, ne tibi accidat, quod legitur in vita B. Siri Episcopi Papiensis. i. quod cum semel esset in Ecclesia, & celebrando prædicaret, ibiq; esset magna multitudo populi, quę vtique non erat attẽta, contigit quòd ipse sanctus vidit in eadem Ecclesia quendam dæmonẽ habentem magnam chartam in manibus, & scribentem in ea omnes cogitationes noxias, & vagabũdas, circa quas populus ille dum ipse prædicaret erat occupatus, & cũ charta desineret pro eo quòd iam tota conscripta erat, & dæmon cum dẽtibus ipsam elongare vellet, subitò charta fracta caput eius ictu valido murum impetijt, ita vt sonitus collisionis, & vulnus capitis sequeretur. Quo facto statim euanuit. Quod totum idem Episcopus populo sigillatim reuelauit, seuere eos redarguẽs, quod in prædicationibus suis, & oratione sinebant in eorum cordibus vanas superbas, & mundanas cogitationes venire, propter quod indigni reddebãtur, & sacra doctrina, & diuina gratia. Debet ergo auditor verbi Dei ab omni exteriori strepitu esse abstractus & recollectus cum omnibus sensibus, tam exterioribus, quàm interioribus, & in domo mentis quiescere, & sedere, ac verba audita medullitus corde meditari, sicut de Magdalena habetur Lucæ 10. *Quòd sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, & meditabatur* iuxta illud Psal. *Meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis.* Sedendo enim & quiescendo, anima fit prudens. 7. Physi. Ad confirmationem autem prædictorum inquit Chrysost. *Quemadmodum non prodest cibus nisi fueris masticatus, & in stomachum descenderit, sic non proficit ad salutem verbum Dei solum audire, nisi fuerit intellectui & memoriæ traditum. Sicut enim cibus qui in stomacho seruatur, illum confortat, ita sermo qui in memoria manet, illo lauat.* Hæc Chrysost. Quæ etiam faciunt ad dicẽda in 6. parte huius sermonis.

Hoc aliquibus non videtur verũ; nam extremæ propositionis vnico actu intelligi videtur. Possessamen (auctorem defendẽdo) distinguere de obiectis subordinatis, & de actu simplici & enunciatur, qui est affirmatio & negatio, & discursiuo ad ista; Alias tamen tenetur opinionem, quem insequitur auctor, defendere posse, hoc enim in doctrina Scoti est probabile.

Lege, & cane, ne & tu similiter facias.

PARS

Digitized by Google

PARS QVINTA: QVOD credendum est his, quæ à Dei prædicatoribus dicuntur.

QVinta dispositio auditoris dicitur creditionis, quam tangit Boetius in li. de disciplina scholarium dicens: *Qui non nouit se subijci in omnibus, nunquam dissetet se magistrare, nec est dignus scientia, & veritate, ille qui scientiæ, & veritatis insurgit auctori.* Vnde Leo Papa. 24. q. 3. inquit in cap. quid autem. *Quid autem iniquius est, quàm impia sapere, & sapientioribus, doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiam eadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad prophetica voces, nec ad Apostolicas litteras, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt, Et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.* Hæc ille. Rationem autem ponit Arist. & Commentator melius explicat super S. Meth ex qua potest probari, quod prædicatoribus est credendum. Inquit enim prædictus Com. *Quando aliquis effectus convenit vni tanquam causæ, & alteri tanquam causato, per prius attribuitur causæ, quam causato.* patet hæc regula. Cum enim lux stellarum, vt dicit Commentator. 2. de anima, procedat à Sole tanquam à prima causa, a ipsis stellis tanquam à secunda, debet magis attribui laus lucis illarum stellarum ipsi soli, quam stellis. Quia vt dicitur 9. Eth. *Denominatio in qualibet re debet semper fieri à nobiliori.* Quo præsupposito, certum est, quod sacra prædicatio doctrinæ euangelicæ licet procedat ab ore ipsius prædicatoris, qui est quasi quoddam instrumentum Dei, tamen in veritate principalius procedit ab ipso Deo. Ait enim Ambrosius super illa verba Pauli 1. ad Cor. 12. *Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Omnis veritas à quocunque dicatur à spiritu sancto est.* Propterea psalmographus canit. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Sine eius enim adiutorio non posset aliquis prædicator fructificare. Vnde Gregorius in homilia ait. *Nisi spiritus sanctus cordi adsit audientis, in vacuum laborat lingua docentis.* Non est ergo prædicatori tribuendum, sed spiritui sancto, si aliquando bene doceat, & fructificet. Quod ostendit Ber. per tria exempla super Cantic. Primũ est, quia aqua non fluit à fonte ad hortos nisi per canale, siue aquæ ductum. Si igitur in horto auditorum fiat germinatio virtutũ, non est gloria canalis sed fontis. De quo dicitur Can. 4 *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* &c. Secundum exemplum est, quia mens hominis format verba sua, per linguę aut dentium instrumenta: si ergo in aure audientis inferuntur verba prudentiæ, nõ est laus plectri linguæ, sed mouentis animi. Et ideo Saluator ait prædicatoribus Matt. 10. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Tertium exemplum est, quia manus figurat pulchram sculpturam, vel figuram, sed p calamum. Si ergo per aliquem doctorem in corde alicuius scribuntur Dei præcepta, vel pinguntur virtutum ornamẽta, non est commendatio calami scribentis sed manus scribæ per calamum operantis. Hic autẽ scriba est spiritus sanctus. Et lingua cuiuslibet boni prædicatoris, est calamus spiritus sancti. Vnde Psal. 44. inquit Dauid in persona prædicatoris. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Et Esa. 59. dicit Dominus. *Spiritus meus in te est, & ego posui verba mea in ore tuo.* Quæ sententia habetur etiam Ier. 1. c. vbi dicitur. *Ecce ego dedi verba mea in ore tuo.* Paulus quoque primæ ad Thes. 2. c. ait. *Cum accepistis à nobis verbum, auditus Dei accepistis, non vt verbum, hominum, sed sicut est vere verbum Dei qui operatur in nobis.* Ex quib. omnibus concluditur, quod si datur fides Aristoteli de rebus naturalibus sermocinanti, & Galeno atque Hippocrati, ac Auicennę de rebus medicinalibus; & Marco Tullio Ciceroni in arte oratoria, Prisciano in grãmaticalibus: Accursio, & Bartholo in lege ciuili, & in singulis scientijs doctoribus sapientibus adhibetur fides; à fortiori tenetur quisque credere verbo Euangelico sacrę prædicationis, cuius principalis auctor est Deus. Et hæc conclusio confirmatur per Socratem Phil Achenienſem, qui in sententijs suis dicit. *Auctoritas magistri est ita [illegible] ne, est digna veneratione, & est sibi fides adhibenda.* Sicut igitur cęcus acquiescit fideli auctori, sic sapiens Christianus debet simpliciter credere euangelicæ veritati, de qua nõ possumus

sumus falli. Et ideo debetis sequi illam sententiam Ouidij lib. 4. de tristibus, epist. 3. dicentis. *Crede quod est & ius, ac defiue tuta veteri. Deque fide certa, si tibi certa fides* Cassiodo. quoq; epistolarum lib. 3. epist. 4. inquit. *Illi credere debetis quem vestris vitijs arridere cognoscitis:* hoc facit quilibet bonus prædicator, ergo firmiter credite quæ dicit.

PARS SEXTA, QVOD MEmoriæ debent tradi, & patienter susci pi ea quæ in prædicationibus audiuntur.

SExta dispositio boni auditoris dicitur susceptionis. Debetis enim memoriæ vt supri dixi tradere quæ dicuntur, & non facere sicut quidam qui ex vna aure audiunt verbum, & ex alia dimittunt. Ideo dicit Salo. Prou. 4. *Fili accipe disciplinam patris tui, & ne abijcias eam:* & 3. eiusdem lib. c. etiam dicit. *Audite filij disciplinam patris vestri & attendite vt sciatis prudentiam, & omne bonum tribuam vobis.* Sed cõtra hoc multi faciunt, qui si audiunt dici aliquod verbum ociosum, seu vanas fabulas, indelebili memoriæ commendant. Diuina autem verba protinus obliuioni tradunt. Ideo dicit Oratius in quadam epist. ad Cæsarem. *Dicit enim citius, meminit libentius illud, Quod quis deridet quam quod probat & veneratur.* De his etiam prædixit Paulus. 2. ad Phil. 4. *A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur.* Debet igitur panis verbi Dei masticari & ruminari, & in ventrẽ memoriæ mitti. Vt enim inquit Chrys. *Sicut qui non masticat cibum non sentit odorem eius; ita nisi quis verbũ quod audit masticauerit non intelliget virtutem eius.* Sicut etiam illud animal quod non ruminat est immundum Leuit. ita ille homo est immundus apud Deum qui nõ ruminat verbum Dei auditum. Alij quoque peccant in audiendo verbum Dei, qui cum indignatione audiunt prædicatorem cum eorum vitia redarguit. Contra quos dicit Hieron. super Amos prophet. *Grande peccatum est odisse corripientem, & correptionem non tolerare, maxime cum nõ odis, sed amare corripiat.* Salomon quoque Prou. 15. c. inquit. *Stultus irridet disciplinam patris sui, qui autem custodit increpationes, sapientior fiet.* Et ibidẽ dicit. *Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes suscipiet correptionem.* Seneca etiam li. 3. de ira inquit. *Admoneri, & corrigi semper bonus gaudet, pessimus autem quisque asperrimè patitur correptionem.* Hinc Salomon Prou. 12. ait. *Qui odit increpationes, insipiens est.* Et 15. eiusdem dicit. *Qui increpationes odit, morietur.* s. secundum glossam triplici morte, videlicet, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Sapientiæ quoq; 3. c. idem dicit. *Sapientiam & disciplinã qui abijcit, infelix est.* Et Prou. 29. inquit. *Vir qui corripientem se dura cervice cõtemnit, repentinus superueniet interitus.* Malum igitur signũ est de his qui murmurãt de correctionibus prædicatorum. Faciunt. n. sicut equus qui habet clauum fixum in carne. qui subitò vt tãgitur in illo recalcitrat. Imò dicitur Eccl. 21. *Audiet luxuriosus verbum prudentiæ, & sapientiæ, & displicebit ei, & proijciet illud post dorsum suum.* Similiter dicit Ouidius lib. 1. de remedio amoris, *Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte, Respuit atque odio verba monentis habet.* Qua ex re dico vobis illud quod scriptum est Iac. 1. *Cum mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.*

PARS SEPTIMA, QVOD AD effectum debent perduci ea quæ à prædicatoribus euangelizantur.

SEptima dispositio, & vltima boni auditoris dicitur operationis Secundum em Arist. 2. Ethi. ad perfectionem virtutis tria requiruntur scilicet scire, velle & operari. Et ibidem inquit. *Virtutes scire parum, aut nihil prodest ad felicitatem.* Et etiam ait. *Virtus quid sit, vt sciamus non scrutamur, sed vt operantes boni efficiamur.* Et 10. Ethi. dicit. *Non sufficit virtutes scire, nisi quis operetur secundum illas.* Seneca quoque in proverbiis suis dicit. *Nihil prodest facienda didicisse, & non facere.* Vnde dicitur 1. Ethi. *Quod illi qui sunt contenti scientia morali absque opere, sunt similes illis, qui attentè medicos audiunt, sed nihil faciunt eorum quæ dicunt. Vnde non recipiunt sanitatem.* Nihil enim prodest infirmo audire à medico qualiter debeat sanari si postea nolit recipere medicinam. Quid vero prodest alicui scire artem mercandi si ipsam nolit postea actualiter exercere?

Quid

Digitized by Google

Quid etiam prodest mulieri videre, & intelligere maculam faciei suæ in speculo, nisi actualiter eam postea abstergat? Sic erit profecto verbum Dei audienti, & non postea agnitas maculas animæ extergenti. Imò hæc agnitio ei ad pœnam cedet. Quia vt dicitur Luc.12. *Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Et ad hoc etiam adduci potest illud quod dicitur in c. dispensatio. 43. di. vbi scriptum est *Sicut non leue discrimen incumbit pontificibus filiisse quod dicere cõgruit; ita his nõ mediocre periculũ, est, qui cum debeant parere, despiciunt.* Quod quidem fieri summe appetit diabolus. Vnde legitur, quòd quidam religiosus in quodam sermone, vidit dæmonem quem adiurauit, vt sibi diceret quid ibi ageret. Qui respondit. Ego sum dæmon, & vocor claudens aurem ne verbum Dei audiatur, & habeo tres socios dæmones, vnus vocatur claudens cor, ne peccator audiens conteratur: Secundus claudens os, ne confiteatur: Tertius claudens bursam, ne satisfaciat. Legitur etiam quod quidam dæmon assumptâ formâ prædicatoris, in quadam terrâ valde vtilem sermonem fecit, exhortando peccatores ad pœnitentiam. Facta autem prædicatione, quidam sanctus vir qui aderat, & per spiritum cognouerat, quod erat diabolus, eum adiurauit, vt ei diceret quis esset. Qui respondit, se esse dæmonem infernalem, qui ad hoc venerat prædicare in illa terra, vt in die iudicij, non haberent homines illi excusationem, quod nullus eis prædicauerit; & vt verbum salutis audientes, & non postea operantes magis punirentur. Videte ergo, dilectissimi, quomodo non sufficit audire verbum Dei; & post ea non operari, & facere secundum illud. Ideo vobis dico illud quod scribitur Iacob. 1 c. *Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vos metipsos, quia si quis auditor est verbi Dei & nõ factor, hic cõparabitur viro considerãti vultum nativitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Vt enim ait Paulus ad Rom.2. *Non auditores legis, sed factores iustificabuntur*, & 1. Ioan 2. dicitur. *Qui seruat verbum Dei, in hoc charitas perfecta est.*

Verbum Dei quodnam semen sit.

Sed pro maiori declaratione præsentis euangelij & prædictorum & etiam dicẽdorum in sequenti sermone est sciendum, quod verbum Dei est illud semen de quo dicitur Matth.13. Mar.4. & Luc.8. *Exijt qui seminat seminare semen suum*, &c. Iste enim seminator est filius Dei, qui cum sit sapientia patris exiuit ab eo per æternam generationem. Vnde ait Eccles.24. *Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam.* Quod autem fuerit seminator, ostenditur per illud quod ipse prædixerat Hiere 31. *Seminabo domũ Israel, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.* Semen enim hominum, id est sapientum, & intelligentium est instructio, seu prædicatio subtilis per rationes, & auctoritates. Semen autem iumentorum, id est eruditio per exempla bona, quo duplici modo Christus suum semen seminauit, id est doctrinam suam sparsit. Actuum 1. *Cepit Iesus facere, & docere.* Quia ergo nobilia semina de longinquis partibus portantur ad loca in quibus non reperiuntur; ideò videns filius Dei quod cœleste semen non erat in mundo, attulit illud ad nos de cœlis. Et hoc est quod ipse inquit Ioann.16. *Exiui à patre, & veni in mundum.* I. ad seminandum semina omnium virtutum. Qui ergo vult benè seminare, oportet eum exire de terra carnali, & transire ad spiritualem, iuxta illud Gen.12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & vade ad terram quam monstrauero tibi.* Hoc autem facit ille qui seruat consilium Dauid prophetæ, dicentis Psal.44. *Obliuiscere populũ tuum & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum.*

Declaratur illud de semine, quod aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & volucres cæli comederunt illud. &c.

Sed notandum quod dum iste cœlestis agricola seminat, Aliud semẽ cecidit sec⁹

Digitized by Google

viam & conculcatũ eſt, & volucres cæli comedunt illud. Aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, eo quod non habebat humorem. Aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Aliud vero cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum, vt dicitur in Euangelio hodierno, ſed Matth. 13 & Marc. 4. dicitur quod fecit fructum bonum, aliud trigeſimum, aliud ſexageſimum, & aliud centeſimum. Ex quibus verbis colligitur, quod de ſemine per Chriſtum ſeminato tres partes depereunt, vt oſtendatur quod de ſemine ſanctæ prædicationis paruus producitur fructus, iuxta illud Eſa. 5. *Triginta modij ſeminis facient modios tres.* Quod ex vitio ſeminis, vel ſeminantis non procedit, ſed ſuſcipientis, id eſt auditoris. Multi enim ſunt de illis quibus dicitur Eſa. 6. *Auditu audietis & non intelligetis. Incraſſatum enim eſt cor populi huius, & auribus graue audierunt.* Multi namque dicunt illud Ioa 6. *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Semen igitur cadens ſecus viam eſt verbum Dei, auditum ab his qui ſe viã malis cogitationibus faciunt, qui nec nec verbo Dei compunguntur, nec bene agere incipiunt, de quibus dicitur Eſa. 51. *Poſuiſti cor tuum, quaſi viam tranſeuntibus:* Iob 19. *Venerunt latrones & fecerunt ſibi viam per me. Et conculcatum eſt*, ſcilicet ab humanis ſenſualitatibus, & malis ac inhoneſtis delectationibus. Iob 2. *Vadent, & venient ſuper me horribiles:* & Iudic. 6. *Cum ſeminaſſet Iſrael aſcendebant Madian, & Amalech & cæteri orientalium nationum, & ſicut erant in his herbæ cuncta vaſtabant.* Tales quoque ſunt, qui fornicationi, & voluptati ſe proſternunt: vnde Eccleſ. 9. ſcriptum eſt. *Omnis mulier fornicaria quaſi ſtercus conculcabitur in via.* Et volucres cœli comederunt illud, id eſt, dæmones qui ſunt cæleſtis naturæ, & habitant in aere quod cœlum quandoque appellatur. De hoc autem prædictũ fuit Deut. 32. *Et deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.* Iſti enim ſunt vanaglorioſi qui ad prædicationẽ vadunt, & bona faciunt, vt laudentur, de quibus Oſeæ 8. dicitur. *Ventum ſeminabunt, & turbinem metent. Non eſt in eis germen, nec facient farinam.* Et Pſalm. ait de anima vanagloriosa. *Et vindemiabunt eam omnes qui prætergrediuntur viam.* Volucres ergo cœli. 1. dæmones vanæ gloriæ comedunt, ſemen eius boni operis. De quod Ezech. 39. ſcriptum eſt. *Feris cunctis, omnique volatili cœli dedite ad deuorandum.* Ita quod paruum reportant fructum de ſuis bene actis hac intentione, & hoc eſt quod dicitur Aggei. 1. *Seminaſtis multum, & intuliſtis in parum,* & Hier. 12. *Seminauerunt triticum, & meterunt ſpinas,* & Mich. 6. *Tu ſeminabis, & non metes.* Aliud ſemen cecidit ſupra petram, & natum aruit, & non fecit fructum, quia non habebat humorem, ſcilicet deuotionis. Per petram autem ſignificantur habentes corda dura, & obſtinata, ac ſuperba, qui de ſanctis prædicationibus, & bonis exhortationibus, non recipiunt fructum, & de hoc dicitur Iob 15. Non mittet in terra radicem, auferetur ſpiritus oris ſui. Oportet ergo mittere radicem in terra, id eſt in humilitate in memoria habendo illud Gen. 3. *Cinis es, & in cinerem reuerteris.* Contra tale adamãtinum cor ſcriptum eſt Eccleſ. 3. *Cor durum male habebit in nouiſſimo.* De tali quoque indurato dicitur Iob 40. *Cor eius indurabitur quaſi lapis.* Aliud ſemen cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Per ſpinas autem intelliguntur diuitiæ, quæ vt ait Greg. in homilia. *Acquirendo, conſeruando, & amittendo, animam pungunt.* Et ideo difficile eſt diuitijs, & occupationibus terrenis intentos bonis operibus fructificare. Ea propter dicitur Hierem. 4. *Noli ſeruare ſuper ſpinas.* Sed multi ſpinas iſtas purgitiuas exiſtimant molles flores; Iob 3. *Eſſe ſub ſentibus delitias putant.* Per ſpinas etiam intelliguntur peccata quæ retrahunt, & impediunt, meritum noſtrorum bonorum operum. Imo faciunt nos deduci ad æternum ſupplicium. Iuxta illud ſecundi Regum. 23. *Prænaricatores quaſi ſpinæ euellentur*: & Pſalm. 117. de peccatoribus dicitur. *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*: & Eſaiæ 33. *Spinæ congregatæ, igni comburentur.* Illi ergo qui totum ſtudium ſuum in acquirendis honoribus, ac diuitijs poſuerunt, de ſuis laboribus non fructum, ſed damnationem, & cruciatum percipiunt. Iuxta illud Geneſ. 3. *Maledicta ira in opere tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi.* Quartũ ſemẽ cecidit in terrã bonam, id eſt, in eos,

in eos, qui deuotè audiunt verbum Dei, & opera audita perficiunt. Et isti cum alij reportant fructum trigesimum, vt coniugati. Alij sexagesimum, vt viduæ & castitatē seruantes licet virginitatem non habeant. Alij vero centesimum, vt virgines, doctores & martyres. Et de istis tribus fructibus habetur Matth. 13. & Marc. 4. De fructu autem centesimo dicitur Gen. 26. *Seminauit Isaac in ira illa, & inuenit in ipso anno centuplum.* Illi ergo qui habent animam bene dispositam quæ libēter audit verba sanctæ prædicationis, & ea quæ audit executioni demandat, debent lętari, & Deo gratias referre de tanto beneficio. *Vnicuique enim illorum* ait Moyses: Deut. 8. *Benedicas Domino Deo tuo pro terra optima: quam dedit tibi.* Tales enim fructum maximum reportabunt de auditione sanctæ prædicationis. Dicit enim Dominus noster Lucæ 11. ca. *Beati qui audiunt verbum Dei: & custodiunt illud.* Quod vobis ille concedat: qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

De verbi Dei exhortatione, obligatione, & fructificatione.

SERMO TERTIVS.

De excellētia verbi Dei.

IPSI nihil horum intellexerunt. Quam excellens: dignum atque salutare sit verbum Dei: in hoc Saluator noster demonstrauit: quòd in propria persona prædicationis officium voluit exercere. Vnde de ipso Matthæi 4. dicitur. *Cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite:* & Lucæ 8. scriptum est. *Ibat Iesus per ciuitates, & castella prædicans, & Euangelizans regnum Dei.* Ad hoc etiam præclarissimum officium Apostolos suos elegit: quibus Ioan. 15. inquit. *Ego vos elegi de mundo; vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Post resurrectionem vero suam apparēs illis inquit illud Marc. vlt. *Euntes in mundū vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ*, id est, omni hominum generi, secundum Grego. super illud verbis in homilia: qui inquit. *Quòd ex quo homo habet esse cum lapidibus, & rebus vita carentibus: vinere cum arboribus: sentire cum animalibus, & bestijs, ac intelligere cum Angelis; Ideo omnis creaturæ nomine intelligitur omnis homo qui habet in se aliquid omnis creaturæ.* Quod melius declarauit idem Saluator noster Matth. vlt. di. *Euntes docete omnes gentes.* Quod quidem præceptum Apostoli sollicitè fecerunt, sicut de eis prædixerat Dauid Psalm. 18. di. *In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.* Quod considerans Eusebius Pamphili, scilicet quantum fructificauit prædicatio Apostolorum, in primo de Euāgelica præparatione inquit. *Non enim per se qui Christum secuti sunt: matres suas nefandis cognouerunt nuptijs. Non humanis vescuntur carnibus Scythæ: quoniam ad eos vsque Christi prædicatio peruenit: nec charissimos falsa religione impulsi ingulāt filios. Hæc certè ac alia penè infinita hominum quondam vitam vexabant. Massagetæ ac Barbices traduntur cognatos, atque affines suos: qui senectute afficiebantur miserrimos putasse. Ac ideo immolatas carnes eorum: quos plurimi fecerāt, deuorabant. Tibareni viuos seniores suos præcipitarunt. Dircani rapacis generis auibus ac canibus proijcere soliti. Quæ quidem omnia religiosissimè se facere putabant. Nunc verò sola euangelica virtute vndique hæc truculentissima pestis expulsa est.* hæc ille. Quam quidem indubitatam vtilitatem atque sanctæ prædicationis excellentiam non agnoscunt hi, qui ad illam accedere contemnunt. Ideo bene dicitur de eis in verbis præpositis. Ipsi nihil horum &c. Super quibus verbis tres considerationes deuotas faciemus: prima dicetur, Exhortationis; secunda, Obligationis; tertia, & vltima appellabitur, Fructificationis.

(*)

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS SERmonis de exhortatione ad audiendum verbum Dei.

QVO ad primam prædicationis noſtræ conſiderationem, quæ dicitur exhortationis, Dico quod ſi nunquam ſacra ſcriptura vos induceret ad audiendum verbũ Dei: ad hoc vos inuitat, & quodãmodo conſtringit deſiderium naturale. Fundamentũ rationis ponitur ab Ariſt. 2. de anima. 2 Phi. 2. & 5 Meth. qui dicit. *Omnis potentia ordinata ad aliquid, naturaliter appetit illud tanquam quid perfectibile.* Et hoc patet de potẽtia nutritiua ordinata ad cibum: de viſiua ad imagines pulchras videndum: & ſicut de ſingulis potentijs. Et ratio huius deſiderij eſt : quia vt inquit Phil. 9. Metha. *Actus eſt finis, & perfectio ipſius potentiæ.* Cũ igitur intellectus noſter ſit naturaliter ordinatus ad intelligendas veritates, quia eius obiectum eſt verum ſecundum Scotum ſuper 1. S n. (vnde inquit Ari 6. Ethic. *quod bonum intellectus eſt verum* : & Tullius in 3. Tuſcu. qõ. ait. *Sapientia & veritas ſanitas ſunt animi;* & Augu. in lib. retractationum dicit. *Veritas eſt perfectum bonum cuiuſlibet humanæ mentis.*) Ergo ſicut gaudet, & perficitur potentia viſiua videndo res formoſas, & ſic de reliquis : Sic intellectus noſter dum actu intelligit veritates maxime ſubtiles perficitur, & magnopere conſolatur ſecundum Ari. 10. Metha. & 2. de cælo & mundo. Et hoc eſt quod ait. Phil. nona parte problematum dicens. Addiſcere quidem facile eſt, & delectabile natura omnibus eſt. Cuius ſententiam confirmando, dicit Tullius in Tuſcu. qõ. *Ineſt mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi.* & in 1. de officijs idem ait. *Omnes trahimur, & ducimur cognitionis ſcientiæque cupiditate, in qua excellere pulchrum putamus.* Et ratio huius eſt; quia ſcientia facit homines nobiliſſimos, vt no. in l. prouidendum. C. de poſtu. ideo Ariſto. in 1. Metha. inquit. *Omnes homines natura ſcire deſiderant;* & rationem aſſignat in lib. de bona fortuna di. *Nihil melius ſcientia, & intellectu, niſi Deus.* Si igitur natura nos inuitat, & quodammodo conſtringit ad ſcientias acquirendas rerum temporalium. (iuxta illud Senecæ ad Lucillum. *Dociles natura nos edidit,*) multo magis nos conſtringit ad perquirendam ſcientiam de anima, quæ eſt nobilior alijs ſcientijs rerum naturalium, vt inquit Ari. 1 de anima. Et ibi commentator dicit, quod ſcientia de anima præcedit in nobilitate, & delectatione omnes alias ſcientias. Quid dicam de diuina ſapiẽtia? Profecto nihil ſic appetit potentia noſtra intellectiua, quia eſt ſcientia ſcientiarum teſte Phil. 8. Ethi. vbi ait. *Sapientia eſt ſcientia honorabiliſſimorum, & diuinorum, ideo habet rationem capitis inter omnes ſcientias* : Et in prologo Metha. idem ait. *Scientia maxime diuina maxime honoranda eſt, quam maxime Deus habet. Vnde & dea eſt ſcientiarum,* & 6. Metha. ait: *licet omnes ſcientiæ ſint nobiles, tamen ſcientia diuina nobilior eſt alijs, ratione nobilitatis ſubiecti.* Scientia etiam Philo. eſt valde delectabilis teſte Phi. 10. Ethi. qui dicit. *Philo. habet mirabiles delectationes.* Et 12. Metha. idem ait. *Delectatio quæ eſt in actu intellectus, eminentior eſt omni delectatione quæ eſt in actu ſenſus.* De ſcientia quoq; ciuili dicitur in l. 1. §. proinde ver. eſt quidẽ ff. de vari. & ex. cogn. *Eſt enim res ſanctiſſima iuris ciuilis ſapiẽtia, quæ pretio numario non eſt extimanda.* His autem ſcientijs dignior eſt canonica. c. 10. di. Si igitur tam preciosæ ſunt hæ ſcientiæ, profecto ſequitur, quod Theologia quæ eſt ſapientia de Deo, eſt mirabiliſſima, & iocundiſſima ſuper omnes alias ſcientias, non in aliquo genere tantum, ſed ſimpliciter, vt inquit beatus Thom. 1. parte ſum. q. 1. art. 9 in cor. quæſtionis. propterea dicit Phil. 12. Metha. *Maxima & perfectiſſima eſt intelligentia optimi, ex qua ſequitur maxima delectatio.* Ex quibus omnibus concluditur, quòd natura noſtra, quæ ſummopere deſiderat ſcientiam, vos inuitat, vt veniatis ad prædicationem, quæ eſt cibus animæ confortatiuus, & iocundatiuus. De quo dici poteſt illud Ioannis 6. *Hic eſt panis viuus, qui de cælo deſcendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Poſſumus quoque dicere de ea illud Sap. 16. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.* De me etiam vos

Intellige hoc vt noſti vide etiam ipſum Scotũ in queſtionibus de anima & alibi.

vos tali pane pascente dici poterit illud Eccle.15. *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus.* De hoc quoque pane verbi cælestis ait ipse Saluator Ioan. 8. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Pascite ergo vos isto pane diuino, & spirituali, quia vt ait Augustinus super Lucam: *Maior est profectus refectio mentis quam ventris.* Et Lac. in 5. diui. instit. inquit. *Delectat scientia mentem, gaudetque animus veritatis luce versari, quæ est animæ pabulum indicibili quadam iocunditate perfusum.* Ecce ergo quod naturali instinctu ducti, debetis frequentare prædicationis nostras, in quibus intendo tradere vobis scientiam de anima, de gloria Paradisi, de cælesti dulcedine & de diuinis, humanisque scientiis. Nec excusabilis est quorundam præsumptio qui dicunt: Ego sum iurisperitus, doctor decretorum, vel Theolog. magister. Nullus enim adeo est doctus, quin semper addiscere aliquid possit. Et ideo dicit Seneca in libro de trãquillitate animæ. *Puto multos ad sapientiam venire potuisse, si non putassent se peruenisse.* Mercurius autem Termegistus maximus Philosophus dicebat; *Maxima pars eorum quæ scimus, est minima pars eorum, quæ scimus, est minima pars eorum, quæ ignoramus.* Et Lac. in li. de ira Dei dicit. *Socrates ille Thebanus cum esset omnium Philosophorum doctissimus, vt ceterorum argueret inscientiam, qui se aliquid tenere arbitrabantur, ait, se nihil scire nisi hoc vnum, quòd nihil sciret.* Refert quoque Tullius in 2. de Senec. & Valerius Maximus in tractatu de studio & industria, quòd Solon Philosophus sapientissimus aiebat, se senescentem quotidie aliquid discere. Supremo vero die vitæ suæ assistentibus amicis, quædamque inter se conferentibus satis iam pressum caput erexit, interrogatusque quapropter hoc faciss et respondit, vt cum illud, quicquid est, de quo disputatis percepero, moriar.

Aduersus eos qui de prædicantium doctrina non curant.

O MAGNA confusio, ô maximum vituperium, ô ingens stultitia Christianorum, qui non curant de doctrina prædicantium tam dignã, & nobili. Profectò iste paganus illos confudit, & multi alij infideles Philosophi; inter quos fuit Apollonius, Pithagoras, & Plato, qui licet essent doctissimi, tamen auiditate amplius addiscendi, diuersas prouincias lustrauere, maria transierunt cum diuersis periculis. Et qui magistri erant in terris suis, cũ maximis laboribus alios quærebant à quibus discerent, vt Hiero. refert ad Paulinũ scribens. Qui etiã ad Palmachiũ, & Occeanũ inquit. *Dum essem iuuenis, nimio feruebã amore discendi, nec iuxta quorundam præsumptionem ipse me docui: Appollinarem audiui Antiochiæ frequenter, & colui. Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius quã discipulum decebat, perrexi tamen Alexandriã, audiui Didymum. In multis ei gratias ago, quia quod nescini didici, quod sciebam illo docente, non perdidi. Putabant me homines finem fecisse discendi, veni rursus Hierosolymã & Bethlehem. Quo labore, quo precio Baraniã nocturnum habui præceptorem. Timebat enim Iudæos, & alterum mihi exhibebat Nicodemum* &c. O igitur ignorantes, cognoscite dementiã vestrã, & vos emẽdate exemplo tã pręclari, & illuminati doctoris tantis sudoribus sacræ doctrinæ operã dantis. O magnũ dedecus Christianæ religionis, quod infideles, & pagani tãto studio fæculariũ scientiarũ præceptores adierũt. Multi aũt perfidi Christiani ante ianuã vel prope, habẽtes doctores veritatis ad illos accedere nõ curãt. Sed veniet tẽpus quo verificabitur quod minatur Dñs Amos 8. c. di. Mittã famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbũ Dñi: & cõmouebuntur à mari vsq; ad mare, & ab Aquilone vsq; ad Orientẽ circuibũt, quęrẽtes verbũ Dñi, & non inuenient. Quid autẽ dicemus de idiotis & ignorantibus? profecto in eis verificatur ꝙ Arist. inquit. 1. Eth. d. *Qui neque ipse intelligit, nec alium audiens in animo ponit, hic inutilis natus est* Augus. quoque in sermone ad Heremitas di. *Quid enim homo sine litteris reputatur? Nunquid non bos, vel asinus, non equus & mulus in quibus non est intellectus?* propterea di. Cato in suis documentis. *Instrue præceptis animum, ne e discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.* Quam quidem sententiam etiam Macrobius ponit in 2. Saturnalium. Et ideo dicebat ille Philosophus de quo scriptũ est in l. apud Iul. ff. de fideic. lib.

Cap. di-

Cupiditas discendi est optima ratio inueniendi. Vnde Iul. dixisse fertur. *Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscerem quid vellem.* Ait Tullius in 1. de oratore. *Non ignoro ea quæ bona sunt, meliora fieri posse doctrina.* At, contra de his qui nolunt addiscere, nec audire prædicantes, dicitur Eccl. 17. *Qui exuitat disciplinam, incidet in mala*; Ignorantia enim est mater cunctorum errorum. ca. 1. 38. di. Cum ergo, vt ad propositum nostrum reuertamur, natura abhorreat ignorantiam, & desideret scientiam, sequitur quod omnes incitat, & exhortatur ad prædicationis auditionē. Maximè autem eam frequentare debent, illi qui de nouo sunt conuersi ad pœnitentiam. Nam sunt quatuor genera hominū qui difficulter ieiunia ferre possunt. Indigēt enim crebra refectione, scilicet à magna ægritudine conualescentes, Itinerantes, pueri, & senes. Tales vero sunt nouiter conuersi ad pœnitentiam, & ideo frequēti cibo verbi Dei indigent. Nam ipsi conualuerunt de magna infirmitate peccati, iuxta illud ad Hebr. 9. *Conualuerunt de infirmitate.* Item aggressi sunt viam Paradisi. Et ideo vnicuique eorum dicitur 3. Reg. 19. *Surge, comede, grandis enim tibi restat via.* Vt autem inquit glossa super Matthæi 15. *Perit qui sine cœlesti pane ad patriam tendit*; Ipsi quoque tanquam pueri sunt recenter in gratia renati iuxta illud 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite.* Ipsi etiam quandoque fuerunt in peccatis inueterati iuxta illud Psal. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Et hæc sufficiant pro prima parte huius sermonis.

PARS SECVNDA HVIVS sermonis de obligatione audiendi verbi Dei.

QVo ad secundam prædicationis huius considerationem, dico quod quilibet qui non est legitimè impeditus tenetur audire verbum Dei. Fundamentum huius veritatis colligitur à Theologis in 3. distinct. 25. maximè à sancto Bonauentura ibidem, & ab Alexand. de Ales in tertia parte summæ, qui dicunt quòd ad salutem necessaria nobis est scientia de Deo, & de his quæ pertinent ad fidem, ita vt habeamus competentem cognitionem, & notitiam eorum, aliter nobis accidet illud 1. ad Corinth. 14. *Si quis ignorat ignorabitur.* Hoc præsuppositio, dico quòd secundum Scotum, Bonauentu. & Ricard. & alios Theologos in 4. distinct. 49. Duplex potest haberi scientia, & cognitio de vita æterna, ac felicitate, & de Deo. Vna, est vniuersalis, & confusa, ac generalis, quā habuerunt Philosophi infideles, & pagani, stoici: peripatetici, ac academici, qui vario modo senserūt de fœlicitate, vt refert Aristotel. in primo Ethicor. Isti enim cognouerunt Deum tantummodo in vniuersali, & confusè scilicet tanquam primam causam, & primum motorem. 12. Metaphy. & 8. Physi. sed ista cognitio non sufficit ad salutem, quia ad veram scientiā requiritur cognitio in particulari, & nō sufficit vniuersalis ac confusa. secundum Aristot. 7. Ethic. quia ab vniuersalibus debemus descendere ad particularia, vt idē Philosophus 1. Physi. Hinc Porphyri° in vniuersalibus ait, *ab vniuersalibus ad particularia descendere iubet Plato.* Est ergo alia scientia de Deo, & fœlicitate scilicet particularis & distincta, qua cognoscuntur in particulari omnia, quæ sunt fidei necessaria ad salutem, & sine hac nemo potest saluari vt dicūt Theologi vbi supra. hæc autem scientia & cognitio eorum quę sunt fidei non potest naturaliter haberi, vt requiritur; nisi per auditionem verbi Dei, secundum Paulum ad Roman. 10. qui ait. *Fides est ex auditu: auditus autem fit per verbum Dei.* Vnde dicit sanctus Bernardinus in Euangelio æterno sermone. 10. *Si deficeret verbum Dei, deficeret tandem fides Christi.* Nam dicere possumus illud. Esa. 1. *Nisi Dominus reliquisset nobis semen* scilicet verbi Dei: *quasi Sodoma fuissemus, forte & quasi Gomorra similes essemus.* Ergo concluditur quòd Christianus volens esse saluus, & per consequens habens necesse discere scientiam fidei, & omnium pertinentium ad salutem, obligatus est, & tenetur audire verbum Dei, quod est medium ad illam scientiam, & cognitionem sine quo haberi congruè non potest: prædestinatio enim

Caue ne ex hoc inferas quod omnibus necessaria sit dicta, & explicata cognitio fidei pertinentiū vilio Theologos in tertio sententiarum auctoritates intelligi debent de fide acquisita.

non

non ſolum includit finem, ſed etiam mediũ dirigens in ipſum finem, vt dicunt Theologi in primo diſtinct. 41. & ideo multi damnantur propter hoc, quòd nõ vadunt ad audiendũ verbũ Dei, qui permanent in ignorantia craſſa,& ſupina quæ eos non excuſat: imò aggrauat eorum peccatum ſecundum ſanctum Bonauenturam in 2. diſtinct. 22.ar. 2.quæſtio.3.Et Alexan.de Ales in 2.par.ſummæ,in tract.de diuiſionibus peccati,& beatum Thomam 1.2.q.76.art.3. & 4. & in quæſtionibus diſputatio.de malo,quæſtione de ignorantia ar.8. Et Ricard.in 2.diſtinct.22. art.2.quæſt.3. Talis enim ignorantia æquiparatur dolo.l.quod nerua. ff. depo. Ideo ſcriptum eſt in cap.non omnino 32. diſtin. vbi Auguſt.inquit. *Non omnis ignorans immunis eſt à pœna: vt qui quod diſceret nõ inuenit. Illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt.* Hæc ille.Cum igitur ſcit, quòd ignorantia eorum quæ quis ſcire tenetur,culpæ connumeratur. l.Imperitia.ff. de reg.iur.& §.Imperitia Inſtit.ad l. Aqui. profecto conſtat, quòd ſi quis facit aliquid quod ſcire debet eſſe peccatum, non excuſatur propter ignorantiam l. liberorum. §. notatur.ff de his qui notan.infa. Propterea in die iudicij venient multi qui ſe excuſabunt de peccatis ſuis,dicentes ſinguli. Parce Domine, quia ignorans feci, miſerere, quia neſciui hanc eſſe ſuperſtitionem, vel hæreſim.Quorum ſingulis vultu terribili, & voce aſpera reſpondebit Dominus illud Oſeæ 4.cap. *Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam.* Deinde clamabit omnibus, qui noluerunt ire ad prædicationem dicens.O ignorantes ite ad perpetuam ignorantiam. Sed dicet quis,ſcio quid vult dicere prædicator ſcilicet declina à malo, & fac bonum Pſal. 33.Non ſufficit ô anima dilecta: ſed oportet ſcire in particulari quid ſit bonum & malum. Multi enim credunt aliqua eſſe licita, quæ ſunt peccata,& è contra,& ideo contra eos dicit Dominus.Eſa.5. cap. *Veh qui dicitis, bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem;* quod quod etiam habetur in ca. Veh vobis 11.q.3.

Prædicatio ad ſalutem eſt neceſſaria.

ET ideo concludo, quòd prædicatio eſt neceſſaria ad ſalutem animæ veſtræ, vt habetur extra de offi. iud. ord.cap.inter cętera. vbi dicitur. *Inter cætera quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani,pabulum verbi Dei ſibi permaxime noſcitur neceſſarium, quia ſicut corpus materiali,ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei:* hæc ibi. Quæ etiam habentur originaliter Deutero.8 & tranſumptiue Matth. 4. cap. O igitur Chriſtiani quibus non ſatis videtur ſemel in die reficere ventrem, & corpus cito à vermibus deuorandum. Saltem etiam animæ ſuam refectionem ſi non bis in die ad minus ſemel præbete, atque diuini verbi pabulo eam ſuſtentate. Et non facite ſicut quidam quibus ſatis videtur, ſi ad prædicationem feſtiuis pergant diebus. Quis enim ſapiens vellet ſolummodo in feſtis comedere? Multo autem magis inſaniũt, qui ſolum in quadrageſima volunt diuini cibi conuiuio animam ſuam reficere dicentes, quod fabæ, & prædicationes poſt Paſcha ſuas ſaporoſitates amittunt. Sed iſti inſipientes, & ſtulti non aduertunt, quòd tempore carnis priuij, & diſſolutionum eſt magis prædicandum. Nam tunc prædicationes vtiliores ſunt quando fiunt magna peccata.O magna dementia hominum, qui tantis laboribus præparant,& caras emunt corporales epulas,& ſpiritualia fercula deſpiciunt,quæ ſine labore,& pro nihilo habere poſſunt.Ait enim Deus Eſa.55. *Qui non habetis argentum præparate,emite & comedite.* Venite emite ſine argento,& abſque vlla commutatione vinũ, & lac.Quid dicam de illis,qui magis ſolliciti ſunt in paſcendo cane,aut equo, vel aſino ſuo quam in reficienda anima ſua? Qui diligentius accipitri quærunt nutrimentũ, quam animæ ſuæ pabulum neceſſariũ? profecto tales ſunt inſipientes. Præterea quantum peccent contemnentes verbum Dei, patet ex peccato eorum qui negligenter illud audiunt.De quo Auguſt.1.quæſtio.1.cap. Interrogo,inquit. *Interrogo vos fratres, & ſo-*

Ex hoc bestia fit prædica-

-nitum di-

-gunt.

res, dicite mihi, quid prius vobis esse videtur corpus Christi an verbum Christi? Si verum vultis respondere, hoc dicere debetis: quòd non minus sit verbum Dei, quam corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine observamus cum nobis corpus Christi ministratur, ne de manibus aliquid in terrā cadat, tāta solicitudine observemus ne verbum Dei quod nobis erogatur dum aliud cogitamus, aut loquimur, de corde puro depereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm qui corpus Christi in terram negligentia sua cadere permiserit: Hæc ille. Super quibus verbis ait Archidiac. quod Augustinus non æquiparat verbum DEI corpori Christi, quo ad excellentiam, & dignitatem, quia corpus Christi est dignius, sed quo ad efficaciam, & vtilitatem, quia non minorem fructum recipiet ille, qui verbum DEI attentè audit, quàm qui corpus Christi deuotè assumit. Glossa verò ordinaria super dictum capitulum, ait quod plus vtile est audire verbū DEI, quàm sumere corpus Christi, per corporis enim Christi susceptionem, solum nobis remittuntur venialia, de consecrat. distin. 2. ca. Iteratur; per auditionem autem verbi Dei sæpe, imò quasi semper à deuotè illud audientibus acquiritur compunctio, & contritio, per quam remittuntur omnia etiam mortalia peccata secundum sanctū Bonauenturam. Scot. Richar. Thom. & cæteros Theologos. in 4. distinct. 17. & Raymondum in tit. de pœni. §. 19. & canonistas in ca. magna de præsenti. distinct. 1. Et ideo dicit sanctus Bernardinus in suo Euangelio æterno sermone 10. Quod si aliquis populus staret per triginta annos sine Missa, sed omni festo audiens verbum Dei: & alius populus staret per eosdem triginta annos omni festo audiens Missam, sed nunquam audiens verbum DEI, profectò ille qui verbū DEI audisset inueniretur melior, & magis morigeratus, quàm audiens Missam, & plura enormia peccata diuersi generis inuenirentur in illo qui non audiuit prædicationem, quàm in eo qui non audiuit Missam. Ex quibus omnibus patet, quod si graue est negligenter audire verbū Dei, multò est grauius peccatum nolle audire, contra quod dicitur Prouerb. 28. *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, etiam oratio erit execrabilis*: & si tam graue est nolle audire, multo est grauius prædicationem impedire, quia non minus est quàm impedire celebrantem Missam, & maius damnum facit populo tollens verbum Dei de ore prædicantis, quàm tollens corpus Christi de manu sacerdotis populū communicantis, vel Missam celebrantis.

Ecclesia quare non præcepit audiri verbū Dei, sicut iussit de Missa.

SED dicet quis. Quare ergo Ecclesia non ita præcepit audiri verbum Dei, sicut iussit de Missa? Respondeo, quòd hoc fecit duplici ex causa, prima est, quia præcepit prælatis ecclesiasticis, vt populis suis prædicarent, vel prædicari facerent, & ideo non fuit necessarium præcipere populis, vt audirent, quia præcepto principali intelligitur etiam præceptum esse accessorium. c. accessorium de reg. iu. lib. 6. l. cum principalis ff. de reg. iur. Et quotiens aliquid præcipitur intelligitur etiam præcipi omne id, sine quo illud præceptum congrue adimpleri non potest, vt nostro in l. 2. cum similibus. ff. de iur. omnium iudicum: quod autem hoc fuerit præceptum prælatis habetur in cap. Inter cætera, extra de offic. iud. ord. vbi dicitur. *Inter cætera quæ ad salutem* &c. sequitur. *Vnde cum sæpe contingat quòd Episcopi propter occupationes multiplices, vel infirmitates corporales, aut hostiles incursus, seu alias necessitates, ne dicam defectum scientiæ, qui in eis reprobandus est omnino, nec de cætero tolerandus, per seipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo maxime per amplas diœceses, & diffusas, generali constitutione sancimus, vt Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere, & sermone, qui præbeas sibi commissas cum per se idem nequiuerint solicitè visitantes, verbo ædificent, & exemplo, quibus Episcopi cum indiguerint cōgrue necessaria subministrēt, ne pro necessariorum defectu cogantur desistere ab incœpto.* Hæc ibi. Prædicatores enim ratione officij merentur sustentari, & eis eleemosyna est danda quasi ex debito. c. quiescamus. 43. dist.

SECVNDA causa est, quia plura requirūtur ad prædicationis officium quàm ad Missæ celebrationem, secundum Durandū nostrū in summa sua, dicitur enim in l. magistros,

Digitized by Google

gistros.C.de profes.&medi.li.10. magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia; qui ergo docere vult,nõ repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialiũ mereatur optimorum consp irante cõsensu.debet igitur prædicator esse doctus, extra de hæredi. cap.cum ex iniuncto & 43.dicto cap. sit rector. 8.quæst.1.c. oportet.16. quæst.1. cap. sic viue. Et cap. si clericatus:facit capitulum ignorantia.38.distin.& c.ordinatos, 59.dist. multas etiam alias conditiones vltra literaturam debet habere,puta vocis, loquelæ expeditæ, discretionis in loquendo, & tacendo,& alias quamplures, propter quas officium prædicationis est priuilegiatum, capit.quod Dei.de staru re. vbi dicit glossa, quod nemo debet prædicare, nisi sit ei cõmissum ab Episcopo loci,vel à sede apostolica c.excommunicamus,§.qui vero de hære.& ad Roma.8. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* & Lucæ 10. *Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in Messem suam.* Et ideo Seraphicus pater noster Franciscus in regulę suæ c. 9.præcipit dicens. *Nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à generali ministro huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo officium sibi prædicationis concessum.* Cùm igitur valde pauci inueniantur idonei ad prædicationis officium (dicente Tullio in 2. de oratore. *Sunt quidam aut ita lingua cespitantes,aut ita voce absoni, aut ita lingua cespitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti, atque agrestes, vt etiam si ingenijs & arte valeant, tamen in oratorum numero venire non possint.*) qui tamen sunt apti ad celebrationem Missæ; ideo magis præceptum est de Missa quæ facilius haberi potest, quàm de prædicatione; maximè cum multi habitent in montibus,ac locis valde remotis, & desertis qui bene possunt habere sacerdotem, sed non prædicatorem omni festo. Sed dices fortassis: Ego video totum mũdum plenum prædicatoribus, ideo videtur mihi q̃ Ecclesia iã debeat præcipere de verbo Dei, sicut facere Missam? Respondeo:quòd inter tantos rari inueniuntur qui sunt boni, & apti & litteratum perici sicut decet,imò in eis verificatur illud quod de poëtis dicit Ora.in quadam epistola ad Ce. di. *Scribimus indocti doctique poëmata passim.* Ceretani ergo, & nugaces reperiuntur multi, qui ex ignorantia multas disseminant hæreses,& erroneas opiniones, sed veri prædicatores valde pauci. Aliqui pro pecuniis prædicant vẽdentes verbum Dei, & quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi ad Philip.2.capitul.& contra illud quod scribitur 1. Corin. Alij quidem bene loquuntur sed male viuunt: vt inquit Lactantius in 4.diui.instit. de quibus dicit Gregor. in quadam homilia.*Cuius vita despicitur,restat vt eius quoque prædicatio contemnatur.* Et Philosophus 3. Ethi. ait quòd sermones consonantes operibus acceptantur, & dissonantes condemnantur. Qui ergo vult sua verba acceptari, non solum verbis,sed etiam moribus & factis docere debet. Vnde dicitur in §. illud.in proœm.ff. *Oportet prius animas, & postea linguas fieri eruditas.* Ait quoque Chrys. & allegatur capitulum multi 40.dist. *Si bene vixeris, & bene docueris populum instrues. Si bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris.* & de pœnit. dist.2.§.opponitur,dicitur.*Infelix est prædicator,qui alios illuminando ipse tenebrosus, & reprobus efficitur.* Vnde metrice dicitur. *Infelix qui pauca sapit spernitque doceri. Infelix qui multa sapit spernitq; docere. Infelix qui recta docens operatur iniquè.* Ideo nullus prædicator debet alios reprehendere de aliquo,in quo ipse sit defectuosus.Idcirco inquit moralis Cato *Quæ culpare soles,ea tu ne feceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.* Et Martialis cocus cæ. 3. *Alterius censor, censor & ipse tuus.* Similiter non debet prædicãs aliquid alijs præcipere, quod ipse prius non faciat,non impeditus legitime.Inquit enim Claudianus lib. 1. *In commune iubes si quid censes ne tenendum. Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui.Fas populis, nec ferre vetat, si viderit ipsum Auctorem partre sibi, componitur orbis. Regis ad exemplũ, nec scit inflectere sensus.Humanos edicta valẽt, quàm vita regentis.Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.* Ecõtra vero de prædicatore alios exhortante,&non bene operãte ait Hieron. ad Palmach. *Deiecta desiderat pugnanti illum dictare de muro: & cum vngues sibi ipse dentibus crudelũ militer mensure formidinis &c.*

Et idem super Micheam ait. *Confusio, & ignominia est Iesum Crucifixum pauperem, & esurientem farsis prædicare corporibus, & testimoniorum doctrinam per rubentes buccas tumentisque ora proferre.* & etiam ad Nepotianum scribens dicit. *Non confundant opera sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loquaris tacitum quisque respondeat. Cur hæc quæ dicis ipse non facis? Accusare auaritiam etiam laico potest.* Et ad Titum iterum dicit. *Sacerdotis os cum mente concordet. Nam quomodo potest præsul Ecclesiæ auferre malum de medio eius qui in delictum simile corruit? Aut qua libertate corripit peccantem, cum tacitum ipse sibi respondeat, eadem se admisisse quæ corripit?* Et ad Occeanum. *Perdit auctoritatem docendi cuius opere sermo destruitur. verum est autem illud Tullij. Caput artis est docere quod facis.* Et ad Fabiolam: *Primum faciamus, & sic doceamus: ne doctrinæ auctoritas casis operibus destruatur.* Et super Micheam iterum dicit. *De eloquentibus & pronunciantibus plenus est orbis. Loquuntur quæ nesciunt, docent quæ non didicerunt. Magistri fiunt cum discipuli ante non fuerint.* Et ad Titum etiam scribit. *Tunc doctrina rectorum sanitas est, cum doctrina pariter & vita consentiunt.* Et ideo dicitur Iohel. 2. *Canite tubæ in Sion.* Tuba enim vna sola non est sufficiens ad clangoris actum, quia non est sufficiens vnus tubator solus continuare sonum: quia non potest flatum sine intermissione suscipere & emittere. Oportet enim ipsum respirare, & tunc à tubatione cessare. Duo autem bene sonum continuant, quia quãdo vnus respirat, alter sufflat & sonat. Per tubam vero intelligitur prædicator: qui habet intonare populis diuina mandata. Et ideo ei dicitur Esaiæ 58. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam* &c. Sed notandum, quia hæc tuba sola modicum prodest, quia sola vox prędicãtis statim interdicitur, nisi sonus bonæ vitæ illi continuetur. Vnde Greg. super Ezech. hom. 10. ait. *Sermo dulcedinem non habet, quem lingua reprobæ intra conscientiam remordet. Ideo necesse est vt qui verba Dei loquitur, prius studeat qualiter viuat, vt postea ex vita colligat quæ, & qualiter sit dicturus.* Hæc ille. Et in 6. Mora. iterum inquit. *Ille vberes fructus prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. Nam loquendi auctoritas perditur quando vox opere non adiuuatur.* prædicator igitur qui est Dux verbi, & Princeps doctrinæ in populis, debet esse sanctus, Innocens, impollutus, & irreprehensibilis, quantum humana fragilitas possit, primæ ad Thim. 3. & ad Titum primo; de quibus rarissimi inuenĩtur, & ideo Ecclesia non præcepit ita expresse de prædicatione audiendâ, sicut de Missâ.

Non audiit prædicationes quando possit, an peccet mortaliter.

SED forte quæres, nunquid non audiens quando potest prædicationem peccet mortaliter? Respondeo saluo semper saniori intellectu, quòd aut quis est doctus, & sciens necessaria ad salutem, & hoc casu non peccat mortaliter, sed bene venialiter, si potest commode audire, & non est occupatus in alijs magis necessarijs, vel vtilibus, & per negligentiam non audit, quia licet sit doctus tamen audiendo doctior fiet: Prouerb. 1. c. Si vero quis est ignorans, & nescit necessaria ad suam salutem quę scire tenetur, & habet prædicatorem qui docet de prædictis, peccat mortaliter, si non vadit ad audiendum cum potest, & non distinguo de festis, vel ferialibus diebus, quia semper mortaliter peccat, licet grauius in festis, in quibus debet vacare diuinis. Sed heu multis hodierni temporis, quot ignorantes reperiuntur, qui velut bestiæ nesciunt necessaria ad salutem, quot mechanici inueniuntur, qui se excusant ab audiendo Dei verbo propter exercitia sua, quibus ego respondeo, quòd si possunt vitam ducere sine illis exercitijs, & laboribus, tenentur illa exercitia intermittere donec audiãt verbũ Dei: etiam diebus ferialibus: quando sunt ignorantes pertinentia ad salutem, potius debent pati aliquam egestatem, & necessitatem corporis, quàm dimittere cibum prædicationis animæ necessariũ: alias sic ignorantes mortaliter peccant: non eundo ad prædicationẽ, nec tales excusat necessitas & paupertas: atq; indigentia, citra mortem corporis, quia illis promisit Dominꝰ Matt. 6. c. di. *Primum quærite regnũ Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur vobis* scilicet necessaria ad vitam corporalem: & Esa. 1. inquit Dominus. *Si audieritis me, bona terræ comedetis.*

Si quis

Si quis autem esset in extrema necessitate, & non posset viuere, si non laboraret tempore prædicationis, ipsum puto non peccare mortaliter non audiendo prædicationē, etiam si sit ignorans: sed pauci reperiuntur, qui non possint vnam horam quotidie dimittere pro salute animæ, cum postea habeant viginti tres quas possunt in exercitijs corporis, & lucris conuertere. Licet ergo dicat Aristot. 3 Topi. *Melius est philosophari, quā diuiti*, sed non indigenti necessarijs, intelligitur de necessitate extrema, si verba eius referas ad philosophiam prædicationis. Sed quid dicemus de his qui maioris lucri causa, & ad augendas diuitias intendentes, dimittunt verbum Dei diebus ferialibus? dico quod mortaliter peccant, & grauissime, si sint ignorantes sicut supradictum est, & multo magis si dimittant diebus festiuis, quia omnia terrena lucra debet quis postponere saluti animæ suæ, Matth. 16. cap. O quot mortaliter peccant? quod magis charipendunt aureum, quam animam suam? profecti multi ex negligentia prædicationis ad inferna descendunt.

Quid melius sit, missam audire vel verbū Dei, quando vtrumque nō potest audiri?

SEd fortasse aliquis quæret. Quid melius sit audire Missam, aut verbum Dei, quando vtrumque audiri non potest? Respondeo, quod aut est dies non festiuus, & tunc indistincte credo, quod si non possis audire Missam, & prædicationem, melius sit audire verbum Dei, quia vtilius est animæ, quàm auditio Missæ, vt supra patuit, de duobus enim bonis semper vtilius est eligendum de consecra. distin. 5. cap. non mediocriter. Si vero sit dies festiuus, aut est doctus, & sciens necessaria ad salutem, aut non. Si primum, potius debes audire Missam ne facias contra præceptum expressum Ecclesiæ: in cap. Missa cap. de consec. distin. primo. Si vero es ignorans pertinentia ad salutem, quæ potes discere ad prædicationem, & tunc si habes prædicatorem sufficientem, potius debes dimittere Missam, etiam in festo hoc casu, quia auditio Missæ in festo, est de præcepto iuris positiui. Quod autem quis addiscat necessaria ad salutem, est de iure diuino, vt potest colligi à Theologis in 3. distin. 25. *Obedire autem magis oportet Deo quam hominibus.* Actuum 5. cap. Et de duobus malis, semper minus est eligendum, & *Accipit electionem* maius cauendum, 3. Topi. & probatur etiam *propria*, in l. 1. §. penul. ff. de peri. & com. rei vend. & *quia malū* de vend. in posses. mit. l. 1. §. 1. & de regulis l. *non est eligibile*. quotiens. la. 4. & in auten. de non. eli. se. nu. § cum igitur. colla. 1. & 13. di. c. 1. & 14. di. c. 1. & 22. q. 4. c. non solum.

COncludendo igitur breuiter hanc secundam partem sermonis, dico quod patere potest quantum Deus velit audiri verba prædicatorum: & eis attendi, ex punitione illorum, qui ea audire contemnūt, vel despiciunt, legitur enim in vita beati Matthiæ Apostoli quòd prædicante ipso, quidam eius prædicationem contemnebant, nolebantque ad illam attendere: quapropter sanctus Matthias dixit: *Ad infernum ibitis: statimque se aperuit terra: & illi descenderunt viui ad infernum.* Item de Seraphico patre nostro Francisco legitur, quòd prædicante illo in quodam castro nomine Citerna: quædam mulier superueniens cum cimbalo pulsabat, & eius prædicationem irridebat, quæ à sancto Francisco præmonita, vt cessaret noluit obedire. Tandem beatus Franciscus dixit. Tolle diabole quod tuum est, & statim capta est mulier à diabolo, & in aere leuata, ac amplius non visa. Similiter legitur in vita beati Amandi Episcopi, quod dū prædicaret, quidam ioculator eius prædicationem irridebat, qui statim arreptus à diabolo, iniuriam factam sancto verbis fatebatur: & discerpens ac lacerans vnguibus, ac dentibus corpus suum, & clamans, veh mihi quia irrisi sanctum prædicatorē, expirauit. Tuncque verificatum est illud quod scriptum est. 11. quæstio. 3. c. quicunque vbi dicitur. *Quicunque contristauerit prædicatorem veritatis: peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod, & vita carebit:* hæc ibi. Prædicator enim est legatus Dei, quem mittit ad reformandam pacem cum hominibus. Iere. 49. *Legatum ad gentes missus sum:* & Abdiæ 1. *Legatum ad gentes misit.* Si igitur Imperator totius orbis à vobis offensus ad vos destinaret legatum, quo mediante vellet

Deum prædicatores audiri velle, manifestum est ex eo quod cōtemnentes punit.

Lege ista ut exempla, & cave, ne & tu similiter facias, ne Deus de te vltionem sumat.

vobiscum pacem facere: & vos illum audire nolletis: profecto expectaretis ab ipso Imperatore maximam punitionem. Quid ergo dicemus de illis: qui nolunt audire, imo deridēt, & impediunt sermonem prę dicatorum: qui sunt nuncij regis cœlestis? Certè eorum seuerissima punitio infernalis demonstratur, ex vltione quam de ipsis facit in terris. Nam à viginti annis citra, dum prædicator vnus ordinis nostri prædicaret in terra Cremæ: quidam miles contemnebat eius verba, & ipsum prædicatorem blasphemabat. Quapropter à prædicatione recedens: & ad plateam pergens, ibi protinus interfectus est. & idem accidit in terra Abiathæ, Mediolanensis diocesis, cuidam qui respondit prædicatori contemnēdo eum. Quapropter ille prædicator dixit, quod sperabit in Deo, non transiturum illū diem, qui faceret aliquam super hoc demōstrationem. Vnde extra ecclesiam ille pergens eod m die occisus fuit. In terra etiam confinentiæ Vercellensis diocesis, prædicante ibi vno fratre nostro, qui hæc mihi narravit, quidam iuuenis dissolutus ante ianuam ecclesiæ timpanum pulsabat, & chorizabat in contemptum prædicationis: quapropter ille prædicator non valens eum desistere facere ab incœpto, dedit ei maledictionem. Vnde ille chorizando, in medio chorez cecidit mortuus. Dico igitur quòd de contemnentibus prædicatores, & eorū prædicationes, verificabitur illud Iob. 36. *Si non audierint, transibunt per gladium, & consumētur in stultitia.* Et Deut. 8. *Qui verba eius non audierit: ego vltor existam.* & secundi Para. vltima dicitur. *Subsannabant nuncios Domini, & parvipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum: & nulla esset curatio.* Et Psal. 40. minatur Deus dicens. *Tu vero edisti discipulum, proiecisti sermones meos retrorsum, &c.* & Ier. 11. *Maledictus qui non audierit verba pacti huius: quod præcepi.* Et ibidem. *Dixerunt viri Anathot ad Ieremiam. Non prophetabis in nomine Domini: & non morieris in manibus nostris. Propter hoc dicit Dominus. Ego visitabo super eos, iuuenes eorum in gladio morientur. Filij & filiæ eorum in fame.* & Luc. 10. ait Saluator prædicatoribus. *Qui vos spernit: me spernit.* Econtra vero ira Dei contra populum placatur, si deuotè audiat verbum Dei. Vnde Gregor. inquit. *Omnis qui recte prædicat, si audiatur, iram irritati Creatoris, super peccatricem populum, placat.* & Psal. 80. ait Deus. *Si populus meus audisset me: Israel si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eius humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.* Qui vero Deus non punit aliquē terribiliter, nisi de magno crimine, patet maximum esse peccatum contemnentium verbum Dei, quos Deus valde terribiliter punit. Ait enim Iere. 3. *Mittam in eos gladium, famem, & pestem, eo quod non audierunt verba mea, quæ misi ad eos, per seruos meos, & prophetas.* Vnde verissima est sententia glorioſi prædicatoris sancti Bernardini, qui in suo Euangelio æterno, sermone 9. inquit. *Experientia certa didici populos tantum à Domino flagellari, quantum rebelles inueniuntur verbo Dei.* Et hoc sufficiat pro secunda cōsideratione præsentis sermonis, quæ dicitur obligationis.

PARS TERTIA, DE FRVctificatione verbi Dei.

TErtia. & vltima pars appellatur fructificationis. licet autem possem ostendere quod verbum Dei figuratur per lignum paradisi de quo dicitur Apo. 22. lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos redens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium, ex quibus verbis innuuntur duodecim fructus prædicationis, tamen breuitatis causa, solum pro nunc dico quod quinque principales vtilitates cōsequitur audiens deuotè verbum Dei. Prima dicitur illuminationis. Secunda corroborationis. Tertia consolationis. Quarta excusationis. Quinta liberationis. Primo quod vtilitates dico quod prædicatio illuminat mentes auditorum, sicut canit Dauid Psal. 124. di. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis.* Quemadmodum igitur in tenebris non potest quis tutè ambulare, sed necesse est eum alicuius luminis claritatem habere, vt videre possit viam bonam per quam ambulet, & malam quam deferat, ita hominibus in tenebris mundi huius cę-

cuti-

quantur de verbo Dei.

eutientibus , neceſſaria eſt lucerna verbi Dei , per quam illuminantur de omnibus neceſſarijs ad ſalutem, & perſpiciunt iter quod ad vitam perducit æternam, viâ quoque ad tartareos dirigens cruciatus. Eſt etiam prædicatio ſpeculum , in quo quis videre poteſt animę ſuæ maculas,& pulchritudinem, vnde ei conueniunt quæ ſcripta ſunt Sap 7,vbi dicitur. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula:*& Ioan.1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:* & Mal. 2.*Vobis timentibus nomen meum, orietur ſol iuſtitiæ:* & Luc.2.*Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuæ Iſrael. Prædicatio enim illuminat in fide,* ſecundum ſententiam Apoſtoli ad Roman. 10.Et ideo Ber.ait. *Vnde eſt tanta lux fidei in toto orbe terrarum, & tam ſubita, niſi de prædicato Ieſu?* Illuminat etiam in ſpe,& eam audiet in audiente , dans ei confidentiam impetrandi remiſſionem peccatorum ſuorum & emendandi vitam ſuam,iuxta illud pſalmiſtę dicentis Deo.*In verbum tuum ſperaui.* Et ideo de illa poſſunt dici quæ ſcribuntur Lucæ. 1. *Præibis ante faciem Domini parare vias eius, in remiſſionem peccatorum eorum. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Verbum igitur Dei animam cæcam illuminat, vnde Pſalm.ait. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Et Fulgentius dicit. *Sicut ſolaris radius in inſtanti, ſubita illuſtratione totum mundum illuminat, ſic radius diuini verbi procedens à ſole increato, illuſtrat totam rationalem mentem, radio veritatis.* Vnde de audientibus illud poteſt dici id quod ſcriptum eſt Eſa.9. *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam, Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* Et prædicta confirmantur per exemplum quod accidit tempore Eugenij Papæ quarti. Nam cum beatus frater noſter Albertus de Sartiano,reuerſus de partibus Saracenorum , vnde eduxerat vnũ Chriſtianum renegatum à Chairo, qui per 40 annos fuerat Saracenus, & à beato prædicto conuerſus venerat ad ſummum pontificem. Et ab illo fuerat ad pœnitentiam receptus, prædicante ſemel ipſo beato Alberto coram ipſo pontifice,in Eccleſia ſanctæ Crucis Florentiæ,vbi tunc erat,& multa dicente,de veritate fidei catholicę. Fleuit quaſi ſemper ille qui fuerat Saracenus in prædicatione. Et poſtea interrogatus de cauſa dixit , quod fleuit duplici reſpectu, ſcilicet propter calamitatem Saracenorum , & ingratitudinem Chriſtianorum, quia ſi illa prædicatio facta fuiſſet in medio Chairi , vel Damaſci , & illi infideles intellexiſſent linguam , de centum millibus octuaginta ſex millia conuerſa fuiſſent. Et ideo bene dixit ſaluator Matt.11.*Væ tibi Corozaim. Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone facta fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cinere,& cilicio pœnitentiam egiſſent.* Quod etiam nos dicere poſſumus illis terris,in quibus omni anno prædicatur, ſi in eis peccatores ad prædicationem non conuertuntur, & illuminantur ſplendore verbi diuini. Sed de non audientibus illud inquit Pſalm.Deo. *Fiant vie illorum tenebræ & lubricum , & Angelus Domini perſequens eos &c.* Dicit quoque ſanctus Bernardinus in ſuo Euangelio æterno, ſermone 10. *Quod talis eſt populus ſine Dei verbo , qualis eſſet mundus ſine Sole.* Exemplum habemus de Aegypto, & alijs partibus orientis,quaſi innumeris, in quibus tempore quo prædicabatur, erant Chriſtiani ſanctiſſimi,& fideliſſimi, modo autem quia non poteſt prædicari,iam multis annis citra,vbique ſunt infideles,& nulli veri Chriſtiani , ſed ſolum aliqui pauci hæretici, & omnes alij illius regionis,viuunt ſub fide Machometi. Ipſe enim diabolicus Machometus ſciens vtilitatem ſanctæ prædicationis,ne per eum deciperi,per ſanctos prædicatores reuocarentur, præcepit in ſuo Alchorano, ſub pœna mortis , ne quis in illis partibus prædicaret fidem Chriſti. Secunda vtilitas verbi Dei dicitur corroborationis. Non ſolum enim eſt generatiuum fidei,& nutritiuum ſpei, ſed etiam eſt inflammatiuum charitatis, & feruoris,& confortatiuum, atque ad virtutes inductiuum.Nemo enim eſt tam negligens ad bonum, quin per verba ſanctæ prædicationis corroboretur & animetur.Imo nullus eſt adeo in peccatis obſtinatus, quin à malitia ſua reuocetur, ſi continuet prædicationes,vt.n. ſcriptum eſt ad Heb.4.*Sermo Dei eſt viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.*

Digitized by Google

uncipiti. Et pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus. Et Iere. 22. inquit Dominus: *Verba mea quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petram.* Et Psal. ait Deo. *Ignitum eloquium tuum vehementer*, & Deut. 33. dicitur. *In dextera eius ignea lex.* & Prou. 30. *Omnis sermo Dei quasi clipeus ignitus.* quod experti sunt duo discipuli Christi euntes in Emaus, qui dicebant Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* & propterea dicit Gregor. homilia 23. *Sermo Dei ad aurem dicitur, & mens ex interna dulcedinis flamma comburitur.* Et Aug. in lib. de verbis Domini. *Nihil, inquit, in hac vita est efficacius ad compungendum obstinata corda, quàm sermo diuinus.* Quod patuit per experientiam in quodam indurato peccatore in ciuitate Venetiarum, qui prædicante ibi beato Alberto de Sartiano ordinis nostri, ad ipsum iuit, & rogauit vt ei consilium daret quomodo saluaretur, quia habebat peccatum quoddam, quod minquã dimittere intendebat, quia impossibile sibi videbatur ab illo abstinere. Cui prædictus prædicator ait. Tria tibi facienda consulo. Primo vt omni die missam audias, secundo vt quotidie aliquam el-emosynam facias, tertio vt nunquam prædicationem omittas. Quibus auditis abijt, & consilium adimplens post paucos dies ad ipsum beatum prædicatorem, totus contritus, & conuersus redijt, & virtute diuini verbi mutatus à proposito, illud peccatum in quo immersus fuerat, totaliter dereliquit. Et sic vera apparuit illa sententia Gregorij super Ezec. homilia 3. dicentis. *Vita prædicantium sonat, & ardet. Ardet desiderio sonat verbo, es ergo cãdens, est prædicatio accensa, sed de candẽtis are scintillæ prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Recte ergo verba prædicatorum scintillæ appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerunt accendunt.* hæc ille. Ad prædicta etiam facit, quòd sancta prædicatio sono citharæ à doctoribus assimulatur. Sicut enim solet melancholicis multum prodesse sonus citharistarum. (Nam eo ipso quod illam dulcem audiunt melodiam, confortantur; item hic sonus multum prodest ad alia uiandas quasdam infirmitates, quæ homines quiescere non permittunt. Quia citharæ sonus, somnum aliquando inducit, & tamẽ quandoq; excitat dormitantes.) Ita prædicator tangẽs citharam verbi Dei, ac sacræ scripturæ, interdum dulcẽ, interdũ acutum sonum facit, & concordat voces vltimas primum, more citharizantium, quia aliquando dulcia loquitur, narrando Christi misericordiam, & regni cœlestis gaudia. Aliquando vero acutum sonum facit, quando æterna supplicia ad memoriam peccatoris reducit, & concordat prophetarum voces Apostolorum vocibus, quorum dulcis melodiæ harmonia, reuocat ipsos peccatores à somno mortis, & inducit ad æternæ vitæ quietem. Et in huius figuram dicitur 1. Reg. 16. quod Saul à spiritu maligno vexatus, audiens Dauid citharizantem, adiuuabatur, & quiescebat. Veh autem mundo verificabitur illud Esa. 14 *Conticuit dulcedo citharæ.* Quantum enim sit vtilis iste sonus citharæ Euangelicæ, ostendit Vgo de S. Victore in 1. li. de anima di. *Nihil in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ita mentem ab amore mundi separat, nihil sic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat ad omne bonum, & ad omnem laborem, vt sacræ scripturæ studium, &c.* Licet autem quandoque peccator non inflammetur, nec conteratur in vna prædicatione, nec in secunda tamen in tertia, vel in quarta vulneratur, & tandẽ si perseueret ita mollificatur, quod dicere potest cum propheta; Factum est cor meum sicut cera liquescens, in medio ventris mei. Nam & faber cum malleo non vno ictu materiã duram mollificat, sed ex frequentatis ictib. reducit eam ad omnem formam quam vult. Similiter expugnator alicuius castri, percutiens illud vno ictu bõbardæ, quasi nihil facit, in secundo autem ictu diiponit, in tertio vehementer concutit, in quarto vero penitus ad terram prosternit. Et similiter facit prædicator ictu verbi Dei prosternẽs castrum peccatorũ ex continuatione. Multi quoque sunt, qui licet sciant quid tenentur facere, & bonam habeant voluntatem; tamen sensualitate, vel filiorum amore deuicti, aut alijs occasionib. tepescũt, hi summopere indigẽt verbo Dei illos cõfortante. Ideo hanc corroborationẽ à Domino efflagitabat

Digitized by Google

gitabat Dauid Psal. 119. di. *Dormitauit anima mea pre tedio, confirma me in verbis tuis.* Vt enim dicitur Ecclesiast.12. *Verba sapientum sunt quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi.* Et ideò ad ostendendum quantum sit vtilis prædicatio, & doctrina, ad hoc vt quis benè viuat. Imò vt sciatur quòd sine ea non benè potest anima nostra in bonis operibus fructificare, inquit Tullius li.2. Tusc. quæst. dicens. *Et quemadmodum ager quantumcunque fertilis, absque cultura fructuosus esse non potest, ita sine disciplina animus & doctrina.* Et hoc est quod inquit Ouidius in 5. de tristi. di. *Adde quòd ingenium longa rubigine lesum. Torpet, & est multo quàm fuit antè minus. Fertilis assiduo si non remouetur aratro. Non nisi cum spinis germen habebit ager.*

Sicut igitur agricolæ, quia suis sudoribus & laboribus sustentant humanam vitam, sunt priuilegiati, tam in lege ciuili, quàm canonica, pro tempore agriculturæ, & nullo modo debent molestari. C. de agricol. & cen. l. nunquam ti. 10. Imò lætari debēt congrua securitate, extra de tregua & pa. cap. innouamus. Sic cum populo Dei nihil sit vtilius & salubrius pro conseruatione & profectu vitæ spiritualis, quàm agricultura spiritualis, quæ est seminatio verbi Dei: Ideò seminatores huiusmodi multum diligendi sunt & honorandi, nec in aliquo molestandi. Officium quoque ipsorum est priuilegiatum c. quod Dei timore. de sta. mo. Et ipsi statum habent dignum. Nam frugem melioris vitę non potest quis habere quàm prædicare, & benè regere populum Dei. c. nisi cùm pridem. in prin. de renun. vnde Esa. 52. dicitur. *Quàm pulchri pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, predicantis salutem.* De ipsis etiam prædicatoribus inquit Psalmista: *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Propter prædictam autem, vt refert sanctus Bonauentura, in legenda maiori B. Francisci, & magister Bartholomæus Pisanus in conformitatibus eiusdem lib. 1. fructu decimo, & conformitate decima, par. 2. *Ipse sanctus Franciscus dicebat. Volo ministros verbi Dei tales esse, vt studijs intendentes spiritualibus, nullis alijs officijs impedirentur. Hos enim à quodam magno rege dicebat esse electos, ad edicta quæ ex eius ore procederent populis demandanda.* Hæc ibi. Et ideò eos prædicantes comitātur Angeli. Vnde dicebat B. Frater Bernardinus Feltrinus, quòd nunquam prædicatur, quin maior ibi sit multitudo Angelorum, quàm hominum. Angeli enim libēter audiunt verbum Dei, & non est aliqualiter dubitandum, quin saltem intersint prædicationi Angeli custodes illorum, qui audiunt verbum Dei, & quia prælati habēt duos Angelos custodes; vnum, scilicet pro se, & alium pro subditis benè gubernandis, & ad prædicationem sæpè conueniūt multi prælati. Ideò ibi sunt plures angeli quàm homines, etiam si alij non adessent nisi eorum custodes. Non est etiam inconueniens opinari, quòd etiam de alijs Angelis multi adueniant. Vnde dum prædicaret ipse B. frater Bernardinus Feltrinus Vincentiæ, visi sunt in aere plures Angeli quàm essent homines in terra, qui attentè audiebant verbum Dei. Ipsos quoq; prædicatores volens Deus à populis honorari, honorat illorum sermones per miracula. Vnde de Apostolis dicitur Marci vlt. *Prædicauerunt vbi- que Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.* Act. quoque nono habetur, quòd prædicante Paulo, quidam adolescens audiens verbum eius, de fenestra cecidit, & sic mortuus est, quem Paulus cunctis videntibus resuscitauit, inuocato nomine Iesu. Item in legenda B. Andreæ dicitur, quòd cùm ipse Apostolus prædicaret in littore maris, proiecit mare ad littus vnum corpus mortuum; quod videns sanctus, facta oratione statim ipsum resuscitauit. Ille autem sic resuscitatus voce clara ait astantibus, quo modo erant quadraginta iuuenes, qui audita fama B. Andreę, in naui intrauerant, vt ad prædicationem eius venirent, sed Diabolus eos, & barcham in qua erant, submersit, quod cùm retulisset, continuò mare expulit in terram corpora aliorum 39. quos omnes iuuenes B. Andreas resuscitauit. Legitur etiam in legēda sanctæ Marthæ, quòd prædicante ipsa sancta iuxta Rodanum, quidam iuuenis desiderans audire verba eius, & existens ab alia parte fluminis, cùm non haberet nauim cœpit natare, sed vi flumi-

Prædicatores sunt honorandi ac diligendi.

Multa exēque Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Prædicatores, aliquibus signis.

mis est suffocatus, cuius corpus postea inuentum, & ipsi sanctæ allatum, ipsa in præsentia totius populi resuscitauit. Legitur etiam in legenda veteri B. Francisci, quòd cùm semel inuitatus fuisset à quodam nobili ad prandium, cùm esset in quodam loco gratia prædicationis, dictus nobilis stabat ad prædicationem eius, dimiseratq; domi puerulum filiũ suum cum nutrice, quæ & ipsa desiderans audire prædicationem B. Francisci, dimisit puerum solùm domi, & abijt ad sermonem. Reuersa autem post prædicationem reperit puerum in caldaria plena calidissima aqua cecidisse, & ita totaliter decoctum, vt non supereſſent nisi sola ossa, quæ accepit, & posuit in archa. Interim vir nobilis prædictus præfata reperiens dum domi reuersus fuisset præcepit vxori, vt ob reuerentiam sancti patris à planctu abstineret. Finito autem prandio dixit, venerandus pater S. Franciscus illi nobili, vt sibi poma afferret. Ille autem excusauit se dicens, quòd tempus pomorum non esset. B. autem Franciscus dixit ei. Vade ad illam archam, quia pro certo reperies: quo pergens pater pueri inuenit puerum resuscitatum habentem in manibus duo poma recentia, vnum in dextera, & alterũ in sinistra. Qui continuò extendẽs manum versùs patrem vocauit eum. Tunc B. Franciscus dixit illi nobili. Ista sunt poma quæ vol. bam. Dominus enim reuelauit mihi omnia quæ acciderant. & hoc miraculum fecit, quia veneratis ad prædicationem. Non solùm autem prædicatores resuscitant corporaliter mortuos, sed etiam spiritualiter defunctos. Vnde Hiere. 38. dicitur in figuram, quòd cùm ipse Hieremias esset incarceratus in lacu sine aqua, in quo erat solummodò lutũ, Abdemelech quidam eum extraxit funibus, submittens ei pannos veteres, & vestimenta antiqua, quibus appositis ad manus & cubitos ipsius Hieremiæ euasit incolumis, ita quòd funes non corroserunt carnes eius: per Hieremiam enim significatur peccator, qui est incarceratus in lacu pleno viciorum luto, in quo non est aqua gratiæ Dei, quæ est vita animę, sed tantummodo sunt in eo immunditiæ peccatorum, hũc autem Abdemelech, qui secundùm Hieronymũ interpretatur seruus regis, vel seruiens regno, vel seruus regnator, & significat prædicatorem seruum regis cœlestis, & seruientem regno Ecclesiæ militantis & triumphantis, qui etiam est seruus regnator, quia secundùm Ambrosiũ, Deo seruire regnare est, extrahit de ipso lacu, id est, de peccato, funibus diuini verbi, videlicèt fune commemorationis seueri iudicij vniuersalis, & terribilitatis mortis ac inferni, & huiusmodi. Quæ funes quia sunt rudes, vnde & rudentes appellantur, submittit ei pannos veteres, id est scripturas veteris Testamenti, in quibus de Dei misericordia prædicatur, & vestimenta antiqua, id est antiquorum patrum exempla, qui regnum cœlorum per austeritatem vitæ & pœnitentiam acquisierunt, & sic eos leniter & sine offendiculo, de morte peccati eruit. Et ad hoc etiam potest applicari illud quod Ioan. 5. ait Saluator. *Amen dico vobis, quia venit hora, & nũc est quando mortui.* s. per peccatum, *audient vocem filij Dei.* s. per prædicationem, *& qui audierint, viuent.* s. vita gratiæ. potest enim dicere prędicator bonus. Illud Ioannis 6. *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus, & vita sunt.* Dicit autem Greg. 4. dialogor. quod omnium miraculorum maius est resuscitare spiritualiter mortuum. Et ideò maius est prodigium prædicationis verbo peccatorem ad Deum conuertere, quàm carne mortuum suscitare. Minùs enim est resuscitare carnẽ iterum morituram, quàm resuscitare animam in æternũ victuram. Nam innumerabilium mors corporum morti spirituali vnius animæ comparari non potest. c. si habes. 24. q. 3. Prędicator etiam suo verbo protegit & roborat populum Dei, iuxta illud Prou. 3. *Sermo Dei clypeus est sperantibus in se,* & ideò dicit Apostolus ad Ephes. 6. *De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, & induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignea extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, quod est verbũ Dei.* Hæc ibi. primæ quoq; Ioannis 2. inquit Apostolus. *Scribo vobis filioli, quoniam fortes estis propter verbum Dei, quod manet in vobis.*

Digitized by Google

in vobis. Legitur insuper Act. 10. quod prædicante Petro Apostolo, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbũ eius & consequenter fortificauit eos contra oẽs tentationes, persecutiones, & aduersitates. Quod confirmat Saluator Matth. 7. di. *Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra firmam petram. Omnis autem qui audit verba mea, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificat domum suam supra arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.* Hæc ibi. Et ideò in figuram dicitur Matthæi 18. quòd Christus noluit dimittere turbas ieiunas ad domum redire, ne deficerent in via, & 3. Reg. 19. scriptum est, quòd Helias ambulauit in fortitudine cibi sibi ab Angelo dati, id est verbi Dei à prædicatore ministrati, vsq; ad montem Dei Oreb. De hac etiam vtilitate prædicationis, fortificantis spiritum audientium, potest exponi dictum Prophetæ Psal. 32. dicentis. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.*

3. vtilitas. TErtia vtilitas dicitur cõsolationis. Magnam enim dulcedinem dat sermo Dei his qui deuotè illum audiunt, ideò decantat Dauid Psal. 124. di. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Sicut igitur quando quis comedit mel, & non sentit dulcedinem, signum est, quòd est infirmus, & habet palatum alteratũ; ita quando quis audit dulcedinem verbi Dei, & non degustat illam, pessimũ est signũ quòd habet animam alteratã. Sicut etiã mortalis iudicatur infirmitas, quando aliquis non cõedit, vel comestũ cibũ non retinet, sed euomit, aut retentum nõ digerit: Sic quis potest iudicare animam suam spiritualiter mortuam, quãdo audire non vult verbũ Dei, quod est cibus animæ saluti & vitæ necessarius, de quo dicitur Psal. 106. *Omnem escam abominata est anima eorum, transierunt vsq; ad portas mortis. vel quando auditum verbum non retinet in mente.* Vnde Greg. ait. *Æternæ mortis periculũ formidate, si cibum sanctæ prædicationis accipitis, & in ventre memoriæ non tenetis.* Vel quando verbũ Dei in stomacho memoriæ crudũ moratur, quod fit quando audiẽs verbũ Dei, postea non digerit illud per bonam operationem. E contrario aũt est de libenter audientib. ideò dicit B. Tho. & cæteri Theologi in 4. di. 9. *Quod signũ est quod quis sit in gratia Dei, quãdo delectatur audire verbũ Dei.* Vnde dicit Aug. in lib. de prædestin. sanctorũ. *Sicut nullum est maius signum prædestinationis æternæ, quam verba Dei libenter audire, ita nullum est peius signum quàm illa contemnere;* ideò dicebat Dominus noster 8. Ioannis c. *Qui ex Deo est, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

4. vtilis. QVarta vtilitas dicitur excusationis. Scotus enim ac Ricar. de media villa ponunt hunc casum in 4. di. 9. Ponamus quòd sint duo, quorum vnus vadit ad prædicationes, vt addiscat cognoscere peccata, & ea ad memoriam reducat, vt de ipsis integrè & benè valeat confiteri. Alius verò ad sermones ire contemnit, postea ambo vadunt ad confessionem æqualiter meditantes peccata sua, primus autem qui iuit ad prædicationem, non recordatur centum peccatorũ mortalium, solùm ex hoc quòd non habet memoriam bonã, vel quia non scit illa esse peccata, & ideò de eis non confitetur. Dicũt prædicti doctores, quòd talis ignorantiæ eum excusat, quia per defectum suũ non dimisit illa confiteri, nec fuit negligẽs in addiscendo cognoscere peccata, quia accessit ad prædicationes, & attentè audiuit. Alius verò qui contempsit ire ad prædicationes, facta eadem, & æquali examinatione peccatorum cum primo, non recordatur vnius peccati mortalis, quod si iuisset ad prædicationem, cognouisset esse peccatum mortale, vel de eo recordatus postea fuisset, dicunt doctores prædicti, quòd iste dimittens confiteri hoc solum peccatum mortale, vel quia non cognoscit illud, vel quia non recordatur de eo, facit confessionem inualidam, quia hæc est ignorantia ex sua malignitate procedẽs. Vide ergò populi mi, quomodo sancta prædicatio excusat defectus tuæ confessionis, ergò veni & frequenta.

5. vtilitas. Quinta & vltima vtilitas verbi Dei, dicitur liberationis. Primo enim liberat ab infirmitatibus, nam prædicante me in ciuitate Nouariæ an. 1451. in quadragesima, quædam nobilis matrona nomine domina Valeria de Cacijs habens quotidiani magnos dolores, veniebat tamen quotidie ad prædicationem nostram, & ipsamet retulit mihi, quòd quando discedebat de domo, vt veniret ad sermonem, semper dolor ipse recedebat, & quamdiu durabat prædicatio nunquam eam molestabat. Ad hanc autem vtilitatem sanationis potest applicari illud Matth. 8. vbi centurio ait. *Dic verbo & sanabitur puer meus.* Item liberat a morte spirituali & periculis. Recitat enim Iacobus de Vitriaco, quòd filius cuiusdam magni domini, malo amore amabat quandam honestam iuuenem, quæ cùm semel iret ad prædicationem, ille insedens equo, vsque ad quendam locum secutus est eam. Ibiq; volens ei facere violentiam à diabolo præcipitatus de equo expirauit. Similiter liberat ab interitu corporali. Vnde psalmographus canit. *Misit Dominus verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.* Item liberat à pœnâ purgatorij. Quilibet enim audiens prædicationẽ fratrum nostrorum, habet pro qualibet vice quadraginta dies de indulgentia, vt in priuilegijs ordinis nostri continetur. Ego verò vltra indulgẽtias generaliter prædicatoribus nostris, & aliorum mendicantium ordinum concessas, possum auctoritate Apostolica concedere centum dies de vera indulgẽtia. Quam omnibus auditoribus concedere intendo in omni nostro sermone. Prædicatio etiam liberat à pœna inferni, quia peccatores ad pœnitentiam & lachrymas conuertit Psal. 147. *Emittet verbum suum & liquefaciet eos, flabit spiritus eius & fluent aquæ.* Et sic animam febrili calore peccati inflammatam refrigerat, iuxta illud Ecclesiast. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Sic & verbum melius quàm datum. Veniat ergò ad prædicationem quisquis amat animam suam. Sanat quoq; omnia vulnera peccatorum, iuxta illud Sapientiæ 16. *Neque herba, neque maligna sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia.* Item præseruat à peccatis. Vnde psalmista inquit Deo. *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.* Omnes ergò debent in corde deuoto recondere verba prædicationis. Sunt enim gemmæ Dei. Et ideò psalmista dicebat DEO. *Dilexi mandata tua super aurum & topazion.* Profectò si quis gemmam haberet, quam Christus in ore portasset, cum magna reuerentia eam seruaret. Cum maxima ergò veneratione verba sancti Euangelij sunt audienda & conseruanda, quæ in corde Christi fuerunt, & ab eius ore processerunt. Cuncti ergò fideles debent solicitè concurrere ad prædicationes, iuxta illud Lucæ 5. *Cùm turbæ irruerent ad Iesum, vt audirent verbum Dei.* In quibus verbis ostenditur, quòd debet verbum Dei audiri cũ auiditate, dum dicitur quod irruebãt, id est cum quodam impetu ibant. Sic pauperes in distributione eleemosynarum tempore famis irruere consueuerunt, & sicut famelici canes cum anxietate quærunt panem, iuxta illud Psalmist. *Et famem patiemur vt canes, & circuibimus ciuitatem.* Sicut enim fames & appetitus edendi est signum sanitatis, & corporis benè dispositi, ita appetitus audiendi verbum Dei est signum salutis. Dicitur autem verbum Dei esse omnis esca, iuxta illud. *Omnem escam abominata est, &c.* Nam satiat, & replet, & aufert omnem famem diuitiarum, honorum, & deliciarum, ostendens in DEO solo esse veram satietatem. Nam auarus inuenit veras diuitias, & superbus honores in eo, qui dixit Prouerbiorum 8. *Mecum sunt diuitiæ & gloria.* Deliciosus verò in ipso inuenit delectationem, de quo inquit Psalmista. *Delectationes in dextera eius, vsque in finem.* Lethaliter quoque per peccatum vulneratus inuenit in eo perfectam incolumitatem: vnde Ioannis quinto dicitur. *Omnes qui in monumentis sunt;* id est in fautore peccatorum, *audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* Verbum enim Dei est animæ viuificatiuum, & spiritualis vitæ conseruatiuum. Vnde idem Saluator ait Ioannis sexto. *Verba quæ ego loquor, spiritus, & vita sunt. Nam non in solo pane, &c.* Matth. 4. & Deuter. 8. Quapropter vnusquisque prædicator potest dicere illud Esaiæ. 55. *Audite audientes me, & comedite*

comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, et venite ad me. Audite, & viuet anima vestra. Vel autem temporibus Antichristi, quando prędicari non poterit, quia verificabitur illud quod inquit Hier. super Amos Prophetam. *Quando doctrina non erit in Ecclesijs, intelligemus perire pudicitiam, castitatem mori, & omnes obire virtutes, quia non comederunt verbum domini:* hæc ille. Et idem etiam accidit hodiernis temporibus in illis terris in quibus non prędicatur, vel ad prædictionem non itur, vel attenditur. Et ideo omnes debetis sanctam prędicationem frequētare, & attentissimo corde eam audire, ne sitis de illis, de quibus dixit dominus Luc. 8. *Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.* Sicut enim aues sequūtur satorem, vt proiectum in terram comedant semen: Sic & dæmones maiori studio sequuntur prædicatorem, verbi Dei seminatorem, vt de cordib. audientium auferant semē, quod est verbum Dei. Et ideo dicitur Lucæ 8. quod volucres cæli comederunt illud: per volucres autem dæmones significantur, vt exponit ipse Saluator. Non est autem mirum, si diabolus conatur vos retrahere à prædicatione, quia cognoscit, quod ipsa est illud semen bonū, quod, vt habetur Matth. 13. *Cadens in terram bonam*, sc. animæ vestræ, *facit fructum bonum*, s. bonarum cogitationum, atque operationum, & diuersorum meritorum, s. aliud trigesimum, aliud sexagesimum, & aliud centesimum, secundum diuersas dispositiones audientiūm. Nouit quoq; veram esse sententiam Seueri Papæ in c. sicut stellas 38. di. qui ait. *Sicut stellas cæli non extinguit nox; ita mentes fidelium inhærentes sacræ scripturæ firmamento, non obscurat mundana iniquitas.* Vnde prædicatori Verbi Dei pōt dici illud Can. 44. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Sicut enim vitta retinet capillos defluētes ne cooperiant faciem, sic prædicatio sacræ scripturæ cogitationes, & affectiones superfluas mentis reprimit, ne faciem contemplationis obnubilent. Scit etiam diabolus veram esse sententiam Prophetæ dicentis Psal. 11. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.*

In quib. verbis primo commendat verbum Dei à dignitate di. *Eloquia Domini*, quasi dicat: Non Platonis, non Theophrasti, non Xenocratis vel Tullij, sed Domini qui est veritas increata: bis autē dicit *eloquia*, propter duplex verbum, sc. inspiratum & prædicatum. 2. à castitate. Et ideo dicit *casta*, tū quia docent spiritualem castitatem. Iacobi. 3. *Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica etiam*, &c. Tum quia verbum facit Dei carnē pudicam. Vnde Hier. ad Rusti. mona. *Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia nō amabis.* 3. à suauitate, dum dicit *argentum*, quod est super omnia metalla dulcisonum. Et similiter verbum Dei superat omnes melodias. Psal. 118. *Dulciora super mel & fauum.* Vbi glossa ait. *Eloquia aperta in nouo testamento, & operta in veteri testamento dulcem sapiunt palato fidei, quam faucib. carnis mel.* 4. à charitate, dum dicit. *Ignea examinata*, sc. diuini amoris Psal. 118. *Ignitum eloquium tuū vehemēter.* 5: à spiritualitate dum dicit, *probatum terræ.* 1. à terra, & ponit genitiuum pro ablatiuo more Græcorum. Quia prædicatores debent esse elongati à terrenis. Vnde Greg. ait. *Ignominiosum valde est, sub eius statim specie gloriam mūdi, vel diuitias quærere, in quo debet alios ad cōtemptum temporalium prouocare.* 6. à puritate dum dicit: *Purgatū septuplum*, id est, per septiformē gratiam Spiritus sancti, de qua habet Esa. 11. Et propter prædicta omnia dolet diabolus, cum videt vos ad audiendum verbum Dei deuote conuenire, sciens quod per virtutē eius mundabimini à peccatis vestris, dicēte Apostolo ad Heb. 1. *Verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens*, &c. Vnde & Saluator dicebat Apost. Io. 15. *Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.* Sicut enim quāto frequentius quis in aquam descendit, tanto magis à maculis liberatur & mundatur; sic quāto magis venietis ad prędicationes, magis mundabitis animam vestrā à peccatis. Sicut etiam quanto frequētius vas impletur bono oleo, tanto magis capit de vnctuositate; ita quanto crebrius recipietis suauissimū oleum verbi Dei, tanto magis in vos permanebit vnctio Spiritus sancti; quam ille vobis concedat qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Digitized by Google

FERIA QVARTA CINERVM DE IEiunij institutione, obligatione & violatione:

SERMO QVARTVS.

Ad concupiscentias regulandas Dominus nos hortatur per Prophetam dicentē: Sanctificate ieiuniū. Et nota quod non loquitur de cōcupiscentia naturali, quia in tali non est peccatū nisi penes excessum, vt dicit Arist. 4 Ethi. cap. 5. vbi dat triplicem distinctionem de concupiscentia, quā intelligendr, scias quid veritatis, ei falsitatis habeant istæ auctoritates.

SANCTIFICATE ieiunium Ioelis 2. & in epistola occurrentis Feriæ. Vt inquit deuotus Hugo, de sancto Victore in compendio Philosophiæ li. 1. c. 2 ait: *Concupiscentia est immoderatus appetitus sensualitatis, excedēs modum rationis.* De qua loquens Ari. 3. Ethi. c. 11. dicit: *Quemadmodum puerum oportet secūdum præceptum pædagogi viuere, sic & concupiscibile resonare rationi,* & in 2. Poli. c. 4. idem inquit: *Magis oportet concupiscentias regulare, quàm substantias.* Plato quoq; in Phædone ait: *Recte philosophantes abstinent ab his, quæ secundum corpus sunt, concupiscentijs omnib.* Sapiens etiam Ecclesiasticus, ca. 18. sui libri inquit: *Post cōcupiscentias tuas non eas. Si enim præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Inter omnes autem concupiscentias, videtur illa, quæ est secundum gulam, tenere quodammodo principatum, dum aliæ ab illa causantur. Ad quod ostendendum, Deus noster creato homini primum fecit præceptum de abstinentia contra gulam, dum ei imperauit, ne de ligno scientiæ boni & mali comederet, Genes. 2. In quo abstinentiā commendauit, dum noluit eum comedere de omnibus, vt sic faciendo mereretur, & sanctus fieret refrenando concupiscentiam gustus, per quam quidem refrenationem homo Domino consecratur. Vnde Numeri 6. cap. dicitur: *Vir siue mulier cum votum fecerit, vt sanctificetur, & se voluerit domino consecrare, à vino & ab omni eo quod potest inebriare abstineat.* Ea propter in hac sacra Quadragesima vos ad hanc sanctificationem hortatur Dominus per Prophetam in verbis propositis, dicens; *Sanctificate ieiunium,* de quo quidem sacro ieiunio, tres denotas considerationes faciemus. Prima dicetur Institutionis. Secunda Obligationis. Tertia & vltima appellabitur Violationis.

PARS PRIMA HVIVS sermonis, de institutione ieiunij.

QVO ad primam considerationem quæ dicitur institutionis, mouentur tria dubia, primum an bonum atq; necessarium fuerit instituere ieiunium. Et respondetur secundum Alex. de Ales in 4. parte summæ in tractatu de ieiunio, & Ricard. in 4. di. 7. 15. artic. 3. q. 3. Et Tho. ibidem ar. 1. q. 4. & 2. 2. q. 147. art. 3. Quod necessarium & valde cōgruum fuit instituere sanctum ieiunium, maximè post lapsum primorum parentum. Et hoc probari potest tribus principalibus fundamentis: primo ratione satisfactionis; sic per transgressionem primorum parentum, totum humanum genus reum factum est, ad Roma. 5. vbi dicitur: *In quo omnes peccauerunt;* sed *per quæ quis peccauit, per ea & puniri debet.* Sap. 11. & c. fi. de immu. ec. & c. pastoralis de iure pa. & notatur in l. ex facto. §. Iulianus ff. de vulg. & pupil. & l. hæres ff. de his qui. vt indi. Cum ergo peccauerit humanū genus in primis parentibus peccato gulæ, & comestionis, debuit fieri præceptum in pœnam, & satisfactionem, de non comedendo siue de ieiunando. Et ideo potentiæ gustatiuæ quæ inordinato amore cibi vetiti, totum humanum genus vulnerauit, modò si se refrenet per abstinentiam & ieiunium, & per cōsequens nos incolumes reddat à peccatis, & virtuosos faciat per temperantiam, & austeritatē, possunt conuenire illa verba quæ Ouidius in 2. de remedio amoris ponit, dicens: *Ad mea decepti immensa præcepta venite: Quos sum ex omni parte secutus amor. Discite sanari per quem didicistis amare: & ea manus vobis vulnus opemque ferat.* Secunda ratio dicitur curationis, per peccatum enim originalis culpæ remansit in nobis fomes, & inclinatio ad malum & vitia. Gen. 8. ca. vbi dicitur, *quod omnis cogitatio hominis prona est ad malum omni tempore,* 12. q. 1. c. *Omne etiam.* Conueniebat ergo, vt per Ecclesiā humano generi proui-

Ieiunium instituere fuisse necessarium & congruum, tribus rationibus ostenditur. Et nota quòd istæ rationes non concludunt necessariatē simpliciter, & ideo dic vt nostri.

Dtum. Ieiunium

omnes est de iure diuino, licet tempus ad Ecclesiam determinare spectet.

prouideretur de aliquo remedio, quo posset ab huiusmodi corruptiõe cauere. Cum igitur, vt inquit Hieronymus, ieiunium sanet pestes corporis, nullum magis conueniens remedium potuit inuenire ad reprimendum hoc incentiuum quam abstinentia, & ieiunium, vt sicut hæc inclinatio ortum habuit ex comestione, per non comestionem, & eluriem reprimatur, quia *medicine haben. fieri per contraria*, 2. Ethi. Tertia ratio dicitur, reuocationis, quia enim homo per peccatũ exul factus fuerat à paradiso, cõueniebat vt aliquo modo prouideretur, quatenus ad illũd redire posset. Sed per gulam eiectus fuerat. Gen. 3 c. ergo per refrenationem gulæ debuit reuocari. *Si enim aliquid est causa alicuius, oppositum est causa oppositi*, 1. Poster. Et hanc rationem tangit Ambrosius in sermone de Ieiunio transumptiuè in ca. Sexto, 35. dist. dicens: *Gula à Paradiso regnantem expulit, abstinẽtia ad paradisum reuocauit errantem.* Ideo nos hortatur Aug. li. 1. contra Iulianũ, dicens: *Egrotamus per peccatũ, sanamur per penitentiam; penitentia verò sine ieiunio vacua est. Quia non ieiunauimus, decidimus à Paradiso, ieiunemus, vt redeamus ad Deum.* Hæc ille.

Ieiunium dierũ quadraginta instituere congruum fuit, & hoc aliquibus congruentijs ostenditur.

SEcundo quæritur, vtrum congruum fuerit instituere ieiunium Quadraginta dierum. Respondeo secundũ Tho. 22. q. 147. ar. 5. quod sic. Quod taliter probatur. Sicut enim subditi tenẽtur dominis suis dare tributa. Matth. 22. vbi dicitur: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari*: ita etiam Deo, id est, sacerdotib. loco Dei, decimas offerre debent in signum recognitionis vniuersalis dominij, vt dicit Innocẽtius tertius in c. Tua nobis extra. de decim. Et sicut debemus decimã aliarum rerum, ita & temporis secũdum Gregorium in ca. Quadragesima, de conse. di. 5. Cum ergo decima pars totius anni sint. 36. dies vel paulò minus, igitur congruum fuit vt illis diebus ieiunaremus. Verum quia corpus nostrum constat ex quatuor elementis, & per inordinationem quatuor affectionum ex illis procedẽtium, peccauimus circa decalogum in omnib. quatuor partibus anni, ideo superaddũtur quatuor dies, & sic sunt quadraginta. Quadraginta enim diebus & quadraginta noctibus pluit Deus aquas diluuij, in pœnam mũdanæ corruptionis. Genes. 7. Et ideo si nolumus incurrere diluuiũ æternę punitionis, debemus his quadraginta diebus ieiunare. Quia sicut Moyses ieiunando quadraginta diebus & quadraginta noctibus, meruit legem Dei recipere Exo. 24. Et Seraphicus Pater noster Franciscus post ieiunium quadraginta dierum recepit regulam quam ei Christus de verbo ad verbum inspirauit. Ita nos si his quadraginta diebus ieiunabimus, recipiemus profecto gratiam diuinam. Sicut enim quadraginta dies dati sunt Niniuitis ad pœnitentiã. Ionæ 3. ita & nobis. Et sicut filij Israel quadraginta mansionib. peruenerunt de Aegypto ad terram promissionis, ita & nos his quadraginta dieb. transibimus de tenebris peccati significatis per Aegyptũ, ad supernę patrię lucem. Sicut etiam quadraginta diebus Helias peruenit ad montẽ Dei Oreb in fortitudine cibi, quem ei Angelus dedit 3. Reg. 19. Ita & nos comedendo cibum quadragesimale quem nobis offert sancta mater Ecclesia, perueniemus ad mõtem æternæ gloriæ. Quia sicut Christus quadraginta dieb. à sua resurrectione ascendit cælos: Act. 1. c. Ita nemo potest ascendere nisi his quadraginta diebus ieiunauerit, si non est legitimè excusatus. Quemadmodum etiam Christus postquam ieiunauit quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, accesserũt Angeli & ministrabãt ei: Matth. 4. c. Ita nobis ieiunantib. aderunt cælestis patrię milites, nos contra inimicos nostros protegẽtes. Et ideo secundum hunc numerum quadragenarium quadragesimale ieiunium est institutum, de quo sic cantat Ecclesia: *Lex & Prophetæ primum hoc præmonerunt, postmodum Christus sacrauit omnium rex atque factor temporum.* Multipliciter enim Christus conseruauit istum numerum quadragenarium, scilicet in sua conceptione, quia quadraginta septimanis fuit in vtero virginis. Item sua prædicatione, quia quadraginta mensibus in mundo prædicauit. Item sua ieiunatione, quia vt supra dictũ est quadraginta diebus ieiu-

Nota satis curiosum dictum de quadragenario.

ieiunauit in deserto, quod egit, vt sicut hoc ieiunium quadragesimale approbatũ fuerat per legem Mosaicam, & Propheticam in ieiunio Moysi legislatoris, & Helię eximij Prophetæ: Ita approbatum appareret per legem Euangelicam. Et ideo isti duo soli, scilicet Moses, & Helias apparuerunt in eius trãsfiguratione, Matthæi 17. Ipse autem Dominus noluit ieiunare plusquam illi, ne Deus à diabolo putaretur, nec minus quam ipsi, ne purus homo, & illis inferior crederetur. Consecrauit etiam hunc numerum sua passione, quia quadraginta horis iacuit in sepulchro. Item sua resurrectione, quia quadraginta diebus post resurrectionem fuit cum discipulis in mundo.

Addere poterit, & alias cõgruentias, vt ipsi.

Ieiunium quadragesimale tempore veris instituendũ fuisse, trib. cõgruentijs ostenditur. 1. Congruentia.

TErtio quæritur, quare hoc ieiunium institutum est tempore veris. Respondeo secundum Alexand. de Ales in 4. parte summæ in tractatu de ieiunio; & B. Thom. in 4. dist. 5. artic. 3. q. 1. quod hoc factum fuit propter tria. Primo propter concupiscentiæ repressionem, quia in vere maximè insurgunt, & inualescunt motus carnales, & cõcupiscentiæ, & maximæ in generatiua, tam in homine quã in alijs animalibus, & hoc propter qualitatem eius temporis. Ver enim est calidum & humidum secundum Auicennã 2. primi doctrinam. 2. c. de naturis temporum. Calidum autem, & humidum maxime conuenit generatiuæ, vt inquit Aristot. in libr. de generatione & corruptione, & ideo sicut in vere pullulãt, & germinant arbores, ita etiam insurgunt motus carnales, ad quos reprimendos instituendum fuit ieiunium. Secunda causa dicitur susceptionis, scilicet diuinæ gratiæ. Sacramenta enim diuinæ gratię, scilicet Absolutionis sacramentalis, & communionis corporis Christi hoc tempore nobis spiritualiter proponuntur, maximè in Paschate, & ideo vt anima nostra bene inueniatur idonea, secundum possibilitatem suam, ad tam sublimia sacramenta suscipienda, rectè ordinatum fuit ieiunium quod secundũ Hieronymum, est sanctificatio mentis, sine qua nemo videbit Deum. Et ideo dicitur Eccles. iast. 2. *Qui timent Deum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas*, scilicet per ieiunium.

3. Congruentia.

TErtio ordinatum fuit ratione conformationis. Sicut enim Christus per suam passionem ad gloriam resurrectionis peruenit, sic nos per ieiunia, & alias pœnitentias peruenimus ad gloriam æternæ beatitudinis, vt inquit Isi. 6. Etymo. Quod autẽ Christus passus fuerit in vere, patet per August. 16. de ciuitate Dei, c. 55. vbi inquit, quod mortuus est Christus 8. Kal. Aprilis. Ratio aũt quare Christus passus est in vere, fuit quia etiam primi parentes hoc tempore peccauerunt, vt inquit Alexand. de Ales, in 2. parte summæ, & Isidor. 8. libr. Etymo. Illo enim tempore creati fuerunt simul cum cæteris creaturis, & elementis. Et potest probari, vt inquit, Rabi Iosue, per scripturam Geneſis 1. capit. vbi dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem, at facientem semen iuxta genus suum.* Quæ omnia fiunt in vere. Rabi Eliaser tamen dicit, quòd creatus fuit mundus mẽse Septembris, quo tempore fructus sunt maturi. Et dicit Nicolaus de Lira super primo Gen. ca. quòd hæc est communior opinio apud Hebræos. Tamen tenendo primam posset dici, quòd per virtutem diuinam terra produxit hac prima vice fructus in instanti, & non per generationem naturalem, & ideo potuit hæc productio ita fieri in vere, sicut in autumno, & congruum fuit quod primus homo crearetur in vere, quo tempore omnia pullulant, & germinant quæ apta sunt germinare. Præterea vt ait Damascenus li. 2. omni tempore sunt fructus in paradiso terrestri. Quia igitur Christus tempore veris passus est, vt ostẽderet se pati propter peccatũ primorum parentum, congruum fuit, vt etiam nos conformaremur in abstinentia, & ieiunio, vt sic cum ipso crucifixi, eius resurrectionis, & gloriæ participes efficiamur. Et hoc est quod dicit Paulus ad Galat. 5. *Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.*

Homo quo tempore peccauit, & quãdo creatus fuit.

Quarto

Quare cum quadragesima incipiat in prima Dominica, Ecclesia addidit quatuor dies præcedentes.

QVARTO quæritur quare cũ solemnitas quadragesimalis inchoetur in sequenti Dominica, hos quatuor dies præcedentes Ecclesia addidit. Et respondetur ꝙ hoc fecit vt quadragenarius numerus ieiunij impleatur. A prima enim Dominica vsque ad Pascha quadraginta duo dies sunt, de quibus dũ sex dies Dominicales subtrahũtur, solummodo triginta sex dies ieiunabiles remanent. Et ideo adduntur isti quatuor dies præcedentes, vt iacer numerus quadraginta dierum compleatur, quem Christus suo ieiunio consecrauit. Sunt tamen quædã alterationes mysticæ, quare potius in 4. feria quam in alia feria hoc ieiuniũ inchoetur. Et prima est quia in 4. feria mors Christi fuit tractata & cũ deliberatione firmata. in 4. feria principes sacerdotũ cum senioribus populi congregati sunt in atrium Caiphæ principis sacerdotũ, ad quos Iudas accessit, & Christũ tradere promisit, & illi pecuniã dare polliciti sunt, Ioan. 10. & Matth. 26. Quia igitur pœnitentiã quadragesimalem facimus vt Christo patienti compatiamur: Ideo merito in hac quarta feria in qua eius mors fuit tractata, hoc ieiuniũ inchoatur. Secunda ratio est quia in quarta feria Sol, & Luna, ac cętera cœli luminaria creata fuerunt. In principio enim creauit Deus quandam nubeculam lucidam, quando dixit Genesis 1. *Fiat lux*, & illa nubecula tres dies Solis creationem præcedentes illuminauit quadam tenui claritate, quemadmodum diluculo fieri solet. Quarta autem feria sequenti, vt dictum est, Deus solem, & cętera luminaria fecit. Et ideo dies illa dies plenæ claritati fuit. Totum autem tempus nostrum est tenebrosum. Tempus autem quadragesimale est lucidum. Iuxta illud ad Ephesios. 5. *Erant aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Conueniens igitur fuit, vt tempus tam lucidum in die lucida inchoaretur. Tertia ratio est quia quarta feria dies Mercurij vulgariter nuncupatur. Est autem Mercurius planeta cælestis, qui secundum Astrologos regnat in virgine, dominatur aquæ, semper est cum sole, & præest facundiæ. Disponit enim homines ad facundiam & eloquentiam acquirendam. Vnde dicitur Act. 14. quòd gentiles appellabãt Paulum Mercurium, quia erat dux verbi. Rectè igitur ieiunium in die Mercurij inchoatur, ad innuendum, quòd homines in hoc tempore debent habere mundiciam corporum, abundantiam, lachrymarum, perseuerantiam bonorum operum, vt scilicet semper sint cum sole, id est, Christo. Prædicatores autem debent habere facundiam sermonum, & ideo vt istud ieiunium facilius suscipiatur, hodie sancta mater Ecclesia fideles ad memoriam suæ mortis inducit, dum in capitib. cineres ponit; dicens illud Gen. 3. *Memento homo, quod cinis es, & in cinerem reuerteris.* Ad quod etiam Deus hortatur Hier. 6. di. *Filia populi mei induere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.* Populus enim Dei est populus Christianus. Filia vero populi Dei, est anima cuiuslibet Christiani. Quam quidem animam ipse Deus ad tria hortatur in verbis prædictis, primo ad duræ pœnitentiæ assumptionem, dicens: Induere cilicio. Cilicium enim est indumẽtum durum, & asperum de pilis camelorum cõtextum. Secundo ad mortis meditationem dicens: *Conspergere cinere.* Sicut faciebat Iob dicens sui libri capitulo 16. *Operui cinere carnẽ meam,* & Ecclesiast. 10. dicitur: *Quid superbis terra, & cinis?* Et Hier. 22. ait Propheta: *Terra, terra, terra, audi verbum Domini.* Id est, tu homo qui venis de terra, & portas terram; & vadis ad terram, audi verbum Domini quod tibi hodie dicitur per Eccle- scilicet *Memento*, & cætera. Tertio hortatur ad peccatorum dolorem dicens: *Fac tibi luctum amarum, luctus* enim, vt dicit August. *est tristitia de amissione charorum.* Homo autem per peccatũ amisit Deum, animam suam, & omnia merita, & ideo debet conuerti ad pœnitentiam, & amara lamenta. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

Ieiunium quare quarta Feria inchoetur.

Digitized by Google

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, de obligatione ieiunij

Et loquitur ſemper de ieiunio Eccleſiæ, & non naturæ.

SEcunda pars dicitur obligationis, pro cuius expeditione vt ſciatur quale debeat eſſe ieiunium, ad quod quiſque noſtrum tenetur, Sciendum eſt quod ſex ſunt genera hominum diuerſimode ieiunantium, quæ in hoc verſu continentur: Abſtinet æger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtus. Primo enim æger abſtinet, vel quia non poteſt aliter recipere ſanitatem, vel quia appetitum non habens comedere non poteſt, & hæc abſtinentia non eſt meritoria, nec demeritoria in ſe, quia in his quæ à natura ſunt, & aliter eſſe non poſſunt, nec laudamur, nec vituperamur 2. Ethico. Secundo abſtinet egens, quia non habet quid comedat. & hoc ieiunium eſt indifferens, nã nihil meretur, nec demeretur ſecundum ſe, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit l. Rem legatam. ff. de adi. lega. Tertio abſtinet cupidus ne expendat, & tale ieiuniũ eſt malum. Vnde Leo Papa in quodã ſermone inquit: *Non ſunt caſta ieiunia, quæ non de ratione veniunt cõtinentiæ, ſed de arte fallaciæ.* Sunt enim aliqui auari, qui nec ipſi comedere volunt, nec ſuos comedere permittunt, & videntes eos comedere, dolent, ac ſi eis pulmonẽ deuorarent. Vellent autẽ quod more Moyſi totam hanc Quadrageſimam facerent, non comedentes, nec bibentes. Quarto abſtinet guloſus, vt poſtea auidius comedat, & hoc etiam eſt malum; de quo ait Auguſtin. ſuper Pſal. 43. *Non laudatur in illo ieiunium, qui ad luxurioſam cœnam ſeruat ventrem ſuum.* Inueniuntur namque aliquando homines ad cœnam magnam, vel prandium, ad quod volentes auidi, & famelici venire, vt melius poſtea comedant, antè ieiunant, quod non eſt ieiunium continentiæ, ſed potius guloſitatis. Ideo Hieronymus de conſecratione, diſtinctione quinta, capitulo, *Sint tibi*, ait: *Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſaturitatem fugiens. Nihil prodeſt biduo, vel triduo tranſmiſſo, vacuum portare ventrem, ſi pariter abſtruatur.* Quinto abſtinet ſimia, id eſt, Hypocrita, vt ab hominib. laudetur, & ſanctus appareat. Et ideo dicit Dominus Matthæi 6. *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut Hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* Super quibus verbis dicit Chryſoſtomus, *quòd ſi is qui ieiunat per vanam gloriam peccat, quãto magis ille qui non ieiunat, & ſe ieiunare ſimulat, vt ſanctus hominibus videatur Hypocrita eſt?* quaſi dicat à fortiori. Sexto abſtinet virtus, id eſt, virtuoſus, vt Deo placeat, & de peccato ſatisfaciat & ſic mereatur & hoc ieiunium eſt bonum. Verũ multi in hoc decipiuntur qui licet propter bonum finem ieiunent, tamen non merentur. Immò ſæpe peccant, quia nimis indiſcreta tamque arcta aſſumunt ieiunia, vt in eis deficiant, vel infirmentur, contra quos ſtat illa ſententia qua ſcribitur, quòd *diſcretio eſt mater omnium virtutum.* 1. q. 5. c. præſentium, & de offi. cuſto. cap. 1. *Virtus enim indiſcreta pro vitio reputatur*, vt in communi prouerbio dicitur. Ideo dicit Hieronym. ad Nepotianum de vita clericorum: *Tantum tibi impone ieiuniorum, quantum ferre potes. Sint para caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia.* Et ad Demetriadam virginem, idem inquit: *Neque vero immoderata tibi imperamus ieiunia, & enormem ciborum abſtinentiam, quibus ſtatim corpora delicata franguntur, & ante ægrotare incipiunt, quam ſancta conuerſationis poſſint iacere fundamenta. Philoſophorum quoq; ſententia eſt, moderatas eſſe virtutes.* hæc ille. Et eadem ſententia habetur in cap. *non mediocriter*, de conſecr. di. 5. Et ideo dicit Pau. ad Romaa. 12. *Rationabile obſequium veſtrum.*

SCiendum eſt etiam quòd multi qui ieiunant parum merentur, imò nihil quo ad vitam æternam, quia non abſtinent à peccatis, ideo Aug ſuper Ioannem, & ponitur de conſe. di. 5. cap. *ieiunium*. dicit: *Ieiunium magnum, & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus ſecuri.* Et de hoc loquitur Pius Papa de conſe. di. 5. ca. *nihil*, dicens: *Nihil prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia bona religionis agere, niſi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua coerceatur.* gloſſa vero ſuper dictum capitulum dicit, *prodeſt, ſcilicet ad vitam æternam.* Quam quidem ſententiam confir-

Ieiunantes ſe à peccatis abſtinere debent.

confirmat Ambroſius in quadam homilia, tranſumptiue in cap. *Quid prodeſt*. 86. di. vbi inquit: *Quid prodeſt ieiunare viſceribus, & iniuria venatoribus? abſtinere à cibis, & errare peccatis? An putatis illum ieiunare, fratres, qui primo diluculo non ad Eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum ſancta loca perquirit, ſed ſurgens comminat ſeruulis, diſponit rebus, canes conducit, ſaltim ſi uſque perluſtrat?* quaſi dicat non; Gregorius quoque in homilia quadrageſimæ inquit: *Incaſtam caro afferitur, ſi à prauis voluptatibus animus non refrenatur.* hæc ille. Nihil enim prodeſſet medicina, ſi gladius dimitteretur in plaga. Quæ omnia intelliguntur quod ad vitam æternam promerendam, non quo ad præmium accidentale, & ſatisfactionem præcepti Eccleſiæ. Ait enim beatus Thom. in 4. diſt. 15. articul. 4. quæſtio. 1. quòd ieiunans in peccato mortali, licet tranſgrediatur præceptum Dei, qui vult, quòd bonum fiat abſque mortali peccato, non tamen tranſgreditur ſtatutum Eccleſiæ, vel legis poſitiuæ, eo quòd dictum ſtatutum non attendit intentionem obſeruátis, ſed actum. vnde Albertus in tractatu de quatuor virtutibus Cardinalibus inquit, quòd talis ieiunans in peccato mortali, licet non faciat vt vult Deus, facit tamen quod inſtituit Eccleſia, vel quod iniunxit confeſſor. Item ibidem dicit quòd ieiunium quoquo modo factum diſpoſitionem bonam ad caſtitatem relinquit, magiſque continem Deo facit, & ad gratiam Dei diſponit. Ieiunandum eſt ergo omnino, ſed qui vult Deo placere, & bonum æternum promereri, ieiunet in ſtatu gratiæ, & ſine peccato mortali. Ait enim Dominus Eſai. 58. *Hoc eſt ieiunium, quod elegi, diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes.* Hieronymus quoque in quadam epiſtola inquit: *Tunc præclara eſt apud Deum abſtinentia corporis, cum animus ieiunat à vitijs.* Et ideo inquit Bernardus in quodam ſermone: *Ieiunet oculus à curioſis aſpectibus, auris à fabulis, & rumoribus; ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, ieiunet manus à malis operibus, ieiunet anima à vitijs.*

SED heu quia pauciſſimi ſunt qui ieiunent in ſtatu gratiæ, pauci ſunt etiam qui ieiunent vel in gratia, vel extra gratiam, totam Quadrageſimam. Et ideo ſcitote dilectiſſimi, quòd quilibet non rationabiliter excuſatus non ieiunans totam Quadrageſimam, peccat mortaliter etiam ſi non dimitteret niſi vnum diem. De excuſatis autem cras Deo dante prædicabimus, quod autem quilibet non excuſatus, prætermittens, vel vnum diem Quadrageſimæ, grauiſſime peccet, ſic probatur; quod Eccleſia præcipit ſub pœna peccati mortalis, tenemur implere, vt no. in cap. *non decet*, & in c. *in memoriam*, cap. *enim vero*, & in cap. *ſic omnes*. 19. di. vbi dicitur: *Sic omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones ſuſcipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce Petri formatæ*; facit capitulum *quiſquis* 14. q. 1. vbi dicitur: *Quiſquis præceptis non obtemperat, reus eſt, & debitor pœnæ*; & paulò inferius, *quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri.* Et hoc colligitur ex verbo Chriſti, Matthæi 18. dicentis: *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.* Sed Eccleſia Dei præcipit, vt ieiunes totam Quadrageſimam, vt patet extra de obſer. ie. per totum, & in cap. *non liceat*, & in cap. *non oportet*, de conſe. di. 5. Ergo mortaliter peccat non ieiunans totam Quadrageſimam, exceptis diebus Dominicis. Sed ô maxima abominatio, ô dementia admirabilis, ô ſtultitia nefandiſſima? præcepit Dominus temporalis, ne comedas infra biduum, & confeſtim obedis illi, præcipit Domina noſtra ſancta mater Eccleſia, vt pro ſalute animæ tuæ ieiunes, & non vis illi obedire. O quot ad infernum demerguntur, quia non ieiunant? quot credunt, quòd illis ſufficiat tres dies per hebdomadam ieiunare, qui ex hoc ſolo damnabuntur, quia totam Quadrageſimam non ieiunant? Aliqui etiam ſunt qui ieiunant vnum diem ſic, & alterum non. Sed audite obſecro, & à memoria veſtra non recedat, quod inquit Ambroſius in ſermone de Quadrageſima, di. *Qui conſtitutum numerum vna die manducando præterit, non vt vnius diei violator accuſatur, ſed vt to-*

Non ieiunantes totam Quadrageſimã mortaliter peccant.

tim Quadrageſimæ tranſgreſſor arguitur. hæc ille. Sed eſt ſciendum quòd illi qui ieiunare nolunt, in futuro, fame, & ſiti deficient. Vnde eis Eſaiæ 65. inquit Dominus: *Serui mei comedent, & vos eſurietis, ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Pro vino autem habebunt fel draconum, & venenum ſerpentum.* Deutero. 32. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile: vua eorum, vua fellis, & botrus amarſſimus; pro pane autem habebunt calculum ignitum.* Prouer. 20. *Implebitur os eius calculo.* Talis vero panis non poterit maſticari, quia durus lapis eſt, nec in ore poterit tolerari, quia ignitus eſt. Nec ab ore poterit eijci, quia oris impletiuus eſt. Pro obſonio autem, & ferculo habebunt ſempiternum interitum, iuxta illud Pſ. 48. *Mors depaſcet eos.* Et hæc ſufficiant pro ſecunda parte noſtri ſermonis.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, de violatione ieiunij, ſcilicet, qualiter frangatur.

QVo ad tertiam partem noſtri ſermonis quæ dicitur violationis, eſt ſciendum ſecundum Alexandrum de Ales in quarta parte ſummæ in tractatu de ieiunio & beatus Thom. in 4. diſt. 15. ar. 4. quæſt. 1. & Ricar. noſtrum, cap. diſt. art. 3. q. 6. quod ieiunium violatur, & frangitur tripliciter. 1. plurali comeſtione. 2. notabili præuentione. 3. carnali refectione. 1. igitur quis frangit ieiunium comedendo pluſquam ſemel in die, tamen aduertendum ſecundum Ricar. vbi ſupra, quòd qui diebus ieiuniorū duntaxat comedit tantum quantum actu comederet duabus vicibus, quamuis litterā ſtatuti obſeruet, non tamen obedit eius intentioni, nec meritum acquirit, quia C. de legi. 1. *Non dubium*, dicitur: *Non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatē*: & ideo dicit Auguſtinus in ſermone de Quadrageſima: *Sunt quidam obſeruatores Quadrageſimæ delicioſi potius quam religioſi, qui artificioſis, & peregrinis condimentorum diuerſitatibus gulam irritant, tantumq; capiunt manducando, quantum digerere poſſunt non ieiunando*, hæc ille. Ex quibus tamen non concludo, quòd ille peccet, vel frangat ieiunium, qui aliquid plus comedit in prandio tempore ieiunij, quàm faceret tēpore quo non ieiunat poſtea cœnaturus, hoc etenim licet pro ſuſtentatione naturæ, ſed intelligitur de his qui voraciter comedunt, & fallaciter tantum in vna vice, quantum comederent duabus vicibus, hoc eſt, enim facere fraudem legi, l. contra legem. ff. de legi.

In ſero an liceat facere collationem.

SEd hic quæritur, vtrum liceat in ſero facere collationem, & Reſpondeo ſecundum prædictos doctores, quod bibere vinum, & comedere aliqua electuaria, ne vinum noceat, non frangit ieiunium, niſi ſumantur in fraudem. Electuaria enim non aſſumuntur per modum cibi, ſed medicinæ, & ideo licet aliquo modo nutriant, nō tamen hic eſt principalis vſus eorum, ea propter ieiunium Eccleſiæ non ſoluunt, niſi quis vteretur eis quaſi alijs cibis in magna quantitate ad famem extinguendam. Si quis igitur in ſero confectiones, vel electuaria parce ſumpſerit, per modum medicinę tempore ieiunij, vel ne vinum noceat, ſitim patiendo non frangit ieiunium. Et hoc ſecundum Thom. 22. quæſt. 147. articul. 4. & in 4. diſtinct. 15. & Richard. ea. di. articul. 4. quæſtio. 1. Et exinde aliqui ſumunt argumentum, quòd cætera præter confectiones, & electuaria frangunt ieiunium. Alij autem dicunt oppoſitum, & benè, ſcilicet quòd etiam fructus poſſunt capi, ne vinum noceat. Sed nūquid poſſit accipi modicum panis in collatione? Reſpondeo quòd non, ſi quis habeat alia quæ poſſit accipere per modum medicinæ, ſed ſi nihil aliud haberet, & neceſſitatem haberet bibendi propter magnam ſitim, & veriſimiliter crederet, quod vinum ei noceret, niſi aliquid comederet, credo quod talis nō habens aliud quam panem, vel etiam habens aliquos fructus, ſed veriſimiliter timens ne ei noceāt propter aliquam infirmitatem, vel indiſpoſitionem corporis, hoc caſu accipiens modicum panis potius ad medicinā, quam ad nutrimentum, non frangit ieiunium, quia licet panis principaliter habeat vſum ad nu-

In collatione an panis accipi poſſit.

ad nutriendũ, tamen in hoc casu attenditur intentio suscipientis iuxta illud vulgare prouerbium: *Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes. Necessitas enim non habet legem.* l.1.ff. de constitutionibus. *& necessitas est inculpabilis*, vt inquit Philosophus, in 5. Methaphisicæ, & secundùm omnia iura necessitas excusat. l. Aliquando. ff. de officio procon. l. fi. & si per prætorem. §. fi. ff. ex quibus cau. maio. l. non solum. §. fi. de excusa. tuto. Ideò dicitur in c. *consilium*, extra de obser. ieiu. *Legi non subiacet necessitas.* Et de reg. iu. c. *Quod non est* scriptum est. *Quod non est licitum ex lege, fit licitum ex necessitate.* Sed iterum quæritur nunquid bibere vinum antè sumptum cibum soluat ieiunium? Et respondet Albert. in tractatu de virtutibus Cardina. dict. 63 quòd sic, quia *potus vini sumptus antè cibum est cibus, & potus natura. Et ideò nutrit, non autem frangit post prandium, quia iuuat digestionem, & potus est sequela cibi, & post cibum defert ipsum ad membra.* Hæc ille. Innocẽtius autem dicit in summa, quod non credit solui ieiunium propter potum vini, vel aquæ, vel antè cibum, vel post. Et hoc maximè propter consuetudinem, & hanc opinionem credo veram, quando est bona intentio, & non fraudulenta simul cum necessitate suscipientis. Sed quid dicimus de his, qui sine necessitate faciunt collationẽ de pane, vel etiam habentes necessitatem bibendi, & potentes habere, electuaria vel similia, tamé ex sensualitate comedunt panem? Quid dicendum de comedentibus electuaria in magna copia? profectò isti omnes frangunt ieiunium. Et ideò concludo quod pauci sunt, qui benè ieiunẽt, & idcircò Deus non acceptat eorum ieiunia, quia perinde est non facere, & vitiosè facere. l. quotiens. ff. qui satisd. cog. Quod probatur etiam in. l.1. ff. si quis in ius vocan. non ie. l. quamuis. §. si conuenerit. ff. ad Velle. l.1. §. penul. ff. quod cuiuscunq; vni.

Bibere vinum antè cibũ sumptum, an frangat ieiunium.

Ieiunium quãdo frangitur.

SEcundò frangitur ieiunium notabili horæ præuentione, puta, si quis comederet hora prima, vel etiam tertia sine legitima causa, sed ex gulositate vel sensualitate secundùm Tho. in 4. di. 15. & ibi Ricar. artic. 3. q. 3. hora igitur comedendi in vigilijs, & quatuor temporibus, ac alijs ieiunijs præter quadragesimam est hora nona, vt inquit Abbas Moyses, secundùm quod refert Ioannes Cassianus in collationib. sanctorum patrum, & idem dicit Vgo in expositione regulæ sancti Aug. & ratio huius est quia tempore nonæ Christus in cruce dixit, *Sitio.* Ioannis 19. *Et inclinato capite emisit spiritum.* O igitur Christiane, compatiaris Domino tuo, & illam expecta horam ad comedendum. Tempore autem Quadragesimæ hora comedendi est, quando in Ecclesijs dicuntur Vesperæ, vt in c. solen. de cons. di. 1. vbi dicitur: *Solent plures qui se ieiunare putant in Quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam manducare, qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si antè manducauerint quàm vespertinum celebretur officium.* quæ verba ibidem exponit Archidiaconus dicens: *Nullatenus ieiunare credendi sunt. s. dignè, & cum merito, quia peccant, anticipando horam sine causa de conse. di. 5. c. quinque modis, non tamen frangunt ieiunium, secundùm Vgonem in hoc c. & Innoc. in sum. in titulo de obser. ieiun. In primo ver. Item credimus, licet Hosti. dicat contra. eodem titu §. 2. ver. sed nec:* Hæc ille. Pro concordia autem est dicendum secundùm Alexandrum de Ales. in 4. part. summæ in tractatu de ieiunio, quòd hora comedendi non est in præcepto, tamen qui horam ipsam seruare negligeret ex contemptu statuti, siue consuetudinis Ecclesiæ mortaliter peccaret, non quia præceptum transgreditur, sed quia ordinatum ab Ecclesia contemnit, nulla est enim ita leuis negligentia, quin fiat mortalis, si procedat ex contemptu. Lucæ 10. *Qui vos spernit, me spernit*, dicit Dominus rectoribus Ecclesiæ. Si autem voluerimus tenere opinionem Hosti. s. quod hora comedendi sit de præcepto, dicendum quòd illa hora, habet magnam latitudinem, & ideò non debet strictè considerari, sed sufficit grossa existimatio. s. quòd sit circa horam illam nec multum nocet, vt inquit auctor Pisanelle & supplementi, si ex aliqua rationabili causa aliquantulum hora illa præueniatur. Idem habetur in summa confessorum lib. 1. titulo 12. q. 32. Cause autem rationabiles anticipandi horam comedẽdi possent assignari. Si quis coleram haberet ro-

Quibus de causis quis possit manducare antè horam vel vesperas in die ieiunij.

dentem ita, quòd sine corporis detrimento notabili, nõ posset expectare horam ipsam. Vel quia habens itinerare, non haberet modum congruentem comedendi in via ratione paupertatis vel alia ex causa. Et sic de similibus causis est dicendum. Si autem quis non ex infirmitate vel necessitate, seu alia rationabili causa, sed ex sensualitate ac voracitate præuenit notabiliter horam comedendi, videtur mortaliter peccare, & eius ieiunium non est Deo acceptum. secundum Tho. & Ricar. vbi supra qui dicũt quòd licitum est ita dare horam comedendi dictum hos sit potius pœnalitate quam è cõtra, non autem licet anticipare sine legitima causa, si nolumus esse violatores ieiunij. O gulosi sporcissimi, O voratores ignominiosi. O epulones rapacissimi: verè vos estis Catilinarij socij, etenim nefandissimi Catilinæ, vt inquit Salustius in Catilinario, non expectabant famem aut sitim ad comedẽdum & bibendum, sed præuertebant eam in comedendo & bibendo. Sic vos qui tempore ieiunij statim cùm ex lecto surrexeritis, cogitatis de epulis, antequã ad Ecclesiam pergatis, vel ad prædicationem, de repletione ventris solliciti estis. profectò in vobis verificatur illud Apostoli ad Eph. 3 cap. *Sunt quidam, quos sæpè dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos Crucis Christi. Quorum Deus venter est, quorum finis interitus, & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt.* Si igitur gratum vultis esse Deo ieiunium vestrũ, post prædicationem officijs ecclesiasticis interesse debetis, & post vesperas auditas comedere, vel si eos audire non valetis, necessitatibus familiaribus impediti, saltem horam vesperarum vel circa, nisi aliud faciendi legitima sit causa, expectate.

Carnium comestione ieiunium non frangitur.

Tertio & vltimo frãgitur ieiunium carnali cõmestione. Sed pro maiori declaratione sciendum, quòd tempore quadragesimæ non tolùm caro interdicitur ieiunantibus, sed etiam oua & lacticinia, in quantum sunt orta ex animalibus carnem habentibus. Vnde Grego. 4 d. c. denique inquit *Turpe est, vt his diebus à carnalib. animalium abstineamus, nisi ab his quoque, quæ semen istum trahunt originem carnis, ieiunemus, à lacte videlicet, cãsee, & ouis.* Hæc ibi. In alijs autem ieiunijs in comedendis ouis, vel lacticinijs, vel non, diuersæ sunt consuetudines prouinciarum, secundum quas facientes non peccabitis, iuxta id dictum sancti Ambrosij, quod dixit magistro S. Aug. *Si fueris Romæ, Romano viuito more, Si fueris alibi, viuito sicut ibi.* c. Illa autem. 12. di. Vna enim quæque prouincia abundat in sensu suo, vt inquit Hiero. in cap. Vtinam. 76. di. vbi etiam inquit: *Esus autem carnium generaliter in omni ieunio est prohibitus, quia magnus est delectabilis, & ad humorem luxuriæ magis operatur.* Hæc ille. Quo autem ad alia prædicta, videlicet lacticinia, inquit Hieron. ibidem, quòd diuersæ sunt consuetudines prouinciarum, quæ seruari debent. Facit extra de sepulc. c. certificari & c. consilium de obser. ieiu. & l. 1 circa fi. ff. de ven. inspi Concor. hic omnibus Ricar. in 4. dist. & Tho. 2. q 147. ar. 8 in responsione ad 3. art. Host. & Inno. in summa in tit. de obseruat. ieiuniorum, & Durandus in summa sua lib. 1. part. 1. dist. 7. q. 1 Concluditur ergò ex prædictis, quòd quilibet comedens carnẽ, oua, vel lacticinia orta ex animalibus carnem habentibus, frangit ieiunium quadragesimale. sicut etiam notatur in c. non oportet de conse. di. 4.

Ieiunij tempore cur abstinentia à vino præcipitur.

SED dubitari potest cur ieiunij tempore non præcipitur abstinentia à vino, cum tot mala de illo dicantur. Nam sapiens *Abstinentia à vino non* Prou. 2. c. ait: *Luxuriosa res est vinum*, & idem habetur in c. *Luxuriosa* 35. dist. ideò dicit A post. ad Eph. 5. c. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Vnde Ouidius in 2. de remedio amoris inquit: *Vina parant animum veneri. si pocula sumas: Atque ignem multo corda sepulta mero.* Ea propter præcipit Hiero. in epistol. ad Eusto. *quare pocium di. Hoc moneo, hoc obtestor vt sponsa Christi tam ieiunium fugiat pro veneno,* Respondeo secundum Alexandrum de Ales, & Ricar. vbi supra, *sum carnibus e- quod Ecclesia magis interdicit ieiunanti- quàm vini bus esum carnium, quàm potum vini, tri- potum in- plici ratione. Prima est quia difficilius est terdicit.* abstinere à potu vini, quàm ab esu carnium. Ea propter si Ecclesia interdixisset vini potum, plures fuissent expositi periculo trãsgressio-

Digitized by Google

greſſionis, quàm per eſum carnium, quia defectus carnium poteſt aliqualiter reſtaurari alijs cibis. Quod nō eſt in defectu vini. Et ideò vbi maius eſt periculum, ibi cautius fuit agendum c. vbi periculum de elect. in 6. 2. ratio eſt, quia ieiunium frequenter triſtitiam excitat. *Vinum vero lætificat cor hominis*, vt pſalmographus canit, & ideo conuenientiſſimè ieiunantib. vini vſus permiſſus eſt. 3. ratio eſt quia abſtinentia carnium magis eſt contra concupiſcentiam gulæ: per quam peccatum introductum eſt, quàm abſtinentia à vino. 4. ratio poteſt addi, quòd vinum permiſſum eſt propter neceſſitatem digeſtionis, multi.n. habent debilem ſtomachū, quib. neceſſarius eſt vſus vini propter digeſtionē perficiendā. Sed audite, ô ebrioſi, ô bibitores, ô temulēti, quid Greg. dicat in c. deniq; 4. di. *Vinum*, inquit, *ita bibere permittimus vt omnino ebrietatem fugiamus*. Et ideò ait Alexan. de Ales vbi ſupra, quòd, & ſi Eccleſia non prohibuit vinum tempore ieiunij prædictis rationibus, tamen laudabilior eſt abſtinentia vini, quàm carnium, tum quia eſt magis purgatiua & ſatisfactoria. Eo quòd magis pœnalis eſt, tum quia eſt magis præſeruatiua, quia per huiuſmodi abſtinētiam magis mitigatur carnalis concupiſcentia, quam reprimere intendit Eccleſia per ieiuniū, vt etiam inquit Th. 2. 2. q 147. ar. 9. tum quia eſt magis eleuatiua, quia vinum magis impedit eleuationem mentis ad ſuperna, & magis turbat rationem. Vnde in lege veteri ſacerdotes bibere vinum prohibebantur, quando debebant intrare ſanctuarium Dei, vt habetur Leuitici 10. Et idcircò vxori Manuæ filium. 1. Samſonem concepturæ. qui ſaluaturus erat populum: Angelus apparens, vt habetur Iudicum. 13. c. præcepit ne vinum ipſa biberet. & ſimiliter vt in eodem c. habetur, poſtea idem Angelus apparens Manuæ, præcepit ne permitteret filium eius qui naſciturus erat, bibere vnquam vinum in vita ſua. Debebat enim eſſe Nazaræus Domini, quod ſecundum ſanctum Hieronymum idem eſt, quòd conſecratus ſiue mundus & ſanctus. O igitur generoſi ciues: O dilectiſſimi fratres & ſorores, ſi mundare vultis animas veſtras, ſi vos ſanctificare atq; Deo conſecrare deſideratis, abſtinete vos ab omnibus prohibitis cibis, & ab omni ebrietate, & facite quod inquit S. Propheta Iohel 2. c. ſuæ prophetiæ tranſumptiuè in epiſtola occurentis feriæ dicens: *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & nō veſtimenta veſtra*. Quod vobis facere ille concedat qui in ſeculum ſeculi viuit.

FERIA QVINTA DE REPROBATIONE gulæ: & de ieiunij exceptione ac de eiuſdem fructificatione.

SERMO QVINTVS.

EICIENTVR *in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Matth. 8. c. Diſcurrens per omnes, tam paganorum quàm ſacræ ſcripturæ libros, inuenio omnes ſummoperè gulæ vitium deteſtari: maximè autem ſacra ſcriptura hoc nobis nefandiſſimum vitium prohibet etiam ſub pœna mortis. Vnde primis parentibus Geneſis 2. c. dictum eſt: *Quacunque die comederitis ex eo, moriemini*. Et de filijs Iſrael guloſis dicitur, Nume. 11. c. *Adhuc erant carnes in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna*. Deuteron. quoque 21. c. Filius quidam à patre accuſatus, quòd commeſſationibus vacaret, à populo lapidatus interijt. hoc etenim peſſimum peccatum facit hominem DEO rebellem. Vnde Deuteron. 32. c. ſcriptum eſt: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit*. & Prouerbior. 27. dicit Salomon: *Anima ſaturata calcabit fauum*, id eſt, ſpiritum

tum ſanctum. Ideò guloſi appellantur canes. Eſa. 56. c. vbi dicitur: *Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.* Ea propter inquit Ambr. in ſermon. de ieiunio: *Mala Domina ſeruitur gula, quæ ſemper expetit, & nunquam expletur. Quid enim inſatiabilius venire? hodie ſuſcipit, cras exigit: cùm impletus fuerit, diſputatur de continentia. Cùm digeſſerit, vale virtutibus dicitur.* Hæc ille. Ipſi autem guloſi dicunt illud quod ſcriptum eſt Eſa. 22. cap. *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Ideò dicit vobis Dominus Lucæ 21. c. *Attendite ne fortè grauentur corda veſtra crapula.* Similiter nos adhortatur ſancta Mater Eccleſia de conſ. diſt. 5. c. Ne tales, & extra de vita & hone. cle. c. A crapula & c. 35. diſt. per totam Leuitici quoq; 24. c. dicitur: *Omnis anima quæ non jejunauerit afflicta, die hoc peribit de populo ſuo.* Et ideò dicit Apoſtolus 1. ad Cor. 6. *Eſca ventri, & venter eſcis. Deus autem hunc & hanc deſtruet.* & ad Gal. 6. c. inquit. *Manifeſta ſunt opera carnis. ſ. fornicatio, immunditia, ebrietas, comeſſationes, &c.* Sequitur, *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Ea propter de talibus poſſunt dici verba propoſita. *Ejcientur, &c.* Super quibus verbis tria ſacra myſteria conſiderabimus. Primum appellabitur, Reprobationis. Secundum, Exceptionis, ſeu excuſationis. Tertium, Fructificationis.

PARS PRIMA HVius Sermonis, de reprobatione guloſitatis.

Gulæ vitiũ deteſtandũ eſſe quinq; rationibus oſtenditur. 1. Ratio.

GVloſitatis vitium ſummoperè eſſe deteſtandum, quinq; principalibus probatur fundamentis. Et primo ratione occaſionis. Secundùm enim Alex. de Ales in 2. part. ſummæ in tractatu de gula, articulo 7. Licèt gula per ſe non ſit origo aliorũ vitiorum, occaſionaliter tamen diſponit ad illa. Vnda gloſſa ſuper illud Pſalmi 135. *Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum*, dicit: *Luxuria, ſuperbia, & concupiſcentia, ſunt ea quæ venter generat.* Item gloſſa ſuper illud Matth. 4. *Cùm ieiunaſſet, &c.* inquit. *Niſi gula refrenetur, fruſtra contra alia vitia laboratur.* Vnde Gregor. 7. Moral. inquit. *In vanum ad ſpiritualis agonis conflictum aſſurgitur, ſi non prius intra noſmetipſos hoſtis poſitus, gula, videlicet appetitus, edometur, qua ſi non ea, quæ nobis ſunt viciniora proſternimus, inutiliter ea, quæ longius ſunt, impugnanda tranſimus.* In caſſum namq; contra exteriores inimicos, in campo bellum geritur, ſi intra vrbis mœnia ciuis inſidians habetur.

Gula deteſtanda, ratione diſſipationis.

SEcundo deteſtanda eſt gula ratione diſſipationis. Primo enim diſſipat bona animæ, videlicet, intellectum, & alias potentias. Vnde Iſidorus lib. 1. de ſummo bono dicit: *Epularum ſaturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque euertere facit.* Hieronymus quoque in quadam Epiſtola inquit. *Venter pinguis non gignit tenuem ſenſum.* Et alibi idem ait: Nihil ſic obruit intellectum, vt comeſſatio & ebrietas. Et Seneca ad Lucillum Epiſtola 15. ſcribit dicens: *Per copiam ciborum ingenij ſubtilitas impeditur.* & Bernardus in quodam ſermone dicit: *Quanto magis cibi ventrem paſcunt, tanto amplius ſenſus mentis obtundunt. Nam Græci dicunt, ex groſſo ventre ſubtiles ſenſus non poſſe generari. Quia turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.* Pſal. 106. & Tullius in lib. de Sene. inquit: *Archita Tarentinus, cum eius ſermoni Plato Athenienſis intereſſet, nullam capi aliorem peſtem; quàm voluptatem corporis, dicebat hominibus à natura datam. Cumque nihil mente præſtabilius dediſſet homini Deus, huic diuino muneri, nihil tam inimicum eſſe quàm voluptatem.* Ideò Seneca ad Lucillum Epiſtola. 61. inquit: *Ventri obedientes animalium numero computamus, non hominum.* Et idem dicit Macrobius in lib. Saturnalium inquiens: *In pecudum ferarumque numero habetur quiſquis voluptatibus vacat.* Tullius quoque in paradoxis ait. *Cùm tibi Deus, & mater omnium natura dederit animum, quo nihil eſt præſtantius, nihil diuinius, ſic te proijcies ipſe atque proſternes, vt nihil inter te, & pecudem intereſſe putes? voluptas quo maior eſt, eo magis animum a ſede ſua, & ſtatu dimouet.* Meritò ergò voluptates ſequẽs, beſtia appellandus eſt: imò pluſquàm beſtia, quia non ſequitur naturæ inſtinctum. Vt enim dicitur in libro de animalibus; *Nulli animalium tam magnum corpus habenti,*

Digitized by Google

homi, dedit natura tam parvum os, & collum, ſicut homini: vt per hoc ad cibi, & potus parcitatem, & temperantiam eum induceret. Vnde Bernardus contra guloſos ait: *Voluptas gutturis quæ hodie tanti emitur, vix duorum latitudinem obtinet digitorum. Item natura dedit conſuetudinem homini, vt ventrem cingulo reſtringat, quod in alijs animalibus nõ fit, vt per hoc oſtenderetur, quod homo à nimia cibi ac potus ſumptione debet ventrem reſtringere, & dicere Deo illud Eccleſiaſt. 23. Auferà me ventris concupiſcentiam, quòd tamen guloſus non facit, quinimo ventrem ſuum dilatat, & extendit. Item natura dedit homini os ſurſum eleuatum, vt non tantum epulas corporales, ſed maxime cæleſtes appetat. Et ideo guloſus qui circa epulas corporales totaliter ſe effudit, & os ſuum verſus terram vertit, beſtialis vocatur. Vnde de ipſo ait Dauid Pſal. 48. Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Secundo gula diſſipat bona corporis. Vnde Inno. 3. in lib. de miſeria conditionis humanæ dicit: *Quid turpius guloſo, vel ebrioſo? cui fœtor in ore, tremor in corpore, promit ſtulta, proijcit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur?* Hæc ille. Vnde ſcripſerunt Bragmani ad Alexandrum dicentes: *Vos eſtis viua ſepulchra mortuorum.* Et in 5. Pſal. dicitur de guloſis. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Et ſic bene dicitur, fœtor in ore. 2. dicitur tremor in corpore. Ait enim Seneca ad Lucillum epiſt. 24. *Epulæ cruditatem generant, debilitates uermorum, ac corporum tremorem.* 3. dicitur, *ſtulta promit.* Vnde de ebrioſis dici poteſt illud Pſal. 140. tertij. *Quorum os locutum eſt vanitatem.* 4. dicitur, *cui mens alienatur.* Ait enim Hieronymus in libro contra Iouinianum: *Sententia Galeni fuit, animas nimio ſanguine, & adipe involutas nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus, & fructu, ventris que ingluuie cogitare.* 5. dicitur, *facies transformatur.* Vnde de guloſa muliere ſcriptum eſt, Trenorum 1. cap. *Egreſſus eſt à filia Syon omnis decor eius*, & eiuſdem libri. 4. cap. *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum*, dicitur de guloſis.

Gula corrũpit guſtum, inducit diuerſas infirmitates, & diſſipat omnia bona ſpiritualia.

Similiter nimia guloſitas corrumpit guſtum. Vnde Horatius in ſermonibus, libro ſecundo, ſermone 7. inquit: *Nempe amareſcunt epulæ ſine fine potæ*, Et Eccleſiaſt. 31. dicitur: *Amaritudo animæ vinum multum potatum.* Dicit quoque Albertus in tractatu de virtutibus policitis, quod ſecundum ſententiam Hippocratis, mulier nimis pinguis generare non poteſt, quod poteſt adduci ad propoſitum generationis ſpiritualis virtutum, quam non poteſt facere nimis crapulans. Item generat gula diuerſas infirmitates. Vnde Hieronymus, de conſecr. diſtin. 5. in c. *Ne tales*, inquit, *Morbi ſaturitate nimia concitantur.* Et ibidem ait: Hippocrates docet in aphoriſmis ſuis, craſſa, & obeſa corpora, quæ creſcendi menſuram impleuerunt, niſi citò ablatione ſanguinis minuãtur, in Paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere. Seneca quoque ad Lucillum inquit: *Voluptatibus maior pars hominum perit.* Et alibi: *Plures occidit crapula, quàm gladius.* Chryſoſtomus quoque in c. *Nihil*, de conſecr. diſtin. 5. inquit: *Exceſſus ciborum conſumit, & putrefacere facit corpus, & macerat egritudine diuturna:* & tunc eum morte crudeli condemnat. Et Seneca 10. Rhetoricæ ait: *Quicquid animo voluit, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtrus ſepelitur ventribus. Et ideo jubuo morimur, quia mortibus vitiamur.* Ideo Eccl 37. dicit Sapiens: *Noli euidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper eſum. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Propter crapulam enim multi obierunt.* Auicenna quoq; fen. 3. c. 7. dic. Quod nihil eſt deterius ſaturitate, è contra vero de abſtinentia inquit Hippocrates in aphoriſmis, parti. 2. *Ex pleritudine quæcunque egritudines fiunt, evacuatio reſtaurat* 3. diſſipat gula bona temporalia. Vnde dicitur Trenorum primo, de guloſis: *Dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam ſuam.* Et Prou. 22. c. di. Salomon. *Qui diligit epulas, in egeſtate erit, & qui amat vinum, & pinguia non ditabitur.* Et ideo guloſus eſt ille de quo dicitur Aggæi. 1. c *Qui merces congregauit per totam hebdomadam, & eas poſuit in ſacrum pertuſum*, i. eſt ventrem qui eſt pertuſus. Quod faciunt multi in die Dominico expendentes in tabernis omnia quæ lucrati ſunt per totã hebdomadam. 4. diſſipat gula omnia bona ſpiritualia vt virtutes, in cuius figuram ſcriptum eſt. 4. Reg. 25. q. Abucardam princeps coquorum deſtruxit muros Hieruſalem. Ad d. ſignandũ q. venter, cui multitudo coquorum deſeruit per vitium gulæ, ædificia virtutum proſternit, vt ait Gratianus di. 44. c. 1.

3. Ratio. TErtio principaliter gulæ vitium detestatur ratione violationis. Tres enim leges ab origine mundi vsque ad hanc ætatẽ repertæ sunt, sicut colligi potest à Gratiano in c. *Omnes leges.* 1. di. Prima est naturalis in qua homines simplici modo viuentes delicias minimè requirebant, vnde Boetius. 2. de consolatione inquit: *Felix nimium prior ætas Contenta fidelibus arvis: Nec inerti perdita luxu, Facili quæsera solebat Ieiunia soluere glande, Nec bachica munera norat Liquido confundere melle.* Ouidius quoq; 15. Meta. dicit: *At vetus illa ætas cui fecimus aurea nomen, Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis, Fortunata fuit, nec polluit ora cruore. Ergo nec pietas, sic vilis cupidine ventris.* Sed hanc legem vitium gulæ violauit, cum primi parẽtes per eam peccauere. Gen. 3. c. Post quos alij homines secuti sunt, vnde Gen. 6. c. scriptum est: *Corrupta est terra coram Domino, & repleta est iniquitate.* scilicet gulæ & luxuriæ. Alia lex fuit scripturæ in qua omnes huic vitio adeo dediti fuerunt, vt contra Deum, & Moysen & Aaron murmurarẽt. Vnde Exod. 16. dicebant: *Vtinã mortui essemus in Aegypto, quãdo sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate.* Tertia lex gratiæ nuncupata est, quæ vsque in finem mundi durabit. In qua licet Christus dixerit, Matth. 6. c. *Nolite solliciti esse animæ vestræ dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus:* tamen homines gulosi multam crapulæ operam dant, ita quòd verum est id quod dicitur in Psal. 13. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*, scilicet propter peccatum gulæ.

Quot leges fuerunt ab origine mũdi vsque nunc.

4. Ratio. QVarto detestanda est gula ratione iniuriationis. Iniuriatur enim gula proximo cum gulosus in superfluis conuiuijs illud expetit, de quo alij necessitatem habet. Illud enim est illius necessitatem patiẽris, non gulosi. Inquit enim Ambrosius. in c. *Sicut hi.* 47. dist. *Nemo proprium dicat quod commune est*, plus quam sufficit ad sumptus. violenter obtentum est. Et ideo dicitur quod necessitatis tempore omnia sunt communia. 12. q. 1. c. *dilectissimi*, & ff. ad l. Rodiam de iactu. l. 2. §. cum in eadem. ar. extra. de iur. c. *Si quis propter necessitatem*, alias *per necessitatem*, & c. *discipulos* de conse. dist. 5 & c. quod autem. 23. q. 7. Item scandalizat gulosus proximum. Vnde in summa de vitijs dicitur, quod gula est proximi corruptio. s. propter malum exemplum. Ideo Apostol⁹ ad Roma. 14. inquit: *Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est*, & 1. ad Cor. 8. idem ait: *Si esca scandalizat fratrem meum, non mãducabo carnes in æternum.* Iniuriatur etiam Deo. Nam gulosus seruit ventri suo tanquã Deo. Ait enim Aug. in quodam sermone, *Hoc ab homine pro Deo colitur, quod ab eo præ cæteris diligitur.* Ideo conqueritur Dominus Oseæ 13. de gulosis dicens: *Adimpleti sunt, & saturati, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.*

5. Ratio. QVinto & vltimo detestanda est gula ratione punitionis. Si enim propter gulam primi parentes amiserunt Paradisum terrestrem, Gen. 3 c. Et c. 6. 35. di. Et hæc propter vnicam gustationem pomi, quam punitionem expectabunt, qui totum cor suum in gulositatibus habent. Quid dicemus de se inebriantibus? O maledicta ebrietas? Loth qui in Sodomis bonus extiterat, inebriatus cum filiabus duplicem incestum commisit. Gen. 19. c. Ideo dicit Senec. in quadam epistola ad Lucil. *Ebrietas est dæmon blandus, venenum dulce, voluntaria rabies: illecebra honestatis, & pudoris infamia:* hæc ille. O abominabilis ebrietas, tu facis homines nugaces, iuxta illud Horatij. *Fœcundi calices quem non fecere disertum?* & per consequens abominabiles. Eccles. 20. *Abominabilis est, qui procax est ad loquendum.* Tales ebriosi, qui frequenter inebriantur, sunt, secundum canones infames, & inhabiles ad dignitates. Vnde clerici huiusmodi si admoniti non desistunt, possunt officio, & beneficio priuari. c. *à crapula*, de vita & hone. cler. Milites verò debent cingulo militari priuari. l. omne delictum. §. pe. ff. de re mili. Et laicus debet cõmunione priuari, vel verberari c. *Episcopus.* 35. de. O diabolica gulositas tu sensum, & intellectum hominibus capis. Nam Esau per gulam stultus, & demens factus, propter lentis eduli. um vendidit fratri primogenita sua. Gene. 25. c. populus etiam Israel postquam cœpit manducare, & bibere, surrexit ludere, & adorare

adorare vitulum aureum. Exod. 32. c. Ex quo à Domino seueriſſime punitus eſt. Filij Heli ſacerdotis guloſitatem ſequentes 1. Regũ. 2. capitul. propter illud peccatum interfecti ſunt 1. Regum. 4. Amon in conuiuio temulentus ab Abſalon occiditur: 2. Regum. 13. c. Simon Machabæus cum duobus filijs interfectus eſt in conuiuio à Ptolomæo. 1. Macha. 15. c. O porcina guloſitas, tu prouocas iram D. i. Neemiæ. 9. *Comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati, & prouocauerunt te*, dicitur de guloſis. Filij, & filiæ Iob veſcentes, & bibentes vinum occiſi ſunt. Cecidit enim domus ſuper eos Iob. 1. O dives epulo, qui veſcebaris quotidie ſplendide, quare in lingua cruciaris? Luc. 16. niſi quia dulcedinem ciborum deguſtaſti? O Holofernes quare à muliere occiſus es? niſi quia ebrius eras? Iud 13. Aaman poſt conuiuium cum decem filijs eſt Cruci affixus. Heſter. 9. c. O Noë quare denudaſti femora, niſi quia ebrius eras? Gen. 9. c. Samſon in conuiuio à Philiſtęis illuſus eſt. Iud. 16. Sacerdotes, & prophetę neſcierunt præ ebrietate. Eſa. 29. O maledicti ebrij, audite quid dicat Hieron. de Hebraicis quæſtionibus, *Omnes qui ebrietatem ſectantur filij Beliał vocantur*: nam venter mero æſtuans facile deſpumat in libidine.

Temperantiam diligẽdam eſſe, ſanctorum ac paganorũ exemplis oſtendit.

ET ideo generoſi ciues diligite temperãtiam, & exemplo Chriſti hac ſancta quadrageſima ieiunate. ait. n. Ber. in quodam ſermone: *Non decet delicatum membrum ſub ſpinato capite eſſe.* Capite exemplum S. Io Bapt. cuius cibus erant locuſtæ, & mel ſilueſtre. Vinumque vel ſiceram non bibebat Matt. 3. Capite etiam exemplum B. Nicolai ab vtero matris ſanctificati, qui infans. 4. & 6. feria à lacte abſtinuit. Item S. Franc. quĩ cãta abſtinẽtia corpus ſuum macerauit, quod etiam de aqua vix ad ſufficiẽtiam ſumebat, cum ſitis æſtuabat ardore, & ſæpe cinerem & aquam apponebat cibarijs, vt ea redderet inſipida, vt refert ſanctus Bona. in legenda eius. ſancti quoque Hilario. Abbatis abſtinentia nos ad auſteritatem vitę inducere debet, qui paruiſſimo cibo vitam ſuam ſuſtentabat. Quod autem dicitur in legenda ſua, *Quindecim tantum carycas poſt ſolis occaſum comedens*, non intelligitur quòd quindecim carycas. i. onera ciborum comederet, vt quidam truffator exponebat, ſed per carycas intelliguntur ficus ſiue dactyli deſiccati. Quod ſi ad hoc vos non incitant exempla ſanctorum, capite exempla infidelium, maximè Romanorum, de quibus inquit Valerius maximus. lib. 2. *Fuit antiquorum illa ſimplicitas in cibo capiendo humanitatis ſimul, & continentiæ index certiſſima. Nam maximus vir prandere, & cœnare in propatulo non erat verecundia, quia nec illas epulas habebant, quas oculis populi ſubijcere erubeſcerent.* Refert quoque Cherimon hiſtoricus de vita antiquorum Aegypti ſacerdotum, quod dum in templo miniſtrabant, & rerum naturas, ac rationes ſiderum contẽplabantur, ſemper à carnibus, & à vino abſtinebant. Eubulus quoque qui hiſtoriam Mitridatis deſcripſit, narrat apud Perſas tria eſſe magorum genera, quorum primi qui ſunt doctiſſimi, & eloquentiſſimi excepta farina, & olere, nihil amplius in cibo ſumebant. Euripides in Creta Iouis prophetas non ſolum à carnibus, ſed etiam à coctis cibis abſtinuiſſe refert. Exemplum etiam habemus de Alexandro Magno, de quo legitur in hiſtoria tripartita, quod cum in quodam loco arido cum exercitu ſuo ſiti exæſtuaret, aquam ſibi delatam effudit in terram, vt hoc exemplo alios ad ſitis tolerantiam animaret. Idem etiam exemplum habetur ibidem de Theodoſio Imperatore. Legitur etiam de Anacharſe philoſopho, quod quia erat plenus multis virtutibus, variæ ei ſtatuæ factæ ſunt in quibus ſic ſcriptum erat: *Anacharſis præſidi venereorum, ventris, & gulæ*, hæc enim vitia maxime refrenabat. O deuoti Chriſtiani, ſi non attenditis exempla paganorum, conſiderate quid fecerint S. Machabæi, de quibus legitur, quòd potius eligerunt mortem, quàm carnes prohibitas contra Dei legem comedere, 1. Machabæo. 1. Et idem fecit Eleazarus vir ætate prouectus. 2. Mach. 6. Senſualitati ergo veſtræ violentiam facere debetis, non in aliquo ſacrum hoc ieiunium à ſancta Matre Eccleſia inſtitutum violare, vt cum ipſis Machabæis æternam gloriam adipiſci valeatis.

PARS

PARS SECVNDA: HVIVS sermonis, de ieiunij exceptione siue excusatione.

SECVNDVM omnes Theologos in 4. di. 15. maxime Ricar. ibidem, art. 3 q. 4. licet præceptum de ieiunando sit generale, tamẽ intentio legislatoris non fuit obligare habentes legitimam causam non ieiunandi. *Impossibilium enim nulla est obligatio.* l. Impossibilium, ff. de reg. iur. & ideo qui non potest non tenetur. Illud autem dicimur posse quod commode possumus. l. Nepos Proculo. ff. de verb. signi. Caueat tamen quicunque sibi fallo indulget, ne carnaliter decipiat semetipsum, qui enim ieiunat quotidie pro lucrando floreno, & dicit se non posse ieiunare pro lucrando Paradiso, amplius diligit nummum, quam Deum; possunt tamen aliqui à ieiunio rationabiliter excusari. Primi sunt pauperes mendicãtes, qui secundum Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. & in 4. sent. distin. 15. art. 2. q. 4. & Ric. vbi supra. Et Alexander in 4. parte eiusdem summæ in tractatu de ieiunio, absoluuntur, & liberantur à ieiunando in duobus casibus. Primus est, quando simul non possunt habere tantum cibum hora comestionis, quod eis ad victum vnius diei sufficiat, sicut frequenter contingit egenis qui frustratim eleemosynas quærunt. Secundus casus est quando ex præcedenti inedia tantum debilitati sunt, quod ieiunium sufferre non possunt. Dicit tamen Alexander vbi supra, quod si prædicti pauperes determinatam habent annonã sufficientem, quæ aliquando datur ab aliquibus personis diuitibus, vel hospitalib⁹, tunc tenẽtur ieiunare, aliter non.

Quinam excusentur à ieiunio, lege totum vsque ad tertiam partem huius sermonis.

SECundo excusantur à ieiunio mulieres prægnantes, quæ non tantum possunt dimittere ieiunium, sed etiam debent secundum Rodouensem, si imminet periculum prolis, comedere omnia nutritiua, ex quibus sustentetur natura. Excusantur autem propter duas rationes, vna est quia debent accipere cibum non tantum pro se, sed etiam pro nutrimento fœtus. Alia causa est quia prægnantes consueuerunt habere varia, & inordinata desideria diuersorum eiborum & quandoque ita intensa, quòd nisi aliquo modo possint appetitui satisfacere, essent in periculo faciendi abortum. Nutrices quoque excusantur à ieiunio, dum lactant, cum etiam habeant recipere nutrimentum pro se, & pro ipsa prole, & de hoc habetur in summa confess. lib. 1. ti. 12. q. 24.

TErtio excusantur à ieiunio peregrinantes, in quibusdam casibus secundũ Thomam, & Richardum, vbi supra, sic distinguendo, quia aut talis peregrinus proficiscendo potest ieiunare, aut non. Si potest ieiunare, & peregrinari simul, tenetur ad ieiunium. Si vero non potest simul ieiunare, & peregrinari, aut talis peregrinatio commode differri potest, aut non. Si potest differre peregrinationem, debet, & tenetur potius eam differre, quam frangere ieiunium: vel tanto minus peregrinari in die, ita quod possit simul ieiunare, & proficisci. Si autem commodè, peregrinatio differri nõ potest: puta quia tempus ieiunij hominem in via occupauit, vel quia mora in patria periculum habet spirituale, vel corporale, vel quia dies festus alicubi imminet, ad quẽ homo ire tenetur, ex voto vel ex deuotione pergere cupit, tunc hoc casu potest secũdum prædictos doctores cũ dispensatione sui superioris, si ad eum commode recurrere potest, omnibus prædictis pensatis peregrinari, & ieiunium soluere. Nec obstat quod ieiunare sit de præcepto, & ire ad indulgentias, vel ad loca deuota visitanda, sit de consilio, ex quo videtur non posse frangi ieiunium propter hoc, quia respõdet R. cn. & Thom. vbi supra, quòd intentio dantis præcepta de ieiunijs, non fuit, vt excludant tales pias causas in quibus non lateat aliqua fraus, secus tamen est de præceptis legis naturæ, vel iuris diuini. Sed videat quisque ne fraudulenter accipiat peregrinationem, vt ieiunium frangat, quia vt dicebat quidam Cardinalis in morte: *Non oportet abarrare Deum.* Et quod dicitur de peregrinantibus, idem dicitur de cursoribus. Sed postmodum cum stant, debent ieiunare.

Et

Digitized by Google

Et notandum quòd inquit Alexan. de Ales. vbi ſupra, quòd nulla afflictio peregrinationis, vel itinerationis abſoluit à ieiunio ab Eccleſia inſtituto, niſi neceſſitate, diſpẽſante auctoritate clauium, ſi haberi poteſt.

QVARTO excuſantur à ieiunio operarij, ſiue laboratores agrorum, & in huiuſmodi ſe laboribus affligentes, qui in quibuſdam caſibus ieiunare non tenentur ſic diſtinguendo: Aut enim talis habet neceſſaria ad vitam ſuam & ſuæ familiæ, cui tenetur prouidere, & non habet neceſſariũ laborare, ſed propter viuere ſine labore, aut prædicta non habet. Primo caſu nunquam poteſt talis propter laborem frangere ieiunium, imò peccaret mortaliter frangendo ieiunium cauſa maioris lucri, vel vt acquirat ſibi & familiæ ſuę non neceſſaria. Si vero non poteſt prouidere ſibi, & familiæ ſuæ ſine labore, tunc aut ſcit facere aliquod exercitiũ, quod ſecum patitur ieiunium, quo mediante poteſt acquirere neceſſaria, & non excuſatur, ſi faciat aliud exercitiũ, quod neceſſario requirat fractionem ieiunij. Si vero neſcit, vel non poteſt facere, niſi vnum exercitium, quod non patitur ſecum ieiunium. In hoc caſu non valens aliter habere ſufficientia, frangendo ieiunium excuſatur, debet tamẽ ſi adſit facultas, petere diſpenſationem à ſuo ſacerdote, & ille debet ei concedere. Et noſtro, quod inquit Alex. vbi ſupra, quod ſi alicui incumbit neceſſitas cõducendi operarios, & non inueniat aliquos, niſi de his qui ſunt aſſueti frangere ieiunium, quando laborant, præſumere poteſt quod neceſſitatem habent laborandi, & impotentes ſunt ad ieiunandum: niſi adſit euidentia facti certiſſima in contrarium. Vnde in dubio poteſt quis conducere eos. Dubia enim ſunt in meliorem partem accipienda *c. Eſtote cum vulgaribus* de reg. iu. Nec tenetur inueſtigare eorum neceſſitatem, vel impotentiam, quia huiuſmodi inquiſitio multis fieri poſſet occaſio ſcandali. Sed aduertendum ſecundum Alexand. vbi ſupra & Thom. 22. q. 147. quod illi non ſunt à peccato immunes, qui operarios conducere nolunt niſi cum pacto, vt frangant ieiunium, niſi forte talis neceſſitas immineret, quę rationabiliter operis feſtinantiã poſtularet. Et idem habetur in ſumma confeſſ. li. 1. tit. 12. q. 18. Similiter ſeruitores nobilium, qui ex cauſa neceſſaria præueniunt aliquãdo comedendi horam ex toto comedendo, vel modicũ prælibando, ne in menſa ſeruiendo deficiant, & hoc faciunt iam poſitis menſis, vel modicũ ante, ita quod propter temporis continuationem debeat vna menſa cõputari, nõ peccant ſecũdum Hoſt. in ſumma, ſicut nec etiã peccant ſeruitores medicorum perſonarũ, qui ſurgunt de menſa dominorũ ſuorum, vt vadant pro vino, vel cibos deferant, vel vt ad portam reſpondeant, & poſtea reuertentes ad menſam, continuant comeſtionem iã inceptam. Et hoc idem ſentit Rodonenſis. Et idem eſt dicendum de lectoribus, vel ſeruitoribus menſæ inter religioſos, dum tamen licentia ſuperiorum præueniant horam cũ vel prælibent aliquid. Et hoc ſecundũ verborum. & habetur etiam in ſumma confeſſ. eodem lib. & tit. q. 22.

QVINTO excuſantur à ieiunio ægrotãtes & infirmi, vt in c. conſiliũ. §. final. extra de obſer. ieiu. vbi dicitur. Si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti nõ habetur, cuius ratio eſt ſecundum Richar. vbi ſupra, Quia in eis natura debilis eſt, & ideo ſi daretur eis vna vice ſimul totum, quòd eſt neceſſarium naturæ ſuæ & ſuſtẽtationi, nimiũ grauarentur, ſed ſi datur pluribus vicibus confortatur natura, & vigoratur. Et ideo etiam in illis infirmitatibus, in quibus confert abſtinentia, non tenentur ad ieiunium, quia & ſi cõferat abſtinentia à multo cibo, non tamen vtile eſt eis totum quod accipere debent ſimul ſumere, ſed magis pluribus vicibus. Item propter inordinationem naturæ, quandoque valde parum poſſunt accipere vna hora, & reſiduum ſufficientiæ alia hora, pro quanta autem infirmitate, vel debilitate poſſit frangi ieiunium, relinquitur arbitrio ſpiritualis medici, vel corporalis. Similiter multum ſenes, & antiqui ſecundũ Innoc. in ſumma, excuſantur a ieiunio. Cuius ratio eſt ſecundum Richar. vbi

Digitized by Google

ſupra quia in eis calor, & virtus rebellis eſt. Et quãuis ſint ſub ſiccitate oppoſita humiditati naturali. ſuperabundat tamẽ in eis humiditas accidẽtalis ex indigeſtione cauſata, vnde ſi totus cibus quem eorum natura requirit, pro die naturali, ab eis ſumeretur vna vice, nimiũ obtunderetur in eis, & grauaretur naturalis calor, & non poſſet cibũ conuenienter digerere.

SEXTO excuſantur in aliquibus caſibus mulieres vxoratæ. vnde ſciendum quod caput mulieris, eſt vir in omnibus, excepto coniugij debito poteſt ergo mulier viro permittente vouere abſtinentiam: quam tamen implere non debet, illo prohibente, vt ſtatuit Deus Numer. 3. Et in hoc mariti ſunt quodammodo Epiſcopi ſuarum vxorũ: quæ in eis debent obedire, & hoc propter ſeruituris conditionem: quia in omnibus ſupradictis debent viris ſuis ſubeſſe 33. quæſtione quinta capit. Manifeſtum & capitul. ſe. vnde Plato dicit in Menone: *Decet mulierem obſequentem eſſe viro.* & Ariſt. lib. 3. Oecono. inquit: *Audiat mulier virum in omnibus, & obediat in eo, quod ille præceperit.* Et Paul. ad Col. 3. ait: *Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino.* Ait enim Deus mulieri Gen. 3. ca. *Sub viri poteſtate eris, & dominabitur tui.* Ieiunia aũt eccleſiæ ſecũdum Inno. in ru. de obſer. ieiu. dimittere non debet. Sed forte propter viri ſcandalum euitandum, proprius ſacerdos poſſet de facili diſpenſare ſecundum Hoſti. in ſumma. ar. in c. vt conſtitueretur. 5. diſt. & extra de cle. ex. mini. c. latores, & tunc peccatum erit viri. O quot reperiuntur hodie qui ipſi nolunt benefacere. nec etiam permittunt vxores ſuas ieiunare, exemplo diaboli, qui cum ipſe ſit damnatus, alios quærit ſecum ad perditionem conducere. Sed pro maiori declaratione prædictorum ſciendũ eſt ſecundum Thom. 2. 2. q. 147 quòd quando cauſa frangendi ieiunium eſt multum euidens, & indubitata, non eſt neceſſaria diſpẽſatio ſuperioris, maximè vbi eſt conſuetudo. Et ideo tũc poteſt homo per ſe ipſum ſtatuti obſeruantiam præterire, maximè ſi de facili non poſſet ad ſuperiorem habere recurſum, & non eſt conſuetum in tali cauſa ad ſuperiorem recurrere. Et idem habetur in ſumma conf. lib. 1. ti. 12. q. 18. Si aũt ſit cauſa dubia vtrum. ſ. ſit ſufficiens, petenda eſt diſpenſatio ab Epiſcopo loci, ſi commode haberi poſſit, vel ab eius vicario in eius abundantia, vel à proprio ſacerdote ab Epiſcopo auctoritatem habente.

SEPTIMO & vltimo excuſantur à ieiunio pueri & iuuenes vſque ad vigeſimum primum annum ſecũdum Ricar. in 4. diſt. 15. ar. 3. q. 4. & Tho. 2. 2. q. 147. ar. 4. Nam ſecundũ philoſophum, vſq; ad illud tempus ſunt in augmento, & in eis eſt caloris magnitudo quæ multum conſumit, & ideo neceſſe habent multũ comedere, tam pro nutritiua, q̃ pro augmentatiua. Et ideo ſi ſimul acciperent in vna vice, quod neceſſarium eſt per totam diem, nimis obtunderetur vigor naturalis, & eſſet periculum alicuius magnæ infirmitatis, & membra non poſſent bene peruenire ad ſuam perfectionem.

Pueri ad adoleſcẽtes ante vigeſimũ primũ annum aliquando ieiunare conueniens eſt.

CONVENIENS tamen eſt ſecundum prædictos doctores, quòd pueri adoleſcentes ante prædictum tempus aliquando ieiunent tribus rationibus. Primo ratione aſſuefactionis, vt poſtea cũ fuerint magni, non videatur eis nimis durum ieiunare totam quadrageſimam. Et ideo debent ieiunare ſemel, bis, vel ter in hebdomada, ſicut melius poſſunt. Dicit enim Iſido. in li. 2. ſoliloquiorũ. c. 61. *Quod cum difficultate cœperis, per vſum cum facilitate perficies.* Et ideo ô iuuenes, ſi non poteſtis quotidie ieiunare, tũ aliquã abſtinentiam facite. Aliter enim non poteritis poſtea, niſi cum multis anxietatibus, cum magni eritis, & perfectę ætatis, totam quadrageſimam ieiunare. Ait enim Martialis Cocus li. vndiq; ſuſcepto. c. 4. *Mollibus aſſuetus, loricam ferre recuſat: Cernitis tenere ferrea caſſis obeſt. Sæpius vulſa manus, capulo non accipit enſem: Læua effecta cutis, frigore & imbre dolet.* Et ideo dicit Ouid. in 2. de arte amandi: *Fac tibi conſuefcat, nil conſuetudine maius.* Secundo debetis ieiunare ratione retributionis, nam imminente aliqua tribulatione, bonum eſt, vt etiam pueris ieiunia indicantur in ſignum acrioris pœnitentiæ, ad placandum Deum:

vnde

Digitized by Google

Vnde Ioel.2.dicitur. *Sanctificate ieiunium.* & poſtea ſequitur: *Congregate parvulos, & ſugentes vbera.* Sicut etiam de iumentis legitur Ionæ 3. *Homines & iumenta non guſtent quicquam nec paſcãtur, & aquam non bibant.* Tertio ieiunare debetis, ratione ſtimuli carnis. Vnde dicit Inn. ſuper ru. de obſer. ieiu. quòd ieiunium indictum ab eccleſia, eſt neceſſarium omnibus nobis ſanæ mentis, & omnibus doli capacibus, potentibus ieiunare, cum poſſint peccatum deflere c.1. extra de delic. pu. Vnde concludit quod laſciui, & diſſoluti iuuenes luxuriantes, cum ſignum ſit ex hoc, quòd habeant de ſuperfluo naturæ ieiunare, & abſtinere. Ego autem, vt mihi videtur, dico q̃ ſi tales pueri, vel adoleſcentes, non teneantur ad ieiunium Eccleſiæ, prædictis rationibus, maxime dicente Hieronymo in quadam epiſtola: *Ante annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt, & grauis teneris abſtinentia.* tamen tales ſic luxurioſi adoleſcentes, tenentur ad ieiunũ abſtinere, ex præcepto legis naturæ, quæ dictat à feruenti corporis oila extrahenda eſſe alimentorum fomenta. Quomodo enim filioli mei: ignem luxuriæ extinguere poteritis, ſi non a ſuperfluo potu, & cibo abſtineatis? Audite quid Hiero. ad Furiam ſcribat, de viduitate ſeruanda: *Non Aethnæ ignes, non & Vulcania tellus, non Olympus tantis ardoribus eſtuat, vt iuuenilis medullæ vino pigue & dapibus inflammatæ.* Accipite ergo aquam ieiunij, & abſtinete ad extinguendum ignem libidinis, & luxuriæ.

PARS TERTIA HVIVS ſermonis, de fructificatione ieiunij.

De ieiunij vtilitatib⁹.

1. Ieiunij vtilitas.

QVANTAS ex ieiunio capiamus vtilitates, non poſſet Tullij, vel Demoſthenis, ſeu Lactantij eloquẽtia enarrare, de quibus tamẽ aliquas breuiter edíſeram. Quarum prima dicitur refrenationis. Secundum enim diuinam inſtitutionẽ, ſenſualitas carnis noſtræ debet ſubeſſe rationi, vnde Gen.4. dixit Dominus Cain: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Sed p peccatum primorũ parentũ, ſenſualitas inſurrexit contra ſpiritũ. Vnde verũ eſt, quod inquit Paulus ad Gal.5. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum. Ideo cũ contraria cõtrarijs curentur ſecundum Greg. in quadam homilia. Abſtinẽtia cõtraria gulæ eſt illa quæ refrenat, & domat corpus & ſenſualitatem, & eam ſubijcit ſpiritui. Ideo in quodã ſermone, Baſil. inquit: *Sicut equis frena ſunt imponenda, ita corpora noſtra ſunt refrenanda ieiunijs. Vigilijs ſtude copulare ieiunia, vt ita cunctis animæ virtutibus florere poſſis, & caro ſubiecta ſit animæ, ſicut ancilla famulatur, Dominæ ſuæ.* hęc ille. Sicut enim equ⁹ repletus, & impinguatus recalcitrat, maceratus aũt fame, pacifice operatur, & incedit: ſic caro noſtra, quæ eſt equus animæ, iuxta illud Eſa.3. *Equi eorum caro;* cui equo ipſa anima inſidet, ſi non abſtinentia maceratur, & caſtigatur recalcitrat cõtra eam & ducit in præcipitium inferni. Sed freno abſtinentiæ donata, ad viam rectam beatitudinis ducit. Et ideo Pſalmiſta, inquit: *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe*, quod optime ſeruabat Apoſtolus Paulus, qui 1.Cor.9. ait: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* De quo loquẽs Hieron. in epiſt. ad Euſtoch. & ponitur in c. ſi Paulus 32.q.5. ait: *Si Paulus vas electionis, & præparatus in Euangelio Chriſti, ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum reprimit corpus ſuum, & in ſeruitutem ſubijcit, ne alijs prædicans, ipſe reprobus efficiatur, & tamen videt aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in lege peccati. Si poſt nuditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, ac ſupplicia, in ſemetipſo reuerſus exclamat: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas ſecurum eſſe debere?* quaſi dicat non. Et eadem ferè verba, ſcribit idem Hiero. ad Ruſticũ. Et in alia Epiſtola ad Furiam, de viduitate ſeruanda. De ſeipſo autẽ ſcribit ad Euſtoch. di. *Quotiens in eremo conſitutum me illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe delicijs; ſedebã ſolus, quia amaritudine plenus erã, horrebam ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſi-ũ æthiopiſſe carnis ebduxerat, quotidie lachryme, quotidie gemitus, & ſi quãdo repugnantem ſomnum imminens oppreſſiſſet, nudæ humi, vix oſſa hærentia collidebam. De cibis verò, & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum cæli me carcere damnaueram, ſcorpionum tantum ſocius, & ferarum,*

rum, ſæpe chorcis intereram puellarum, pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs exæſtuabat, & in frigido corpore & ſicca iam carne præmortuo, ſola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni conſilio deſluxius ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, & crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Hæc ille. Similiter de Iudith dicitur Iudith 14. *Humiliauit corpus ſuum ieiunijs.* Et Dauid Pſalmo 34. inquit: *Cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam.* Et omnium iſtorum cauſa potiſſima eſt, quia *ceſſante cauſa ceſſat effectus* 2. Phyſicorum. & 5. Ethicor. 2. de generatione, de pœniten. & remiſſio. ca. cum infirmitas. capitul. Et ſi Chriſtus, de iureiurando. capitul. poſt translationem, de renunciatio. §. his omnibus. 61. d. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2. lege. Quod dictũ. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. l. prima. §. ſexum. ff. de poſtu. vbi gloſſa. Et loquitur de cauſa finali, & nõ impulſiua. Similiter eſt textus cum gloſſa in l. 1. C. de conditio. ob cauſam. facit. ff. eodẽ per totum. & l. ſi cum filius. §. Titio. ff. de dona. Cum igitur cauſa propinqua, & immediata luxuriæ, ſit guloſitas, vt ſupra patuit, ergo per refrenationem gulæ ceſſabit luxuria. Et hoc eſt quod inquit Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum: *Repugnantem carnem, & ad libidinum incentiuam rapientem inedia ſubingamus. Eſus enim carnium, & potus vini, veneriſque ſaturitas ſeminariũ libidinis eſt. Vnde coxicus. Sine Cerere inquit, & Baccho friget Venus.* hæc ille. Et ideo quidam verſificator inquit: *Parce mero, & laſsis parces guloſe medullis.* Sicut enim quo plura ligna igni ſupponimus, eo magis inualeſcit: ita quo magis delicata cibaria comedimus, tanto magis luxuriæ incendio æſtuamus, vt inquit Auguſtin. ad Eremitas. Et ideo ſicut deficit ignis d tractis lignis: Ita luxuria ceſſantibus ſuperfluis alimentis. Ideo dicitur Prouerb. 20. *Cum defecerint ligna extinguitur ignis.* O igitur Sodomitæ furciferi, ô adulteri viliſſimi, ô fornicatores porcini: Cur dicitis, quòd caſtè viuere non poteſtis? Accipite hoc remedium, affligite carnem veſtram, cum ſancto ieiunio. Ideo enim pudicitiam ſeruare non valetis, quia gulam refrenare non vultis, per os enim accenditur fornax. Refrenate ergo ſenſualitatem cum abſtinentia. Hæc enim vobis facile eſt, dicente Domino, Gene. 16. *Ecce ancilla in manibus tuis eſt.* Nullus ergo ſe poteſt excuſãre de incontinentia, quia poteſt luxuriam per abſtinentiam refrenare.

SECVNDA vtilitas ieiunij, dicitur ſatisfactio. ſecundum enim Alexand. de Ales vbi ſupra, & Thom. in 4. diſtinct. 15. ar. 1. q. 5. & Bonau. eadem di. parte 2. art. 2. q. 2. Cum ieiunium ſit afflictiuum carnis, & pœnale, ideo eſt ſatisfactiuum pro peccatis noſtris. Ideo di. Ambr. in quodam ſermone, *quòd nullum eſt tam graue delictum, quod non abſtinentia purgetur.* 2. *Ieiunij vtilitas.*

TERTIA vtilitas ieiunij dicitur illuminatio, de qua Eſa. 25. dicitur: *Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet auditũ* ſequitur: *ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Et hoc patuit in Daniele, & ſocijs, qui leguminibus paſti, inuenti ſunt ſapientiores omnibus magis Chaldæorum. Dan. 1. Hinc de S. Dominico dicitur, quòd vt in ſtudio proficeret, abſtinuit per decennium à vino. Patet etiam de Ioanne euangeliſta, cui ieiunãti in inſula Pathmos reuelatio Apocalypſis facta eſt, d. qua Hierony. ait ad Paulinum: *Apoc. Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba.* Apoſtoli quoque ieiunantes, & orantes in linguis igneis ſpiritum ſanctum acceperunt. Act. 2. Ieiunium ergo eleuat mentem, & ſpeculatiuum facit intellectum. Ideo dicit Chryſoſtom. de conſe. di. 5. ca. nihil. *Nihil ſic eſt iucundum, ſicut cibus bene digeſtus, & decoctus. Nihil ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur, ſicut moderata refectio.* Ipſe autem Chryſoſtom. fuit magnus medicus appellatus, Ioannes Meſue. Iſidorus quoque libr. 2. de ſummo bono ait: *Per ieiunium occulta cæleſtium myſteriorum reuelantur.* 3. *Ieiunij vtilitas.*

QVARTA vtilitas ieiunij, dicitur placatio. Valde enim eſt diuinæ iræ placatiuum, ſicut de Achab. 3. Reg. 21. patuit, qui temperauit pœnam, quam ſibi Dominus comminatus fuerat, ieiunando. Patuit eti- 4. *Ieiunij vtilitas.*

Digitized by Google

am de Niniuitis de quibus Ionæ 3. dicitur. Quod cum Ionas iuxta verbum Domini intraſſet in ciuitatem Niniue, quæ erat ciuitas magna itinere dierũ trium, ambulaſſetq́ue itinere diei vnius, clamauit, & dixit: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ Domino, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore; uſque ad minorem. Et peruenit verbum uſque ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere* &c. Sequitur: *Vidit Deus opera eorum, & miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter.* O ſacrum ieiunium, tu non ſolum mitigas iram Dei, ſed etiam facis eum nobis bona ſua elargiri, vnde Luc. 1. cap. dixit B. Virgo. *Eſurientes implenit bonis, & diuites dimiſit inanes.* O ſacrum ieiunium, tu nõ ſolum nos facis euadere pericula & tribulationes mundi, ſed etiam nos in omnibus facis proſperari, primi enim Eſdræ 8. cap. dicitur: *Ieiunauimus, & rogauimus Dominum, & euenit nobis proſpere.*

5. Ieiunij vtilitas.

QVINTA ieiunij vtilitas dicitur ſanationis, de qua Galenus inquit: *Abſtinentia eſt ſumma medicina.* Hieronym. quoque in quadam epiſtola ait: *Superfluitas cibi generat morbos varios, & mortiferos: moderata vero refectio, ſanat agritudinem, procurat ſanitatem, & hilaritatem.* Et ideo Didymus. in epiſtola ad Ale. de Bragmanis, inquit; *Pura, & ſimplici vita genus Bragmanorum vinit, nulliſque rerum capitur illecebris, nihil appetit amplius quam naturæ ratio efflagitat. Hinc eſt quod nulla apud eos ſunt morborum genera, nullus medicinæ vſus, ſed diuturna ſalute perfruuntur, quia medicinæ remedium illis parſimonia eſt, quæ non ſolum illapſos poſſit curare dolores, ſed etiam procurare ne veniant.* ideo Hieronym. in c. legimus, de conſe. diſtinct. 5. & eſt originaliter in lib. 2. contra Iouinianum: *Legimus*, inquit, *quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos, conualuiſſe. Carnerunt enim ſolicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpora frangunt, & animam. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui conſumpti reliquant pœnitentiam.* Et in eodem lib. idem Hieronym. contra Iouinianum, inquit: *Ægrotanti tibi non aliter ſanitas reſtituitur, niſi tenui cibo, vinóque tenuigato, quæ diæta dicitur. Quibus ergo cibis recipitur ſanitas, his, & ſeruari poteſt.* hæc ille. Et facit ad prædicta exemplum illius Abbatis pinguis, qui ibat ad Balnea Porretæ, cumque incidiſſet in quendã Principem latronum, & interrogatus ab eo, qua de cauſa pergeret ad Balnea, reſpondiſſet, quòd hoc faciebat, quia patiebatur continuum dolorem ſtomachi, & nunquam habebat appetitum comedendi: Ille princeps fecit ſtatim eum deſcẽdere de mula in qua inſedebat, & pedeſtrem iuſſit eum à ſuis famulis in quodam nemore ſeruari, non permittens ei dari aliud pro cibo, niſi decem fabas ſiccas cum modica aqua quotidie. Cumque in hac diæta ſtetiſſet per quindecim dies, poſtea ductus eſt ad menſam ipſius principis, & interrogatus ab eo, vtrum amplius haberet dolorem ſtomachi, & an haberet appetitum comedendi, reſpondit ſe totaliter ſanatum, & optimi eſſe appetitus. Et poſitus ad menſam cum magna ſuauitate recepit refectionem. Et ſanus ad patriam rediit pedeſter, qui prius cum difficultate poterat equitare. Vnde vltra quinquaginta aureos, quos ei abſtulerat ille princeps, miſit ei quinquaginta alios ſtatim, vt ad patriam fuit reuerſus, eo quod ſine Balneis, eius infirmitatem curaſſet, ſcilicet cum diæta. Dixerat enim ei prædictus princeps, cum ad patriam redire vellet: *Domine Abbas, viuite ſobrie & temperate, ſi vultis ſanitatem conſeruare, & infirmitates curare. Hoc enim eſt ſalubrius Balneum, quod poſſitis recipere.* Et ideo di. Ber. in lib. de improbatione vitiorum 7. cap. *Vitis eſt homini potus, & eſca breuis.* De hac etiam vtilitate abſtinentiæ habetur Eccl. 9. ca. vbi dicitur: *Initium vitæ hominis, aqua & panis.* & Martialis Cocus lib. vndique ſuſcepto. ca. 3. ait: *Eſca quidem ſimplex ſanum facit, atque valentem: Et ſanum multis deſtituere cibi.*

6. Ieiunij vtilitas.

SEXTA vtilitas ieiunij dicitur ſuperationis, ſcilicet dæmonum. Et in huius figuram Iudith, quę omnibus diebus vitę ſuę ieiunabat, vt patet eius lib. 8. ca. occidit Holofernem, vt habetur eiuſdem lib. 13. ca. per quem figurabatur dæmon. Filij etiam Iſraël bis debellati à filijs Beniamin, quia poſtea

Digitized by Google

ieiunauerunt victoriam habuerunt. Iudicũ 20. Philistæi quoque debellauerunt Israël, & archam Domini acceperunt. 1. Reg. 4. Ieiunantes autem filij Israel habuerũt victoriam, & eam recuperauere. 1. Reg. 7. Per Philistæos autem dæmones figurati sunt. Qui igitur de dæmonijs victoriam desiderãt reportare, oportet eos abstinentes & austeros esse. In cuius figurã dicitur in libro de proprietatibus rerum, quòd draco videns elephantem potu ac cibo grauatum, libentius eum inuadit, & citius cõtra eum prævalet. Sed sobrio nõ appropinquat. Elephas enim ieiunus triumphat de dracone. Et similiter draco infernalis, prævaler contra crapulosos, sed ab abstinentibus superatur. In huius etiam figurã legitur, Iudicum 7. Quod Deus præcepit illos de filijs Israel, qui manu, lingua lamberunt aquas, separari ad pugnã eorum contra inimicos Dei, alijs omnibus, qui sensualiter biberant, repulsis. Ideo dicit Dominus Matth. 17. capit. Hoc gẽnus dæmoniorum non ejicitur, nisi in oratione & ieiunio: quod etiam habetur Marci 9. Sicut enim aqua bulliens expellit canem de coquina, sic oratio feruens cum ieiunio diabolum canem rabidum fugat de anima. & sicut pisces natat in fluuijs, & moritur in sicco, sic diabolus delectatur in aquis deliciarum, & moritur in sicco abstinentiæ, id est amittit vires suæ potentiæ. Et sicut fames expellit lupum de nemore, sic ieiunũ expellit diabolum lupum rapacem de corde. Ad hoc etiam propositum facit, quod inquit Albertus in tractatu de virtutibus politicis, vbi dicit secundũ Philosophos naturales quod sputũ hominis ieiuni, est venenum serpenti: sed non est sic de sputo hominis pleni, ex quo concludit, quod diabolus serpens antiquus timet hominem inuadere ieiunantem, non autem crapulantem. per ieiunium quoque Christus diabolum superauit. Matth. 4. Ideo dicit Isidorus. lib. 2. de summo bono: *Ieiunia sunt fortia tela aduersus tentamenta dæmonum.*

7. Ieiunij vtilitas.

SEPTIMA, & vltima vtilitas ieiunij, dicitur glorificationis. Si enim ad cælestẽ patriam volumus peruenire, necesse est per ieiunium carnẽ mortificare. Ait enim Hieron. lib. 20. contra Iouinianum: *Beatitudo Paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari.* & iterum ait: *Quamdiu Adam ieiunauit, in Paradiso stetit.* Hinc ostenditur per ieiunium ad Paradisum nos posse reuerti, à quo per saturitatem fueramus eiecti. Et Greg. in quadam homilia, inquit: *A Paradiso gandijs per culpam gulæ cecidimus. Ad hæc per abstinentiam resurgamus.* Sicut ergo miles terrenus non potest brauium acquirere, si ad pugnam crapulentus accedat, sed oportet eum à multis abstinere: ita & de militibus spiritualibus dicendum est, de quibus ad Corinth 9. cap. Paulus ait: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Quid dicã de sacro ieiunio? Audite quid de eo sancta mater Ecclesia canit; *Paradisi portas aperuit nobis ieiunij tempus.* Et id 0.4. Reg. 2. Helias post ieiunium raptus est in cælum. Sicut enim qui vult intrare per portam strictam, necesse est quod non sit nimis pinguis, sed oportet eum esse tenuem, iuxta illud Horatij in epistolis dicentis: *Forte per angustam tenuis volpecula rimam Repserat in cameram frumenti, pastaque, rursus Ire foras pleno tendebat pectore frustra. Cui mustella procul, si vis, ait, effugere istinc, Macra cauum repetas, arctum quæ macra subisti.* Sic nobis volentibus intrare ianuam Paradisi, quæ valde stricta est, sicut dicitur Matth. 7. c. necesse est esse tenues & macilentos per abstinentiam. ideo dicit Dominus, vbi supra: *Intrate per angustam portam.* I. ieiunij. & abstinentiæ. Et ideo, vt sancta Mater Ecclesia nos inuitet ad ieiunandum, quotidie hoc tempore cantat in præfatione Missæ ieiunij vtilitates, di. Domino: *Qui corporali ieiunio vitia comprimis mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia,* I. in hoc sæculo terrenæ prosperitatis, & in alio æternæ gloriæ. Ad quam. &c.

(?)

FERIA

Digitized by Google

FERIA SEXTA
DE PECCATIS MORTALIBVS OMnibus.

SERMO SEXTVS.

ANNVNCIA *populo meo scelera eorum & domui Iacob peccata eorũ.* Esa. 58.ca. Est regula generalis generosi ciues, omnium sapientum, atque philosophorum, quòd *initium salutis est notitia peccati.* Illius etenim malignitatem cognoscentes summopere illud deuitant. E contra autẽ, qui non cognoscit peccatum, illud deuitare non curat. Vnde dicebat Epicurus. *Corrigi non vult, qui peccare se nescit.* Augu. quoque super Psal. 50. inquit. *Nemo insanabilior, ea qui sibi sanus videtur.* Et Sene. ad Lucillum epist. 5. inquit: *Non est extrinsecum malum nostrum, intra nos est, in visceribus ipsis sedet; ideo ad difficultatem eius venimus, quia nos egrotare ignoramus.* Idcirco cogitaui crebro, nihil vtilius fore quàm vobis peccatorum omnium species declarare, vt abominatione vitij cognita, totis illud viribus fugiatis. Ait enim Aug. in lib. meditationum. c. 24. *Heu peccatum horrendum, heu res detestabilis, nullo modo comparabilis, cæcus non videt foueam in quam cadit, insanus putat se debere, quod facit.* hæc ille. Ideo mihi imperauit Deus in hoc mane, dicens verba proposita scripta in epistola occurrentis feriæ: *Annuncia populo meo* &c. super quibus verbis sciendum secũdum Greg. 31. Moraliũ, & transumptiue magistrum sententiarum in 2. distinct. 42. Et per Augustinum in homilia de igne Purgatorij. Et 25. distin. §. Alias autem, & S. Bonauenturam in 2. dist. 42. in quæstionibus &c. litteram, & Richar. eadem di. art. 4. q. 1. Alexandrum de Ales in 2. parte summæ in tractatu de peccatis mortalibus, quòd septem sunt vitia capitalia, videlicet: Superbia, Auaritia, Luxuria, Gula, Ira, Inuidia, de quibus in hoc sermone tractabimus. Et primo.

DE SVPERBIA.

PARS PRIMA HVIVS sermonis, de speciebus Superbiæ.

SECVNDVM omnes theologos, Superbia est caput, & regina omnium peccatorum. De qua sapiens, Ecclesiastici 10. dicit: *Initium omnis peccati, Superbia.* Quæ nihil aliud est, *quàm inordinatus amor propriæ excellentiæ*, sicut eam diffinit Augu. in lib de Innoc. Habet autẽ duodecim filias, secundũ Tho. 2. 2. q. 162. Et Alexandrum de Ales in secunda parte Summæ, in tractatu de Superbia, quæ sunt istæ videlicet: Extollentia; Arrogantia; Vana gloria; Iactantia; Ambitio; Hypocrisis; Pertinacia; Ingratitudo; Inobedientia, Curiositas; Contentio; & Præsumptio. De quibus alio in sermone differemus. Quatuor autem sunt propriæ species superbiæ, secundum Thom. in 2. distinct. 42. artic. 4. in corp. quæstio. & 22. quæst. 162. art. 4. Et Alexandrum de Ales in 2. parte summæ in tractatu de speciebus superbiæ. Prima est reputare, se propria virtute habere bona spiritualia, vel temporalia, quę quis habet. cõtra quod est illud Iacob. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum.* Et hanc speciem habuit Lucifer in cælo. de quo Esa. 14. dicitur, quòd dixit, *Ponam sedẽ meam ab Aquilone, & ero similis altissimo.* Ex quibus verbis apparet, quòd ex quo volebat se æquare Deò; nolebat se illo reputare inferiorem: Et consequenter obligatũ eius maiestati, à qua creatus erat. Et ideo dicit idem Propheta: *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?* Secunda species est credere, quod suis meritis habet bona, & nõ ex gratia Dei, ita quòd putat superbus, Deum sibi illa contulisse, quasi ex necessitate exigẽtibus hoc suis meritis: contra quod stat illa Pauli sentẽtia ad Ti. 3. *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Et hanc speciem habuit Nabuchodonosor, qui dixit Daniel. 4. *Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quã ego ædificaui: & ampliauit in robore meo, & gloria decoris mei?* Et ideo, vt in eodẽ ca. habe-

Superbia quid & quæ eius species.

Digitized by Google

habetur, subito audiuit vocem de Cælo dicentem: *Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: Translatum est regnum tuum à te: & ab hominibus ejicient te, & septem annis fœnum, vt bos, comedes, & cum bestijs, atque feris erit habitatio tua*; quod factum est, & nunquam fuit ad pristinum statú restitutus, nisi quãdo perfectè se humiliauit, & de hac superbia sua pœnituit, vt ibidem habetur. Tertia species est, credere se magis virtuosum, & alia bona habere, quàm habeat. Hoc autem est primum capitulũ libri stultorum, credere se sapientem. hoc est commune vitium: se enim quisque magis reputat, q̃ sit. Vnde Inst. ex quib. cau. manu. non licet. §. in fraudem dicitur: *Sæpe de facultatibus suis amplius, quàm in eis est, sperant homines.* Si enim sensus, & discretio venderetur, quilibet apotecas aperiret, vt alijs in magna copia venderet, & per diuersas mundi partes mitteret, raroque inueniretur, qui emere curaret, cum vt plurimum quisque se intellectum habere putet pro se, & duodecim socijs. Hanc speciem habuit Petrus, dum Luc. 22. dixit Domino: *Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.* Contra tales autem superbos dicitur Esa. 16. *Audiui superbiam Moab. superbus est valde, superbia, & arrogantia eius, plusquam virtus eius.* Quarta, & vltima species superbiæ est, se iactare cum iniuria proximi, & credere se meliorem. Hanc autem speciem habuit Pharisæus ille, de quo Luc. 18. dicitur, quod orabat in templo dicens: *Gratias tibi ago Domine; quia non sum, sicut cæteri homines, raptores, adulteri, iniusti,* velut etiam Publicanus iste: *Ieiuno bis in Sabbato: decimas de omnium quæ possideo.* contra tales clamat Deus Hierem. 5. di. *Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus exercituum; Quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ, & cades superbus & corruet, & non est qui suscitet eum.* Legitur autem, quòd quidam dixit Alexandro Magno superbo: *Quãuis leo sit rex animalium; tamen sit sæpe cibus formicarum. Et arbor alta citò eradicatur violentia ventorum. Sic, & tu quamuis sis rex hominum, citò tamen eris cibus vermium: Et quamuis nunc sis altus, citò tamen eris depressus.* Scriptum est enim Ecclesiast. 10. *Sedes ducum superborum destruxit Deus.*

DE AVARITIA.

Auaritia quid, & quotuplex.

Secundum capitale peccatum est Auaritia, quæ à Tullio, & Alex. de Ales 2. par. sum. in tract. sum. de auaritia ar. 1. & à B. Thom. 2. 2. q. 118. ar. 2. & in quæstionibus. disputatis de malo. q. de Auaritia art. 1. sic diffinitur: *Auaritia est inordinatus amor pecuniæ.* pecunia autem secundum Augustin. in lib. de libe. arbit. hic accipitur largè pro omni eo, quod homines habent, prout etiã accipitur in l. pecuniæ verbũ. & in l. pecuniæ appellatione. ff. de verb. sig. Aliquãdo tamẽ accipitur strictè, pro his tantũ quæ consistunt in pondere, numero, & mensura: Vt in l. 2. §. item mutuum ff. si cer. pe. Aliquando strictissimè pro pecunia numerata tantum. Vt in §. item precium instit. de emp. & vendi. Et in l. 1. C. de proba. In hac autem diffinitione accipitur pro omni re, tã corporali, quã spirituali, quam inordinatè quis appetere potest, secundum Durandum nostrũ in sum. li. 1. par. 6. di. 1. Et ideo ipse magis generaliter diffinit auaritiam, dicens magis clarè, *quòd auaritia est inordinatus amor aliquid habẽdi.* Ex qua diffinitione innuitur, quod quis potest res tẽporales appetere sine auaritiæ peccato, dum ordinatè appetit, maxime necessaria. Ideo Prou. 30. dicebat Salomon Dño: *Paupertatem, & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria.* In quinque autem casibus quis reputatur auarus: Primo, si iniustè acquirit. Abacuch. 7. *Væ his qui congregant non sua.* Secundo si nimis affectuosè diuitias diligit paratus peccare, antequam illas amitteret. Istis auaris dicit saluator noster Matth. 6. *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Tertio si est crudelis pauperibus 1. Ioannis 3. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit ab eo viscera misericordiæ, quomodo charitas Dei manet in illo?* Dicit Apostolus, quasi dicat, non est. Quartò si viuit in miseria, cum sit diues. Ecclesiast. 5. dicit Salo. *Est alia infirmitas pessima quam vidi sub sole, diuitiæ congregatæ in damnum domini sui.* Ad quod facit illud quod legitur in fabulis poëtarum, scilicet, quòd Mida rex petijt ab Apolline deo suo, vt quicquid tangeret fieret aurum: quo ei cõcesso, cum cibum, vel potum manibus, vel labijs tangeret,

Digitized by Google

tangeret, aurum fiebat, & ſic fame mortuus eſt quo datur intelligi, quòd auarus ſemper appetit diuitias, quæ tamen ſunt cauſa mortis ſuæ. Quinto quis dicitur auarus. Si diues exiſtens valde, totum tamen ſtudium ſuum habet ad diuitias acquirendas, maxime non habens hæredem. De his auaris dicit Paulus ad Epheſ.5. *Omnis auarus non habebit hæreditatem Chriſti, & Dei.* In hoc autem cognoſcitur ſtultitia auari, quia ædificat, vbi per momentum eſt permanſurus, & non in cœlo: vbi in æternum, ſi bene fecerit, eſt regnaturus. Et tantam curam habet de putribilibus, & viliſſimis rebus tranſitorijs. De precioſitate autem animæ ſuæ non curat. Ideo exclamat Dominus noſter Matth. 16. c. di. *Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* quaſi di. O auari ſtultiſſimi, nolite tantum ſoliciti eſſe in acquirendis diuitijs temporalibus, quas in breuiſſimo tempore eſtis amiſſuri, ſed de ſalute animæ veſtræ, & de æternis opibus cogitate, illaſque acquirere procurate. Ea propter vos hortatur Greg. in Homilia ſuper Lucam, quæ ponitur in Dominica ſexageſimæ. di. *Si vere diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate.* O auare, credis quod verę diuitiæ ſint illæ quas tu in arca reconditas tenes? Profectò pecunię tuę non poſſunt rectè appellari diuitiæ. Ait enim Seneca ad Lucillum: *Neminem pecunia diuitem facit.* Quid ſunt ergo? certe potius ſpinæ & aculei, quā diuitiæ appellandæ ſunt. De quibus ait Greg. vbi ſupra di. *Spinæ ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentes lacerant: fallaces ſunt, quia nobiſcum diu manere non poſſunt: fallaces ſunt quia mentis noſtræ inopiam non expellunt. Solæ enim diuitiæ veræ ſunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt,* hæc ille. Ex quibus apparet ſtultitia auarorum, qui de ſpinis diuitiarum ædificant ſibi domum infernalem, in qua comburentur, iuxta illud Eſa.33. *Spinæ congregatæ igni comburentur.* O igitur auari vultis abſque peccato, magnas & veras diuitias adipiſci? virtutes acquirere feſtinate. Ait enim Iſocrates in exhortationibus ſuis cap.1. *Virtute nulla poſſeſſio precioſior eſt, nec ſecurior, potior enim eſt omnibus opibus virtus.*

DE LVXVRIA.

TErtium peccatum capitale eſt luxuria, quæ ſecundum omnes Theolog. maxime Alexan. de Ales in 2. parte ſummæ in tractatu de luxuria, eſt libidinoſæ delectationis appetitus: habet autem ſeptem ſpecies, ſecundum Alex. de Ales, vbi ſupra art. 9. & Tho. 2. 2. q. 154. ar. 1. Quæ ſunt, fornicatio ſimplex, ſtuprū, raptus, adulterium, inceſt⁹, ſacrilegiū & ſodomia. Fornicatio ſimplex, eſt quando peccātes ambo ſunt ſine copula matrimoniali, & nullus eorum eſt deputatus ad diuinum cultum, nec peccant in loco ſacro, vel modo contra naturam, & nemo eorum eſt virgo, nec intra ſe habent aliquam cognationem, vel affinitatem, & nullus eorum eſt coactus ad peccandum, ſed ambo ſponte peccato luxuriæ aſſentiunt. Stuprum eſt quando peccatur cum virgine, hoc libidinis nefandiſſimo vitio. Et multo eſt grauius, quando ambo peccantes ſunt virgines. Raptus eſt, cùm per violentiam ad peccandum aliquis vel aliqua arctatur. Adulterium eſt, cum vnus peccantium, hoc crimine eſt vxoratus, & multo maius eſt peccatum, ſi ambo ſunt matrimonio ligati. Inceſtus cum peccantes luxurioſe, ſunt cognati inter ſe, vel affines. Sacrilegium eſt cum aliquis peccantium diuino eſt cultui deputatus, & tanto grauius crimen eſt, ſi ambo diuinis ſunt obſequijs mancipati. Item ſacrilegium eſt, ſi hoc maledictum peccatum in loco ſacro committatur. Horrendiſſimum autem Sodomiæ crimen, eſt quādo contra naturę ordinem luxurioſa rabies perpetratur De quibus libidinis ſpeciebus nolo ad præſens ad particularia ac abominabilia ſcelera deſcendere, modos eorum declarando, ne illa ignorantes addiſcant. Ait enim Seraphicus noſter Franciſcus de prædicatoribus in regulæ ſuæ. c. 9. *Sint examinata, & caſta eorum eloquia.* quia igitur ſcriptum eſt, Eccleſ. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea:* Ideo nolo de his turpibus, ac vituperoſis facinoribus aliud ſpecificare. *Sed qui habet aures audiendi, audiat,* vt dicitur Apocalyp. 2. capit. O quot horrenda ſcelera faciūt

Luxuria quot & quæ eius ſpecies.

Digitized by Google

Luxuriosi; O quam nefandæ res in abditis, & tenebrosis locis fiunt? quam pauci coniuges reperiuntur, qui sanctum matrimonium, sicut debent custodiunt, tam quo ad locum, & modum, quam etiam quo ad tempus, & ordinem, ac alias circumstantias. O maledicta luxuria, adeo mundum infeciſti, quod vera est illa sententia Ioëlis, eius 1. ca. di. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Ideo dicit Albertus in tractatu de virtutibus politicis. *Qui luxuriosus aequiparabitur hirco, qui propter lasciuiam semper est fœtidus, & putrescit.* Quantum autem hæc abominatio luxuriæ Deo displiceat, patet illo exemplo, quod legitur in summa de septé donis, vbi dicitur: Quod in Tyro in quadam terra erant homines multum luxuriosi, propter quod iniquissimum peccatum, immisit Deus terræmotum maximum in illa terra, & tota submersa est: se enim terra aperuit, & deuorauit illos sceleratissimos. Mane autem facto inde quidam tranſeuntes videntes ibi esse aquam, in qua erat terra illa aspexerunt in aqua, & viderunt illos maledictos homines, & mulieres simul esse coniunctos in illo nefando actu in quo erant quando submersi sunt. Et hoc ostendit Deus, vt omnibus intimaret quantum hoc spurcissimum luxuriæ vitium ei displicet.

DE PECCATO GVLAE.

QVintum vitium capitale est gula, quam quidam facetus prædicator dicebat fuisse vxorem carnispriuij. De quo carnispriuio declarabat, Primo originationem. Secundo ipsius nominationem. Tertio eius depictionem. Quarto ipsius malignationem. Quinto eius filiationem. Sexto seruitorum ipsius conditionem. Septimo vero ipsius expulsionem. Octauo autem eius finitionem. Quo ad primum ait, quod vt dicitur, Gen. 3. vidés diabolus mulierē deambulantem in paradiſo voluptatis, dixit illi: *Cur præcepit vobis Dominus, vt nō comederetis ex omni ligno paradisi?* Cui respondet mulier: *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiſo vescimur: De fructu autem ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis, ne comederemus ex eo, & tangeremus, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam moriemini. Scit enim Deus, quod in quacunque die comederetis, ex illo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Vidit ergo mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum, & oculis aspectuque delectabile. Tulit que de fructu, & comedit, dedit que viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi eorum.* Et statim facta tali comestione, natū est carnispriuium, quod dicere potuit illud Iob 3. *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo in mundum.* Super quo Gregor. 4 mora. cap. 27. inquit: Quod scriptura sacra tribus modis hominem appellat. Primo per naturam, & cum dixit Deus Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Secundo per culpam iuxta illud psal. 81. *Vos autem sicut homines moriemini*, scilicet per peccatum & Paulus 1. ad Corinth. 3. ait: *Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Tertio dicitur homo per infirmitatem, iuxta illud Hier. 17. *Maledictus homo qui confidit in homine*, id est, in infirmitate. Vnde sequitur: *Et ponit carnē brachium suū.* Et sic patet quomodo natū est carnispriuium. Nam ex prædicta comestione caro Adam & Euę priuata est sua puritate, ac innocentia, & pace, ac concordia, quam cum anima habebat. Et sic etiam patet secundum, scilicet eius nominatio. Aliqui enim accipiunt nomen ab excellentia alicuius virtutis, & aliqui ab abundantia tristitiæ, vel malitiæ. Carnispriuium autem nomen accepit triplici ratione, secundum eius pessimas qualitates. Vnde potest appellari res turpitudine notabilis, de qua nominatione habetur. ff. de postu. l. 1. § 1. cundo loco. Primo enim appellatum est carnispriuium, quia primauit, vt dictum est, carnem primorum parentum, & totius posteritatis suo dono iustitiæ originalis, qua mediante membra corporis non sentiebāt aliquod incendium concupiscentiæ, vel libidinis, vt ait Nicolaus de Lira, super epistolam Pauli ad Galatas. Statim autem facto peccato, verificatum est illud, quod ait Augustinus super Gen. ad litteram di. *Senserunt tam nudati animæ carnisque motum quendam turpissimum atque præcipuum. Vnde confusi ad ficti folia cucurrerunt, & membra sua tanto pudore libidinis texerunt.*

Homo quot modis à scriptura sacra appelletur.

Gulæ siue carnispriuij nominatio, vnde.

Digitized by Google

rum. hęc ille. 2. appellatum est carnaualium; licet enim malum sit maximum, quod propter hanc comestionem amisimus dominium membrorum, quæ amplius non sunt subiecta rationi, tamen maius detrimentum est, quod caro consurgit aduersus spiritum, & ei aduersatur. Vt ait Paulus ad Galat. 5. Et ideo dicitur carnaualiũ, quia caro, & sensualitas valet contra spiritum, & rationem. De quo lamentatur Paulus ad Roma 7. di. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* 3. appellatum est carnasalium, eo quod caro nostra salsa fomite originalis peccati, nunquam marcessit ad libidinem. Nam in infirmitate, & senectute, & in quacunque sanctitate, semper parata est ad concupiscentiam, quod patuit in beato Spe. De quo Gregorius inquit in li. dialogorũ, quod existens proximus morti, fugabat quandam fœminam sibi seruientem, di. *Recede, quia adhuc spiritus viget in me.* De senectute etiam habemus exemplum de Noë, & de multis senibus adhuc luxuriæ operam dantibus. De sanctitate autem habetur exemplum beati Francisci, qui cum laudaretur à pluribus dicebat: *Nolite me laudare non securum, nam si nos, & filios adhuc habere possem.* Ecce ego, ô tu, qui vis vacare carnispriuio, vnde processit eius denominatio. Iuri enim operam daturum, prius nosse oportet, vnde nomen iuris deducatur l. 1. ff. de iusti. & iure. hic autem accipimus ius, non vt accipit iurisconsultus, sed ad propositum nostrum. Nam ius aliquando accipitur pro brodio, in quo coquuntur carnes porcinæ, vt Catholicon, & vt idem inquit, dicitur ius profanum, quia Iudæis non erat fas comedere carnes porcinas, vel ius earum bibere. 3. dicebat ille prædicator, quod carnispriuium depingitur in forma hominis pinguis. Nam secundum philosophos pinguedo prouenit ex sanguine indigesto, & male decocto propter quietes. Vnde quanto pinguedo magis augetur, tanto magis minuitur de sanguine, & consequenter breuiatur vita hominis, cum sit in sanguine. Et ideo inquit Philosophus. 13. de animalibus, quod non est vtile augmẽtari pinguedinem, quia breuiatur vita, & sunt talia corpora morbis aptissima, quia calor naturalis suffocatur, & à pinguedine clauditur, & incurrunt grauissimas, & longas infirmitates. Et ex hoc prouenit podagra, & chiragra. Hiero. quoque contra Iouinianum ait: *Galenus, quorum vita, & ars sagina est, dicit exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu nec sanos esse corporibus.* Depingitur quoque cum oculis rubeis more ebriorum, quorum oculi videntur à carne salsa suffulti. Vnde quidam ebrietati deditus dicebat: *Melius est habere oculos laceratos, siue lippos, quam siti deficere.* Semper enim patiuntur sitim isti ebriosi, & omni hora parati sunt bibere. Dicunt enim quòd oportet facere vltimum de potentia in bibendo, pro conseruatione sanitatis. Et in hoc, suo modo intelligunt, & allegant quod inquit Cato, scilicet: *Hoc bibe, quod possis, si tu vis viuere sanus.* Depingitur etiam ipsum carnispriuium magnis infirmitatibus. Vnde Seneca ad Luccillum ait: *Quis hostis in quenquam tam contumelioſus fuit, quam in quosdam voluptates suæ? Voluptates enim non tantum excæcant voluptuosos, sed etiam impotentes reddunt, & contractos ac leprosos, variisque eos infirmitatibus affligunt.* Depingitur etiam in forma hominis insani, & amentis. Quia vt ait Augustinus: *Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, concitat libidinem, inuoluit linguam, omnia membra debilitat, vitam diminuit, & omnem salutem exterminat.* Ebrietas etiam est status mentis euersio c. vinolentum. 35. di. & sepelit rationem 15. q. 1. c. Sane. Quo ad quartum, scilicet de carnispriuij malignatione, dicebat idem facetus prædicator, quod propter carnispriuium Adam cum posteris suis eiectus est de paradiso. Nam dicitur Gen. 3. quod post prædictam comestionem, & carnispriuij originationem, dixit Deus ad Adam, *vbi es?* Quasi diceret, *Quid feciſti?* Et quare istud carnispriuium causasti? Cui respondit Adam: *Vocem tuam audiui, & timui eo quod nudus essem, & abscondi me.* Dixit autem Deus: *Et quis indicauit tibi quod nudus esses nisi quia ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?* Facta autem reprehensione, eiecit Adam, & Euam de Paradiso, cum carnispriuio. Et induit eos tunicas pelliceas, & ait derisorie: *Ecce Adam factus est quasi*

Carnispriuij depictio quæ.

De carnispriuij malignatione.

Digitized by Google

vnus ex nobis, sciens bonum, & malum; & sic honorabiliter vestitos, expulit de illo loco amœnissimo, de quo dicam in 2. parte principali huius operis sermone 6. parte. 1. & diffusius. 9. parte principali, nostri Marialis, sermone primo, parte prima. Vide ibi. Et ista est ratio, dicebat ille prædicator, quod homines diebus carnispriuij induuntur pellibus, velut bestiæ, ac vestibus inhonestis, & tingunt se more stultorum, ac faciũt laruas, & alia multa puerilia, tanquam si essent alieni à sensu, & amentes effecti. O maledictum carnispriuium, quod humanũ genus ad tantam calamitatem deduxisti, & dominum Adam de horto voluptatis expelli fecisti; de quo inquit beatus Tho. 1. 2. q. 102. & Ricar. in 2. di. 27. qui se fundat super dictum Damasc. l. 1. & Isid. 4. Etimo. & Strab. ac Bed. & Alexand. de Ales in 2. di. 19. q. 16. Quod est in prima parte orientali, vbi sol oritur de mense Martij, & Septembris, quando est æquinoctium, & hęc pars terræ est nobilissima, cum secundum Philosophum. 2. de cælo & mundo oriens sit dextera cœli. Dextera autem est nobilior sinistra, in comparatione ad hominem. Vnde Isid. vbi supra inquit: *Paradisus, locus est in oriẽtis partibus constitutus*, cuius vocabulum à Græco in Latinum vertitur, hortus. Porro Hebraicè, eden dicitur, quod in nostra lingua, delitiæ interpretatur, quod vtrumque iunctum facit, hortum delitiarum. Dicit autem Ricardus vbi supra, quod iste locus est temperatus ex vicinitate ignis, & directa operatione solis, & duplici transitu eius bis in anno super Zenith capitum inhabitantium in eo, qui sunt Enoch, & Helias. Hanc enim triplicem caloris causam temperat primo, Aeris subtilitas. Fortius namque agit sol in regrossa, quam in retenui, vt patet experientia, quia calidor est petra in terra tempore æstatis, quam aer, & ideo in nostro aere, qui non est purus, habemus maiorem calorem propter maiorem impuritatem, quam in montibus. Paradisus autem voluptatis, secundum aliquorum doctorũ opinionem, est citra supremam regionem aëris,, & ideo est ibi aëris subtilitas, & puritas. Secunda ratio est, quia calor causatus ex reflexione radiorum solarium à superficie terræ, non ascendit illuc. Tertia ratio est, summa frigiditas, quæ est in medio interstitio aëris, cuius extremitati superiori æqualiter formatæ propinqua est superficies illius loci, sicut sphæræ ignis, & transcẽdit mediam regionem aëris, vbi generantur impressiones frigidæ, & humidæ, & attingit vsque ad partem aëris purissimam. Secunda verò causa temperiei est, quia (vt supra diximus) est sub æquinoctiali, id est, in illo loco, vbi sol oritur de mense Martij, & Septembris, quando sunt dies noctibus æquales. Et quamuis Philosophus dicat in li. Meteo. regionem illam esse inhabitabilem propter æstum, respondetur, quod in paradiso terrestri est illa temperies propter prędicta, & etiam propter illum fontem, de quo dicitur Gen. 2. *Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.* Dicit autem Damascenus vbi supra, quod Deus constituit hominem quasi quendam regem, & principem omnis terræ, & omnium quæ sunt in ipsa, & ideo creauit, & fabricauit ei paradisum terrestrem, quasi quandam regiam domum, & arcem sublimem, & super omnem terram eminentem, in qua conuersans, beatam duceret vitam. O igitur felix habitatio; O iucunda mansio; O amœnissima regio; O nobilissima patria, pro qua incolẽda, creatus fuit homo? Et hæc est prima domini Adæ nobilitas, quæ dicitur localitatis, quam propter carnispriuium cũ posteris suis amisit. Secunda eius nobilitas dicitur corporalis. Nam cum esset principium omnium aliorum, fuit pulchrior, & venustior, & ipse, & vxor sua, omnibus alijs hominibus, quia erant à Deo immediate formati, quorum tamen formositatem superauit Christus, & beata virgo mater eius, vt diffusè tractabo in 2. patre nostri Marialis, sermone. 4. Item habebant corpus immortale, quia vt dicitur ad Roma. 5. *Mors per peccatum introiuit in orbem terrarum.* Vnde notandum secundum Tho. 1. 2. q. 97. quod aliquid dicitur immortale, vel incorruptibile multipliciter. primò ex parte materiæ, eo quod non habeat materiam, quæ est principium generationis, & corruptionis, vt Angelus, & ani-

Paradisus terrestris in qua parte mundi sit.

Adæ nobilitates quæ erant, lege aliquot sequentes capitum.

Immortale vel incorruptibile multipliciter dicitur.

Digitized by Google

& anima. 2. quia non habet impotentia, ad aliam formam, vt corpora cœlestia, & istis duobus modis dicitur, cœlum incorruptibile secundùm naturam, alio modo dicitur aliquid incorruptibile, quia illi materiæ adhæret aliquid, quod non sinit illam corrumpere, & hoc modo dicitur incorruptibile corpus glorioſum, quia tam potentem fecit Deus animæ naturam, vt gloria ipsius animæ redundet in corpus. Alio quoq; modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte causæ efficientis, & hoc modo in statu naturæ institutæ fuit corpus humanum incorruptibile & immortale. Vnde Aug. in lib. quæstionum noui & veteris testamenti, ait: *Deus hominem fecit, qui quàm diu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi auctor esset, vel ad vitam, vel ad mortem.* Ex quo patet, quòd primi parentes erant incorruptibiles, & nos pariformiter essemus, si ipse non peccasset, & peccatum suum ad nos non transmisisset. Nam in illo felici statu stetissemus, donec completus fuisset numerus electorum, & postea sine alicuius laboris vel doloris, siue mortis experimento translati fuissemus ad patriam cœlestem, vt ait Aug. 14. de ciuit. Dei. c. 10. Quòd autem ipse Adam cum posteris fuisset incorruptibilis, patet, quia corruptio humani corporis prouenit aut ex corruptione interiori, aut ex accidenti exteriori. Quorum neutrum fuisset in ipso Adam, nec in nobis, quia in ipso paradiso humores nunquam fuissent incorrupti, & perfecta restauratio semper fuisset facta per esum ligni vitæ, & sic núquam deuenisset ad senectutem, sed semper in eodem iuuentutis flore permansisset. Nec exteriùs erat aliquid quod ei noceret. Nam animalia ei fuissent semper subiecta. Aer verò & elementa ibi sunt purissima & perfectissima, & omnium nociuorum & proficuorum habebant totalem cognitionem. Cognoscebat enim perfectè influentias cœlorum, herbas, & lapides, &c. Et ideò Aug. vbi supra ait: *Quàm igitur felices erant primi homines. Nullis perturbationibus animorum agitabantur. Nullis corporum ledebantur incommodis*, & cætera. A quo felici statu deiecit eos illud maledictum carnispriuiũ. Tertia Adæ & Euæ nobilitas dicitur spiritualis, scilicet animæ, quam nobis ad memoriam reducere perutile erit. Nam si quis fuerit filius alicuius magni Imperatoris, dum rememoratur gloriam patris, si ipse sit in penuria & egestate, dolet se amisisse paternas diuitias, & si ad illas sit possibilis accessus, conatur pro viribus illas recuperare. Dicitur enim Ecclesiast. 3. *Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore.* Ista autem nobilitas excellentior est alijs duabus, scilicet locali & corporali. Vnde notandum est, quòd magister in 20. dist. n. 23. recitat opiniones de cognitione primi parentis, de qua cognitione etiam tractat Alexander de Ales in secunda parte summæ in tractatu de scientia primorum parentũ. Positis autem opinionib. ipse magister postea ponit suam dicens: Quod est triplex cognitio de Deo, prima est patriæ, & gloriæ, quæ consistit in clara Dei visione. De qua inquit Paul. primæ ad Corinth. 13. *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.* & 1. Ioannis 3. d. citur: *Videbimus eum sicuti est.* Et hanc cognitionem non habuit Adam, cùm non esset in gloria. Secunda autem cognitio est viatorũ quæ est cognitio nostra, quam de Deo possumus habere per creaturas, & ista est ænigmatica, de qua Paul. vbi supra ait: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Vnde dicit Aug. 14. de ciuitate Dei: Quòd ænigma est visio obscura, vt exempli causa, aliter videtur denarius detentus in manu, & aliter proiectus in aquam, vel repræsentatus in speculo. Nos autem habemus cognitionem obscuram multis de causis. Primo per peccatum primi parentis, quo vulnerati sumus vulnere ignorantiæ. Sumus etiam pro peccatis nostris obtenebrati, & pro temporalibus implicati, & ex grauedine corporis totaliter depressi, quia *corpus quod corrumpitur, aggrauat animam*, Sap. 9. Cognitio autem primi parentis erat media inter cognitionem beatorum, & nostram. Nam sicut eius habitatio erat quasi media inter cœlum & terram, tenebat tamen se plus ex parte terræ, quàm cœli, sic & ipsius cognitio. Vnde videbat Deum per speculum clarum & non obscurum, cum haberet carentiam

Adam quomodo cognoscebat Deum.

Cognitio de Deo est triplex.

Adam antè peccatũ incorruptibilis erat.

Digitized by Google

tiam prædictorum. Et ideò Hugo in libro de Sacramentis ait: *Cognouit homo creatorem suum non ea cognitione: qua modo à credentibus absens fide quæritur, sed ea qua tunc per præsentiam contemplationis scientia manifesta cernebatur.* hæc ille. Sed pro clariori euidentia cognitionis Adæ, est sciendum, quòd quadruplex est modus cognoscendi Deum. Omne enim quod cognoscitur, oportet, quòd sit præsens intellectui. Et hoc fieri potest quadrupliciter. Aut enim est præsens per fidem, & hæc est cognitio nostra, quæ cognitio in Prophetis & Euangelijs fuit clara & manifesta, cùm ipsi viderent Spiritu sancto dictante, omnia prædicta. Nos verò ipsam cognitionem habemus per fidem & auditum, quia fides est ex auditu. Auditus autem fit per verbum Christi ad Romanos 10. Nam quòd Deus sit trinus in personis, & vnus in essentia, & quòd deberet incarnari, & mori &c. erat præsens intellectui Prophetarum & Apostolorum. Nobis autem ista sunt præsentia per credulitatem, & hic modus cognitionis in Adam non fuit, cùm nullus alius eum instrueret nisi Deus. Secundò aliquid est præsens intellectui per contemplationem, quæ tanto est nobilior, quanto altior & excellentior, & hanc cognitionem habuerunt multi sancti, vt Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, & alij quàm plures. Et hanc cognitionem excellentiori modo habuit Adam, cùm haberet corpus magis expeditum, & mentem magis aptam ad Deum contemplandum: & idem fuisset de nobis, si ipse non peccasset. Tertio est aliquid præsens intellectui in signo, sicut est apparitio; & hæc est gratia specialis, vt fuit apparitio Abrahæ, & aliorum in veteri & nouo testamento, & hanc habuit Adam. Cùm Deus creans illum, monstrauerit se ei post creationem in subiecta creatura. Et similiter apparuit ei post lapsum. Vnde si Adam non peccasset, Deus ei frequenter apparuisset, & cum eo locutus fuisset, & similiter nobis. O felix cognitio, O clara scientia, O iucunda confabulatio. Si enim in curia principis temporalis magnum reputatur, posse familiariter alloqui principem, quando quis vult, & esse suum secretarium, quæ esset solatio fuisset Adæ, & nostra in Dei apparitione & allocutione? Quæ omnia propter carnispriuium pertransimus. Est autem quarto aliquid præsens intellectui clarè & lucidè, sicut est in beatis ipse Deus, & hanc Adam non habuit, sed habuisset in gloria. Vnde Alexand. de Ales in 2. parte summæ di. 22. q. 17. dicit quòd anima Adæ fuit perfectissima, quantum ad cognitionem non solùm Dei, sed etiam omnium aliarum rerum. Et dicit Hugo. in li. de Sacra. quòd talem cognitionem habuit simul, & semel ab ipso suæ conditionis exordio, vna ac simplici illustrationis diuinæ illuminatione. Et dicit Tho. 1.2 q. 94. ar. 3. Quòd sicut nobis ad gubernationem vitæ nostræ, necessarium est cognoscere, quæ sunt fidei, vt possumus peruenire ad supernaturalem finem: ita ipse Adam habuit cognitionem de istis naturalibus, quantum erant necessaria ad gubernationem vitæ humanæ, secundùm statum illum. Ex quo elicitur, quòd habuit cognitionem rerum diuinarum, perfectionum modo, quam aliqui Theologi habuerint. habuit quoque omnes scientias mundi. Et similiter nos omnem prædictam cognitionem habuissemus, si non fuissemus ea per peccatum, & consequenter per carnispriuium priuati. Essemus nanque sapientiores Prisciano, Ptolomæo, Salomone, Tullio, cæterisque omnibus Philosophis, & sapientibus, qui vnquam fuerunt. Deus enim hominem præposuerat cæteris animalibus, vt ad nutum eius omnia obedirent. Et ideò, vt ait Alexand. dicens erat, vt naturas illorum cognosceret. Nam non decet sapientem committere curam suarum rerum stulto gubernatori, sed prudenti, quoniam *accepsum est regi minister intelligens.* Prouerb. 14. Et ideò non decuit Deum facere hominem non intelligentem, sed cognoscentem cætera suæ curæ commissa. Vt sciret quid vnicuique expediret, quod & fecit. Cuius rei signum est, quod nomina imposuit rebus, quod facere non potuisset, nisi rerum omnium proprietates sciuisset, quia, vt dicitur. 4. Meta. *Ratio quam significat nomen, est ipsa diffi-*

Modus cognoscendi Deum quadruplex.

Digitized by Google

diffinitio. Et ideò nomine rerum non à se, nec ab Angelo imponi voluit Deus, sed ab homine, vt ex hoc ostenderetur, quòd singulorum naturam & vsum, ac officium, ex insita ratione cognouit, quæ enim propter eum creata erant, ab ipso rege instrui debebant. Vnde omnium eorum scientiam habuit. Et cùm ille status esset perfectus, debuit primus homo esse expeditus in omnibus consideration ib. intellectus, per omnis scientiæ complementum. Et sic patet quantæ nobilitatis ac scientiæ fuerit anima patris carnispriuij, scilicet domini Adæ, quam propter ipsum cum posteritate sua amisit. Quòd ad quintum de filiatione carnispriuij, dicebat prædictus prædicator facetus, quòd carnispriuium sic originatum ac baptizatum in aqua macharonum, noluit esse continens, sed vxorem habere voluit, cuius votum approbans diabolus, dedit ei vxorē dominam Gulinam. Dixit. n. ipse serpens antiquior alis malignis spiritib. *Non est bonum, hominem esse solum. Faciamus ei desuper florum simile sibi.* Data autem illi hac vxore, dixit eis illud Genes. 1. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Ex qua vxore carnispriuium genuit duodecim filios, & totidem filias. De quib. dici potest illud Deut. 32. *Generatio prauа atque peruersa, & infidelis fili.* & Psal. 77. *Generatio prauа & exasperans.* & Matth. 12. *Generatio mala, & adultera.* & Iob. 5. *Longè fient filij eius à salute.* & Sap. 4. *Ex iniquis omnes qui nascuntur filij testes sunt nequitiæ aduersus parentes.* Et Ezechielis 2. *Filij dura facie, & indomabili corde.* Diabolus enim potuit dicere carnispriuio illud Oseæ 1. *Vade, & sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum.* Primus autem filius carnispriuij vocatur, Dominus Præueniens, siue Miser præsto qui antequam egrediatur de lecto, vel antequam sit integrè vestitus, facit sibi portari ad comedendum & bibendum, & nūquam expectat horam congruam epulandi. Contra quod vitium dicitur, Ecclesiast. 10. *Væ terræ, cuius principes manè comedunt.* quo vitio laborauit Ionathas filius Saul qui antè tēpus comedit contra prohibitionē patris. vt habetur 1. Reg. 14 De quo Gregorius mor ait: *Mortis quippe genus patris ire viuentibus auidere meruit, qui in gustu mellis constitutum comedendi tempus antecessit.* hic autem Dominus Præueniens præest tabernarijs, & cauponibus ac meretricibus, & huiusmodi, qui citiùs aperiunt tabernas suas, quàm clerici Ecclesias. Secundus filius vocatur, dominus Delicatus, siue Dominus Gentilis, qui communibus cibis nunquam est contentus, sed semper vult cibos exquisitos, & hic possedit filios Israel in deserto. vnde Numer. 11 habetur, quòd concupierunt carnes, & Psalmista ait: *Concupierunt concupiscentiam in deserto.* Super quo Gregor. inquit: *Ex Aegypto populus ductus in eremo occubuit, qui cessante manna, cibos carnium petiit, quos lautiores putauit.* Et hic dominus est magni animi, & stat vt plurimùm cum Imperatoribus, Regibus, Pontificibus, Episcopis, & pinguibus sacerdotibus, & vniuersaliter cum nobilib. & magnis dominis. Et hoc vitio laborauit ille diues epulo, de quo dicitur. Luc. 16. quòd epulabatur quotidiè splendidè. Tertius filius vocatur, dominus Curiosus, siue studiosus, qui de nocte cogitat, quid comedere debeat in die, & nimium studet in præparandis comestibilibus. Et hoc fuit vitium filiorū Heli, vt habetur primi Reg. 2. Super quo Gregor. inquit: *Primæ filiorum Heli culpa luxuria est, quòd non antiquo more coctas vellent de sacrificio carnes accipere, sed crudas quærerent, quas accuratius exhiberent.* Et hic dominus stat communiter cum mulieribus coquinarijs, & hospitia tenentibus. Vnde Isidor. ait: *Tota die epulas ruminant, quæ ad explendam gulam delicias vesperè præparant.* Quartus filius vocatur, dominus Nimium tropus. Quo vitio laborauit populus Sodomorum. De quo Ezechielis 16. dicitur: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, abundantia panis & vini, & otium.* Super quo Gregor. ait: *Aperiè ostenditur, quòd idcircò salutem perdidit, quia cum superbiæ vitio mensuram moderatæ refectionis excessit.* Et Hieronym. inquit: *Pluuia illa est optima, quæ sensim descendit. Subitus autem, nimius, & præceps imber arua subuertit.* Et hic dominus communiter stat cum omnibus, tam laicis quàm clericis qui nimium comedunt, sicut dominus Zanfionus, qui tempore nostro viuens tantū comedebat in vna refectione, quantū 25. hominib. satisfecisset. Quartus filius

Carnispriuij filij, & filiæ.

vocatur, dominus insatiabilis, qui habens gulam pilosam, totus ad deuorandum cibum inardescit, & citò omnia sine debita masticatione deglutire quærit, malam partem socijs relinquens. Habet enim vnum bolum in ore, alium verò in manu, & tertium respicit oculo, & nihil relinquit in incisorio vel paropside. Et ideò nullus libenter comedit cum tali, qui deuorat partem suam, & socij, nec sufficit sibi quicquã apparatum, sed videtur ei, quicquid apponitur, esse parùm. & hoc prouenit, quia sequitur appetitum bestialem, & non regitur aliqua ratione. Et hic dominus dominatur præcipuè tempore ieiuniorum, & famis, & stat cum illis, qui intrantes domum: vociferantur contra vxores & familias, vt citò cibos expediant & præparent, & comedunt tanquam rabidi canes. Impletum semper os tenentes, & antequam primum bolũ deglutiuerint, ponentes secundum. & hoc vitio laborauit Esau filius Isaac Gen. 25. De quo Gregor. inquit: *Primogenitorum gloriam Esau amisit, qui magno æstu desiderij vilem cibum*, id est, *lenticulam concupiuit, quam dum vendendis primogenitis præcidit, quo in illam appetitu anhelaret, indicauit.* Ex quibus concluditur, quòd sæpè aliquis plus peccat comedendo etiam vilissima cum nimia auiditate, quàm alius preciosiora cum minori affectione. Hos autem quinq; filios gulæ ponit ipse Greg. 30. mora. Sextus filius vocatur, dominus Accidiosus: De quo vitio inquit Hierony. in lib. contra Iouinianum: *Comedendum est, & bibendum, & dormiendum, & postea incentiua carnis sentienda.* hic enim filius, cùm benè satiatus fuerit, non potest quidquam benè operari, sed vult aut iacere, & sedere, aut dormire, & ociosè viuere. Vnde Gregorius ait: *Gulæ deditos lentitas prorsus operis, & ociositas sequitur.* Quo vitio laborauit Holofernes. De quo dicitur Iudith. 13. *Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.* Septimus filius dicitur, dominus Grosolanus. Ait enim Salomon de vino & ebrietate, Prouerb. 20. *Quicunque his delectatur, non erit sapiens.* & Esa. 28. dicitur de ebriosis: *Absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, & ignorauerunt iudicium.* & Osee 4. *Vinum, & ebrietas aufert cor.* Octauus filius vocatur, Ludus. De quo exponi potest illud Exod. 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Iste enim non delectatur nisi in ludis & solatijs. Vnde propter carnispriuium verificatur illud Zachariæ 8. *Plateæ ciuitatis implebuntur pueris, & puellis ludentibus.* Et illud Esa. 13. *Requiescent ibi bestiæ, & pilosi saltabunt ibi.* Bonus autem vir, & bona mulier ab his iocis, & ludis noxijs abstinet. Vnde dicere potest illud Hiere. 15. *Non sedi in consilio ludentium.* Nonus filius dicitur, dominus Cæcus. Nam vt ait Ouidius in epistolis. Epistola 4. *Quid deceat, non videt vllus amans.* Et ideò amor depingitur Cæcus. Quapropter dictus prædicator exponebat de carnispriuio illud Lucæ 18. *Cæcus sedebat iuxta viam mendicans.* quod ponitur in Dominica Quinquagesimæ, quo die potest de carnispriuio prædicari, & accipi illud pro themate. Non enim de hoc prædicandum est in Quadragesima, sed solùm illo tempore, quo homines vacant dissolutionibus, & nolunt ire ad prædicationes, quia fortè, vt audiant prædicari de carnispriuio, ibunt, & sic audient reprehendi suas dissolutiones, & cognoscent quòd in veritate sunt cæci, qui in via huius mundi, stant mendicantes, & priuati lumine diuinæ gratiæ. vnde Gregor. super prædicta verba ait in homil. *Cæcus iste est genus humanum, quod in parente primo, à paradisi gaudijs expulsum, damnationis suæ tenebras patitur.* Decimus filius dicitur, dominus Iniuriosus. Vt enim dicit Salomon Prouerb. 2. *Contumeliosa res est ebrietas.* ca. Luxuriosa. 35. di. & Eccles. 26. dicitur. *Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.* Vndecimus filius dicitur, dominus, Nullatenensis: Scriptũ est enim Eccle. 19. *Operarius ebriosus non locupletabitur*, &c. Duodecimus filius vocatur, dominus Reuelans. Est enim. Sicut Quintus Curius Romanus, qui nihil poterat tenere secretum, vt refert Salustius in Catilinario. De quo vitio dicitur Prouerb. 31. *Nullum secretum, vbi regnat ebrietas.* O damnata filiatio, O iniqua progenies, O proles maledicta carnispriuij, quomodo hodiernis temporibus replesti terram: Ne autem mulieres possent gloriari, quòd nullæ fœminæ natæ sint ex carnispriuio, ideò dicebat dictus

præ-

Digitized by Google

prædicator, quòd etiam multas filias ex eadem vxore generauit. Prima autem vocatur Domina Bibiana, habens oculos ſuffoſſos, & laceratos, atque infectos propter vinum, iuxta illud Prouerb. 23. Cui eſt *effoſſio oculorum, niſi ei qui moratur in vino, & ſtudet calicibus epotandis?* Secunda vocatur, domina Linguigera, vel domina Loquacitas. Ait enim Gregor. 1. mora. *Penè ſemper epulas loquacitas ſequitur. Cumque venter reficiur, lingua diſrenatur.* Sicut namque tibia tunc benè ſonat, quando vento plena eſt, ſic etiam carniſpriuio vacantes, pleni cibo, & potu, vt picę faciunt, & vnus pro decem loquitur, nec poteſt ſufferre, vt ſocius loquatur, ſed ipſe ſolus vult ſemper loqui, & poſt vana, & otioſa verba, venitur ad inhoneſta, & turpia. De quibus Baſilius ad nepotes ſcribit: *Prauæ confabulationes, viæ quædam ſunt ad facinora.* Item tales poſt nimiam comeſtionem incipiunt trufari, ac deridere alios, tam ſeculares, quàm religioſos, diuerſiſque nominibus eos appellant, alios appellantes, hypocritas, alium fratrem ſtupam, & alium fratrem borrinum: & ſimiliter faciunt de mulieribus, baptizantes eas ſuo modo. 3. filia dicitur, domina Immunditia, de vacantibus enim carniſpriuio dici poteſt illud 2. Pe. 2. *Poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant.* Et illud Ezechielis 14. *Poſuerunt immunditias ſuas in corporibus ſuis.* 4. dicitur, domina Deſtructrix. Vnde Gregor. 30. mo. ait: *Dum venter non reſtringitur, per carnis concupiſcentiam omnes ſimul virtutes obruuntur, &c.* 5. dicitur, domina Familiaritas. Filiæ enim veſtræ tempore carniſpriuij, cũ tranſuſtitis conuerſantes, & cum viris familiaritatem contrahentes, & è contra, in multa facinora poſtea dilabuntur, & verificatur illud ſaluatoris noſtri dictum Matth. 11. *Inimici hominis, domeſtici eius.* 6. dicitur, domina Infirma. Poſt multas enim epulationes ſentiunt dolorem capitis, & ſtomachi, incurruntque varias infirmitates, vt dicitur Eccleſiaſtic. 37. 7. dicitur domina Inhoneſta, ſiue Frontoſa. De qua dicitur, Apoc. 6. *Ecce mulier occurrit ei ornatu meretricio: parata ad capiendas animas.* Quando enim fiunt vanitates, & ornamẽta meretricia, niſi tempore carniſpriuij? Iſtę autem vanæ mulieres conantur deſtruere quod Eccleſia ſancta Dei ſtudet operari. Ipſa enim ſancta mater Eccleſia in omnibus actib. ſuis ducta à ſpiritu ſancto, videns populum Chriſtianum carniſpriuij ire poſt diſſolutiones, volenſq́, eum retrahere, incipit in Septuageſima veſtire altaria nigris veſtibus, vt excitet eum ad fletum ex memoria paſſionis Chriſti, ſicut faciebat illa mulier, quæ filio ſuo oſtendebat camiſiam patris ſui mortui ſanguinolentã. Sed iſtæ perfidæ mulieres, è contrario oſtendunt viris vanitates, & carnes ſuas diſcoopertas, & ſimiliter viri mulieribus, & maximè poſt comeſſationes, & ebrietates. Proprium eſt .n. ebrietatis femora denudare, & ad luxuriam incitare. 35. di. §. 1. & cap. *Sexto die.* Et ebrietas etiam eſt fomes, & nutrix omnium vitiorum. Eadem di. in prin. & ca. fi. Vnde Iob, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. 35. di. in prin. 8. filia dicitur, domina Luxurioſa. Ait enim Hieronym. ad Euſtochium; *Gulæ horrẽdum ſcelus, genitrix luxuriæ eſt.* Et Ioan. Caſſinquit: *Ventrem diſtentum cibo, & vini potionibus irrigatum, voluptas erigit genitalium.* Nona dicitur, domina Diſſoluta. De quibus balarinis dicitur Iob. 21. *Tenent tympanũ, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Ait etiam Aug. *Quilibet ſaltus qui fit in chorea, eſt ſaltus in profundum inferni.* Beatus igitur ille, qui poteſt dicere cum S. Tobia ſui libr. ca. 3. *Nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in leuitate ambulãt participem me præbui.* De tali autem choreis vacante, & veſtib. indecentibus ſe veſtiente, dicitur. Deut. 22. *Maledictus vir, qui vſus fuerit veſte feminea.* Sicut faciunt multi tempore carniſpriuij: & è contra laſciuæ mulieres veſtib. virorum ſe induentes: & aliqui induuntur veſtibus religioſorum, vel clericorum, aut eremitarum, & ad iracũdiam Dei prouocant in illis veſtibus, in quibus ſancti Deo placuerunt, & quaſi in vituperium diuinæ maieſtatis aſſumunt in obſequium dæmonis, quod fuit in obſequium Chriſti. Decima filia dicitur, domina Beſtia. De talib. enim ſupradictas

dissolutiones facientibus, dicit Propheta, Psalm. 48. *Comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis.* Aliqui namque eorum sibi assumunt similitudinem dæmonum in facibus monstruosis, & bestialibus, vt ostendant se esse bestiales, & ad seruitium dæmonis ituros. Vnde Augustin. 9 de ciui. Dei inquit: *Plotinus Philosophus dicit animas hominum dæmones esse, si malis sunt, seu larvas. Larvas enim dicit esse noxios dæmones ex hominibus factos.* Vnde potest dici de talibus: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Diaboli, Diabolo.* Vndecima filia dicitur, domina Fastidiosa, siue Tædiosa. Talibus enim omnia opera spiritualia, & virtuosa in fastidium venit. Vnde Eccles. 21. dicitur: *Execratio peccatoris, cultura Dei.* Duodecima filia dicitur, domina Mortalitas. Ex crapulatione enim, quam faciunt isti dissoluti in carnispriuio comedentes media nocte, & post cœnam ponentes indigestum super indigestum, sæpe moriuntur, max me te implêtes illo pigmento, ex vino dulci, & speciebus, atque ouis confecto. Vnde de quolibet eorum verificatur illud Esa. 59. *Omnis qui comederit ex eis eum.* scilicet carnispriuij *morietur.* Isti sunt filij & filiæ principales carnispriuij ex domina Gullina. Licet etiam alios filios & filias genuerint, quos breuitatis causa pertranseo, possumus .n. imaginari, quòd accepta prædicta vxore dixerit & illud Ps. 72. *Vt iumentum, factus sum apud te,* & ipsa domina Gullina responderit: *Et ego semper tecum* scilicet faciens inhonestatibus, ac peccatis, & malis filij, sue multiplicare. Quo ad Sextum de eius seruitorũ cõditione, dicebat ille facetus prædicator, quod multi fuerunt & sunt eius fidelissimi seruitores, quorum primus fuit Cherintus hæreticus, qui dixit cum sequacib. suis, quod mille anni dabuntur post resurrectionem corporum ad voluptatem carnis explendam, propter illud Euangelij, Matth. 19. *Cœpit eum accipere,* &c. De quo errore mentionẽ facit Hieronymus in quadam homilia Secundus seruitor eius fuit Nicolaus hæreticus, à quo alij sequaces dicti sũt Nicolaitæ. De quibus fit mentio Apocal. 2. di. *Non esse peccatum viris luxuriari cum fœminis, nec etiam ro,* cuius hæretici etiam hodie inueniuntur discipuli multi dicentes, gulam, & luxuriam non esse peccatum, eo quod sint secundum naturam. Tertius seruitor fuit, Fortinus hæreticus, qui dixit Ioseph carnaliter cognouisse beatam Virginem, & ex ea genuisse Christum. Quartus fuit Heluidius qui dixit beatam Virginem habuisse alios filios naturales ex Ioseph vltra Christum. Quintus fuit Iouinianus, qui dixit nullam esse differẽtiam, quò ad meritum inter virgines, & maritatas, Vt Hiero. refert. Sextus fuit, Seralomnus, qui dixit nocte non esse surgẽdum ad Deum laudandum, sed quiescendum, cum ad hoc nox sit facta. Septimus fuit Maumet, qui quantos habuerit, & habeat sequaces, omnib. est notum. O Aegypte, O Alexandria, O Constantinopolis, O Antiochia, O Hierusalẽ, quis te destruxit, & à cultura fidei Christianæ abdicauit, nisi seruus carnispriuij Maumethus, qui promisit tibi omnes delicias corporales, & dedit legem consonam carni, & sanguini? O Ecclesia Romana, quis te destruet, & destruere non cessat, nisi carnispriuium? cum non tam à secularibus, sed etiam ab Ecclesiasticis quampluribus, nihil aliud quæri videatur, nisi comedere, bibere, & luxuriari, &c. Quò ad septimum sc. de ipsius expulsione, dicebat quidẽ facetus sermocinator, quòd carnispriuium indignè ferens, quod omni anno à Quadragesima expellatur de hoc conquestus est in curia Romana, & in ea inuenit multos aduocatos, & procuratores de bono libenter comedentes, & ipsam Quadragesimam, atque alia omnia ieiunia destruere cupientes. Inter quos aderat dominus Epulo de Lechamis, dominus Crapulator de Manzarijs, & dominus Panzonus de Grassis. Querela autem carnispriuij coram summo Pontifice talis esse potuit: Cum nemini debeat benigna audientia denegari l. potiorem. C. de offi. vic. & l. obseruandum ff. de offi. præfi. dicam & in secunda facti mei petitionem, vt congruũ à vobis responsum accipiam. l. vt cõgruum. C. de pac. Petit igitur iustitiam. nam cum oẽs iudices teneantur eam quibuscunq; petentibus impertiri. l. 4. § hoc edictũ. ff. de dam. infec. multo magis vos, qui estis Vicarius Christi in terris, c. inter

Carnispriuij seruitores qui, & eorum conditiones quæ sint.

De carnispriuij expulsione.

Digitized by Google

c.inter corporalia de transla. Epiſc. Verum quia iudicium à citatione debet inchoari. §. omniũ Inſti.de pœna temc.litig.peto in ius vocari Quadrageſimã, aduerſariã meam. Dicebat aũt prædictus ſermocinator facetus, quòd Quadrageſima ad curiã aduocata, nõ inuenebat procuratores, quia debilis, & paupercula erat, & multis odioſa. Verumtamen quidam religioſi, & aliqui timorati doctores, ei tandem patrocinium præſtiterunt, ſcilicet dominus Attenuatus de Macris, dominus Compoſtellanus de Fauẽtia, & dominus Modeſtus de Feccis. Partibus igitur præſentibus, quarum aſſertione merita cauſarum panduntur l. ſi C. ſi per vim. vel alio mo. & c.i. de cau. poſ. & pro. & cap. qualiter, & quando el. 2. de accu. & c. iudicantem 30. q. 5. Cœperunt allegare aduocati carniſpriuij, dicentes: Cum carniſpriuiũ omnibus gratioſum in Chriſtianitate magnum habeat dominium, & in pacifica poſſeſſione dominetur, venit omni anno hæc cunctis exoſa Quadrageſima, & ipſum de toto regno ſuo, cum tanto vituperio expellit, vt etiam loca, in quibus extiterat, aqua, & aceto lauari, & partim igne purgari faciat, ac ſi validiſſima peſtis per decem annos ibi extitiſſet. Quamobrẽ quia magnum eſt commodum poſſidere. l. is qui deſtinauit. ff de rei ven. & § commodum inſtitu. de interdic. petimus ipſum carniſpriuium noſtrum reſtitui ad poſſeſſionem, quæ ſibi iniuſtè ablata eſt; iuxta capitulum in libris de reſti. ſpo. & non ſolùm ad poſſeſſionem, ſed etiam ſibi reſarciri damna omnia, quæ paſſus eſt. l. ſi quis a ſe fundum C. ad l. Iulia. de vi public. Et hoc fieri debet in continẽti. quia ex quo de facto fuit exſpoliatus, etiam de facto debet reſtitui, vt dicit gloſſa in l. minor. ff. de euic. Inſuper petimus ipſam Quadrageſimam condemnari pœna contra tales inſolentes à legibus ordinata, in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. penultima. C. ad le. Iulia. de vi publ. atq; eam totaliter exterminari. Reſponderunt autem aduocati Quadrageſimæ: Ecce (Beatiſſime pater) quàm calumnioſe agunt iſti aduocati cum ipſo carniſpriuio, cum tamen iura nõ debeant calumniari. l. i. ff. de regu. Cato. Dicunt. n. quòd iniuſtè fuit expulſum à Quadrageſima quæ hoc fecit & omni anno facit, lege permittẽte, vt patet in titulo de obſerua. ieiun. & ideo non meretur aliquam pœnã, lege Gracchus. C. ad ſe Iuliam, de adul. Nam iuſſus, & decretũ iudicis facit licitũ, qualias eſſet illicitũ l. furti, § qui iuſſu. ff. de his qui no. infa. & l. Iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſ dicitur. *Iuſtè poſſidet, qui autore prætore poſſidet.* Quapropter carniſpriuiũ non dẽt reſtitui, nec ei aliquod damnũ reſarciri, cũ ſublato principali, tollatur acceſſoriũ. l. cũ principal. ff. de reg. iu. Itẽ quia, ſi quod damnum eſt paſſus, ob ſuam culpã euenit. Et ideo ſibi, & non alijs debet, imputari. l. culpa. ff. de regu. iu. & ca. Damnum eodem libr. 6. Quia igitur conuenit bono, & grandi præſidi; purgare prouinciam ſuam malis habitatorib. l. cõgruit & l. 3. ff. de offi. præſi. ideo S. V. ipſum maledictũ carniſpriuium, cum tota ſua progenie debet expellere, & bannire, cum ſit cauſa innumerabilium peccatorum. Tunc ſummus Pontifex tulit ſentẽtiam in fauorem Quadrageſimę, & cõdemnauit carniſpriuium, vt à tertia Feria poſt Quadrageſimam, vſque ad reſurrectionis Dominicæ feſtũ, non poſſet in aliqua Chriſtianitatis parte habitare in perpetuum; ſed exul, & profugus eſſet, & ab omnibus fidelib. expelleretur. Aduocati autem carniſpriuij inſtantiſſimè rogauerunt ſummum Pontificem, vt ſaltem illa tertia Feria, & per quatuor dies ſequentes poſſet carniſpriuium in Diœceſi Mediolanenſi commorari, quod tandem obtinuerunt. Prædictas autem parabolas non hic recitaui, vt annuatim populis prædicentur, nec vt per illas ad diſſolutiones prouocentur, & riſum, vel ad contemptum verbi DEI. Sed, vt ſi aliter à carniſpriuij relaxationibus non poſſunt retrahi, & ad prædicationem illo tempore adduci, per deſiderium audiendi ſermonem de carniſpriuio conducantur. Et tunc modeſtè, vt ſeruata debita grauitate poterit prædicator aliquid de prædictis vel ſequentibus de carniſpriuio in eius deteſtationem (ſicut ei melius videbitur) ſecundum DEVM dicere. Ita tamen, vt ſolummodo videatur

Digitized by Google

deatur recitator parabolarum, ad ſpiritualem intelligentiam, & diſſolutionem carniſpriuij, repreſſionem & impeditionem inuentarum. Dictum enim Aug quòd quando fictio refertur ad aliquam ſignificationem ſpiritualem, non eſt mendacium, ſed figura, & hoc ponit in lib. quæſtionum Euangelij. Quo ad octauum ſcilicet de carniſpriuij finitione, dicebat idem prædicator, quòd de carniſpriuio cum ſequacibus ſuis, & filijs, ac filiabus, & vxore verificatũ fuit illud Pſal. *Infirmati ſunt, & non fuit, qui adiuuaret*, & euenit ei, quod ſcriptum eſt. 1. Paralip. 21. *Mortuus eſt infirmitate peſſima, atque ſepultus in ciuitate Camerini*, id eſt, in cloaca, vt à vermibus deuoretur, & à dæmonibus in infernum eſt delatus. Miracula verò ipſius iſta ſunt. Nam ſancti Dei dant odorem, ipſe autem maximum fœtorem. Sancti Dei illuminant cæcos, ipſe verò videntes excæcat. Sancti Dei extendunt contractos, & ipſe contrahit ſanos. Sancti mundant leproſos, & ipſe inducit lepram. Sancti Dei reſuſcitant mortuos, & ipſe videntes occidit. De ſanctis vna tantum fit vigilia, ac vnus dies ad honorem ipſorum celebratur, atque officium vnius diei, vel ad plus, per octauam vnam dicitur. Feſtum autem carniſpriuij per duos, vel per tres menſes continuatur, & per quindecim dies, vel vnum menſem pòſt, in eius diſſolutionibus perſeueratur. O cæcitas maxima? O ſumma dementia? O admirãda ſtultitia: plus enim ſeruitur diabolo, quàm Chriſto: plus ventris impletioni vacatur, quam Spiritus conſolationi.

De carniſ. priuij finitione.

HOC autem vitium gulæ facit homini magnam iacturam, & Deo magnam. Primo facit homini magnam iacturam ex eo, quòd inducit in ipſo magnam deformitatem, nam facit ventrem nimis tumẽtem. Dicitur autem venter à vento, ex eo quòd ſit plerumque plenus vento. Guloſus verò, quanto maiorem ventrem habet, tanto maiorem veſicam vento plenam, & etiam marem ſaccum ſtercoribus plenum, & repletum poſſidet. Sicut etiam veſica vento repleta acu punctа, citò detumeſcit; ſicut venter guloſi punctus acu febrili, citò per mortem euaneſcit. Stultus quoq; eſſet mercator, qui aurum cum multo labore acquiſitũ, in ciſtam imponeret, in qua in lutum cõuertendum eſſe putaret. Quia ergo venter guloſi eſt ſicut ſaccus ſtercorum, ſtultus eſſe dignoſcitur ipſe guloſus, ex eo quòd ea, quæ cum multo labore acquirit in ventrem ponit, in quo ventre in lutum fœtidum conuertenda eſſe cognoſcit. Alia gulæ iactura eſt, quia nunquam ſatiatur, iuxta illud Prouerb. 13. *Venter impiorum inſaturabilis*, & Pſalm. ait: *Famẽ patientur, vt canes*, canis enim poſtquam proiecta ſibi deuorauit mox ad alia deuoranda ſuſpenſus, anhelat. Et ſimiliter guloſus poſtquam multa fercula deuorauit, adhuc alia meliora concupiſcit. Imò eſt inſaturabilior cane, & alijs feris, quia omnia ſpoliat elementa. Nam à terra aufert greſſibilia, ab aqua natabilia, ab aere volatilia. Vnde Hieronym. ait: *Tauri pauperum iugerum paſcuis aluntur, homo verò terra, & mari*, 2. guloſus Deo facit iniuriam, quia honorem, quem illi facere debet, facit ventri. Vnde Hugo de ſancto Victore inquit: *Venter Deo comparatur.* Solẽt enim Deo templa conſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſeruiendum ordinari, pecudes immolari, thura concremari. Deo ſiquidem ventri, eſt templum coquina, altare menſa, miniſtri coqui, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incẽſorum, odor ſaporum. Iſta autem idololatria quo ad aliquid eſt peior, quam idololatria paganorum, quia illi ad orabant aurum, & argentum, guloſus vero adorat ſaccum ſtercorum, hanc autem vitiorum omnium, nutricem gulam. Hugo de ſancto Victore in lib. de ſacramentis, ſic diffinit: *Gula eſt immoderatus appetitus edendi, vel bibendi.* Secundum autem Alexandrum de Ales in ſecunda parte ſummæ in tractatu de gula, ar. 7. & Thom. 22. q. 148. art. 2. Non ſemper gula eſt peccatum mortale, ſed tantum quando adhæret homo tali delectationi, vt propter eam eſt paratus facere contra Deum, & Eccleſiam, aut ſe inebriat ſtudioſè, vel crapulam ſequitur in magnum corporis, vel animæ detrimentum, vel huiuſmodi. Alias eſt veniale 25. di. §. Alias. Quinque autem ſunt gulæ ſpecies, vt habetur de conſe. di. 5. c.

Gula maximum damnum homini infert.

Gula quid ſit.

Gula non ſemper eſt peccatum mortale.

Ne adhæreas, licet habeas, neueris, peccet, non enim adhærere poteſt.

Digitized by Google

licet delectationem habere nequeas, cum naturaliter insequatur

Species gulæ sunt quinque.

di.5. c. Quinque modis. Prima ſpecies appellatur quantitatis, quando ſcilicet quis nimium comedit. licet autem nō ſit eadem complexio, & vnus requirat maiorem cibum, quam alius, ita quòd ſæpe quod vni eſt minimum, alteri eſt paucum, vt inquit Ari. in Ethicis, tamen omnes debent ſobriè & temperatè comedere, & bibere, ſecundum complexionem ſuam vnuſquiſque. Ait enim Boetius. 2. de conſo. *Paucis minimiſque natura contenta eſt. Qui enim abſtinens eſt, adijciet ſibi vitam.* Eccleſiaſtic. 37. Diabolus autem continuè nos tentat, vt nimium comedamus. Et figuratus eſt per illam beſtiam quæ apparuit ſimilis vrſo. Vt habetur Daniel. 7. & ait: *Surge comede carnes plurimas.* 2. ſpecies appellatur qualitatis, ſcilicet comedere cibos nimis delicatos, ſicut multi faciunt. Ideo exclamat Ouidius 15. Meta. dicens, *Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora, ſunt fruges, ſunt deducentia ramos Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus vuæ, Sunt herbæ dulces, ſunt quæ mitеſcere flamma, Mollirique queant, nec vobis lacteus humor Eripitur, nec mella thymi redolentia flore. Prodiga diuitias, alimentaque mitia tellus Suggerit, atque epulas ſine cæde & ſanguine præbet. Quippe equum, & pecudes, armenta que germine viuunt. At quibus ingenium eſt, immanſuetumque, ferumque, Armeniæ tigres, iracundique leones, Cumque lupis vrſi dapibus cum ſanguine gaudent. Heu quantum ſcelus eſt, in viſcere viſcera condi. Congeſtoque auidum pinguеſcere corpore corpus. Alterius animãtem animantis viuere ſedes, hæc ille.* Quæ accepit à Pythagora philoſopho, qui ſuadebat hominibus abſtinere a carnibus. Primo quia terra hoc docebat producendo varias herbas, poma, & fructus 2. quia animalia manſueta non comedunt carnes, ſed ſolum beſtiæ crudeles. 3. Quia in ætate aurea homines comedebant ea quæ ſponte terra gignebat. 4. Quia cætera animalia non lædunt benefactores ſuos, ſed homo facit contrarium. Nam comedit oues, quæ ei lanam, caſeum, & ſimum præſtant. Similiter & boues, & alia multa animalia, quæ hominibus multas vtilitates faciunt. Licet autem quiſque debeat vti cibis non nimis delicatis, diuites tamen non tenentur vti cibis, us vtuntur pauperes, ſed omnes ſecundum conditionem ſuam, cap. Quiſquis 47. di. 3. ſpecies dicitur curioſitatis, ſcilicet quando nimis de tempore expenditur in condendis cibis, & illis quærendis, quæ appetitui veniunt. Sicut faciunt multi per diuerſa loca mittentes ad quærenda cibaria, quæ dominæ Gulæ cum diuerſis ſaporibus condita ſatisfaciant. Contra quos inquit Seneca epiſtol. 6. *Vna ſi'ua pluribus elephantibus ſuffic t, homo verò non paſcitur terra, & mari.* Ideo dicit Albert. in tractatu de virtutibus politicis: Quod guloſus æquiparatur, atque aſſimilatur vulturi, qui vt inquit Ariſt. in lib. de animalibus, carnes per 300. miliaria per remotus odorat: imò vt dicũt Philoſophi naturales, dum citra mare exiſtit, vltrà ca lauera ſentit, & pro illis perit. In hac etiam ſpecie peccant qui nimis accuratè, & pompaticè cibaria condiunt, tamen inquit Hieronym. in quadam epiſtola: *Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt.* Dicit autem Innoc. 3. in libr. de vtilitate conditionis humanæ: *Initium vitæ hominis aqua, & panis.* Nunc autem guloſis non ſufficiunt fructus arborum, non genera leguminum, non radices herbarum, non piſces maris, nec beſtiæ terræ, nec aues cæli, ſed quæruntur pigmenta, temperantur aromata, nutriuntur altilia, capiuntur obeſa, quæ ſtudiosè coquuntur archicoquorum arte, quę lautè parantur miniſtrorum officio. Alius cõtundit, & colat, alius confundit, & conficit. Subſtantiam vertit in accidens, naturamque in artem, vt ſaturitas tranſeat in eſuriem, & faſtidium reuocet appetitum ad irritandam gulam, non ad ſuſtentandam naturam. Ipſa tamen gulæ voluptas tam breuis eſt, vt ſpatio loci vix ſit quatuor digitorum, & ſpatio temporis vix ſit totidem momentorum, quod multum diſplicet guloſis qui appetunt habere guttur longum. Sicut patuit de Plamorate, qui d ſiderabat habere collum gruis longum, vt diu ſentiret dulcedinem ciborum. Cõtra hos guloſos etiam exclamat Lucanus in 4. di. *O prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta parato: Et quæſitorum terra, pelagoque ciborum Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ. Diſcite quam parvo liceat producere vitam: Et quantum natura*

petat, non erigit ægros Nobilis ignoto, diffusum consule Bacchum. Non auro, myrrhaque bibunt, sed gurgite puro Vna redit; satis est populis fluuiique Cereſque. Hæc ille 4. ſpecies gulæ, dicitur Auiditatis De qua fuit tentatus Dauid quando pugnabat contra Philiſtæos, & cum maxima auiditate deſiderabat bibere aquam, di. *O ſi quis daret mihi potum aquæ de ciſterna quæ eſt in B. thleem, iuxta portam.* Irruperunt ergo tres viri fortes per caſtra Philiſtinorum, & portauerunt de illa aqua ad Dauid. At ille noluit bibere, ſed libauit illam Domino. & dixit: *Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hoc*, vt habetur 2. Reg. 23 cap. tranſumptiuè in cap. delitiæ. 41. di. Sic ergo & nos quando maximam auiditatem comedendi aliquid habemus, ſi volumus multum mereri, facere debemus violentiam ſenſualitati. Ait enim Ouidius in epiſtolis: *Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis.* In hac ſpecie peccant multi, qui auiditate moti, comedunt cibaria illis nociua. Item illi, qui velut lupi, rapaciter comedunt, & cum nimia ſenſualitate. Quod quantum ſit peccatum, oſtendit Gregor. 3. Dialog. Narrans de quadam ſanctimoniali quæ vnamus lactucam in horto viſam colligens, eam nimia auiditate comedit, propter quod à diabolo arrepta eſt. Quinta & vltima ſpecies gulæ dicitur, temporalitatis. Et eſt illorum, de quibus dicitur Eſa. 5. *Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & ad potandum vſque ad veſperam.* Multi enim ſunt, qui ita ſunt dediti crapulæ, vt videatur illis, quod propter hoc ſint nati, vt epulentur. Contra quos inquit Tullius in Rhetoricis, *Comedere oportet, vt viuas; non viuere, vt comedas.* In hac ſpecie peccant illi, qui vt de mane ſurrexerint, ad comedendum vadunt, & bibendum, priuſquam ad ECCLESIAM pergant, vel aliud boni operentur.

DE IRA.

Ira quid ſit.

IRA quintum eſt capitale peccatum. Diffinitur autem ab Ari. 2. Rhetoric. ſic: *Ira eſt appetitus vindictæ*, & ſecundum Alexand. de Ales in ſecunda parte ſummæ in tractatu de ira articul. quint. & octauo, & Thom. 2. 2. quæſtion. 158. articulo tertio. Tripliciter poteſt quis iniuſtè habere iram mortaliter. Primo ratione modi, ſiue ſigni, cum ſubtrahit loquelam, & habet odium aduerſus aliquem, vnde Matthæi 8. cap. dicitur à Domino: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* Secundo ratione facti, cum notabiliter offendit, vel iniuriatur proximo ex ira. Hic enim eſt proprius effectus iræ, rixari, & contentiones facere, atque proximo inſultare Prouerbior. 29 *Vir iracundus prouocat rixas.* Tertio ratione mali deſiderij. ita eſt peccatum mortale, cum appetit illum puniri, qui non meruit, vel maiori pœna, vel à ſe, aut ab alio, qui non habet auctoritatem, vel etiam à ſuo iudice, non ratione iuſtitiæ, ſed vindictæ. Contra tales iracundos dicitur Eccleſiaſt. 28. *Qui vindicari vult, à domino inuenit vindictam, & peccata illius ſeruans, ſeruabit.* Nec mirum, ſi Deus magnam de iracundo facit punitionem. Grauiſſimum enim eſt peccatum, iracundia. Nam iniuriatur Deo, volens facere vindictam, quam ſibi Deus reſeruauit, dicens, Deuteronom. 32. & Prouer. 25. *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Quod etiam ponitur ad Roman. 12. Ad Hebræos 10. & 23. quæſtio. prim. in princ. Item iniuriatur proximo, iuxta illud Eccleſiaſt. 28. *Homo iracundus incendit lites, & turbat amicos.* Vnde dicitur in cap. cum apud 11. quæſt. 3. *Ira facit hominem talia committere, de quibus poſtea ſolet multum dolere.* Iſte autem iracundus aſſimilatur apro, qui ſecundum Philoſophum eſt animal iracundum, nullam recipiens diſciplinam, ſed potius ſe morti exponit, quam domeſticetur, & eſt animal multum nociuum, & læſiuum, & pro modico iraſcitur, & proximum inuadit. Et ſimiliter iracundus pro leui facto, aut verbo, & frequenter pro minima ſuſpicitione diffamat proximũ, verberat, lacerat, deſtruit, & occidit: & potius vult mortaliter peccare, ſeipſum ad periculum mortis temporalis, & æternalis dare, quam velit proximo ſuo parcere. Et ideo de tali recipiente nocumentum ab iracundo

Tripliciter quis iraſcendo mortaliter peccat.

Iracundus cui aſſimiletur.

cundo dicitur per Pſalmiſtam: *Exterminauit eum aper de ſylua, & ſingularis fera depaſta eſt eum.* Iracundus etiam nocet ſibiipſi. Nam ira, primò ſubtrahit ei honeſtatem corporalis diſpoſitionis, quia quantumcunque perſona ſit pulchra, mutatur tamen per iram. Nam vertit oculos, & faciem immutat, rubet, vel pallet in vultu, ſpumat in ore, manus tremit, lingua ceſpitat, & totus homo alienatur. Vnde dicit Seneca 2. & 3. de ira: *Nihil æquè proſunt irato, ſicut intueri deformitatem ſuam. Nam ira faciem turbat, ora pulcherrima fœdat, cruoſos vultus ex tranquilliſſimis reddit. Qualem autem putas animum imago tam fœda eſt? Ideo dixit quidam, quod iratis profuit impiccre ſpeculum, vt imago reperta oſtenderet homini ſuam deformitatem.* Hæc ille. Inquit etiam Damaſcenus: *Nihil eſt turpius facie furientis.* Secundo, ira impedit poteſtatem naturalis rationis, iuxta illud Catonis: *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Et ideo diabolus facit, ſicut aſtutus piſcator, qui quando faciliter vult decipere piſces, turbat aquam, & tunc eſt ſecurus, quod piſces non poſſunt cernere rete, & periculum propoſitum. Et idem facit diabolus immittendo in quamcunque congregationem iræ turbationem, vt poſſit facilius animas capere per peccatum. Vt enim ait Philoſophus. prim. elen. *Conturbati minus poſſunt vti ſuæ vtre omnes.* Tertio, ira minuit quantitatem vitæ naturalis. Secundum enim Philoſophum animalia exceſſiuè cholerica, ſunt naturaliter breuis vitæ, ſicut maximè apparet in canibus. Et hoc eſt etiam quod dicitur Eccleſiaſtic. trigeſimotert. *Zelus, & iracundia minuunt dies, & ante tempus adducent ſenectutem.* Et ideo antiqui dixerunt, iram eſſe breuem infaniam. Et idcirco eſt maximè cauenda. Nam facit hominem peiorem diabolo. Legio enim dæmonum fuit, & eſſe poteſt in vno homine. Duo autem iracundi non poſſunt ſtare ſimul in vna domo. De iracundo etiam inquit Cæſarius: *Sua mentis lumen iracundus excæcat.* Sicut enim viſus excæcatur ad peluim ardentem, ſic homo excæcatur per iracundiam inflammantem. Albertus autem in tractatu de virtutibus politicis dicit: *Ira eſt venenum peſtilens, hominis interiora depaſcens, vitam minuens, guerras commouens, rixas verborum inducens, caſtra villaſque conſumens, & omnes prouincias ciuitates incendens. Nam violam, lilium, atque crocum, cito peſtilens aurea corrumpit,* hæc ille. Et ideo dicit Horatius in epiſtolis: *Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenis.* Tullius vero in Tuſcul. quæſtion. libr. tert. ait: *Nunquam ſapiens irascitur.* Econtra verò de ſtulto inquit Salomon Prouerbior. 12. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam.* Ouidius autem in 3. de arte amandi canit: *Candida pax homines, trux decet ira feras.* Et de iracundo iterum ibidem ait: *Ora tument ira, nigrescunt ſanguine venæ: Lumina Gorgonio ſaeuius igne micant.* Et Prudentius in libr. de pſychomachia, capit. quart. ait: *Ipſa ſibi eſt hoſtis vesania, ſeque furendo Interimit, mortiſque ſuæ ira inciuatetur,* & Gualterius de Caſtilione libr. decim. ſcribit: *Immemor iræ ſui eſt: & quò rapit impetus, illuc Ebria diſcurrit, & ſe ſociosque flagellat,* & Matth. in poſtrema parte ſecunda, capit. tert. dicit: *Ira mouet lites, lis præda, præda mortem.* Et ideo Caſſiodorus in libr. de amicitia, inquit: *Ira procul abſit, cum quam bili conſiderate, nihilque rebi fieri poteſt,* & Paulus, ad Epheſ 4. hortatur dicens: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, & nolite locum dare diabolo.* Ait enim Salomon Prouerbior. 29 *Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata proclivior.* Iſidor quoque ſoliloquiorum libr. ſecund capit. vigeſimoprim. inquit: *Refrena iracundiæ impetus.* Vt enim ſcribit beatus Gregorius in paſtorali: *Mentis furore ebriæ, omne rectum, quod dicitur peruertum videtur. Ira enim gignit inſaniam,* vt teſtatur Seneca ad Lucillum. Et ideo dicit Eccleſiaſtic. ſeptim. cap. Sapiens Salomon: *Ne ſis velox ad iram, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit,* & Iob quint. eius capit. *Virum ſtultum interficit iracundia.* Ideo dicit Dauid. Pſalm. quart. *Iraſcimini,* ſcilicet, contra peccata, *& nolite peccare,* & Ouidius in epiſtolis, epiſtola quinta, inquit: *Vincite animos, iramque tuam, quæ cætera vincit,* & in primo de remedio amoris ait: *Dum furor in curſu eſt, venienti cede furori.* Licet autem difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare, vt dicitur in l. fin. adulterium, cum ſequenti. §. imperatores. ff. ad Iuliam de adulterijs, &

Digitized by Google

in l. quicquid. ff. de re. iu. ac in l.3. ff. de diuor. dicitur: *Quicquid calore iracundiæ fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit indicium animi fuisse.* Ex quibus apparet, quòd cum primi motus non sint in potestate hominis, aliqualiter excusatur, qui ex subito motu irascitur, dummodo statim ad se reuersus, desinat ab ira, & relinquat furorem. Vt exhortatur Dauid Psalm. 36. Iamen totis viribus debemus nobis præcauere ab ira. Ait enim Cæcilius Firmanus li.4. de beata vita: *Tria sunt quæ homines in omnia facinora præcipites agũt, Ira, cupiditas, et libido.* Gualfredus quoq; in poetria, c.17. inquit de ira: *Ira genus flammæ, mia erq; furoris, ab ipso Felle trahens ortum, cor, & interiora venenat.*

DE INVIDIA.

Inuidia quid sit.

SEXTVM capitale peccatum est inuidia. Quam diffinit Damascenus li.2. di. quod est *tristitia de alienis bonis, & lætitia de malis.* Et eandem diffinitionem in substantia, ponit Augustinus 4 cap. super Genesim. Notandum vero est secundum Alexand. de Ales in secunda parte summæ in tractatu de inuidia, artic.1. Et beatum Thomam 22.q.59. artic.2. Et Duran. noster in summa sua, lib.1. parte 3. di. 1. Quod tristitia de alienis bonis, tribus modis potest contingere, primo modo, quando quis dolet de bonis alterius, inquantum ex eis timet sibi, vel alijs alicuius nocumenti periculum. Talis enim dolor propriè non est inuidiæ, & potest esse sine peccato, cum moderatus est, nec ex hoc facit aliquod inconueniens, vnde Gregor. 22. mora. ait: *Euenire plerumque solet, vt rem amissa charitate, & nos inimici ruina lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiæ culpa contristet. Cum etiam ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo, plerosque intus è opprimi formidamus.* Hæc ille. Sic ex submersione Pharaonis, cum exercitu suo in mari rubro, populus Israel multum gauisus est, & pulsans tympanum, cum Maria decãtauit canticum, dicens: *Cantemus Domino, &c.* Eo quod mortuus esset inimicus, qui volebat eos in seruitutem reducere. Exod.15. E contra vero Matathias cum suis contristatus est valde, audiens de prosperitate regis Antiochi, qui quærebat populum Israel transferre ad ritus gentilium, Deo vero derelicto, 1. Macha.2. Secundo potest quis contristari de bono alterius, non ex eo quod ille habeat illud bonum, sed quia sibi deest. Et iste dolor propriè dicitur Zelus, secundum Philosophum. 2. Rhet. nec est peccatum, si circa honesta versatur. Vnde Apostolus primæ ad Corinth. 14. ait. *Æmulamini spiritualia*, & Hier. ad Athletam de institutione filiæ, dicit? *Habeat socias cum quibus addiscat, quibus insideat, quarum laudibus mordeatur.* Et ideo secundum legistas, inuidus accipitur in malam partem; Inuidiosus autem, id est, æmulator in bonam, nostro. glo. in l. vnica, circa prin. C. de cadu. tol. vbi ait: *Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro*, & etiam in l. cæterum ff. de vsu. & habi. Tertio quis contristatur de bono alterius, inquantum alter excedit ipsum in bonis, & hoc propriè est inuidia, & magnum peccatum, secundum Philosophum in 1. Rhet. quia dolet, de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi. Vnde prim. ad Corinth. 13. dicit Apostolus: *Charitas non æmulatur, sed congaudet veritati.* Et isti inuidi propriè perfidi sunt, & maligni. De quibus Augustin. super 139. Psalm. ait: *Qui falsi sunt iusti, necesse est, vt inuideant veris iustis.* Signum ergo est quòd quis non habet in se illud, de quo alteri habet inuidiam. Ait enim Tullius in Philippicis libr.9. *Nemo qui suæ virtuti confidit, alteri inuidet.* Et in libr. de essentia mundi: *Probus nemini inuidet.* Quando ergo alicui habetur inuidia, signum est, quòd in se habet aliquas virtutes. Ait enim Ouid. libr 1. de remedio amoris: *Summa petit liuor, perflant altissima venti: Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.* Quanto autem quis vilior videtur, tanto minus ei inuidetur. Et è contra. ff. de offic. procon. & le. l. nec quicquam, & ibi glo. *Inuidiam placare paras, virtute relicta.* O maledicta inuidia, tu es pessimum venenum, de quo Gualfredus in poetria. cap.18. inquit: *Pessima res liuor, cuius letbale venenum.* De hac etiam inuidia dicit Iacobus Beneuentanus. 6. cap. *Vt durum ferrum mordax consumit ærugo. Sic hominis lacerat intima liuor*

Digitized by Google

ſtuor edax. hoc autem eſt commune vitium inter eos, qui contendunt de pari, ſecundùm Tho.22.q.36.art.1. in Salomone argumentorum. ideò dicitur in communi prouerbio, quòd inter pares regnat inuidia, quod noſtro.per gloſſ.*in* l.ſi.cum exceptione.*ſ.*eum qui.ff.quod met.cau. O maledicte inuide, audi quid de te Horatius inquit,in Epiſtola ad Lollium: *Inuidus alterius macreſcit rebus opimis: Inuidia Siculi non inuenere Tyranni Maius tormentum.* O diabolica inuidia, tu es illa per quam mors intrauit in mundum. Sapientiæ 2.capit. *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum*, dicit Salomon. De hoc etiam iniquiſſimo vitio ait Aug.in libro primo de doctrina Chriſtiana: *Inuidia vitium diabolicum eſt. Non enim diabolo dicitur, vt damnetur furtum feciſti, adulterium commiſiſti, villam alienam rapuiſti, ſed homini ſtanti inuidiſti.*

O Nefandiſſimum ſcelus, tu es toxicum charitatis, oſtium iniquitatis, & putredo omnis ſanitatis. Primo enim inuidia eſt toxicum charitatis. Niſi enim ipſa eſſet, quilibet gauderet de bono alterius, & de malo eius doleret, quia hoc eſt proprium charitatis. Vnde Aug.ſuper Ioannem; *Tolle*, inquit, *inuidiam*, & *meum eſt quod habes.* Sunt enim inuidi, ſimiles noctuis quæ non poſſunt ſine magno dolore lumen Solis inſpicere. Et ideò de nocte ſolùm volant. Et ſimiliter inuidi proſperitatem virtuoſorum non poſſunt audire, nec videre, ſicut figuratum eſt Geneſ.37.in Ioſeph, quem ſui fratres ex inuidia videre non poterant. *Oderant enim eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui.* Vnde Chryſoſt.ait: *Patitur Ioſeph ſanctus innocentis vitæ inuidiam, & æmulos in ſe fratres ſanctæ excitat vitæ.* Quia mali bonum videre non poſſunt. Deniq; venientem ad ſe lacerant, ſeruiunt, necare feſtinant, nolùt meliorem viuere, ne degeneres ipſi poſſent impropria luſtinere. De tali inuido, qui bona proximi videre non poteſt, exponi ſpiritualiter poteſt illud 1.Reg.3. *Caligauerunt oculi eius, & lucernam Domini videre non poterat*, &c. De hoc vitio loquens Senec. in lib. de morib. ait: *Et ſi nullos inimicos tibi fecit iniuria, multos tamen facit inuidia.* Secundò inuidia eſt oſtium iniquitatis. *Per ipſam enim* (vt ſuprà dictũ eſt) *intrauit mors in mundum.* ſcilicet non tantùm corporalis, ſed etiam ſpiritualis. ſ. peccati. Et ideò dicitur cognata & affinis omnium principalium iniquitatum. Eſt enim filia ſuperbiæ, à qua contrahit pertinaciam contra maiores. Soror vanæ gloriæ, à qua contrahit diſcordiam contra æquales. Nepos iracundiæ, à qua trahit iniuſtitiam contra meliores. Nurus auaritiæ, à qua trahit fraudulentiam contra ſimpliciores. Per hanc occiſus eſt Abel à Cain: Iacob tribulatus ab Eſau: Ioſeph venditus à fratribus: Dauid à Saul perſecutus, & Chriſtus à Iudæis occiſus. Hanc enim beſtiam euadere nullus poteſt, niſi ſolus miſer & infelix. Vnde Iſidor.in libro de ſummo bono ait: *Celebre prouerbium ab antiquo, Quòd ſola miſeria vexit inuidiam: ſine caret inuidia.* Miſerrima namq; fortuna miſeri hæc hominis eſt, quòd ei non inuidetur. Fertur enim Platonem, cùm ei aliqui inuiderent, interrogaſſe Socratem, qua ratione poſſet hominũ inuidias declinare? Cui reſpondit Socrates. Eſto vt Circites, qui fuit abundans infortunijs, & carens omnib.bonis. Tertio inuidia eſt putredo omnis ſanitatis. Vnde Prou.14.dicitur: *Putredo oſſium inuidia.* Hoc enim vitium peſſimũ & iniuſtiſſimum eſt in eo, quod eſt reciprocũ in ſuum auctorem. Vnde metricè dicitur: *Inuidus inuidia comburitur intus, & extra.* Et Hugo de S Victore ait. *Inuidia protinus ipſum auctorem punit, cruciatque ſuum.* Quia ſicut rubigo ferrum, ſic inuidia cor, in quo naſcitur, corrumpit. Et ideò Deus maximam iniuriam faceret inuido, ſi poneret eũ in cœlo, quia ibi eſt ſumma felicitas in proximo, & per conſequens ſummum nocumentũ foret inuido. Et ideò congruè erit in Inferno, vbi nihil videbit, cui inuidere poſſit. Ad prædicta etiam adduci poteſt illud quod legitur in quadam hiſtoria. ſ. quod in curia cuiuſdam regis, erat vnus inuidus, qui non poterat audire, vel videre bonum alterius curialis. Quapropter rex eum ad ſe vocauit, & dixit: *Pete à me, quam gratiam magis appetis, & eam tibi faciam. Sed ſcito quod qui quid petierit, & tibi conceſſum fuerit, duplum dabo tali curiali ſocio tuo.* Tunc inuidus ille cœpit cruciari in ani-

Inuidia eſt affinis, omnũ principalium iniquitatum.

Inuidi cui oſſa imputantur

in animo, cogitans, quòd si peteret mille aureos, vel vnum castrum, siue aliud bonum, alter duplum haberet. Tandem verò inuidiam sequens, petijt dicens: *Obsecro vt mihi erui faciatis vnum oculum.* Et sic voluit priuari vno oculo, vt ambobus oculis priuaret socium suum. Huic autem multi sunt similes, qui potius eligunt sibi duplum malum. s. animæ & corporis, quam velint facere proximum paruum commodum, quod ex inuidia procedit.

DE ACCIDIA.

Accidia quid sit.

SEptimum, & vltimum capitale vitium secundùm prædictos doctores est Accidia. Quam Ricar. de S. Victore diffinit, dicens: Quod est, *torpor mentis bona negligentius inchoare, & perficere.* Damascenus verò inquit: *Quod accidia est tristitia aggrauans animum hominis, vt nihil boni ei agere libeat.* Et secundum genus suum est mortale peccatum, si sit ex consensu rationis: in his quæ propter Deum quis facere tenetur, puta quando quis habet in odium diuina præcepta, & bona spiritualia, siue opera virtuosa, ad quæ tenetur ex Dei præcepto, vel Ecclesiæ, vel alterius sui superioris, & quando ex accidia dimittit ea facere. Item quando nollet, quòd virtutes essent. Nam hoc est mortale peccatum, si affuerit consensus rationis. Si autem hoc non procedit à deliberata intentione, sed ex repentino motu, est veniale peccatum. Et hoc secundùm Th. 2. 2. q. 35. ar. 1. & Durandum nostrum in summa sua, & etiam Astesanum li. 2. ti. 63. & Alex. de Ales in 2. parte summæ, in tractatu de Accidia art. 2. Idcò de accidiosis dicit Dauid Psal. 106. *Omnem escam. s.* operis spiritualis, *abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.* hoc peccatum committunt illi, qui tædiantur de vita præsenti, ita quòd nollent esse creati, nec in mundo nati, & hoc ex deliberata ratione, vel desiderant esse sicut animalia irrationabilia, vel vellent mori qualitercunque, siue benè siue malè, per quod exirent de hac vita. Quodlibet enim horũ est mortale, secundùm prædictos doctores. Si quis autem haberet tædium vitæ præsentis propter desiderium cœlestis patriæ, hoc non est peccatum. Hoc enim tædium habebat Iob di. 10. c. sui libri: *Tedet animam meam vitæ meæ*, & Paulus dicens ad Phil. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Et Psalmista lamentabatur di *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Similiter quis peccat per accidiam, si ita contristatur de aliquo casu aduerso vel tribulatione spirituali, corporali, aut temporali, quod non vult recipere consolationem, ita quòd propter hanc tristitiam, aliquam infirmitatem incurrit, vel se verisimiliter in periculo infirmitatis ponit. dum studiosè perdit somnum, dimittit cibum, vel huiusmodi. Nam si se potest iuuare, & non vult, peccat mortaliter. Hac autem tristitia timuit Iacob patriarcha detineri, quando audita morte Ioseph filij sui, licet non vera, inconsolabiliter dolebat, nec poterant filij eius dolorem suum delinire, vnde dicebat: *Descendam in infernum, lugens filium meum.* Gen. 37. c. quasi diceret: Tantam tristitiam sentio de hoc, quòd timeo, ne ducar me in mortem, vel in locum damnatorum. In hoc etiam peccato continetur inordinata tristitia de morte charorum, quæ prohibetur. 13. q. 2. c. Quam præposterum. In hoc etiam peccato virtuosi sunt, qui bona, quæ de facili possunt operari, ex negligentia dimittunt, vel in bene faciendo tædiantur. Hoc peccatum incurrit, multum Hebræorum in deserto. De quibus dicitur Num. 21. *Cœpit populum taedere labore itineris* hoc peccatum accidiæ incurrit ille, qui deditus est somno ac negligentiæ, & pigritiæ cui dicit Dominus Apoc. 3. *Esto vigilans.* i. in bonis operibus: *Si enim non vigilaueris, veniam ad te, sicut fur in mane.*

Accidia quando peccatum mortale.

DEbent igitur omnes fugere otiositatem & accidiam. Nam secundùm philosophum in problematibus, eo anno quo aer quietus est, & nullus ventus mouetur, multi homines moriuntur. Cuius ratio est, secundùm Constantinum, quia ventus habet aerem deputare & renouare, quo non renouato corrumpitur, & per consequens etiam homines inficiuntur, & moriuntur. Sic etiam.

Digitized by Google

etiam, secundùm Galenũ in antidotario veteri, corpora humana, quæ inquietæ sunt sedula, subito morbos contrahunt & languores, quia secundùm Auicennam, *in corpore quieto morbosum humidum nullatenus deficcari.* Vnde dicit 1. sen. 3. di. 1. c. 4. *Pigritia virtutes laxat animales, & complexionem ad phlegmatis proprietatem inclinat.* Et sic spiritualiter homines accidiosi & ociosi multas spirituales corruptiones & languores per influxũ malarum cogitationum, & phantalmatum patiuntur. quæ alias per exercitium virtuosæ operationis consumuntur. Nam in auten. de mona. §. si quis igitur coll. 1. *Humana natura quodam modo declinatur ad deteriora, cùm proclivius sit hominum cursus, & natura imitatrix vitiorum.* Hoc autem fit maximè per otiositatem. Vt enim dicitur in c. nunquam de consec. di. 5. *In desiderijs est omnis ociosus.* Multum autem displicet hoc vitium Deo, summè placet diabolo, & homini in natura nocet. Primò enim multum displicet Deo. Nam sicut accidiosus miles multum à rege vituperatur, sic miles Christi, qui piger & tepidus est in bello virtutum, ei non placet, vnde Ber. in libello de vitijs & virtutibus ait: *Accidia est fex, & sentina vitiorum, & hominem Deo facit ingratum.* Qua ex re Dominus dixit per angelum Ioanni, de quodam Episcopo Laodiceæ Ecclesiæ, qui accidiosus erat, Apoc. 3. *Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es,* id est accidiosus, *incipiam te euomere ex ore meo,* id est ejcere à me. Nam calidus est, qui fertuet in seruitio Dei. Frigidus qui omninò desistit à bono. Tepidus verò, qui se medio modo habet. Et dicit glo. interlinearis, quòd maior est spes de frigidis, quàm de tepidis, quia tepidi semper quandam fiduciam habent, de hoc, quod aliquid boni agunt. Et ideò se non corrigunt, propter quod Deus eos ejcit à se, quia impœnitentes sæpè moriuntur. Frigidi verò, quando cognoscunt se peccatores, ardenter dolent, sicut Maria Magdalena, Petrus, Paulus, Maria Aegyptiaca, & quam plures alij. De talibus autem gaudent Angeli, dicente Domino, Lucæ 15. *Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis.* s. tepidis, *qui non indigent pœnitentia.* Vnde Dominus peccatorem pœnitentem præponit nonaginta nouem iustis accidiosis. Secundo dico, quod accidiosus multum placet diabolo. Sicut enim sus plus delectatur in luto, quàm in fonte sereno, sic diabolus quiescere delectatur in accidioso. vnde de tali Iob 40. dicitur: *Dormit in secreto thalami sui.* id est in corde accidioso quiescit porcus infernalis. & Matt. 12. ait dominus: *Quòd cùm immundus spiritus inuenerit domum vacantem,* id est hominem ociosum per accidiam, *assumit alios septem spiritus nequiores se,* id est vniuersa vitia, *& ingressus habitat ibi.* In figura etiam dicitur Iudicum 18. *Quòd filij Dan non habentes possessionem ad inhabitandum, miserunt de stirpe sua, & familia, quinque viros fortissimos, vt explorarent terram. Qui per gentes venerunt Latis, viderunt que populum ibi habitantem absque vllo timore, iuxta Sidonio rum consuetudinem, securum & quietum, & reuersi sunt ad fratres suos, dicentes: Vidimus terram valdè opulentam & vberem: nolite negligere, nolite cessare; eamus & possideamus eam, nullus erit labor. Profecti ergò de cognatione multi accincti armis bellicis, obtinuerunt locum.* Per filios autem Dan denotantur dæmones, non habentes quietam possessionem. Et ideò quærunt hominem inhabitare. Vnde principes dæmoniorum mittunt inferiores suos ad explorandum, an aliquem inueniant ociosum & accidiosum, non exercitatum in virtutibus. Quo inuento, veniunt & alij, cum armis omnium vitiorum, & ingredientes habitant ibi Ociositas enim & voluptas arma sunt hostis antiqui. c. nisi cùm pridem §. verum de renun. Tertio dico, quòd accidia nocet homini, & eius naturam consumit. Nam sicut ferrum, quod non exercitatur, rubigine consumitur, & aqua quæ nõ currit, sed quiescit, corrumpitur; & vestis quæ non portatur, a tinea demolitur; sic homo accidia corrumpitur, & destruitur, vnde Prouerb. 25. dicitur: *Sicut tinea vestimento, & sicut vermis ligno sic tristitia.* s. *accidiæ nocet cordi.* Tinea enim tollit robur, & pulchritudinem vestimento, & vermis medullam & virgo è ligno. & similiter accidia tollit robur & decorẽ deuotionis, & inducit omnia mala. Vt enim ait Ber. in quodam sermone, *Ociositas & accidia, est receptaculum omnium tentationum, & sordium.* Et ideò horta-

Vide quid si filij Dan figurabant, dum non habentes possessionem, miserunt quinq; fortissimos viros, vt terram explorarent. Iudi. 18.

hortatur moralis Cato. di. *Segniciem fugito, quæ vitæ ignauia fertur: Nam cùm animus languet, tantumdit inertia corpus.* Contra ociosos & acidiosos etiam dicit Paul. 2. ad Thessa. 3. *Si quis non vult operari, non manducet.* ff de noxa. l. si ex duob. §. fi & de damno. infec. l. quamuis. Non poterit ergò accidiosus manducare panem Angelorum. Item reprobabitur & ejicietur de consortio beatorũ. Nam si miles, amittens arma in bello, capite punitur. l. desertorem. §. miles. ff de re mili. multo maiori pœna dignus est, qui arma spiritualia virtutum multò meliora perdit per accidiam, in ò voluntariè à se abijcit, & tradit se hostibus infernalib. qui ligantes manus eius & pedes, proijcient eum in tenebras exteriores, Matth. 22. Contra otiosos etiam est lex ciuilis, quæ in l. fi. C. de annali except. ait: *Contra desides homines, & sui iuris contemptores, odi se exceptiones posita sunt.* Contra ipsos etiam Aug. inquit: *Indecens esse Christiano, si radius solis inueniat eum in lecto.* Nam diceret sol, si loqui posset: *Amplius laborauit quàm tu, & tamen cùm surrexerim, tu adhuc dormis, &c. Hæ sunt septem gentes, populi mi; multo maioris numeri, quàm tu es.* Deuter. 7. Quas si de anima tua deleueris, æternæ gloriæ palmam consequeris. Amen.

SABBATHO, DE CATHENIS.

SERMO SEPTIMVS.

SI *abstuleris de medio tui catenam, orietur in tenebris lux tua, & requiem dabit tibi Dominus Deus semper.* Esa. 58. & in epistola occurrentis diei. In veritate dæmones esse, non solùm sacræ scripturæ auctoritate, sed etiam paganorum sententijs comprobamus. Ait enim Plato in Thimæo: *Inuisibilium potestatum, quæ dæmones nuncupantur, præstare rationem, maius est opus, quàm ferre valeat hominis ingenium*: & Apuleius, de quo meminit Aug. in 10. de ciuitate Dei, ponit dæmones esse in libro, quem super hoc edidit, quem vocauit de Deo Socratis. Et teste Xenophonte, in lib. de morte Socratis in oratione, quam ab Athenien sib. condemnatus fecit, ipse Socrates sic inter cætera dixit: *Enimverò mihi iam bis defensionem parauit dæmonium aduersatur.* Arist. quoq; in prologo libri de somno & vigilia, quærit, an somniũ procedat ab aliqua causa naturali, vel ab operatione dæmonũ. Hermes Trismegistus, secundùm Aug. de ciuitate Dei libro 10. dæmones esse fatetur. Et similiter Asclepius in quodam sermone. De quib. Lactant. in 2. diui. instit. aduersùs gentiles. c. 16. inquit: *Vterque dæmones esse affirmat, inimicos & vexatores hominum.* Idem quoq; Lactant. capit. 15. ait: *Poetæ & sciunt esse dæmones, & loquuntur.* Ptolomæus in quarta quadripartiti, malignos spiritus dæmones appellat. Tales Milesius mũdum dixit dæmonibus plenum. Sed iam ad auctoritates sacræ scripturæ veniamus. Dicit B. Ioannes Apoc. 17. *Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum orbem, proiectus est de cælo in terram, & Angeli eius cum eo.* Et 1. Petri 5. capit. dicit Apost. *Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret,* & Apoc. 20. dicit aquila volans, *Vidi Angelum*, id est diabolum, qui est angelus per natura: *descendentem de cælo*, id est per superbiam cadentẽ, *habentem clauem abyssi*, id est inferni, *& catenã magnam in manu sua*, id est diuersa ligamenta ad ligandas animas, ne pœniteant, cum qua catena vult eas demergere in profundum inferni. Ideò hortatur quemlibet vestrum Esaias Propheta, in verbis propositis di. *Si abstuleris &c* Hæc autem catena septem habet nodos. De quibus in hoc sermone disseremus. Primus dicitur infidelitatis. Secundus horribilitatis. Tertius exemplaritatis. Quartus iucunditatis. Quintus præsumptuositatis. Sextus longanimitatis. Septimus, & vltimus appellatur, desperabilitatis.

DE INFIDELITATE, QVAE EST prima catena qua diabolus peccatores illaqueat.

Vnde eueniat, quòd hominum quidam bene, quidam melius, quidã optimè, & quidam malè, quidam peius & quidam pessime operentur, lege hic, & diuersorum opiniones vide.

PRima ergo catena magna, & terribilis est infidelitas. Mirari enim soleo tantam hominum diuersitatem tam diuersimodè operantium. Nam quidam benè, quidam melius, quidam verò optimè operantur. Quidam malè, quidam peius: quidam vero pessimè. Sed finaliter inuenio quòd ista diuersitas non causatur, nisi ex defectu fidei, & eius diuersitate. Quamuis enim omnes dicant se credere, non tamen omnes illa quæ credunt, considerant, & inuestigant ac practicant, ex cuius considerationis defectu oritur peccatorum occasio, & pœnitentiæ obliuio, ac bonorum operum defectio. Pro huius autem veritatis declaratione est sciendum, quod legitur de quodam Imperatore sapientissimo, quod cum quadã vice relictis tumultibus, in villam causa recreationis secessisset, dum esset in prandio, ductus fuit quidam miser ante illum qui furatus fuerat magnam frumenti quantitatẽ cuidam pio viro, qui illud erogabat in pauperes. Vnde homines terræ illius stantes, p spoliato, tanquam pro communi pauperum patre instabant, vt omnia restituerentur ei, & fur sceleris sui pœnam subiret. Imperator autem suspirans, & admiratus, cum paulum siluisset, dixit senatui suo, qui aderat, sicut adesse debet cuilibet bono Imperatori l. humanum. C. de legi. Attendite ô sapientes quanta inter vnius speciei, & imaginis hominis sit diuersitas. Ille namque sua distribuit: hic vero non solum hoc non facit, sed aliena rapit. Ille misericors est, ille crudelis. Videtis quoldam à propriis vxoribus abstinere, alios vero, & alienas rapere, quosdam totaliter, voluptatibus immersos, alios autem cunctis delicijs spretis, suas voluptates penitus refrenare. Cum ergo iussisset, vt de illo casu fieret, p iustitia requirebat: congregatis omnibus sapientibus suis iussit, vt diligentissimè inquirerent, vnde tanta hominum varietas procedebat. Noueratenim, quod vt ait Philosophus 1. Meta.. *Illi sapientiores sunt, qui factorum causas sciunt.* Aduocauitque quendam doctissimum Theologum, nomine Lucidum, cui imposuit, vt auditis omnibus, quid esset tenendum, determinaret. Hæc autem disputatio coram Imperatore fuit curiosa, subtilis & vtilis. In qua tria facta fuerunt, scilicet singularis opinatio, particularis confutatio, & communis determinatio. Circa primum, ad iussum Imperatoris surrexit primò quidam sacræ scripturæ doctor nomine, Salomon qui ait: Sæpenumero consideraui tantæ diuersitatis causam, & in hac semper opinione fui, quod secundum Apostolum primæ ad Thim. 6. radix & causa omnium malorum sit cupiditas in c. radix. de pœniten. dist. 2. Et consequenter, quod absentia eius sit causa omnium bonorum. Dicitur autem radix omnium malorum, quia sicut à radice trahitur nutrimentum, & fomentum, ita ab ipsa cupiditate omnia peccata consurgunt. & nutriuntur, siue auaritiæ, siue luxuriæ, siue superbiæ, & generaliter omnium aliorum. Quam nisi quisque à se truncauerit, nunquam Deo placere poterit, dicit Gregorius in capit. bonorum. 47 di. Secundo surrexit quidam Canonista dicens: Mihi placuit semper determinatio concilij Toletani, scilicet quod ignorantia est mater cunctorum errorum, cap. 1. 38. di. In qua sententia confirmauit me Philosophus 3. Ethic. quod omnis ignorans est malus. Tertio surrexit quidam Legista, qui dixit: Conuersatio videtur mihi causa bonorum, & malorum. Ait enim propheta Psalmo. 17. *Si cum bono, bonus eris: si cum malo, peruerteris*, & Prou. 13. ait Salomon, *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit*, In authent. de mona. §. cogitandum col. prima, quod iuuenes boni erunt, & graues si cum senioribus conuersentur: vbi glossa ait, quod mores formantur ex conuictu. in l. fideles la 2. §. quid ergo. ff. de ædil. edic. Et hoc etiam probatur per capitulum, sæpe. 28. quæstio prima, & capitulũ, non est culpandus. 32. quæstione prima. Vbi apparet, quod ex conuersatione, & boni fiunt mali, & mali fiunt boni. In iure etiam nostro ipsa societas, & cõuersatio

Digitized by Google

tio magnam præsumptionem inducit l. quoniam liberi. C. de test. & 2. q. 7. c. peruenit. & 18. q. 2. c. diffinimus. & 18. dist. c. clericus. Et ideo consulitur omnibus, vt caueant malas conuersationes. 24 q. 3. cap. resecanda. Conuersatio enim cum malis facit Salomonem idololatram. 32 q. 4. c. Salomon. Quarto locutus est quidam Philosophus naturalis dicens: Talis vnusquisque efficitur, qualis est magister suus. A principio enim possût pueri tenelli flecti, sicut virgultæ. Dicitur enim communiter: quod bona testa capit, inueterata sapit, & Horatius ait. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, Testa diu,* & Prou. 22. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea* inquit Salomon. Si igitur pueri assecuti fuerint bonum doctorem, illum imitabuntur, sicut discipuli Platonis Platonici facti sunt tenentes eius sectam: & discipuli Epicuri, Epicurei: & sic de alijs. Cornelius etiam Centurio quamdiu infidelis fuit, infideles fuerunt & sui. Postquam autem credidit, & domus eius legitur credidisse Actu. 10. Et de hoc sunt alia exempla quamplurima. Quinto vnus medicus inquit: Mihi videtur, quod diuersa complexio sit causa huius diuersitatis. In corpore enim humano sunt quatuor humores scilicet sanguineus, colericus, phlegmaticus, & melãcholicus. Et semper vnus prædominatur à quo fit denominatio. Sed anima coniuncta corpori, imitatur passiones corporis, vt dicitur in libro sex principiorum. Et inde est, quod sanguinei, sunt benigni: cholerici, iracundi, melãcholici, inuidi: & phlegmatici, pigri. Et sic ex diuersitate humorum, sequitur non solum diuersitas in effigie, sed etiam in moribus. Vnde metrice dicitur de sanguineo: *Largus, amans, hilaris, ridens, rubeiqi coloris, Cantans, carnosus, satis audax, atque benignus.* De colerico autem cantur: *Versutus, fallax, irascens, prodigus, audax, Astuosus, gracilis, siccus, croceique coloris.* De phlegmatico autem dicitur: *Hic somnolentus piger, in spumamine mulsus: Est huic sensus hebes, pinguis facies, color albus.* De Melancholico autem scriptum est. *Inuidus, & tristis cupidus dextræque tenacis, Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.* Possumus etiam ad confirmationem huius opinionis adducere illud quod dicunt Iuristæ, scilicet quod ex diuersitate corporum sequitur diuersitas animorum. capit. qui diuersitatem de concess præben.

SExto locutus est quidam astrologus dicens: Secundum opinionem meam, hæc diuersitas causatur ex diuersa astrorum influentia, quæ influit in inferiora corpora, & disponit ea ad diuersas qualitates, primo Metcorum. Quædam enim stellæ calorem causant, & quædam frigus, quædam humectationem; quædam vero dissicationem, & sic de singulis. Vnde dicit Ptolomæus Aegyptius in centiloquio, quod ex influentia stellarum, & constellationibus diuersis, causantur diuersi effectus in his inferioribus. Quia igitur homines sub diuersis constellationibus concipiuntur, & nascuntur sub diuersis signis, & planetis, & consequẽter diuersas recipiunt influentias; ideo secundum eas diuersimode operantur, & ad diuersas actiones, & passiones afficiuntur. Nam qui sub Mercurio nascuntur, amant scientiam: Qui vero sub Marte, militiam: Qui autem sub Venere, luxuriam: Et qui sub Aquario, piscationem: Qui verò sub Luna, sunt leues, & inconstantes. Vnde Eccles. 27. dicitur: *Stultus sicut Luna mutatur.* Septimo quidam Philosophus moralis dixit: Voluptas est omnium malorum causa: quia secundum omnium philosophantium sententiam, omnibus virtutibus est nouerca, & inimica, & quorumcunque etiam iustorum animos ad vitia trahit, si ab ea studiosè non se contineant. Vnde Hieronymus ad matrem & filiam in Gallijs commorantes scribit dicens: *Inter illecebras voluptatum etiam ferreas mentes libido domat.* Narrant gentilium fabulæ cantibus Sirenum nautas in saxa præcipites, atque ad Orphei citharam arbores, bestiasque ad silicum dura mollitas. Et Tullius in libr. de Senect. ait: *Impedit voluptas consilium, rationi inimica est, mentis, vt ita dicam, perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium.* Vnde Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur, vt pisces. Octauo Cappellanus Imperatoris dixit: In hac semper opinione

fui,

Digitized by Google

fui, quod diabolica tentatio causat hanc diuersitatem. Nam Beda dicit, quod diabolus animam in affectum mali trahit, & Isidorus in 3. de summo bono inquit: *Diabolus corda hominum occultis cupiditatibus replet.* Et Apocalypsis 12. dicitur: *Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas qui seducit vniuersum orbem. &c.* Nono quidam orator ait: Oratores nostri tradiderunt, fortuna totum orbem regi. & Iæpe hominem contra intentum suum ad diuersa mutari, quod etiam Iuristæ confitentur. in l. si is cui §. quo ad seruus. ff. de acquirend. rerum do. Fortuna aliud dedit quam cui operam dabat, & in auten. de nupt. §. Quia vero hactenus. col. 4. scriptum est: *Fortunæ superuenientes contrarios euentus sepius operantur, &c.* Dicit quoque philosophus in principio libri de bona fortuna: *Sine exterioribus bonis quorum domina est fortuna, non contingit esse felicem.* Decimo quidam poëta inquit: *opinio diuersa, est causa diuersarum operationum.* Dicit quoque Terentius noster: *Quot capita, tot sententiæ*, in capitul. Sicut in sacris de consecratio. dist. 4. Quapropter Persius noster canit: Mille hominum species, & rerum discolor vsus: Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. Vndecimo quidam historiographus ait: Reor quid opinio mea, non videbitur vobis longe à veritate deuiare. Arbitror enim, quod prædicta diuersitas à diuersis consuetudinibus procedat. Nam philosophus. 1. Rhetoric. capit. 20. inquit: *Similis est consuetudo naturæ.* Et ibidem, *quæ consuetum est, facile fit.* Et eiusdem libri capitul. 21. ait: *Omnes consueta seruant.* Et Isidorus. libro 2. soliloquiorum capitul. 61. dicit: *Vsus difficile vincitur, Consuetudinis vincula vix soluuntur: Assiduitas mores facit: Iugis vsus in naturam se vertit. Omnia vsui cedunt: Omniaque vsui parent.* Et prædicta probantur exemplo illius philosophi, qui volens inducere populum ad faciendam consuetudinem in virtutibus, & non in vitijs, accepit duos canes gemellos, & vnum aliu fecit in coquina ad crapulandum, & euacuandum lepetes lambendo, & comedendo. Alterum vero tenuit ligatum catena, & nunquam dissoluebat, nisi quando eum quotidie ad venandum ducebat, & post lepores emittebat. Transacto autem anno conuocauit populum: habens illos duos canes fune ligatos, & in manu tenens funem. Ab vna autem parte habebat lebetem plenum pane cocto siue alio cibo: ab altera autem parte leporem. Dimissis igitur prædictis canibus statim ille, qui assuetus erat in coquina, cucurrit ad lebetem: alter vero post leporem. Ecce ergo quod consuetudo ad bonum, & malum inducit, ad quod facta est inquit ille philosophus. Dicit quoque Matthæus poëta in sua poetria: *Consuetudo sapit naturam: testa saporis, Quem nona concepit, immemor esse nequit.* Duodecimo, quidam mercator inquit; Ego puto, quod hæc diuersitas, à diuersitate progenitorum prouenirat, & quod quales sunt parentes, tales sint filij, in ipsa enim generatione filij à parentibus similitudinem accipiunt, & communiter imitantur eorum malitiam, & virtutem, & ego qui multa vidi possem ad hoc plurima exempla demonstrare. Vnde canit Pamphilus poëta sui libri capitul. 19. *Sepe solet similis filius esse patri:* in l. quisquis. C ad legem Iulia. ma. & in auten. de rese. §. primo. col. 2. & in c. transmisisse extra qui fi. sint legi. & in capit. Michael. de filijs presbyt. His responsionibus auditis, cum omnes tacuissent, Imperator admiratus, pariterque delectatus de tam diuersis sententijs, cupiebat summopere determinationem audire, iussitque vt magister Lucidus, Theologiæ doctor excellentissimus, diceret secure sententiam suã, & absque alicuius indignatione proferret, quid secundum Theologicam veritatem sit tenendum. Et hoc de primo. Circa secundum, quod dicitur particularis confutatio, dixit Theologus: Profundè, sublimiter, & eleganter locuti sunt isti sapientes patres, ita vt mihi durum, & verendum sit, eorum sententias infirmare. Veruntamen quia obedientia excusat, vbi temeritas accusat, & parcendum est ei, qui obtemperauit suo superiori. l. liberorum. §. final. ff. de his qui no. infa. Et hic agitur de veritate quam maximè colit Imperator. C. de indic. liber. toll. l. vnica & quæ semper debet habere locum. l. fin. ff. de proba. & cui non præiudicat res iudicata. 35. quæst. prima cap. gra-

Digitized by Google

ne, & de ſent. & re iud. c. lator, & notatur per Archi. in capitul. cum plures circa finem de officio delegat. libro ſexto. Ideo pro defenſione, & clariori lucidatione ipſius veritatis, confutabo prius ſententias omnium prædictorum. Primo ergo, non videtur tenenda ſententia doctoris ſacræ ſcripturæ Salomonis, dicentis, hanc diuerſitatem operationum procedere ex cupiditate: Quia quidam ſunt, qui non cupiditate aliqua peccant, ſed prodigalitate, aut malignitate, vt experientia docet. Secunda quoque opinio Canoniſtæ dicentis, quod hæc diuerſitas procedit ex ignoranti, ſimiliter non videtur vera, quia non eſt omnino generalis ſicut nec præcedens. Quidam enim non ex ignorantia peccant: ſed ex certa ſcientia, & malitia, a titulo ſciendum de pœni. di. prima. & peccatum illorum eſt grauius, quam ſi ex ignorantia eſſet commiſſum, dicente Domino Luc. 12. *Seruus ſciens voluntatem Domini ſui & non faciens, plagis vapulabit multis.* Tertia etiam ſententia legiſte dicentis: quod conuerſatio eſt cauſa iſtius varietatis, non eſt generaliter vera, Quia licet verum pomum marcidum ſæpe ſit cauſa quod mille bona poma efficiantur marcida, tamen mille poma bona nunquam efficiunt, vt vnum pomum marcidum fiat bonum. Item licet ſocietas multos immutet, tamen quandoque boni cum malis conuerſantur, & nullus eorum à ſtatu ſuo permutatur. Neque enim ex Chriſti, aut diſcipulorum eius conuerſatione Iudas immutatus fuit: nec Nicolaus ex conſortio aliorum ſex diaconorum, nec Lucifer cum ſequacibus ex ſocietate bonorum ſpirituũ Deo adhærentium. In omni etiam collegio, & religione, boni quandoque cum aliquibus malis ſunt permixti c. quantumlibet. 47. diſtinctione, & tamen in ſua ſanctitate perſeuerant. 32. q. 1. c. ſi. vbi dicitur, quod bonus non polluitur, ſi malo ſocietur. Vnde Loth non fuit effect⁹ malus ex conſortio Sodomitarum, vt patet Gen. 19. Nec Abraham ex ſocietate Chaldæorum, nec Daniel ex contubernio Babyloniorum, nec Gamaliel ex familiaritate perfidorum Phariſæorum. In hac etiam vita mali ſunt permixti bonis. 23. q 4. c. Hæc autem vita, & tamen non omnes ſunt mali. Non etiam videtur approbanda ſententia philoſophi naturalis, in ordine, quarta, dicentis; quod magiſtri vniuſcuiuſque ſunt cauſa, quod ſit bonus, aut malus. Nam multi habuerunt bonos magiſtros, & mali fuerunt, & econuerſo. Neque enim Senecæ præceptoris ſui mores Nero imitatus eſt, nec Alexander magnus Ariſtotelis, & ſic de alijs. Non videtur etiam eſſe vera quinta ſententia medici. Quia licet complexio naturalis multum inclinet, tamen (vt ait Philoſophus) 1. Polit. *Anima dicatur corpori, ſicut Dominus ſeruo.* Vnde Gen. 4. dictum fuit Cain, per quem ſignificatur peccator, *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Homo enim cum libero arbitrio adiuuante gratia Dei, qua ſemper eſt parata ſubuenire volentibus bene viuere, poteſt vincere inclinationem complexionis naturalis, ſecundum Theolog. in 2. ſen. & Giraldum Odonis ſuper 3. Ethic. Et ideo ait Apoſtolus ad Rom. 8. *Non ſumus debitores carni, vt ſecundum carnem viuamus.* Dicit quoque Plato in Phædone, quod in homine ſunt duo. ſ. anima, & corp⁹. Illa immortalis, hoc mortale. Illa imperare debet, hoc ſeruire. Illa dominari, hoc ſubeſſe. Præterea ſecundum Philoſophos ipſa complexio naturalis, arte poteſt mutari: vt ſi quis naturaliter, & à principijs generationis eſt lapſus ad vnam complexionem, poteſt actualiter labi ad aliam ex regimine vitæ. Quia ſi phlegmaticus gubernetur cibis calidis, & temperate humidis fiet actualiter calidus & humidus licet à principijs natiuitatis fuiſſet frigidus: & ſic iſte etiam naturaliter phlegmaticus, & actualiter ſanguineus. Sanguinea enim complexio eſt naturaliter calida, & humida, & dicitur aëra; cholerica eſt calida, & ſicca, & dicitur ignea: phlegmatica eſt frigida, & humida, & dicitur aquea: melancholica autem eſt frigida, & ſicca, & dicitur terrea: vt poteſt colligi ex dictis Auicẽne prima. Nã tales ſunt qualitates prædictorum quatuor elementorum, vt ait philoſophus in primo Meteo. primi doctrina. 3. 4. Prædicta autem confirmantur experientia. Videmus. n. aliquando ſanguineos caſtos, & colericos

man-

Digitized by Google

manſuetos: & ſic de alijs qui vincunt ſuas naturales paſſiones, & inclinationes atque complexiones. Vnde de Ariſtotele legitur, quòd cũ cuidam philoſopho portata fuiſſet eius imago depicta, ille neſciens, cuius eſſet dixit: Iſte homo eſt luxurioſus, & pauci ingenij; quod cum relatum fuiſſet ipſi Ariſtoteli, reſpondit: Verum dixit ille philoſophus, quia ſecundum naturalem complexionem debebam eſſe talis, ſed cõtinuum ſtudium me fecit ingenioſum, abſtinentia verò caſtum. Et ſimile exemplum legitur de Socrate, cuius diſcipuli portauerunt imaginem eius ad Zephyrum philoſophum, qui ex phyſiognomia iudicauit eum vitijs deditum, qui tamen ex virtutis amore vitia ſuperabat, & bonis moribus inter omnes mundi philoſophos relucebat. Sexta quoque ſententia aſtrologi non videtur vera, ſcilicet quod aſtrorum conſtellatio, mores efficiat. Nam Ptolomæus inquit in centiloquio: *Sapiens dominabitur aſtris.* Et anima ſapientis adiuuat opus ſtellarum. Et ſecundum ſanctum Bonauenturam in 2. diſtinct. 40. hæreticum eſt tenere, quòd aſtra mores hominũ cauſent neceſſario, quia la', & culpa boni, vel mali operis, eſſet ſtellæ, & non operantis. In ipſo quoque puncto conſtellationis diuerſi naſcuntur in moribus, & conditionibus, quod arguit opinionem iſtam eſſe falſam. Solem igitur, & Lunam, & omnia aſtra Cœli, creauit Deus in miniſterium cũctis gentibus, quæ ſub Cœlo ſunt, vt habetur Deuterono. 4. Et ſic non creauit ad nocumentum, ſed ad adiutoriũ. Vnde Gregorius ſuper Matthæum inquit, quòd vitam hominum ſolus qui creauit cõditor adminiſtrat. Non enim homo propter ſtellas, ſed ſtellæ propter hominem factæ ſunt. Licet ergo effectus naturales ſubſint conſtellationi, non tamen actus voluntarij, qui ſubſunt libero arbitrio. Vnde legitur, quòd cum quidam aſtronomus cuidã ex illius natiuitatis conſtellatione, magnã dignitatem polliceretur: ille quæſiuit, an ſi Deus nollet, dignitatem illam aſſecuturus eſſet: cui reſpondit, quod non. Rurſus etiã: An, ſi Deus vellet eam ſibi dare, aſtra, & cõſtellatio ſuæ natiuitatis, impedire poſſent, ne eam aſſequeretur: qui reſpondit, quòd non. Tunc ille: Cum vtrunque ſit in Dei arbitrio, totum ei committo. O quam multos decipiunt iſti aſtronomi falſis deceptionibus. Teſte enim Tullio, omnes Chaldæi, & Mathematici, cæteriq́ue aruſpices, prædixerunt Pompeio, Craſſo, & Cæſari, quòd præclaro fine in patria de hac vita migrarent. Qui tamen omnes ferro cæſi ſunt, & crudeli morte mactati. Duoque primi ipſorum longiſſimè à patria occiſi, inhumati ferarum morſibus expoſiti fuerunt. Non etiam videtur vera ſeptima opinio, philoſophi moralis, quòd voluptas ſit cauſa omnium malorum. Multi enim ſine voluptate peccant, vt blaſphemantes ex deſperatione, & illi qui periurant, vel Chriſtum negant, ne occidantur. Octaua quoque opinio Capellani non videtur tenenda, dum diabolicam tentationem, hanc diuerſitatem cauſare aſſeruit; quia licet omnes moleſtet, non tamẽ omnes corruere facit. Vt enim ait Hieronymus: *Debilis eſt hoſtis, qui non vincit niſi volentem.* Item multi ex libidine, & non ex tentatione peccant: de quibus inquit Auguſtinus in capit. conſideret de pœniten. diſtin. 5. quod non expectant tentationem, ſed prꝙueniunt voluntatem. Oratoris quoque nona ſententia, non continet veritatem: nam licet à paganis fortuna ſit credita eſſe Dea, regens mundum. Vnde Iuuenalis canit: *Sed nos te facimus fortuna Deam, cæloq́ue locamus:* tamen hoc eſt falſiſſimum, quia fortuna nihil eſt, niſi cauſa per accidens, 2. Phyſicorum. Non etiam eſt tenenda decima ſententia poëtæ, de opinionũ diuerſitate, quòd ſcilicet cauſet diuerſitatem operationum bonarum, & malarum, & varietatem morum. Nam vos omnes boni eſtis, & tamen in opinione diſcordatis. Licet ergo variæ ſint hominum voluntates, l. quia poterat, ff. ad Trebell. non tamen omnes ſic variantes in opinionibus ſunt diſcordantes in operationibus. Opinio etiam vndecima hiſtoriographi non eſt tenenda, quia licet conſuetudo ſit altera natura. l. prima. ff. ad Mace. cum ſuis concordantijs, tamen multi ſine conſuetudine peccant: & alij conſuetudinem malam vincunt, & in bonam commutant,

Digitized by Google

mutant, ſicut fecit Magdalena. Et multi alij peccatores ad pœnitentiam conuerſi. Sententia quoque duodecima mercatoris, quòd filius aſſimilatur patri licet cõfirmetur in iure, vt in §. verum. 6. quæſtio. prima. Et in c. ſi gens. 56. di. & in Euangelio dicatur, Matth. 17. *Bona arbor bonos fructus facit* &c. tamen nos cognouimus ex ſacra ſcriptura, quòd Ezechias rex Iuda, qui fuit bonus, habuit patrem peſſimum : & filium etiam peſſimum. Dauid quoque genuit Salomonem, qui fuit doctiſſimus, & Abſalonem, qui fuit indoctus. Scipio quoque Africanus habuit filium miſerrimum. Pater ergo donat filio corpulentam ſubſtantiam, ſed non animam, neque mores. Hæc ille. Cuius verba audierunt cuncti æquo animo & delectabiliter ; rogauerunt́que ipſum Theologum, vt ſuam diceret ſententiam. Et hoc quo ad ſecundum. Quo ad tertium, quod dicitur communis determinatio, dixit ipſe Theologus : Secundum reginam ſcientiarum, ſcilicet ſacram Theologiam : Fides formata charitate, quæ eſt virtus Theologica, & baſis, ac fundamentum cæterarum virtutum, eſt cauſa omnium bonarum operationum, & defectus ipſius cauſa omnium malarum actionum. Quod autem hoc ſit verum, probatur per illam tritam & vulgarem regulam Ariſtotelis tertio de Anima vbi dicit: Quod anima noſtra non poteſt aliquid amare, nec appetere, niſi illud præcognoſcat, ſcilicet, vel per viam communem, & naturalem quæ habet ortum à ſenſibus: Et idem Philoſophus inquit in libro de ſenſu & ſenſato : *Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, vel per viam ſupernaturalem.* Si ergo non poſſumus amare, niſi quod cognoſcimus. ergo nec aliquid boni propter rem incognitam operabimur. Et ideo ſi volumus bene agere, & virtutibus inſudare, neceſſe eſt bonum, & præmium, quod propter hoc conſequitur cognoſcere. Quia, vt inquit Ariſtoteles ſecundo Phyſic. *Cognitio finis mouet agentem ad operandum.* Sed ipſum bonum ſupernum; & fœlicitatem non poſſumus naturaliter cognoſcere, quia eſt quid imperceptibile à ſenſibus corporalibus in hac vita. Ergo neceſſe eſt, vt ſupernaturaliter cognoſcamus. Et hoc eſt per fidem, quæ eſt quædam virtus, quæ facit nos cognoſcere inuiſibilia, vt inquit Auguſtinus ſuper Ioannem ſermone, 24. Quanta ergo erit fides, tanta erit cognitio ſupernæ felicitatis; & quanta erit cognitio, tanta erit affectio, & quanta erit affectio, tanta erit virtutis operatio. Ergo de primo ad vltimum (quod argumentum eſt bonum) vt inquit Ariſtotelis 1. priorum. Quanta erit fides, tanta erit operatio bona. Rurſus per eandem rationem, pœnam æternam, & malum inferni infinitum, naturaliter cognoſcere non poſſumus. Ergo oportet ſupernaturaliter per fidem illud cognoſcere. Si ergo volumus peccata deuitare, quæ ducunt ad mortem, neceſſe eſt pœnam æternam quæ peccatis debetur, præcognoſcere. Quia, vt inquit Horatius, in epiſtola ad Quintum ; *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Quod autem non cognoſcit quis, non mouebit eum ad amandum, vel timendum, vt ait commentator primo Icono. Tanta ergo erit peccati deuitatio, quãta erit pœnæ æternæ cognitio. Cum igitur iſta cognitio non habeatur niſi per fidem : ergo à primo ad vltimum. Quanta erit fides, tanta erit peccatorum abominatio, atque vitiorum effugatio. Et per conſequens patet, quòd omnia bona, & mala opera noſtra, procedunt à profectu, & defectu fidei. Et hoc eſt quod inquit Auguſtinus dicẽs : *Fides menſurat affectiones.* Ideo dicitur Eſa. 6. *Si non crediderit, non permanebis, quia in peccatum rues.* Et Abacuch. 2. *Iuſtus in fide ſua vivit, & bene operatur.* Propterea Marci 9. ait Saluator : *Omnia poſſibilia ſunt credenti, etiam maxima, & ardua.* Ideo dicit Paulus ad Epheſios 6. *Exhortans nos ad rumpendum primum nodum catenæ diabolicæ*, ſcilicet, Infidelitatis : *In omnibus ſumite ſcutum fidei, vt poſſitis omnia tela ignea inimici extinguere.* Scriptum eſt enim primæ Ioannis 5. *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* Hæc eadem concluſio probatur per hoc exemplum. Ponamus, quod quidam tranſeat per viam, & occurrat ei vnus amicus eius ; dicens : Ne tranſeas vlterius, quoniã inimi-

Digitized by Google

inimici tui propè parati sunt cũ gladijs interficere te. Ille aũt si credet, aufugiet: sin aũt trãsibit, interfici tur. Sic etiã euenit hominibus per viã peccatorũ tranſeũtibus. Venerũt Prophetæ, Martyres, & Apoſtoli: demũ ipſe Chriſtus nobis amiciſſimus: & clamauerũt omnib⁹ peccatoribus, dicẽtes: Ne tranſeatis, ô iuperbi, per viã ſuperbiæ: O luxuriosi per viam luxuriæ: O auari per viam auaritiæ; quia inimicus veiter diabolus interficiet vos, id eſt, ducet vos ad infernum in illas tenebras exteriores. Quare ergo iſtam viam non deuitant? Non ob aliud, niſi quia nõ credũt. Rurſus ſi ponatur quod vnus cupidus, & auarus, quærens ditari, nũcios habeat dicentes ſibi, perge ad illam ciuitatem, & multas pecunias lucraberis: nũquid ſi credet, non ibit illuc curſu velociſſimo, & non tardabit? Sic hominibus naturaliter ſummum bonũ deſiderantibus, quibus dictum eſt ſolum, eſſe fœlicitatem in alia vita, & ibi ſummum bonum adeſſe, nõ ob aliam cauſam euenit, vt illud ſummum bonum totum contemnant, niſi quia annunciantibus non credunt. Scriptum eſt enim, Eccle. 32. *Qui credit Deo, attendit mandatis*: Hæc ille. Cuius ſapientiam omnes admirati, approbauerũt eius ſententiam. Et primo ipſe Imperator, dicens, quòd fides Rempublicam magis, quam ſudores corporales gubernat. 23. q. 8. cap. tributum. § quamuis. Et ideo eſt omni laude digniſſima. Salomon quoque ait: Certẽ mihi placet determinatio hæc Th ologica, eo maximè, quòd Saluator ſanans infirmos, tam ſpiritualiter, q̃ corporaliter, vbiq; dabat laudem fidei, dicens: *Fides tua te ſaluam fecit.* Matth. 9 & Marc. 5. ac Luc. 7. 8. & 18 Item cum diſcipuli eius non potuiſſent liberare dæmoniacũ, infidelitati aſſcripſit Matt. 17. Canoniſta quoq; dixit: Mihi in mentẽ venit illud quod ait Augu. in c. vides 23. q 6. vbi oſtendit, quòd ex aliorum dictis mutauit ſuam opinionem, allegans illam Salomonis ſententiam: *Da ſapienti occaſionem, & ſapiẽtior erit.* Prou. 6. Et ideo mutando opinionem meam, adhæreo opinioni prædictæ: quia ſine fide, quę eſt fundamentum omnis meriti, non poteſt fieri ſpirituale ædificium. c. cum Paulus. 1. q. 1. Legiſta autẽ addidit: Quia vnius ſententia ſæpe multorum ſententias ſuperat: C. de vete. iu. enuc. l. 1. ideo ego quoq; fateor me à Theologo in hac determinatione ſuperatũ, Fides. n. eſt illa quæ per dilectionẽ operatur, ad Gal. 5. & 28. q. 1. c. vxor, & de ſacra vnct. c. 1. §. Quia vero. Philoſophus vero naturalis dixit: Ego ſimiliter approbo opinionem ipſius Theologi: nã fides eſt illa, quæ vincit omnia. ca. Scitãtibus. 15. q. 5. Medicus autem inquit: Certè fides eſt cauſa omnium quę geruntur: nã neq; ego ſtuduiſſem, nec medicinas infirmis vnquam miniſtraſſem, niſi optatum finem aſſequi credidiſſem. Aſtrologus quoque ait: Quis ſeminaret vnquam, niſi pluuias ſperaret, & fructum recolligere crederet? Philoſophus vero moralis dixit: Nunquam Philoſophi noſtri delicias abieciſſent terrenas, niſi meliores ſe aſſecuturos credidiſſent. Capellanus autem ſubdidit: Tolle fidem: quis confitebitur? quis aliena reſtituet? quis communicabit? quis pœnitentiam aget? Orator etiam ſubiunxit: Sine fide non poteſt Res publica conſiſtere. Quis enim mortẽ pro ea patietur, niſi credat, quod illi, qui pro republica pereunt, in perpetuum viuunt per gloriam? vt habetur inſtitu. de excu. tu. §. Filij autem. Hiſtoricus autem inquit: Nunquam Alexander magnus, aut Iulius Cæſar, tot victorioſa bella geſſiſſent, niſi triumphum de hoſtibus ſuis reportare credidiſſent. Et idem dici poteſt de alijs Imperatoribus quampluribus. Poeta autem ait: Propter credulitatem lucri, & non propter aliud, diſcurrunt mercatores per totum orbem terrarum: ſicut canit poeta noſter Horatius dicens: *Impiger extremos curris mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.* Mercator vero dixit; Præripuiſti mihi verbum ex ore. Ego enim hoc experientia cognoui. Sicut enim fides omnes procellas militantis Eccleſiæ ſuperat cap. non turbatur in fine 24. quæſt. 1. Ita credulitas lucri conſequendi, facit nos mercatores omnia pericula, laboreſq; æquanimiter ſupportare. Approbatam igitur videns Theol. eſſe ſententiã ſuã ab omnibus, cœpit opinionẽ ipſam cõfirmare, dicens: Quę fuit cauſa

cauſa diuerſitatis inter Abel,& Cain niſi fides? Quare Noë fabricauit arcam alijs eũ deridentibus, niſi propter fidem? Cur Abraham ſolus cum Loth nepote ſuo exiuit de terra? Cur voluit filium immolare(ipſo etiam conſentiente) niſi propter fidem? Cur duxit Moyſes populum per deſertum? Et ſic de ſingulis ſanctorum geſtis poſſemus exemplificare, maximè inquirendo. Cur Chriſtum ſecuti ſunt diſcipuli, & tot Martyres tormenta ſunt paſſi? Sed reuolue folium: Cur peccatores tot nefandiſſima ſcelera perpetrant,abſque timore? Cur ad pœnitentiam redire contemnunt? Certè non propter aliud,niſi quia non credunt,aliam eſſe vitam præter iſtam. Vnde Lac.ſecundo diui.inſtitu.ait: *Nam dum ſe exiſtimant nonnulli Deo non eſſe curæ, aut poſt mortem nihil eſſe futuros,totos ſe libidinibus adijciunt: & dum licere ſibi putant, hauriendis voluptatibus ſcienter incumbunt,per quas imprudentes, laqueos mortis incurrunt. Ignorant enim,quæ ſit hominis ratio, quam ſi tenere vellent, in primis Deum ſuum agnoſcerent,virtutem, iuſtitiamque ſequerentur, terrenis figmentis animas ſuas non ſubſternerent, ac mortiferas libidinum voluptates, non appeterent*: Hæc ille. Infidelitas ergo eſt primaria Satanæ catena qua quam plurimos homines tenet in peccatis innodatos.

CONTRA iſtam autem catenam diabolicam,ad ipſam totaliter diſſoluendam, malleo rationis laborabimus. Præſupponatur ergo omnes res creatas habuiſſe principium,vt dicit Ariſtote.ſecundo Meteororum,& in primo,de Cœlo & mundo: ſed non ab alio niſi ab ipſo Deo. Vnde dicit Philoſoph.in primo Cœli & mundi: *Ab vno primo ente, communicatum eſt ſingulis rebus eſſe, & viuere.* Et in primo,de re. princip.idem inquit: *Bonitas Dei cauſa fuit factionis mundi, & originis omnium rerum.* Et primo Metaphyſic.etiam ait: *Deus videtur omnibus eſſe cauſa, & principium quoddam.* Et 12.Metaphyſic. *A primo principio dependet Cœlum, & tota natura.* Sicut enim ſcriptum eſt Geneſis primo, *In principio creauit Deus Cœlum,& terram* &c. & Eccleſiaſt.18. dicitur: *Qui vivit in æternum, creauit omnia ſimul.* & Sapientiæ tertio,ait Salomon: *Deus ſapientia fundauit terram, & ſtabiliuit Cœlos prudentia.* & Philoſophus in libro de ſecretis ſecretorum, ad Alexandrum, dicit: *Sicut omnis veritas eſt à prima veritate,ita omnis bonitas à prima bonitate.* Et Plato in Tim.inquit: *Omne bonum, à primo bono, & ſine illo nullum eſt bonum.* Dionyſius quoque in libro de diui. nomi. ait: *Omnis eſſentia à prima eſſentia, omnis intelligentia à prima intelligentia,omnis vita à prima vita,& omnis bonitas eſt à prima bonitate.*Et cõmentator.ſuper 6.Met. inquit, *Res diuinæ & immobiles,ſunt cauſæ omnium aliarum rerum mobilium.* Et per hanc rationem venimus in cognitionem Dei.Sicut probat Ariſtotel.in 8.Phi. Primò, via cauſæ efficientis; quia eſt deuenire ad vnã cauſam,quæ ſit cauſa omnium,& non habeat cauſam ſuper ſe, quia aliter eſſet proceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis, qui non datur,vt per Ariſt. 2.Met. Secundo,via motus, & gubernationis. Sicut enim neceſſarium eſt deuenire ad vnũ, qui omnia fecerit,& à nullo ipſe factus ſit, ita neceſſe,eſt deuenire ad vnum primum motorem,& gubernatotem,qui omnia gubernet,& à quo omnia moueantur,& ipſe à nullo alio regatur nec moueatur. Aliter in mouentibus,& motis eſſet proceſſus in infinitum,quod eſt impoſſibile, ſecundum Ariſtote.in 8.Phi.& 2.Meta.Et ideo concludendum eſt, quòd ſicut Deus eſt prima cauſa omnium, ita etiã eſt primus motor, omnia mouens & gubernans, & ipſe, à nullo motus. Et hoc eſt quod inquit Boëtius 3. de conſo. *O qui perpetua mundum ratione gubernas,Terrarum,mundíque fator,qui tempus ab æuo, Ire iubes, ſtabilique manens, dans cuncta moueri.* His præpoſitis dico,quòd iſte Deus noſter, cum ſit ſumma ſapientia,& intelligentia,omnia fecit propter aliquem finem.Quia omne agens, ſecundum rationem agit, propter finem,vt ait Philoſo.2.Phyſic.& 2. de anima. Vnde inquit commentator ſuper.3.Phi. *Qui dicit Deum non agere propter finem, tollunt ſollicitudinem Dei circa entia inferiora.* Si ergo quæramus quare Deus fecit elementa, & fructus terræ, & omnia alia animalia, clarum eſt, quòd non ob aliud, quàm vt oſtenderet ſuam potentiam, & ad hominis vtilitatem. Vnde Ariſtoteles 2.Phyſi.& 2.de anima,inquit: *Finis quodammodo omnium eſt homo.*Ex quibus

Digitized by Google

bus sequitur, quòd homo est nobilior omnibus rebus naturalibus, propter ipsum factis, quia *nobilior est finis omnibus, quæ sunt ad finem.* 2. Pto. & 3. Topi.

His itaque declaratis, Quæritur, quare Deus fecit hominem? Et si velimus dicere, quòd ad hoc solum, vt in hac vita comedat, bibat, viuatque, & finaliter moriatur, pereat, & amplius non sit: sequeretur, quòd bestiæ, ac elementa, & creaturę insensibiles quæ amplius permanent, quàm homo, essent homine digniores. Item sequeretur, quòd corpora cœlestia quæ sunt incorruptibilia, excederent hominem, quod est maximum inconueniens, & falsissimum. Homo enim est dignissimus inter omnes creaturas, ad sui vtilitatem creatas, quod notatur in l. Iustissime. ff. de ædili. edic. Et ibi gloss. allegat Ouidium & Virgilium ad hoc propositum. Quod non esset verum, si mortuo homine, moreretur anima, & finiretur. Ideo concludere oportet nos victuros esse alibi, scilicet in vita futura, in qua erimus immortales, & in perpetuum victuri. Atque si benè vixerimus in hoc mundo transitorio, postea in æternum erimus glorificati. Aliter, si totaliter finis noster esset in hac misera vita, necesse esset concludere, quod maior cura fuisset Deo de creaturis irrationabilibus, quàm de homine, quod esset vituperare sapientiam diuinam. Finis ergo noster, ô deuoti Christiani, non est hic, neque habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, vt inquit Paulus ad Hebræos vltimo. Et ideo Deus fecit hominem rectum, & nõ cætera animalia, vt cœlestem patriam aspicere posset. Et hoc est quod inquit Ouidius in primo Metamor. *Pronáque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit, cœlumque videre Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.* O igitur nobilissima creatura humana, eleua oculos mentis, & corporis, & intuere æthereas mansiones, propter quas possidendas creata es, & non permittas catenam diabolicam infidelitatis te ligatam tenere: sed bene operare, & peccata deuita, cum beato Tobia eius. 2. c. di. *Vnum*

illam expectamus quam Dominus Deus datarus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

DE DIFFICVLTATE.

Quæ est secunda catena.

Secvnda diabolica catena dicitur Difficultatis. Suggerit enim diabolus menti peccatoris, quòd nullatenus recedat à peccatis, aut in bono proficiat, allegans, quod hoc est difficile, & quodammodo impossibile. Et ideo dicit infans infensarus peccator, hac horribili catena ligatus, & diabolica suggestione deceptus: Quid mihi prodest cõfiteri? Quomodo potero in bonis inceptis perseuerare, & a peccato in futuro abstinere? Iterum recidam in præterita peccata, & sic mihi non proderit pœnitentia. O horribilissima catena, quantos detines in manibus diaboli? Qua ex re cito eijcite illam a vobis. Ait enim Senec. in lib. 2. de ira Deus vitia ipsa facile, & arduum, quod non humana mens vincere potest ideo, ô peccatores, licet dicat Imperator in authentico de monachis. § sanctimus: Non est facilis vitæ mutatio, sed cum magno forsitan labore: tamen si volueritis aliquantulum vim facere violentiam, inuenietis facilem viam pœnitentiæ, licet in principio videatur aliquantulum dura. Hoc autem erit ratione vsus, de quo Ouidius in 4. de Fastis inquit: *Et mea iam longum carmina tendit opus.* Et Vegetius de re militari, libro primo titul. 20. inquit: *Quotidiano labore duriores & ad onerosa gestanda fortiores.* Et idem libro 3. capitulo 12. ait: *Omnes artes, omniáque opera quotidiano vsu & vigili exercitatione proficiunt.* Et ex inde quoque in Ethicis ait: *Assuetis non fit tristitia*, scilicet tota, secundum glossam. Sed oportet vos esse animosos. ait enim Ouidius libro secundo, de Ponto: *Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit: Hæc etiam vires corpus habere facit.* Et in 2. de remedio amoris inquit: *Parua necat morsu spatiosum vipera taurum: At tamen non magno sæpe tenetur aper*, scilicet ratione audaciæ. Et ideo aggredimini audacter diabolum, aduersarium vestrum, & eum superabitis. Vt enim in-

Digitized by Google

quit Hieronymus, in quadam epistola : *Debilis est hostis, qui non vincit, nisi volentem.* O negligentes, & timidi, venite ad pœnitentiam, quia paulatim assuefaciendo, mutabitis difficultatem. Ait enim Ouidius 1. de arte amandi : *Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci : Tempore lenta pati frena docentur equi. Ferrum assiduo consumitur annulus vsu : Interit assidua vomer adunctus humo.* Repræsentat etiam diabolus peccatori horribilitatem, quæ est in restitutione famæ : in petenda venia ab offensis, in remissione iniuriarum, in restitutione vsurarum, & aliorum malè ablatorum. Hæc est catena ferrea, hæc est catena plumbea : hæc est mola grauis ad collum peccatoris, demergens eum in profundum inferni. Horrent enim ista facere peccatores; confitentur, & communicant, & nunquam dimittunt concubinas. non reconciliantur cum inimicis, non restituunt aliena. O diabolici peccatores, audite quid dicat glossa. in capitul. porro. de sent. excommunicatio. *Sine satisfactione*, inquit, *non valet pœnitentia* 24. quæstion. 2. capitulo legatur, extra de vsuris capitulo. Cum tu. & de pœnit. distin. 1. capitul. neminem, & de pœnit. distinct. 5. capitul. falsas. O vsurarij iniquissimi : O bonorum proximi raptores sceleratissimi : audite Augustinum in Epistola ad Macedonium, dicentem: *Non remittitur peccatum, nisi restituatur malè ablatum.* capitul. factum. de regulis iuris. distin. 6. & 14. quæstio. 6. capitul. Si res. Audite etiam quid Augustinus dicat in libro de vero cultu. *Non solum*, inquit, *pro maxime malè ablatorum quantitate, verum etiam pro minima denarij particula, non poterit quis faciem videre diuinam.* Quod intelligendum est, si detineatur contra voluntatem Domini. Ideo omnes vos esse damnatos ostendit Baruch. 3 ca. sui libri, di. *Vbi sunt qui argentum thesaurizabant, & aurum, in quo confidunt homines?* Et respondet, *ad inferna descenderunt.* Frangite ergo hanc catenam difficultatis, & horribilitatis, qua vos tenet diabolus ligatos, cogitantes, quòd dicitur in communi prouerbio : *Absque labore grani non possunt magna parari.* Et quod quanto difficilius, tãto magis meritorium est opus vestrũ. Ait enim Aristot. 2. Ethico. capitul. 2. *Circa difficilium semper, & ars fit, & virtus.* O timidi, & pauentes, qui metuitis aggredi viam pœnitentiæ. Audite quid de vobis Lucanus dicat in 6. *Degeneres trepidant animi, peioraq; verſant.* Et Virgilius in 4. Aeneidos dicit: *Degeneres animos timor arguit.* Et è contra de magnanimis ait Seneca in tragœdijs : *Fortuna feriet metuit, iguauis premit.* Virgilius quoque in 10. Aeneidos ait : *Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit.* O stultissimi peccatores, qui ex sensualitate, & timore laboris, dimittitis opera bona, & recusatis facere pœnitentiam. Frangite, & ad nihilum redigite hoc diabolicum vinculum, cogitãtes, quòd de duobus malis, semper minus est eligendum. 3. Topi l. prima. §. penul. ff. de peri. & co. rei vend. cum similibus. Ideo dicit auctor fabularum Aesopi, fabula 23. *Ferre minora volo, ne graniora feram.* Cogitate ergo grauitatem pœnæ inferni, & nullus vobis vel modicus videbitur labor pœnitentiæ in eius comparatione. Sumite itaque alacriter hanc exiguam pœnam, vt euadatis æternam, atque infinitam pœnalitatem. Ait enim Isidorus in lib. de summo bono: *Facilius leuiora tolerabis, si graniorum fueris recordatus.* Et hoc eodem malleo poterit frangi catena diabolica aduersitatis, qua multos tribulationibus illatis, ad Tartara secum conatur attrahere.

DE EXEMPLARITATE, Quæ est tertia catena.

TERTIA diaboli catena illaqueans peccatores, dicitur Exemplaritatis. Dæmon enim di. in corde peccantiũ, Peccata non sunt ita grauia vt prædicãtur, diabolus nõ est ita turpis vt pingitur. Et vt talibus persuasionibus adhæreãt, ponit ante oculos eorũ, mala exempla doctorum, superiorumque, ac sacerdotum, & religiosorum, & isto modo ligat animas in peccatis, di. Si tam grauis esset pœna inferni, vt dicitur, & tã nefandũ esset peccatũ, sicut prædicari solet, isti qui sciunt scripturã, & debẽt esse sancti, non talia facerent. O catena terribilis,

Digitized by Google

ribilis,tu es illa quæ,vt ita loquar, impaſſibilẽ Deum illachrymare facis. Dicũt enim ignorantes plebei: Si licet doctoribus, qui alijs prædicant,Si confeſſoribus, qui alios abſoluunt,peccare:Quare non etiam nobis? Profectò ſi vera eſſent, quæ prædicant, non in vitijs permanerent. Et iſtis cogitationibus diabolicis detenti,de peccato in peccatum ruunt, & nunquam veram pœnitentiam faciunt.Ad hoc autem facit, quod legitur de cancris,qui per putridum arietis hepar congregantur. Et ſimiliter per malam, & inhoneſtam vitam ſuperiorum prælatorum,& religioſorum Chriſtianorum, multi malefactores colliguntur, & confortantur in malo,ita quod ſemper retrocedunt a veritate. Nam fabulosè recitatur de cãcro, quod cum ab eo quæreretur, cur ſemper retrocederet,& nunquam recte incederet:reſpondit, quia ſic docuerunt me patres mei. Et ideo ab ipſo cancro,ſubditi,& ſimplices didicerunt eſſe inobedientes, & in omnibus irregulares,ac diſſoluti, quia eorũ ſuperiores, tam ſpeciales quàm temporales, habentes regimen populi, nõ aliud docuerunt.Recitatur etiã de quodã ioculatore,q̃ ſemel à rege Phili.petijt,qd cogitaret: Cui rex reſpondit: Ego cogito quare nunc non ſunt ita boni milites,ſicut Rolãdus, & Oliuerius.Tunc dixit ioculator, Ratio eſt quia nullus inuenitur hodie rex talis,qualis fuit Carolus.Vnde per locũ à ſimili dicere poſſumus,q̃ tunc non inueniuntur boni,& honeſti ſubditi,quando nõ inueniuntur boni, ac honeſti rectores,& prælati.De quo multum debent terreri,quia dicitur in c.præcipue.11.q 3.*Scire debent prælati, quòd ſi peruerſa vnquam perpetrant,tot moribus digni ſunt, quot ad ſubditos exempla perditionis tranſmittunt.* Et hæc eſt ratio,quare ſacra ſcriptura ita nos hortatur ad bonum exemplũ, & vehementer reprehendit ſcandalizãtes proximum. De primo habetur Matth.5.vbi Dñs ait:*Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrẽ veſtrum qui in cælis eſt*,& Luc. 12.*Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Super quæ verba inquit Greg. in homil. *Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cũ per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus.* Et ad Ro.12.di. Paul. *Prouidẽtes bona,non ſolum corã Deo,ſed etiam coram omnibus hominibus.*Et ad Phi.2.*Sitis ſine reprehenſione in media nationis prauæ atq; peruerſæ.*Et eiuſdẽ epiſt.4.ca. inquit.*Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominib.* Et ad Tit.2.*In omnibus præbe te exemplũ bonorũ operũ, in doctrina & integritate.* Claudius quoq; iuriſconſultus in l.aut facta in fi.ff.de pœnis ait: *Multis perſonis graſſantibus opus eſt exemplo.* Quantum vero reprehendat ſcriptura diuina dãtes malum exemplum,patet Deuter.27.vbi dicitur: *Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere.* De talibus cõquerebatur Dauid in Pſal. di. *Iuxta iter ſcandalũ poſuerunt mihi.* I.per malũ exemplum. Ideo dicitur Leui 19.*Corã cæco nõ ponas offendiculum.*& Eſa.26.dicit Dñs: *Auferte offendicula de medio populi mei.*i. mala exempla. Præterea vt oſtẽderet Saluator noſter, quãtum ſit peccatũ ſcandalizantis proximũ, ait Matth.5.*Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.*& Matt.18.ac Marc.4.c.inquit:*Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis,qui in me credũt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à ſcãdalis,neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala.Verumtamẽ væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Ideo Hieron.in quadã epiſt.inquit:*Dimittendum eſt propter ſcandalum, omne quod prætermitti poteſt ſine peccato.* Huiuſmodi autem mali exempli deteſtatio tam aſpera facta eſt, quia humani generis inimicus multos ad peccandũ inducit exemplo aliorum. Vnde ſcriptũ eſt Eccl.32. *Homo peccator vitabit correptionem,& ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem.* Sed hæc ſatanica catena diſſoluetur, ſi Aug. ſententia ad animũ reducatur,2.q.1.c.Multi,in fin.vbi dicit de illis,qui putãt leuiores debere eſſe pœnas in inferno, quia multi ad eas vadũt: *Non propterea minus ardebunt,quia cum multis ardebunt,imò magis: quia quanto plura in igne ſunt ligna, tanto magis inualeſcit ignis.* Non eſt ergo vera illa ſententia vulgaris, dicens: *Solamen eſt miſeris ſocios habere pœnarum.* In inferno enim quanto maior erit numerus,tãto maius exuret incendium. O maledicte peccator,qui peccatum tuum excuſas,aliorum exemplo. Audi Hie.ad Ruffinum dicentem: *Peccantium multitudo,non parit erroris patrocinium.* Et propterea dicitur Eccl. 7. *Ne pecces in multitudine*

ginitatis. Non igitur vos tenere debet diabolus illaqueatos in peccatis, exemplo prædicatorum aut religioſorum malorum. Audite quæſo pulchrum exemplum. Legitur, quòd erat quidam malus Parochianus ſacerdos, qui propter malum exemplũ quod dabat populo eum fecit vitioſum, ita quod populus eius peccata imitabatur, ſe excuſans ſemper exemplo ſui patroris. Quod intelligens ille parochianus, cum proceſſionem faceret cum populo cum cruce, cœpit pergere per ſtratã luto & immunditijs plenam, & pedes ſuos ac veſtem inficiebat, nolebatque ire per viam bonam, & mundam: populus vero relicta immunda, per quam ibat ſuus ſacerdos, pergebat per bonam viam. Quem cũ ſacerdos inuitaret, vt ſequeretur ſe, & poſtularet, quare non faceret eandem viã quam ipſe: reſpondit populus, quia ſi vos vultis vos inficere eundo per immunditias, relicta bona via, nos nolumus hanc dementiã facere. Tũc exclamauit ille ſacerdos di. O ſtulti, me nõ vultis ſequi eũtem per modicum lutũ terrenũ, quod ſolũ inficit res tranſitorias, & corruptibiles, & cito poteſt abſtergi, & ſequimini me in immunditijs peccatorum, quæ infectant animam, & putreſcere eam faciunt, & abominabilem coram Deo, & tota cœleſti curia. Nolite ergo lic t ego pergam per viam vitiorum imitari facinora mea, ſed per bonã viam virtutum pergite. Et ideo generoſi ciues proponite vobis exempla ſanctorum, & bonorum, & dimittite mala exempla peruerſorum. Non eſt aliqua congregatio tam ſancta, in qua non reperiantur aliquando aliqui mali.e quantumlibet 47. di. In ſanctorum enim Angelorum cœtu inuentus eſt Lucifer, malus cũ multis ſocijs. In duodecim Apoſtolis, Iudas traditor, & fur. In primis Eccleſiæ diaconibus, Nicolaus. Ideo dicit Ouidius in li. de remedio amoris, & poteſt adduci ad propoſitum, licet ad aliud dixerit: *Terra ſalutiferas herbas, eademque nocentes Nutrit, & vrtice proxima ſæpe roſa eſt. Et mala ſunt vicina bonis* &c. Ideo cum res mali exempli vitanda ſit, quantum fieri poteſt, vt no. in l. Diuus Adrianus. in fi. ff. de cuſto. & exi. reo. & in l. Si quis. §. Qui abortionis. ff. de pœnis. Nolite ſcandalizari de tota religione ſi aliquãdo aliquem religioſum videris aliquid mali facere; ſed eius vita dimiſſa, ac aliorũ malorum, capite bona exempla aliorũ Dei ſeruorum ac ſanctorũ. Et hoc ſufficiat quo ad tertiam catenam.

DE IVCVNDITATE, Quæ eſt quarta catena.

QVARTA catena vocatur Iucunditatis. Diabolus enim vt teneat peccatores in peccatis, proponit ei dulcedinem huius mundi. De qua inquit Gualterius in Alexandriade, lib 7. *Dum ſequitur profugi boni monetamenta mundi, Illicit illecebris animam caro, nec finis eſſe Principij memorem, vel cuius magnus inſtar Facta ſit, aut quorſum reſoluta carne reuerti Debeat*, inde boni ſubit ignorantia veri. hæc eſt illa catena venenata quæ tenet innumerabiles in peccatis. De qua Boëtius. lib. de conſo. inquit: *Fallax ligat improbis catenas Terrendo hebetans libido mentes.* Ad frangẽdum ergo hanc catenã diabolicã, debemus reducere ad memoriam illud quod ſcribit Hieron. in epiſtola ad Paulinum, di. *Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturũ*. hinc Seneca ad Lucillum inquit: *Nihil tam æquè tibi proderit ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens iſtius rei cogitatio, incerti itineris*: & Hieronymus ad Heliodorum inquit: *Platonis eſt ſententia, omnium ſapientum vitam, meditationem eſſe mortis*. Et Auguſtinus in quodam ſermone ait: *Nihil ſic reuocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio.* O igitur libidinoſi, recordamini, quòd hoc corpus veſtrum, quod implere ſtudetis delectationibus, citò conſummabitur à vermibus. Reducite ad memoriam, quod dicit Hieronymus in quadam epiſtola: *Momentaneum eſt, quod delectat, æternum quod cruciat. Quid autem eſt ſtultius, quàm pro modicis delectationibus, æternis ſe deputare ſupplicijs?* vt inquit Auguſtinus in quadam epiſtola. Alia quoque via poteſt hæc catena diabolica infringi, ſi videlicet reducantur ad memoriam bona infinita paradiſi, quæ parata ſunt tranſito-

Digitized by Google

rias contemnentibus voluptates. De quibus inquit Bernard. ſuper Eccleſiaſticum. *Illud ſolum eſt verum & ſummum bonum, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur. Cui comparata omnis aliunde iucunditas, mœror eſt: omnis ſuauitas dolor eſt; omne dulce, amarum eſt, omne decorum, fœdum eſt: omne poſtremo quod deſectare poteſt, moleſtũ eſt.* Si verò bene inſpiciamus bona temporalia, inueniemus in eis plus amaritudinis quàm dulcedinis. De temporalibus enim gaudijs, maximè carnalibus ait Ouidius 2. de arte amandi: *Quod iuuat, exiguum ſpatium eſt, quod ledit amanti.* Quod ſi in his miſerijs aliqua reperitur iucunditas, profectò eſt breuiſſima. Vnde Iac. 4. c. dicitur: *Quæ eſt vita noſtra? Vapor eſt, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Et Iob. 20. c. dicitur: *Gaudium impiorum ad inſtar puncti.* Cum igitur de duobus bonis ſemper melius ſit eligendum, vt inquit Ariſtoteles. 1. Ethic. & Topi. li. 3. Et habetur in cap. Non mediocriter, de conſe. di. 5. Ideo ſtultiſſimus valdè eſt, qui pro his modicis terrenis delectationibus, æternas amittit delectationes. Ideo dico vobis illud, quod inquit Ariſt. de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum, dicens: *O Alexander noli illud appetere, quod eſt corruptibile & tranſitorium, & quod oportet te citò relinquere; ſed quære diuitias immortales, regnum æternum, vitamque immutabilem.*

DE PRAESVMPTVOSITATE, quæ eſt quintá catena.

QVinta diaboli catena, qua homines illaqueatos tenet in peccatis, vocatur Præſumptuoſitatis. Dicit enim quod Deus eſt miſericors, & ſemper paratus parcere, & ideo poſſunt peccare poſtea, & facient pœnitentiam. Contra hanc peſtiferam catenã dicitur Eccleſiaſt. 5. *Ne dicas, Miſeratio Domini magna eſt; quia de ſpe rues in præſumptionem temerariam, & ſuperbiam, & abſque timore firmam in peccatis facies manſionem.* O præſumptuoſi, qui ſine operibus bonis, & pleni peccatis, ſperatis æternam conſequi beatitudinem, ſcitote, quod licet Deus ſit miſericors, non minus tamen eſt iuſtus. Dicitur enim Deut. 10. *Deus magnus, & potens, ac terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera.* Ideo dicit Hieronymus in quadam epiſt. *Potius iuſtitia eſt timenda, quam miſericordia ſine præmio eſt ſperanda.* Scriptum eſt enim Prou. 6. *Zelus, & furor Domini, vni non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec recipiet pro redemptione dona plurima.* O temerarie, ac proſumptuoſe, audi terribilia verba, quæ Hieronymus in ſuo tranſitu, ac teſtamento dixit: *Si illum expectas diem, tam terribilem, in quo non ſolum de luxurijs veſtibus, ebrietatibus, & conuiuationibus, ac de toto tempore amiſſo, quo vixiſti, ſed etiam de qualibet te oportebit cogitatione vana Domino reddere rationem, cur non emendaris? Cur moraris de die in diem miſer conuerti ad Dominum? Cur iam te malorum non pœnitet? Ecce iam mors properat, vt te cõterat, die noctuque currens. Ecce diabolus iam ſe præparat, vt te rapiat. Ecce diuitiæ tuæ tibi deficient. Ecce vermes corpus, quod tanta enutriſti diligentia, expectant, vt illud rodant, quouſque coniunctum iterum animæ, cum illa pariter pœnas habeas infinitas. Sed forte quis dicet, & benignus, & miſericors eſt Dominus, qui omnem peccatorem ad ſe redeuntem recipit, & indulget. Verum quidem hoc eſſe fateor, benignior enim eſt Dominus, quam creditur, & cuique parcit ad ſe, vt condecet, redemti. Nouit benigniſſimus eſt Dominus, qui tantas tolerat iniurias à peccatoribus, dans eis ſpacium, vt emendentur? Sed homo nouerit, quòd ſicut benignus eſt in tolerando, ita & iuſtus in puniendo. Sed forte quis iterum dicet, quod vir qui toto tempore, quo vixit, malefecit, in mortis articulo accepta pœnitentia à Deo veniam obtinebit. Heu quam vana ſuſpicio. Vix de centum millibus hominum, quorum mala ſemper fuit vita, meretur vnus in morte diuinam habere in fulgentiam. Certè verè cõeludam, qui dum ſanus eſt, & iuuenis Deum offendere non formidat, in morte non merebitur, indu gentiã obtinere diuinam,* hæc ille. Non ergo vos detineat diabolus ligatos in peccatis, ſub ſpe indulgentiæ, cum vobis non pœnitentibus cruciatus ſint parati damnationis æternæ. Patuit hoc per exemplum, quod ponit Gregor. in 4. Dialog. di. Quod quidam ciuis Romanus habebat filium monachum, nomine Maximum, qui cum eſſet infirmus ad mortem, viſitat' eſt ab ipſo filio monacho, ad cuius exhortationem cum noluiſſet facere pœnitentiam, veniens ad punctum mortis, vidit dæmones ad ſe venientes in forma æthiopum nigerrimorum, & exclamauit dicens: Adiu, me fili ab iſtis Aethi-

Sunt enim infirmitates apprimè cognati de iuſti ipſum molecruciatus ſtantes: & ſequere, vt vis.

Exempla aliquorum qui pœnitentiam agere neglexerũt, dum tempus habent, & cũ

Digitized by Google

postea vellent, tempus eis defecit.

opibus, & cum illi dæmones propè essent, iterum exclamauit fortius di. Expectate per vnum diem, quia volo facere pœnitẽtiam, illi autem dæmones, non dantes sibi vllum tempus pœnitendi, animam eius ad infernum detulerunt. Ibidem etiam refert Gregor. Quod in quodam monasterio, quidam monachus, qui apparebat totus religiosus exterius, ad mortem veniens, fecit conuocari fratres, quibus dixit totus tremens; Quando me vobiscum ieiunare credebatis, occultè comedebam. Et ecce nunc ad deuorandum, draconi sum traditus, qui cauda sua genua mea, pedesque colligauit, caput vero suum intra os meum mittens, spiritũ meum abstrahit, quibus dictis statim moriens, à dracone, quem viderat, non potuit liberari. Refert quoque Cyrillus scribens August. de transitu Hieronymi, Quod quidam nepos suus, nomine Ruffus, iuuenis, 18. annorum valde pulcher, & decorus, ab omnibus amatus, mortuus est. Cumq; ipse Cyrillus rogasset sanctum Hieronymum, vt sibi reuelaret, quid acciderat animæ nepotis sui: quadam die, cum oraret hora nona, apparuit sibi dictus nepos horribilis ad videndum, ligatus catenis igneis, flammasq; fœtidissimas emittens, ita vt tantum fœtorem sufferre non posset. Dixitque, quod *ideo damnatus erat, quia in ludis maximè delectabatur, & ab nullam aliam causam.* Quo recedente, tantus fœtor remansit in eo loco, quod per magnũ tempus, ibi nullus ausus est introire. Legitur quoque in chronicis ordinis Minorum, Quod in ciuitate Parisiensi quidam Guardianus præcepit cuidam fratri morienti tria. Primum, vt statim post mortem iret ad cœlum. Secundum, vt sibi appareret post transitum. Tertium, vt diceret ei, quot animæ transissent de hoc mundo in puncto suæ mortis. Ille autem mortuus, post tres dies apparuit Guardiano, totus gloriosus, dicẽs: Scias, quod obedientia tua, non valuit mihi nisi in vita. Et ideo non potui statim ire ad paradisum post mortem, nec ad te venire, quia steti in purgatorio, vsque nunc: modo autem vado ad cœlum. Sciasque in puncto mortis meæ, quinque millia animarum migrasse à seculo, & solum vnam iuisse ad paradisum recto tramite, tres vero ad purgatorium, de quibus ego fui vna, aliæ omnes ad infernum descenderunt. Quibus exemplis apparet, quam sit terribilis diuina iustitia.

DE LONGANIMITATE.

Quæ est sexta catena, qua diabolus peccatores decipit.

SExta catena dicitur longanimitatis. Dicit enim diabolus peccatori: *Deus est patiens, & longanimis, ac præstabilis super malitia.* Ioelis. 2. Et ideo vel non punit peccata, vel certe expectat vsque ad vltimum terminum vitæ peccatoris. Tu vero es iuuenis tu habes corpus validum, ac forte, habebisque longam vitam. Et ideo noli perdere florem iuuentutis tuæ. Sed dum sanus es, & iuuenis, iucundare. Tempore vero infirmitatis, vel senectutis confiteberis. O horribilissima catena, quantos ligas. Dicitur enim Eccles. 8. *Quoniam non profertur citò sententia contra malos, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala.* Aiunt enim peccatores: Tanto tempore in peccato mortali stetimus, & tamen Deus semper nos expectauit ad pœnitentiam. Et ideo etiam expectabit vsque ad mortem. Nec propter aliquod peccatum nobis aliquid mali eueniet, sicut nec in præteritum euenit. Et hoc habetur exemplum terribile. Legitur enim, quod quidam peccator audiens dici, quod Deus punit seueriter peccata, in hac vita, & in alia, subridebat, dicens: Ego feci tot, & tam magna peccata, & nunquam vllam punitionem habui. Qui statim audiuit vocem de cœlo dicentem: O stulte, & maledicte peccator, scias, quod propter tale peccatum, perdidisti oculum; propter tale vitium, amisisti filium; propter talem abominationem incurristi illã infirmitatem. Et vltra ista mala temporalia, pœnã te expectat æterna, & statim cecidit mortuus, & ad infernum à dæmonibus fuit delatus. Ex quo exemplo patet; quod falsa est diaboli suggestio, quod Deus non punit in hac vita peccata hominum; & licet aliquando tardet punire, hoc peccatoribus verti-

Melius est 2. quia nullum peccatum impunitum, sicut nec bonum irremuneratum.

Exemplum de quodam asserente, se multa mala perpetrasse, & nullã punitionem habuisse.

vertitur in maximum damnum. Ait namque Valerius: *Lento etenim gradu ad sui vindictã diuina procedit ira, grauitatemque supplicij tarditate compensat,* & Hieronymus super Hieremiam: *Quanto maior est numerus temporum quibus obliuiscimur Deum, tanto maior est pœna peccati, quod nec longitudine seculorum poterit edomari.* Sicut ergo quanto longius ab arcu chorda protrahitur, tanto vehementiorem vulnerationem iactata facit sagitta: Ita quo longius protrahit Deus iram suam, tanto seuerius in peccatis perseuerantem punit.

Vitam esse breuem, & non longam, vt Diabolus pollicetur.

ILlud quoque quod de longitudine vitæ pollicetur diabolus, probatur esse falsissimum. Vt enim inquit Arist. 1. Peri her. *De futuris contingentibus non est determinata veritas,* imo tota sacra scriptura proclamat, vitam nostram esse breuem. Vnde beatus Iob inquit. 13. lui libri. c. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem statu permanet.* Seneca quoque ad Lucillum epistola. 24. ait: *Quotidie morimur, quotidiè demitur aliqua pars vitæ; & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit.* Infantiam amisimꝰ, deinde pueritiam, vsque ad vltimum quicquid temporis transit perit, & nunc ipsum, quem agimus diem, cum morte diuidimus. Ideo dicitur communiter, quod senes habent mortem ante se continuè, & iuuenes post terga, vnde Hieronym. in quadam epistola inquit: *Iuuenis citò mori, senex vero diu viuere non potest.* Augustꝰ. quoque in quodam sermone ait: *Nihil aliud est tempus præsentis vitæ, quàm quidam cursus ad mortem,* & Bern. in lib. de conscientia c. 24 di. *Dum nescimus, repente mors venit.* Nescimus enim quid hodie nobis cõtingat, & ignoramus, si hac nocte animam nostram conditio mortis deposcat, quotidie ad finem vitæ tendimus, & ad mortem properamus. Ideo dicit dominus Mar. 13. *Vigilate, quia nescitis quando dominus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes.* Augustꝰ. quoque in lib. de vera innocentia c. 10. inquit: *Remedia conuersionis ad Deum nullis sunt cunctationibus differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgentiam promisit, differenti diem certum non spopondit.* hæc ille.

Pœnitentia non est differenda, quia tria ignoramus. Primum quod ignoramus, est hora mortis.

TImendum est ergo nobis magnopere tardantibus facere pœnitentiam, quia tria ignoramus. Primum est, de hora mortis, quia licet dicat Tullius in lib. de Senect. *Quod nemo est adeo senex, qui se non putet adhuc annũ vinere.* Hæc opinio pro certo est falsissima. Ait enim Salomon Ecclesiast. 9. c. *Nescit homo finem suum. Sed sicut pisces capiuntur hamo, & volucres laqueo, sic capientur iniqui tempore malo.* O quot sunt qui multa disponũt in tribus, vel quatuor annis se facturos, qui ante annum morientur.

O quot ædificant domos, qui in eis non habitabunt: quot plantant vineas, qui earum vinum non bibent: quot lucrantur pecunias, quas alij expendent: quot cogitant per multa tempora gaudere, qui forte cras morientur. Exẽplum habemus de illo diuite, de quo saluatꝰ Luc. 12. inquit: *Quod dicebas anima tua. Anima mea, multa bona reposita habes in annos plurimos. Nunc ergo requiesce, comede, bibe, & epulare. Cui dixit Dominus: O stulte, hac nocte repetẽt animam tuam à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Ideò infert saluator Matt. 24. di. *Estote ergo parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet,* & Matth. 25. iterum ait: *Vigilate, quia nescitis diem neque horam.* Sicut enim nihil est certius morte: ita nihil est incertius hora mortis. l. 1. ff. de condit. & demon. Secundo ignoramus quo in loco mors sit nos inuasura. Magnum autem est inter angustias mortis refrigerium, cum quis in domo parentum, vel domesticorum in lectulo recubãs, naturæ debitum soluit. Sed hoc nullus homo certum habere potest. Videmus enim per experientiam alios suspensos in patibulo, alios combustos, vel affixos palo, alios submersos in aqua, alios morte subitanea exterminatos, vitam finisse, diuersoque repentinis casibus diem clausisse extremum, quibus aliud quam sperabant, euenit. Vnde dicitur in l. senatus. § mortis causa. ff. de dona. causa mor. Quòd varia sunt mortis genera. Vnde ibi Paulus iurisconsultus ait: *Si quidem terra, marique, tam in pace, quam in bello, tam domi quã militiæ, multis generibus mortis periculum metui potest.* Quid ergo faciemꝰ, nisi time-

2. Ignoramus, quo in loco mors nos inuadet.

timere exemplo aliorum? Iuxta illud Proverbium: *Casus dementis, correctio sapientis. Felix quem faciunt, aliena pericula cautum.* Ideo inquit Seneca ad Lucillum: *Incertum est quo in loco te mors expectet, tu eam quoque in omni loco, si sapiens eris, exspectabis.* Tertio ignoramus modum mortis. Nemo enim scit qualiter mori debeat, & tamen nihil est ita necessarium nobis, sicut bene mori, hic enim actus totum semel fit, vel bene in æternum, vel malè in perpetuum. Vt autem quis benè moriatur, necesse est eum bene viuere. O diabolice peccator, qui obstinatus permanes in peccatis, quomodo putas te esse moriturum? Audi August. in quodam sermone dicentē: *Impossibile est malè viuere, & bene mori.* Impossibile, id est valdè difficilè. Sic enim aliquando accipitur, secundum Arist. 5. Metaphy. Et ideo modo age pœnitentiam & non expecta illum diem extremum, quia inquit Lucanus in 1. *Tolle moras, semper nocuit differre paratis.* Hinc Horatius in epistolis, epistola 11. ait: *Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam. Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.* Martialis etiam Cochus libro vndecimo, suscepto. c. 5. dicit: *Vsuendi recte semper est tempus horam.* Et moralis Cato libri sui c. 3. dicit: *Rem tibi quæ noscenti vtilem, dimittere noli: Ne rursus quæras, quæ iam neglexeris ante.* Prosper etiam in lib. epigrammatum, Epigrammate. 70. ait: *Quid iuuat in lōgum cursus producere mobilis dubiū expectat cras, hodiernus dies.* Ideo cantat sancta mater Ecclesia: *Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus, ne forte præoccupati a die mortis, quærendi spatium pœnitentiæ, inuenire non possimus.* Apostolus quoque ad Galat. 6. capite hortatur, dicens: *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

Concluditur modo, peccatore statim post perpetrata peccata debere resurgere, ne multa mala incurrat, ob pœnitentiæ dilationem.

QVilibet ergo peccator debet statim post lapsum resurgere a peccato, & non expecta eo diem mortis. Nam vt inquit Dominus Luc. 14. 31. *Asinus vester, vel asinus cecidit in foueam, protinus eum extrahere festinat, etiam in die festo.* Multo itaque magis debet quisq; per pœnitentiam extrahere animam suam de luto, & fœtore peccatorum. Nam ex dilatione pœnitentiæ incurrit multa mala. Primum dicitur perditionis, perdit enim tempus, quod in vanum consumit, donec est in solio Dei constitutus quod quidem tempus inæstimabile, secundum Bernardum, nunquam potest restitui, quia *quod semel ad nihilatam est, nunquam redit per naturam*, vt ait Philosophus 2. de generatione. Cuius quidem tēporis, si damnati haberent posset horam, ad faciendam pœnitentiam, mirabiles austeritates facerent, & optimè eam dispensarent. Secūdum dicitur infusionis, scilicet gratiæ. in illa enim anima sic in peccato manente, gratia Dei nunquam infunditur. Nā idem subiectum simul, & semel non est susceptiuum contrariorum in eodem instanti. 2 topi. & 2. Peri herm. In anima ergo plena peccatis non potest stare gratia Dei. Nam *in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*, Sapientiæ 1. Peccatum enim directè opponitur charitati, & gratiæ Dei secundum Theolo. in 1. di. 17. Tertium dicitur priuationis. Nam priuatur talis anima illo bono, quod opera eius etiā bona non ei proficiunt ad vitam æternam, quia sunt sine charitate facta, sine qua nihil valet aliquod opus, etiam si coleraretur martyrium 1. ad Cor 13. & c. vide. 1. q. 1. Vnde existens in peccato mortali potest dicere cum Petro illud Luc. 5. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Ille enim piscatur in nocte, qui opera sua facit in peccati obscuritate. Ille vero piscatur in die, qui bene operatur in lumine diuinæ gratiæ. De existentib⁹ vero sine charitate dicitur Sap. 3. *Vana est spes eorum & labores sine fructu.* Cum charitate autem omnia sint meritoria, dicente Apostolo ad Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quartum dicitur multiplicationis scilicet peccati. Dicit enim Gregorius. *Peccatum, quod per pœnam extinctum non deletur, mox sum pondere ad aliud trahit.* Vt enim dicitur Esa. 38. *Abyssus abyssum inuocat.* Talis etiam cum tali proposito aggrauat peccatum suum. Ait enim Alexand. de Ales: *Potius est velle carere peccato, quā consummare peccatum.* Quintum dicitur punitionis, scilicet maioris. Quia quanto grauiora sunt peccata, tanto diutius infelicem animam detinet: alligatam, &c. cum tanto de consortio. & secundum mensuram delicti erit, & plagarum modus. Deut. 25. & l. respici-

Primum malū quod incurrit peccator ob pœnitentiæ dilationem.

2 *Malum.*

3. *Malum.*

4. *Malum.*

5. *Malum est quod peccator incurrit ob pœnitentiæ dilationem.*

Digitized by Google

6. malum. reſpiciendum.ff. de pœnis. Sextum dicitur conturbationis,ſiue contriſtationis. Semper enim talis eſt triſtis,quia vt ait Auguſt. in lib.de vera innocentia: *Nulla ſunt grauiores cruces in vita iſta, quàm mala conſcientia: & nunquam habet lætitiam, vel pacem animæ*, quia vt dicitur Eſa.57. *Cor impij, eſt quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt*, & dicere poteſt quilibet peccator illud eiuſdem libri.c.38. *In pace amaritudo mea amariſſima. Nam non eſt pax impijs.*

7. malum. Eſa.48.Septimum dicitur offenſionis. Talis enim offendit Deum patrem, & filium ac Spiritum ſanctum, beatam Virginem,& omnes Angelos,& ſanctos,& eos contriſtat. Quod probatur per locum à contrarijs. Si enim faciens pœnitentiam, facit eos gaudere,vt habetur Lucæ 15. Ergò per oppoſitum erit, de non faciente pœnitentiam de peccatis ſuis. *Si enim vnum eſt cauſa alicuius, oppoſitum eſt cauſa oppoſiti.*9.Metha.& 1.Poſte. Octauum dicitur imparticipationis. Talis enim differens pœnitentiam non participat, neque de bonis præteritis, ſcilicet de paſſione Chriſti,neque de præſentibus,ſcilicet de meritis Eccleſiæ, religioſorum, neq; de futuris puta beatorum 23. q.7.c. Quemadmodum. Faciens autem pœnitentiam poteſt dicere Deo,cum Pſalmiſta: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Nonum dicitur excluſionis, ſcilicet ab indulgentijs. Talis enim ſi millies iret ad indulgentias à pœna, & à culpa, nunquam eas reciperet, cùm non ſit contritus & confeſſus,ſecundum declarata per Inno. & Hoſti.in c. Quod autem.de pœni. & remiſſ.& Theo.in 4.di.20. Decimum dicitur caſſationis. Nam ſi multùm triſtantur armigeri,quando caſſantur a ſuis capitaneis, & tunc vendunt equos, portantque veſtimenta,& armaturas, ac clypeos ad pignorandum. Multo magis debet cõtriſtari peccator,qui caſſatus eſt a militia cœleſtis Imperatoris per peccatum. Nam omne priuilegium reatus excludit.C.vbi tenia.vel clariſ.conue.l.1.& priuilegium meretur amittere,qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. l. Iudæos in fi. C.de Iudæis. 11.q.3.c.priuilegium.& 25 q.vl.9.his ita. Et ideo talis amiſit priuilegium militum Chriſti. Vnde debet ſubitò reuerti ad pœnitentiam, vt iterum aſſumatur ad eius militiam,& fit de illis,quibus ait Apoſtolus 2. ad Ti.2. *Labora vt bonus miles Ieſu Chriſti.* Ne ſubita morte præuentus ad tribunal ipſius Imperatoris inermis abducaris. Sicut accidit cuidam cubiculario ducis Mediolani,1462.die 28.Iul. Qui ſub barbitonſore gaudens, ſubito cecidit mortuus.Meli.Alius quoque eiuſdem Ducis curialis,dum ad curiam equitare vellet,de ſtapha cadens retro expirauit. Meli. Eodem etiam anno in Canaueſio, poſt Paſcha nobilis quædam prægnans, chorizando ſtatim mortua eſt. Item in ciuitate Brixiæ quædam ſponſa chorizans,expirauit in medio chorea. Paduæ nobilis quædam iuuenis cum tubis & tympanis ad maritum iuit die Dominico,& infra ſeptimanam omni die ad vota chorizauit. Dominica verò ſequenti doloribus anguſtiata expirauit. Laudæ ſacerdos nouellus miſſam cantaturus die Dominico in platea ſolemniter ornata, cùm Sabbato dormitum iſſet, manè mortuus in lecto repertus eſt. In Arona lacus maioris quidam ad tabulas ludens, ſubito expirauit. Et alter ibidem cum vxore in mensa ſedens,ſimiliter expirauit. In terra Vigleuani mulier Dominico die ſe veſtiens ad miſſam itura, cecidit mortua. Locarni lacus maioris,ipſo ſero quodam læta dormitum ijt, & nocte illa mortua eſt. 1468.In ciuitate Papiæ mortuo quodam nobili, vnus orator actu rhetoricam legens, cùm iret,vt ſuper funus orationem faceret, in media via expirauit. Bergami in eodem anno,quidam denarios numerans in die omnium ſanctorum,expirauit. Eodem anno Varnij quidam nobilis in feſto Paſchæ vſque ad horam tertiam noctis, cum ſuis ſpatians,cum dormitum iret, doloribus corripitur,& loquelam amiſit,ac mortuus eſt. 1471. Papa Paulus cùm ſanus cœnaſſet,in Camera ſua dormitum vadens,mortuus inuentus eſt. Romæ quidam vir ditiſſimus cum concubina dormiens, ſuper corpus eius expirauit. Et idem accidit Mediolani cuidã peccanti cũ quadam moniali,& alteri religioſo cum concubina ſua peccanti. 1457.Cum quidã nobilis ditiſſimus ad ignẽ

8. malum.

9. malum.

10. malum

Lege iſta exempla de multis ſubitam te præuentis, & ora Deum, ne & tibi ſimiliter accidat.

pirum cum baculo volueret, nullo præsente inclinato capite expirauit, & in ignem cecidit. Ibidem etiam cùm quidam prædicator detestaretur laruas, vnus iuuenis. 26. annorum irrisit verba eius, & nocte sequẽti mortuus est. Prætermitto de multis principibus, qui tẽporibus nostris sani, & in multis prosperitatibus existentes, ex improuiso in instanti sunt interfecti. Et de quam pluribus alijs qui iuuenes cùm essent & robusti, repentina morte sunt extincti.

Deo nihil gratius facere possumus, quàm à peccato resurgere, & deinceps abstinere.

SCias autem ô peccator, quòd vt ait Ricar. noster in suo quodlibeto, tu non potes facere Deo aliquid gratius, quam dimittere peccatum, & de cætero ab eo abstinere. Gratius siquidem est ei quòd dimittas peccatum, quàm quòd dones ei omnem mundi thesaurum, quia spiritualia sunt digniora corporalibus & temporalibus. l. Sancimus. C. de sacrosan. Eccle. Item est carius Deo, quòd sanes animam tuam infirmam, per pœnitentiam, quàm si sanares omnia corpora mundi amore ipsius, quia sanitas animæ est incomparabiliter dignior sanitate corporis. c. cùm infirmitas de pœni. & remis. Item ei hoc est gratius, quàm si omnes Turcos ac Sarracenos, & Iudæos, hæreticosque & infideles omnes conuerteres ad fidem, & omnes peccatores ad pœnitentiam. Ait enim ipse Dominus Matt. 16. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* & ideò ait August. *Plus placet Deo, quòd cum gratia & charitate saluet animam tuam, quàm si totum mundum cum tui damnatione saluares* Et ideò ipsi est gratius, quòd per pœnitẽtiam à morte peccati suscites teipsum, quàm si centum millia mortuorum ad vitam miraculosè suscitares. Vt inquit Greg. Nam innumerabilium mors corporũ, morti vnius animæ non potest comparari. c. si habes. 24. q. 3. Item est hoc illi carius, quàm si faceres maiorem abstinentiam, & plura bona, quàm fecerint vnquam omnes sancti, non dimittendo peccatum. Nam de pœni. di. 3. in c. Nihil prodest, dicitur: *Nihil prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona facere, nisi mens ab iniquitate retrahatur.* Item Deo est hoc gratius, quàm si pro illo poneres vitam tuam, qua nihil est tibi carius, iuxta illud Iob. 2. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ possidet, dabit homo pro anima sua.* id est pro vita tuenda. Licet enim patereris mille martyria pro Christo, non essent illi accepta, si non dimitteres peccatum. c. firmissime. de hære. Item est ei hoc magis gratum, quàm si diceres, vel dici faceres mille Missas ad honorem eius. Ait enim ipse Dominus Matth 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.* Si ergò non acceptat Deus sacrificiũ illius, qui non prius reconciliatur proximo, multo minus acceptabit sacrificium eius, qui non prius reconciliatur sibi. Et ideò non est grata ei peregrinatio totius mũdi amore eius, sine dimissione peccati. Facit ad prædicta. quod inquit Ambrosius in lib. de paradiso di. *In cunctis sacrificijs nullum magis Deus offerri potest, quàm vt innocens seruet innocentiam suam, & iniquus relinquat iniquitatem suam.* Legitur etiam de sancto Alberto, quòd cùm semel diceret Missam, rogauit Dominum Iesum, vt ei reuelaret quæ essent opera hominum, sibi magis grata. Cui ipse Dominus apparens inter alia dixit, quòd eleemosyna, etiam modica, quam quis facit in vita, amore sui est ei gratior, quàm si post mortẽ suam dari faceret pro eleemosyna montem aureum à terra, vsque ad cœlum pertingentem. Item dixit, quòd sibi est gratius, quòd peccator peccatum suum confiteatur, & dimittat, quàm si denudatus, & columnæ alligatus à quatuor carnificibus acriter flagellaretur vsque ad diem iudicij, & illa flagella pateretur amore sui. Nihil enim à nobis magis habere desiderat Deus, quàm munditiam cordis. Vnde in ciuitate Paduæ coniuratus quidam dæmon vt diceret, quid magis placeret Deo, respondit: Dimidiũ sphæræ, sphæram cum principe Romæ. Postulat à vobis totius conditor orbis. Dimidium autem sphæræ est sicut C. sphęra est sicut O, prima litera principis Romæ, scilicet Romuli, est R. Et sic voluit dicere quòd Deus petit à nobis Cor, dicens illud Prouerb. 23;

Prœbe

Digitized by Google

Præbe mihi cor tuum. Tunc autem illud damus Deo, quando mundamur à peccatis, & sanctificamus nos per pœnitentiam; quod quidem summè appetit ipse Dominus, dicente Paulo Apostolo 1. ad Thess. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.* Quæ omnia idem Paulus considerans 2. ad Cor. 6. c. dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Abijciamus ergò opera tenebrarum.

DE DESPERATIONE,

Quæ est vltima catena, qua diabolus peccatores illaqueat Dæmonis consuetudo quæ.

SEPTIMA, & vltima catena diaboli dicitur desperabilitatis. Nam hæc est consuetudo dæmonis, vt antequã homines peccent, eis suggerat, Deum esse misericordem. sed postquam peccauerunt, suggerit, ipsum esse crudelem, vt sic desperando de misericordia Dei, nunquam pœniteant. Sicut fecit Cain homicida. Gen. 4. c. di. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Idcircò Salomon Prou. 18. c. inquit: *Impius cùm in profundum peccatorum venerit, veniam contemnit.* Item in persona desperati dicitur Hiere. 15. *Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari.* Sicut fecit Iudas Matt. 27. Qui abiectis argẽteis in templo ex desperatione laqueo se suspendit. Ex hac maledicta desperatione homines fiunt deteriores, iuxta illud ad Ephe. 4. *Desperantes semetipsos tradiderunt.* Ideò inquit auctor fabularum Æsopi, fabula. 29. *Sic timeas quicunque timet, ne mole timoris, Spe careat: grauis est spe fugiente timor. Speret qui metuit, moriturus viuere vidi, Spe duce victuros, spe moriente mori.* Quantum autem sit peccatum desperationis, patet per Isidorum in Synonyma dicentem: *Qui veniam de peccato desperat, plus se de desperatione, quàm de commisso crimine condemnat.* Hieron. quoq; in epistola ad Fabianum ait: *Nihil tam repugnat Deo, sicut cor impœnitens, hoc solum crimen est, quod veniam consequi non potest.* Et super Esaiam inquit: *Nihil sic offendit Deum, sicut erecta cervix post peccata, & ex desperatione contemptus.* Sed hæc maledicta, atque diabolica catena faciliter rumpitur, si diuina scriptura perlegatur, in qua infinita Dei misericordia prædicatur. Vnde Eccle. 2. dicitur: *Pius & misericors est Dominus.* Et 10. eiusdem libri. c. *Magna est misericordia Dei, & propitiatio eius,* & 18. c. *Quis adijciet narrare misericordiam Dei?* & Eze. 18. dicit Dominus. *Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum quas operatus est, non recordabor.* O immensa Dei clementia, O infinita misericordia, O benignitas inaudita. Non dicit Dominus: *Si me offenderit peccator semel, bis, vel ter, dimittam ei: sed quotiescunque ingemuerit.* O bone Iesu, si te offenderit peccator millies, dimittes ei? Si cẽtum millies, dabis ei veniam? Si in infinitum, si fierà potest, an iterum illum acceptabis in tuam gratiam? Audi ô peccator obstinate, Dominum tuum respondentem: *Quacunque hora ingemuerit peccator, &c.* Quare ergò desperas? Quare ad eum non conuerteris? Audi Augin li. de spiritu & anima. c. dicentem: *Tardius videtur Deo peccatori veniam dare, quàm ipsi peccatori accipere.* Ideò Ber. in ser. 22. super Cant. inquit: *Omnino propter mansuetudinem quam in te prædicamus, currimus ad te, Domine Iesu, audientes, quòd non spernis pauperem peccatorem. Non horruisti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non deprehensam in adulterio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum.* Quid ergò dubitatis scelerati peccatores? Recurrite itaque ad pedes benignissimi Domini Iesu Christi, qui vos vocat per Prophetam Ioel. 2. c. dicens: *Conuertimini in toto corde vestro, ad Dominum Deum vestrum, quoniam benignus & misericors est, ac multæ misericordiæ.* Ipse verò clementissimus saluator noster, si dimissis peccatis ad eum reuersi fueritis, suam vobis in præsenti gratiam, in futuro autem vitam donabit sempiternam,

Amen.

Quòd ista desperationis catena faciliter rumpatur, & quomodo.

Desperationis peccati grauitas quanta sit.

Digitized by Google

DOMINICA IN QVADRAGESIMA,

De periculo tardationis pœnitentiæ, vsque ad mortem.

SERMO OCTAVVS.

Homo si post susceptū baptismum mortaliter peccaueris: secundam tabulam debet arripere. s. pœnitentiæ, ne in profundum demergatur.

HORTAMVR vos, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis. 2. Cor. 6. & in epistola occurrentis Dominicę, secundùm Arist. sen in 1. Phisi. & in 2. de anima: *Ex his quæ nobis manifesta sunt, venimus in cognitionem eorum, quæ nobis non sunt ita manifesta.* Vnde Greg. in quadam hom. inquit: *Ex his quæ animus nouit, surgit ad incognita, quæ non nouit.* Et ideò sacri doctores volentes nos reducere ad viam pœnitētiæ, & ad virtutes spirituales, id conantur facere per traditionem cuiusdam pulchri exempli materialis, dicentes: Quòd nauigantes per mare occurrēte illis periculo naufragij, propter inundationes maris, aliquam tabulam appræhendunt, cuius adminiculo à fluctibus & turbinibus maris liberari perquirunt. Quòd si aliquo maris impetu illā tabulam dimittere cogantur, mox aliā, si possunt, appræhendunt, cui firmiter inhærētes, nec ipsam aliquo modo dimittentes, per multas amaras potationes, tandem ad portū securi perueniūt. Mortaliter mare est mūdus præsens plenus turbinibus & fluctuationib. de quo Dauid in Psal. 103. inquit: *Hoc mare magnū & spatiosum manib.* in quo reptilia quorum nō est *numerus. Animalia pusilla cum magna.* i. diuersa genera inimicorū, quæ secundū nostrarū virium quantitatem, cōpensato nobiscum agone luctantur, vt inquit Ambr. in ser. vnius confessoris Pontificis. Nauis est sancta mater Ecclesia, quę cōglutinata est vinculo charitatis. Vnde de ipsa dicitur Prou. vl. *Facta est quasi nauis institoris.* Super hanc nauim oportet nos nauigare ad patriam cœlestem: sed hæc nauis per peccatum primorum parentum passa est naufragium, ex quo omnes filij eius. s. Sanctæ Ecclesię, iactati sunt super vndas maris, agitati turbinibus & tentationibus mundi, carnis, & diaboli. Vnde clamabat Dauid in persona omnium nostrum. Psal. 68. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq. ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est subsistentia.* Si igitur Adæ filij volunt ab hoc naufragio liberari, necesse est eos primam apprahēdere tabulam, scilicet sanctum baptismū, per quem reparatur in nobis innocentia & gratia perdita, secundū sanctum Bonauen. in 4. di. 4. & beatum Aug. in lib. de baptismo paruulorum. & in c. per baptismum. de conse di. 4. vbi inquit Aug. *Per baptismum quicquid ab homine dictum, factū, aut ja uari pocogitatum est, totum aboletur, & quasi non factum habetur.* Verum quia multis rapidis inundationibus huius maris, id est prędictis tentationibus, relinquùt plures gratiam baptismalem, & primam tabulam, & consequenter non possunt amplius per illam se defendere, quia baptismus non est iterabilis, secundùm sententiam Theo. in 4. di. 4. vbi Ricar. ar. 4. q. 1. Ideò facto secundo naufragio per peccatum actuale, mortale, si volumus saluari, & ad portum salutis peruenire, necesse est secundam apprahendere tabulam, de qua Hieronymus ad Demetriadem virginem inquit: *Veram non ignoremus pœnitentiam, ne facilè peccemus, hæc secunda post naufragium miseris tabula est.* Sicut enim baptismus principaliter est institutus, contra peccatum originale, ita pœnitentia contra actuale, vt inquit Ricar. in 4. di. 2. artic. 1. q. 4. Ideò de pœ. di. 1. in 6. multiplex. alias c. multiplex, Leo Papa dicit: *Multiplex Dei misericordia, ita lapsibus humanis subuenit, vt non solùm per baptismi sacramentum, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ.* Ideò hortatur nos Apostolus in verbis propositis di. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Sicut enim ille in vacuum recipit aquam, qui ponit eam in vase perforato, ita in vacuum quis recipit diuinam gratiam, quæ significatur per aquam. Ysai. 55. vbi dicitur: *Omnes sitientes, venite ad aquas*: nisi veram faciat suorum peccatorum pœnitentiam. Verùm

Duæ sunt tabulæ, per quas homo post naufragium miseris tabulas. s. baptismum, & pœnitentiam.

multi

Digitized by Google

multi ſunt, qui diabolico inſtinctu expectant vſq; ad mortem facere pœnitentiam, & non faciunt, quando poſſunt videlicet in iuuentute, & ſanitate, hoc enim verè tempus eſt pœnitentiæ. Vnde faciunt contra illud poeticum: *Tempore cuntta ſuo quiſque peritus agit*, & eſt dictũ cuiuſdam poetæ qui dicitur Bellinus, in libro, qui appellatur ſpeculum vitæ. Ideo Paulus in epiſtola occurrentis Dominicæ, vos hortatur, vt nũc agatis pœnitentiam di. *quod hoc eſt tempus Deo acceptabile.* Et ideo ſeruate illud poeticũ: *Tempore qui rebus vtitur, ille ſapit.* Et illud Lucæ 10. *Curam illius habe*, ſcilicet animæ tuæ, nunc, & continuè. Septem etenim maxima pericula incurrunt, qui tẽpus mortis expectant ad agendum pœnitentiam. De quibus hoc in ſermone tractabimus. Primum appellatur habituationis. Secundum priuationis. Tertium occupationis. Quartum dimiſſionis. Quintum impugnationis. Sextum intricationis. Septimum & vltimum derelictionis.

Septem maxima pericula incurrunt qui tẽpore mortis expectant ad agẽdum pœnitentiã.

DE HABITVATIONE IN peccatis, ac mala conſuetudine.

Habituatos in peccatis difficiliter reſurgere poſſe, triplici ratione oſtenditur. Prima rõ, conſuetudo peccandi licet excuſet peccatũ, quo ad pœnam temporalem, non tamen quo ad pœnam æternam, immò magis aggranat.

PRimum periculum dicitur habituationis ſcilicet in peccatis. Qui enim per decem, viginti, vel triginta annos conſueti ſunt peccare, & fortius, qui in peccatis vſque ad mortem perſeuerauerunt, difficiliter poſſunt à peccatis reſurgere, triplici ratione. Prima dicitur aggrauationis: licet enim conſuetudo peccandi, quandoque excuſet in delictis quo ad pœnam temporalem, cap. denique, §. de ipſa 4. di & cap. obijciuntur. 32. quæſt. 4. & c. ſane. extra de temp. ord. Tamen quò ad pœnam æternam, nullo modo excuſat. vt inquit glo. in d. c. denique & allegat ca. ſalonite. 63. di. Conſuetudo enim peccandi, non alleuiat, ſed aggrauat peccatum. l. cap. §. ſolent. ff. de pœnis l. deſertorẽ. §. ſi plures. & l. non omnes in prin. ff. de re. mili. & l. nemo C. de epiſ. au. &c. non debet extra de ſimo. c. non ſatiſ. Et de eo quæ duxit in matri. quam po. per adul. c. cum haberet. & 32. q. 7. c. flagitia. Imò conſuetudo quandoque veniale peccatum facit mortale ſ. quando facit ipſum peccatum veniale placere, vt mortale. 25. di. §. criminis. verſiculo alias. & quandoque allegatur. §. alias. de hac etiam aggrauatione peccati, per conſetudinem habetur, in cap. cum tanto extra de conſuetudine. vbi dicit Gregor. 9. *Tanto enim grauiora ſunt peccata, quanto diutius infelicem animum detinẽt alligatum.* Ideo dicit Montanarius in Luna celeri: *Auget, non minuit mala conſuetudo reatum.* Sic ergo quo grauior eſt infirmitas, eo difficilior eſt ad ſanandum. Ita quãto magis quis perſeuerauit in peccato, per conſequens eius infirmitas ſpiritualis eſt grauior, & tanto maiori curatur difficultate.

Ex hoc habes quàm conſuetudo ſit mala.

2. ratio, qua oſtenditur quod conſueti in peccatis nõ facilitèr reſurgunt.

SEcunda ratio dicitur iuriſdictionis, habemus enim hoc in iure, quod conſuetudo dat iuriſdictionem. C. de eman. liber. l. 1. & ſi. & C. quæ ſit longa conſuetudo. l. ſi. 9. q 3. c. conqueſtus. extra de foro compe. cap. cum contingat extra de of. or. c. irrefragabili. & extra de arbi. c. dilecti. de cle. coniu. cap. cum olim. de conſue. c. cum conſuetudinis. vbi glo. & extra de ſen. & re. iudi. cap. cum cauſa. Vnde ſi quis ad forum alicuius iudicis per 25. annos ierit, licet non ſit ſuus iudex, tamen per iſtam conſuetudinem eundi efficitur ſuus iudex, & poteſt eum cogere, vt ad eum veniat. Et tanto magis ſi expreſſe conſentit in eum, tanquã in ſuum iudicem, ſciens eum non eſſe ſuum. l. 1. & 2. in prin. ff. de iudi. Sic itaque, & ille, qui conſuetus eſt ad forum diaboli accedere per conſuetudinem peccãdi, illi dedit iuriſdictionem ſuper ſe. Ideo dicit Dominus, Ioan. 8. c. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, & exponit glo. 1. diaboli. Ad prædicta etiam facit quod cõſuetudo habet vim pacti, conſuetudo namque, & pactum æquipollent, vt no. in l. de quibus. ff. de legi. & de elec. c. ſacroſancta, & in l. Conſuetudinis. C. quæ ſit long. conſue. vbi Cy. & Bar. Vnde de conſuetudine ad pactum valet argumentum, ſecundum Archi. in ca. conſuetudinis. 11. di. & gloſſam magnam in cap. ſecund. de conſuetud. libro 6.

Ad forum Diaboli accedentes per conſuetudinem, dant ipſi ſuper ſe iuriſdictionem.

Digitized by Google

3. ratio, qua probatur quod in peccatis perſeuerantes difficiliter ab ipſis ſe abſtineant.

TErtia ratio dicitur aſſuefactionis. *Conſuetudo enim eſt altera natura.* ff. ad Mace. l. 1. vbi glo. & ff. de liber. & poſt l. ſi quis poſthumos. in princ. & de poſtu. l. 1. §. beſtias & de acqui re. do. l. naturalem. §. in his, & inſtitut. de re. diui. §. ceruos. vbi noſtr. Et hoc ẽt dicit Ari. in lib. de reminiſcentia, & in 1. Rhet. c. 10. & li 4. problematũ, problemate 28. ac. 7. Ethi. vbi ait: *Difficile eſt reſiſtere conſuetudini, quia aſſimilatur naturæ.* Sicut ergo eſt difficile, imò maximè arduum, nõ ſequi naturã, quia naturalia ſunt immutabilia. §. Sed naturalia, inſtitut. de iure na. gen. & ciuilia eſt etiam difficillimum homini, qui aſſuetus eſt in peccatis, relinquere illa. Ait enim Ari. 2. Ethi. *Ex frequẽtatis actibus generatur habitus de difficili mobilis à ſubiecto*, & iterum in prædicamento qualitatis dicit: *habitus eſt de difficili mobilis a ſubiecto.* Vñ Tul. in Philippicis inquit: *Omne peccatum naſcens facilè opprimitur, inueteratum autem fit robuſtius.* Et in Tuſcu. q. lib. 1. idem ait: *Qui in compedibus corporis ſemper fuerũt, etiam cum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur.* Iacobus quoque Beneuentanus, ſui libr. c. 46. ait: *Non eſt res habilis, morem depellere coepe, Eſt radix cuius inueterata diu. Hæc cõnexa ſibi mos, & natura videntur: De facili diriminec reor iſta valent.* Et idem c. 48. inquit: *Res eſt dura nimis vſum depellere longum, Radix euelli non valet alia bene.* Iſidor. quoque ſoliloquiorum li. 1. c. 9. dicit: *Aſſidua conſuetudo in naturam vertitur, & ad peccatum conſtringit.* Ariſtoteles etiam in 7. Ethico. ait: *Operationes beſtiæ, præter ſanam naturam; operationes vero pravorum hominum, ſunt per conſuetudinem.* Et 9. eiuſdem libri inquit: *Non facile eſt hominẽ, ab antiqua conſuetudine tranſmutari.* Faciunt enim peccatores ſicut illi, de quibus ait cõmentator ſuper 3. Phyſi di. *Quod quidam homines ita ſunt aſſueti comedere venenũ, quod illis venenum eſt pro cibo.* Sic peccatorib. per conſuetudinem peccatum eſt cibus, & mel venenatũ. Vnde dicit ſanctus Bonauentura in 2. ſent. di. 34. ar. 1. q. 3. *quod iuſti aliqui, quãdo propter corruptionem palati interioris, mala ſapiunt, vt bona* De iſto malo loquitur Aug. contra Iulianum ca. 8. di. *Conſuetudine malorum ſic reſiſtitur.* Vnde vehementius vidua, quã virgo. & meretrix quam caſta tentatur, & tanto amplius in ea ſuperanda voluptas laborat, quanto ei maiores vires conſuetudo dedit, & in libr. Enchiridion Ambro. inquit: *Peccata, quamuis magna, & horrida cum in cõſuetudinem peruenerint, aut parua, aut nulla eſſe credũtur, vſq; adeo vt non ſolùm non occultanda, verum etiam prædicanda, & diffamanda videantur: quoniam ſicut ſcriptum eſt, laudat peccator in deſideriis animæ ſuæ, talis iniquitas in ſcripturis clamor vocatur, de quo dicitur: Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Quia non ſolùm iam apud eos non putabuntur flagitia eſſe, verum etiam publicè velut lege frequentabũtur.* hæc ille. In 2. quoque de ſummo bono. cap. 25. Iſidor. ait: *Peccatum admittere, eſt in puteum cadere, conſuetudinem vero facere, eſt os putei coanguſtare, ne is qui ceciderit valeat exire.* De hac aũt difficultate non poteſt ſe quis excuſare, cum ſe in illam ſcienter poſuerit. Nam illi non ſuccurritur, qui ſe in neceſſitate poſuit. l. Si fideiuſſor. §. Si neceſſaria. ff. Qui ſatiſ. co. l. Si mulier in 1. ff. quod metus cauſa. l. 2. §. quis tamen. ff. Si quis cauti. l. Sicut ab initio, & ibi gloſſ. C. de act. & obli. l. Si quis. §. ſubuenitur. ff. ad Sylla.

Vt ex vnico actu intenſo ſecundũ Scotum.

Ex omnib. iſtis auctoritatib. habes quã mala ſit aſſuefactionis peccatiũ.

Nota tamẽ iſtas duas cõcluſiones, quas ſecundum Theologos ponũ, vt ne lius inte- beligas, vt pec- catum non ſit ma- lum.

COntra hanc diabolicam cõſuetudinem poſſunt dari multa exempla naturalia. Nam ſi quis per 40. annos geſſerit negotia alicuius magni diuitis, & multa tractauerit, non poterit in media hora omnium veram reddere rationem. Et propter hoc dicebat quidam deuotus princeps, quod ſibi videbatur, quod ſaltem ſemel in anno deberet qui libet bonus ſeruus reddere rationem adminiſtrationis ſuæ domino ſuo. Aliud etiam exemplum dare poſſumus. Nam ſi aliquis tenuerit panum lineum album in aliquo oleo fœtidiſſimo & marcido per multos annos, & poſtea velit illum ad priſtinam albedinem lauando reducere, nunquid hoc faciet in paruo tempore, vel ſine maxima difficultate? Certe non. O diabolici peccatores, qui animam veſtram per creationis gratiam albam, & pulchram, per decem, viginti, vel triginta annos, aut vſque ad mortem tenetis in fœtidiſſimis peccatis inuolutam, nũquid in quarta parte horæ confitendo, eam mortis tempore dealbabitis? profecto magna eſt ſtultitia veſtra,

ma quæritur eſt, quod pœnitentia, quando ſit tantũ in extremis amore Dei, eſt ſalutifera 2. quando pœnitentia ſit timore Dei, eſt ſalutifera 3. quando ſit propter timorẽ pœnæ tantum, non eſt ſalutifera, 4. nec pœnitentia quæ eſt propter amorẽ beatitudinis tantum, eſt ſalutifera, vide Fran. de Mayr. 4. d. 20. q. 2. & alios vt.

Exempla aliqua cõtur de vita mala con- ſuetudine

Digitized by Google

Et nota quod non posibilitatem simpliciter, sed bene vult stultum esse credere hoc pro facili esse.

vestra, si hoc creditis. Ille etiam qui nodum habet extra locum suum, si dum adhuc mẽbrum est calidum facit sibi aptari, faciliter conualescit. Sed si tenuerit extra locum dictum nodum per multos annos, non poterit postea ad locum suum illũ reducere, sine ingentissimo dolore, ac cruciet ibi gumam durissimam, quæ non faciliter poterit dissolui. Similiter ille, qui habet alquam vulnerationem, si curet eam statim, poterit cõualescere de facili, si verò permittat vulnus immedicatum per multos dies stare, vel si postquam cœpit sanari, rursus vulneret ibidẽ, & sic faciet iteratis vicibus, semper renouando vulnerationem, non est dubium, quòd ibi nascetur fistula, quæ difficillima erit ad curandum. Et hoc est hoc inquit Iuuenalis. lib. 3. Satyra 3. *Consuetudo mali tenet insanabile vulnus.* Videmus etiam quòd fluuius non facilè locum deserit per quem accedere consueuit. Tales consuetudinarij peccatores, vt dicunt doc. per Lazarum quatriduanum mortuum significantur, qui vt scribitur Ioannis 11. fœtebat ex corruptione: & ideo in prædicto cap. dicitur, quòd Iesus volens eum resuscitare, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & clamauit voce magna, ad ostendendum difficultatem resuscitationis quatriduani. O fœtidissime peccator, qui tanto tempore in sepulchro horribilissimo peccatorum permansisti, qui es quatriduanus, primo per malam cogitationem: secundo per morosam, & libidinosam delectationem, & consensum: tertio per turpissimam operationem: & quarto per antiquam peccandi consuetudinem. Sciaste toti cœlesti curiæ abominabilẽ, totũ putridum, ac fœtore repletum, non posse ab hac morte peccatorum resurgere, sine maxima difficultate. Et ideo ô peccatores nolite in peccatis morari, quia vt cõmuniter dicitur, *Malum vetus non facilitèr recipit curationem.* Vera enim est illa Salomonis sententia. 22. Prouerb. ca. di. *Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Et ideo consuetis peccare, dicit Dominus per Hiere. Prophe. 13. lib. sui c. *Si mutare potest Aethiops pellẽ suã, & Pardus varietates suas, ita & vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ.* Vñ de peccatore cõsuetudinario dicit Iob 41. *Cor eius indurabitur, quasi lapis.* Et Zach. 7. *Cor suum posuerunt, vt adamantem.* Ideo Seneca inquit: *Peccata iuuenum prædicantur in quale, quia fiunt delectabilia de facili; sed peccata senũ prædicantur in quid, quia eis quasi substantialiter adhærent.* O igitur peccatores indurati in peccatis, quare nõ emollitis corda vestra ad pœnitentiam? Audite quid dicat Sap. Eccles. 3. *Cor durum malè habebit in nouissimo.* Et Leuit. 26. *Conteram duritiam superbiæ vestræ, dicit Dominus.* Ideo tali perseueranti in peccatis dicit Paulus ad Rom. 2. *Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ.* Hæc tanta mala facit perseuerantia, & cõsuetudo peccandi, & tantum furorem Dei contra peccatorem accendit tanquam durum cor illius facit, vt difficillimum, & quasi impossibile, vt ita loquar, sit hominem in peccatis, vsque ad mortem perseuerantem, in illo tempore benè pœnitere, & sanare perfectè animam suam per pœnitẽtiæ medicinam. Ideo exclamat Ouidius in primo de remedio amoris dicens:

Consuetudinarij peccatores per Lazarum quatriduanum denotantur.

Dum licet, & medici tangunt præcordia metus.
Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime dum noua sunt, subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire, resistat equus.
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,
Et validas segetes quod facit, herba fuit.
Quæ præbet latas arbos spatiantibus vmbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit:
Et poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Quale sit id, quod amas, celeri circunspice mente,
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.
Principijs obsta, sero medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas,
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Flumina magna vides, parua de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Vidi ego, quod primò fuerat sanabile vulnus,
Dilatum lentæ damna tulisse moræ.
Sed quia delectat Veneris decerpere fructus,
Dicimus assiduè, cras quoque fiet idem.

Obsti-

OBstinati peccatores, qui iam per multos annos à diabolo possessi estis, an ignoratis quod secundum magistrum Girardum de Senis, ordinis Eremitarum, in summa sua: Et sanctum Bernardinum in suis cõtractibus, ac Scotum, & alios Theologos in 4. di. 15. Ille qui præscripsit aliquã rem, potest eam bona conscientia retinere, tanquã suam, quia per longi temporis possessionem facta est sua. Præscriptio enim, siue vsucapio, est acquisitio dominij per continuationem possessionis, temporis à lege definiti ff. de vsuc. l. 3. vsucapitur autem res mobilis per triennium. Immobilis autem per decem annos inter præsentes, viginti autem inter absentes. instit. de vsuca. circa prin. & §. præscriptione 21. q. 3. Absens autem dicitur, qui a non est in prouincia, præsens verò è contra, vt habetur in l. fi. C. de longi. temp. præscr. Tandem ibi dicit, quòd hodie absens dicitur, qui abest à ciuitate, quia nũc quæ liber contras habet suum rectorem, & olim singula prouinciæ, sed de hoc vide ibi per doc. præscriptio autem propriè est de rebus immobilibus, vsucapio autem de mobilibus. instit. eo. de vsuca. in prin. & ibi glosa in rubrica. habet tamen locum etiam in rebus incorporalibus, extra. de cautã. poss. & propri. ca. cum Ecclesia, circa fi. & extra de præscri. c. ad aures. & C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. Sicut in rem. Et ita res præscripta fit præscribentis vt eã iustè, & in foro conscientiæ retinere possit, secundum Ioannem de Imola & Panor. & An. de Bu. in c. vigiláti de præscript. Imo in c. Cura pastoralis de iure. pa. Et in c. quia pleriq;, de immu. ec. Ioan. An. in regu. possess de reg. iu. libr. 6. Bal. in auten. adhæc. C. de vsu. Et in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. Bar. in l. sequitur §. Si viam. & ibi doc. ff. de vsu. cap. Bald. etiam in l. 2. C. de seruit. & aqua. Ioannem de Prato in l. Quibus diebus. §. Dominus ff. de condi. & demon. & dicit Bal. in l. 1. C. de seruis fugi. Quod autẽ præscriptio sapiat naturã pacti inita cõtra eum, contra quem est decurs. gl. verò in l. ff. familiæ her. dicit, quod plus operatur, quam pactũ. Inquit, etiam Bal. in l. 1. in 10. col. C. de eman. liber. quod præscriptio æquiparatur priuilegio, si tamẽ post cõpletã præscriptionem cognoscerer rem fuisse alienam, & cõscientia eum stimularet ad restituendum, & non posset eam deponere, teneretur eam restituere, vt dicitur in summa confess. libr. 2. tit. 5 quæst. 13. quia omne, quòd fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam c. litteras. § porro. de resti. spo. c. per tuas el 2. de sent. excom. c. Inquisitioni de sen. ex. ad quæstio. 1. §. ex his de pœni. di. 3. c. quæritur. §. item illud. de seru. in or. fa. c. vnico & c. li. de præscrip. Nolite ergo permittere diabolum possidere animas vestras, vsque ad mortem, quia licet de iure Canonico possessor malæ fidei vllo tempore non præscribat, extra de præscrip. c. fin. & in regula possessor de regu. iu. lib. 6. diabolusque sit malæ fidei possessor, tamen Dus volens punire animas, quæ sponte permittunt se à diabolo Dei inimico possideri, facit seruari determinationẽ iuris ciuilis in præscriptione longissimi têporis, scilicet, quòd non attendatur in præscriptione mala fides possidentis, sed negligentia præscribere permittentis. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. l. cum notissimi. Et l. Si quis emptionis. & 16. q. 3. §. potest. versiculo quòd si mala fide. & alias allegatur vt §. & extra d. præscrip. ca. vigilanti. Et hoc non facit Deus ad præmiandum possessionem diaboli, sed ad puniendam maximam negligentiam, & iniquam voluntatem peccatoris toto tempore vitæ suæ sub potestate diabolica permanentis. Tamen, si quis vsque ad mortem in peccatis steterit, posset habere tãtam contritionem, & tanta anxietate Deum deprecari, quòd ipse interũpi faceret hanc præscriptionẽ Non enim Deus vult, quod præscriptio animæ facta à diabolo cum mala fide compleatur per triginta, vel quadraginta annos, vt fit de alijs rebus, vt in iuribus suprà allegatis, sed solum per mortem peccatoris in diaboli possessione morientis. Sed pauci sunt, qui vsque ad illud tempus expectantes, & tam diu possessi à diabolo, postea animas suas eripiat à diabolo de tam longa possessione roborato Quare ô obstinati peccatores, dum sani estis, cum diabolo litigate, & eum coram Deo per

Digitized by Google

confeſſionem conuenite, vt relinquat animarum veſtrarum poſſeſſionem. Interrumpitur enim præſcriptio per oblationem libelli factã principi contra præſcribentem. Facit. l. 2. in ar. C. Quando libel. prin. oblatus. Item per querelam iudici factã, & conuentionem rei, ac litis conteſtationem. l. ſicut in rem. Et l. fin C. de præſcrip. triginta vel Quadraginta annorũ, & notabilis text. in §. quòd ſi per naturalem. iuncto §. ſequẽti, quod incipit. Is autem 16 q. 3. Et de hoc optimè tractat gl. in c. illud. de præſcrip. In. terrumpite ergo hanc poſſeſſionem, & coram pedibus crucifixi negligentiã veſtram deplorate, & per ſanctam confeſſionem de diaboli manibus exire feſtinate.

Præſcriptio quot modis interrumpitur.

DE PRIVATIONE CIRcumſtantiarum veræ pœnitentiæ.

Secundum periculum, quod imminet expectantibus pœnitere vſque ad mortem, dicitur priuationis ſcilicet circumſtantiarum, & hoc ponit Sco. in 4. ſenten. di. 20. q. 2. Ad hoc enim quod pœnitentia ſit Deo grata, & peccatorum remiſſionis impetratiua, neceſſe eſt eam habere circumſtantiam principij, & finis. Primo requirit circumſtantiam principij, vt fiat volũtariè, & non coactè, iuxta illud Prophetæ, Pſal. 53. *voluntariè, ſacrificabo tibi.* Quod habetur. 20. q. 3. ca. Præſens clericus. Et idem in ſubſtantia dicit Paulus 2. Corint. 9. Facit. 23. q. 5. §. Ex his. Circumſtantia autem finis eſt, vt fiat non ex timore principaliter, ſed ex Dei amore. Iuxta illud Aug. in c. Nullus de pœ. di. 7. vbi inquit: *Quem pœnitet, oportet non ſolùm Deum timere iudicem, ſed etiam iuſtum diligere, vt non tantùm pœnam timeat, ſed etiam anxietur pro gloria.* Ex quibus verbis innuit Auguſtin. Quod licet homo timeat pœnam, timori tamẽ præponere debet charitatem diuinam. Sed difficile eſt in tali extremitate habere hanc intentionem hanc principali circumſtantia regulatam. Si enim vnus ſeruus regis ab eo fugiſſet ad hoſtes ipſius, & ibi longo tempore ſtans, multa mala ei continuè intuliſſet: & ſemper in illius odio perſeueraſſet; Si poſtea ab eo captus, & ſuſpendio adiudicatus interrogaretur ab illo, an eum ſuper omnia diligeret ſcilicet ſupra vxorem ſuam, filios, & fratres, patrem, & matrem, & magis, quam omnia temporalia, licet verbis reſponderet, quod ſic; tamen ridiculum eſſet credere, quod corde ipſum, & perfecto amore diligeret. Imò crederetur, quod talia verba ad euitandam pœnam diceret. Et ſimiliter poſſet dici in propoſito, de expectantibus confiteri in fine vitæ, quia tales perſeuerantes in peccatis vſque ad mortem, ſi tunc plangunt peccata ſua, vt plurimum faciunt hoc ex timore mortis, & inferni, & non amore paradiſi, vel ex dolore offenſionis diuinæ, vt inquit Cyprianus in epiſtol. ad Antonium de laudibus Cornelij di. *Rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis admonitio compellit.* De hoc habetur horribile exemplum. Legitur enim quod quidam clericus multum vitioſus, tempore mortis cõfeſſus eſt cum multis lachrymis, & recepit ſacramenta Eccleſiæ cum maxima reuerentia, oſtendens magnum dolorem peccatorum ſuorum, qui poſt mortem apparuit cuidam ſuo amico totus ignitus, & exclamauit voce magna di. *Hei mihi, quia damnatus ium,* & interroganti illud, quomodo hoc fieri poſſet, cum tot lachrymas effuderit in confeſſione, & in recipiendo ſacramenta; ille miſer reſpondit: *Væ mihi, quia illas lachrymas non ex Dei amore, nec ex contritione peccatorum meorum, ſed ſolum ex timore mortis, & inferni effudi. Et ideo Deus non acceptauit pœnitentiam meam ſine veris circumſtãtijs factam:* & his dictis ille infelix diſparẽs, ad Tartareas pœnas redijt. Et merito, nam vt ait gloſſa in capit. ſcripta de collu. dete. *Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum; non enim remunerat opus bonum, niſi ſit benè, & recta intentione factum, & ad bonum finem.* Sicut autem oculus membrum dirigit in operando, ſic intentio facit opera bona tendere ad finem debitum, id eſt, Deum. Et ideo ſicut baliſtarius tenet vnum oculum apertum, ſcilicet dextrum, vt ſagittam rectè ad terminum dirigat intentũ, & alium ſcilicet ſiniſtrum claudit: Sic debet homo in

Pœnitentia ad hoc quod Deo ſit grata, debet habere duplicem circumſtantiam, ſ. principij, & finis.

Circumſtantia principij quæ.

Vide ex omnibus iſtis, quam difficile ſit veram agere pœnitentiam in mortis articulo.

Scire tu debet, quòd licet pœnitẽtia timore pœnæ tãtum facta, nõ ſit ſufficiens; tamẽ ſi ſit cum amore Dei continuata, erit ſufficiens.

Digitized by Google

opere ſuo aperire dextrum oculum ad Deum, vt omnia ad gloriam eius faciat ſecundum conſilium Apoſtoli. 1. ad Corinth. 10. & claudere ſiniſtrum, ne in opere ſuo reſpiciat ad bona temporalia, & ad mũdum. Debet claudere oculum ſiniſtrum timoris ſeruilis, & aperire dextrum diuinæ charitatis, & timoris filialis. Tales autem peccatores in morte reſtituentes vſuras, & peccata volentes dimittere, ſunt ſimiles nauigantib. in mari, qui videntes ſubmergi nauem, proijciunt merces in mare, quòd non faciunt voluntariè ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid, ſcilicet cauſa euadendi periculum, quo euaſo, intendunt habere ipſas merces, ſi poſſibile ſit. Timendum eſt ergo ne nimis tardè peccator animã ſuam manumittat cauſa mortis ſub iſta conditione, quòd ſi conualuerit, liber eſſe deſinat. Qui quidem modus manumittendi, licet valeat apud leges ciuiles, vt patet. ff. de manumiſſionibus. l. Mortis cauſa: tamen ſi quis ſic animam ſuam manumittat, apud Deum, non valet. Timendum eſt enim, ne talis moriens ſit in caſu legis, quæ habetur. ff. Arborum furtim cæſarum. l. Si plures. In qua. l. iudicium dãtur, quod arbor ſit illius, in cuius horto viuit, & radices habet, & non illius, in cuius terram declinat, quando ſcinditur. Sic eſt de illo, qui viuẽs vult eſſe in dominio diaboli; & moriens, vult caput ſuum declinare ad Deum, quod erit difficile. Ideo dicit Auguſtin. in lib. de pœnitentia, & habetur tranſumptiue in 4. ſent. di. 20. & de pœ. di. 7. capit. nullus. *Nullus expectet pœnitere, quando peccare non poteſt. Arbitrij quærat libertatem, vt delere poſſit commiſſa, non neceſſitatem. Qui prius itaque à peccatis relinquitur, quam ipſa relinquat, non ea libere, ſed quaſi neceſſitate condemnat.* Quæ verba exponens Thom. in 4. di. 20. in reſponſione ad ſecundum argumentum, ait: *Quòd Auguſtinus in verbis iſtis oſtendit, quòd pœnitentia, quam aliquis agit in fine vitæ, eſt valde dubia, non quòd non poſſit etiam tunc eſſe efficax ad ſalutem, quia etiam quando quis non poteſt amplius peccare, poteſt tamen voluntatem peccandi mutare, vt notat quod prius voluit, etiam ſi poſſet, tamen hoc eſt de raro contingentibus, ideo dicit idem Auguſtinus,* vbi ſupra, & in lib. de ſapſu mundi ſermone 24. & habetur tranſumptiue in prædicta di. 4. & de pœ. di. 7. §. Quamquam aliàs allegatur capit. ſi quis. *Si quis poſitus in vltima extremitate ſuæ ægritudinis, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur: fateor vobis, non illi negamus quod petit, ſed dicere non præſumimus, quia bene hinc exeat. Si ſecurus hinc exierit, ego neſcio, pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem dare non poſſumus. Nunquid dico, damnabitur? Sed nec dico, ſalvabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis quod incertum eſt, euadere? age pœnitentiam dum ſanus es, quia ſi ſic egeris, dico tibi, quod ſecurus eris quia pœnitentiam egiſti, & eo tempore quo peccare potuiſti. Si autem volueris agere pœnitentiam quando peccare non potes, peccata te dimittunt, non tu illa.*

DE OCCVPATIONE animi circa dolores mortis.

Mortis memoria acipſius dolor, mẽtem hominẽ à pœnitentia retrahit.

TERTIVM periculum, quod incurrunt non facientes pœnitentiam in ſanitate, dicitur occupationis. Et eſt Scoti vbi ſupra. Adeo enim homo tempore mortis eſt occupatus circa infirmitatem, & dolores ingentiſſimos, quod non poteſt habere animum ad pœnitentiam, ſicut requiritur, ſecundum enim Ariſtotelem in 3. de anima, & in 2. Topicorum, & Tullium in Philippicis: Intellectus noſter non poteſt eodem tempore circa diuerſa obiecta perfectè operari; & ideo quando quis habet dolores mortis, adeo anima cum omnibus ſuis potentijs eſt occupata circa illos dolores, & anxietates, quod non benè poteſt attendere circa pœnitentiam, & neceſſaria ad ſalutem. Ideo dicit Gregor. in quodam ſermone: *Cum infirmitate oppreſſus eris, nihil aliud cogitare poteris, quia dirigitur tota intentio mentis, vbi ſentitur vis doloris.* hoc etiam periculum poteſt declarari per ſententiam Auguſtin. in libr. quæſtionum 83. quæſtione 36. di. *Paſſiones cauſatæ à triſtabilibus plus mouent, quàm cauſatæ à delectabilibus.* Sed vehemens paſſio delectationis quandoque totaliter, vel pro magna parte impedit vſum rationis humanæ, vt inquit

Digitized by Google

Passiones à tristabilibus causatæ hominem mouēt, quā causatæ à delectabilibus.

inquit idem Augusti. in libro de ciuit. Dei. Et patuit per experientiam de multis, qui ex inopinato aliquo ingenti gaudio, & bona annunciatione, amentes facti sunt. Vnde inquit Tullius in libro 2. de fine bonorum, & malorum : *Stoici diffinunt voluptatem, esse sublenationem animi*, ex quo innuit, quòd per maximam aliquam voluptatis passionem, quis aliquando amittit vsum rationis. Ad prædicta etiam facit, quod ponit Philoso. 7. Ethi. di. *Delectatio corrumpit existimationem prudentiæ.* Si ergo hoc agit passio delectationis, multo magis idem facit passio doloris, per dictam regulam Augustin. scilicet, *Passiones causatæ, &c.* Et sic quis potest habere tantam tristitiam, & dolorem, quòd alienabitur à sensu, vel quasi. Dicit enim Aristo. 3. Ethicorum ca. 11. *Tristitia stupefacit, & corrumpit naturam habentis.* Et in 10. Ethic. c. 5. ait : *Corrumpunt operationes proprias tristitiæ.* Sed quæ maior est tristitia, quam quis habere possit in hoc mundo? quis maior dolor & anxietas? nonne est doloratio mortis? dicēte Phi. Ethicorum. 3. *Vltimum terribilium est mors.* Ergo inconuincibiliter concluditur, quòd quando quis est in casu, & infirmitate mortali, adeo anima ei⁹ est impedita circa corporis cruciatus, quòd non benè est disposita ad confitendum, &c. quę requirunt intellectum, & attentionem, atque maximā diligentiam, & amarā cōtritionem. Et hoc est quod inquit Aug. in li. de pœnitentia: *Difficile est, vt tunc vera sit pœnitentia, quando tam fera venit, quando cruciatus mēbra ligat, quando dolor ipsum opprimit, vt vix aliquid homo cogitare valeat.* Facit etiam ad prædicta illud, quod dicitur Eccl. 11. 1. *Afflictio vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ*, ergo multo magis dolor mortis inducet obliuionem pœnitētiæ. Et ideo propheta inquit Deo. Psal. 6. *Non est in morte, qui memor sit tui.* Et patet hoc per exemplū. Nā

Similitudines ac exēpla aliqua dantur de mortis extremā expectantibus.

si quis haberet filium vnicum, quē maxime diligeret, in articulo mortis positum, & veniret vicinus rogans eum, vt iret ad faciendum sibi aliquod seruitium, nō est credendum, quòd in tali dolore dimitteret filium proprium, vt iret ad illum quem minus amat. Similiter si vicina eius esset infirma, non dimitteret curam dilecti filij, vt eā visitaret. Iste autem dilectus filius, est corpus proprium, & caro cui peccator seruit cōtinue. Vicinus est Deus cui parum seruit, & de quo parum curat: imo est ei extraneus. Vnde ipse Dominus Iesus conqueritur per psalmistam di. *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Vicina vero infirma, est anima, de qua visitanda, & curanda per pœnitentiam, nō curat infirmo corpore, sed omnia eius studia circa corporis infirmitatem versantur. O quanta anxietas, quantus dolor, quantaq; afflictio est peccatoris, quando videt in se verificatum illud, quod dicitur Hiere. 9. c. *Mors intrat per fenestras nostras.* Ideo dicitur Eccl. 41. *O mors, quàm amara est memoria tua homini iniusto?* Quæ considerans magister Greg. de Nouis ordi. Eremitarum, in hac quadragesimali de Aduentu, dicit: *O dies dolorosa, anxia, & laboriosa, quando pedes frigescunt, dentes stridescunt, nasus acuitur, caligāt oculi, frons indurescit, aures pallescunt, tallus amittitur, lingua occupatur, pectus anxiatur, gutur restringitur.* Ideo in persona talis peccatoris morientis exclamat Dauid Psal. 114. dicens : *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me.* Tunc animus infirmi potius cogitat, quomodo non possit tantum dolorem fugare, petit remedia, postulat medicos, & anxiatur de sanitate corporis recuperanda, magis quam de animę salute. Patet hoc per exemplum quod temporibus nostris accidit, in ciuitate Mediolani. Nā quidam magnus vsurarius infirmatus ad mortem, fecit coram se portari omnia pretiosa monilia, aurum, & argentum, & lapides preciosos, & intuens omnia illa per multum temporis, postea ad medicos se conuertens exclamauit: *O medici, accipite hæc omnia. Quidquid enim mihi vultis elargior, dummodo me à morte liberetis*, & in talibus semper cogitās, sine pœnitentia mortuus est. Simile illud habetur exemplum de quod in alio diuite auaro, in mortis articulo sibi faciente apportari suos denarios, & thesauros, quos dolorose alloquens, dicebat : *Iuuate me, ô denarij mei, iuuate me. En morior, & vos desero.* deinde illos amplexabatur, & demum accessorie cum dēnibus, expirauit cum diabolo. Alius aūt auarus, infirmatus ad mortē fecit se portari

Digitized by Google

ri per omnes officinas domus scilicet in cellario, in horreo, in sala, in coquina, in thalamis depictis, & in stalla, & voluit videre equos, & canes: similiter, & accipitres: deinde vestimenta sua, &c. omnia, de quibus solebat habere solatium, & super omnibus lamentabatur, & sic impœnitens mortuus est. Legitur quoque aliud exemplum de quodam magno prælato Ecclesiastico, qui infirmatus ad mortem, & audiens à famulo, quod medici non habebant spem de vita eius, fecit sibi portari speculum, & intuens in illud, cœpit dicere: *O facies mea iucunda: O caput meum delicatum, quod tanta diligentia ornabam, & mitra lapidibus preciosis onusta illustrabam, debes tu mori? O corpus meum eburneum, manus meæ albissimæ. O crura mea formosa, debetis vos à vermibus deuorari?* & in his verbis perseuerans, mortuus est. O stulte, & omni demētia repletissime, hæc est confessio quam postulas? hæc est sacra communio, quam requiris? Ideo Ouidius, in 10. Meta. inducit Orpheum dicentem dijs inferorum: *Omnia debentur vobis: paulumque morati, Serius aut citius sedem properamus ad vnam. Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima; vosque Humani generis longissima regna tenetis.* Horatius quoque in quadam epistola, hortatur nos ad præparationem mortis dicens: *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum: Grata superueniet, quæ non sperabitur hora.* Nolite ergo, generosi ciues, expectare ad pœnitendum tempus mortis, in quo eritis quasi totaliter inhabiles ad bene agendum, sed modo, donec habetis bonum intellectum, ordinate testamenta vestra, & necessaria ad vestram salutem dissponite.

DE DIMISSIONE OMnium rerum in morte.

Summa est peccatoris afflictio in morte, ob priuationem temporalium a-

QVARTVM periculum dicitur dimissionis scilicet omnium rerum temporalium de qua Esa. 4. dicitur: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos eius*, mortuo enim homine, moriuntur simul, & pereunt omnes delitiæ eius, & consolationes temporales, quas habebat. O quantus tunc erit horror: O quantus dolor: O quantus tremor, cum conspicit se priuari delicijs carnis, probatis luxurijs, consuetis solatijs, sonis, cantilenis, & iocis. Ait enim poeta Maximianus: *Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.* Et Cassiodorus epistolarum libr. 11. epistol. 15. inquit: *Facile enim afflictionis sentiunt, qui vti suauibus delicijs consueuerunt.* Has autem suauitates necesse est cito dimittere. Ait enim magister Gregor. de Nouis, vbi supra, Quòd homo est similis cuidam pasci maris, qui dicitur Ephemerus, qui nascitur mane, & moritur vespere. In morte ergo omnia relinquuntur. Vnde Horatius in epistola ad Quintum ait: *Mors vltima linea rerum est*, quæ aufert omnes mundanas consolationes, de quibus loquitur Hugo in libr. 1. de anima di. *Quid profuit inanis gloria, breuis lætitia, mundi pompa, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus? vbi iactantia? vbi arrogantia? de tanta lætitia, quanta tristitia? post tantam voluptatem, tam grauis miseria? de illa exultatione ceciderunt in grandem ruinam, & magna tormenta*: hæc ille. Quæ omnia videbat Propheta in spiritu di. in Psalm. *Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.* Et in persona iuuenis delicati, infirmantis ad mortem, ait Iob 19. cap. sui libri: *Spoliauit me*, scilicet infirmitas grauis *gloria mea, & abstulit coronam de capite meo*, id est, capillos, & alia capitis ornamenta destruxit. O quanta afflictio est in anima peccatoris, quando priuari se videt delicata vxore, quam plus quam Deum amauit? dicit enim intra se; *forsitan accipiet alium virum, quem plus quam me diliget.* Ad hoc dari potest exemplum illius iuuenis, qui temporibus nostris in articulo mortis existens, amplexabatur vxorem suam, dolens, quod eam dimittere oportebat. O quanta anixetas, cum se videt relinquere filios suos, pro quibus tantos labores passus est. vt eis diuitias relinqueret? De quibus ait Propheta: *Filij tui, sicut nouellæ olearum in circuitu mensæ tuæ.* Et alibi: *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi.* patuit hoc per exemplum vnius infirmi, qui flebat

missionem: ideoque pœnitētiæ non meminit.

Homo cui assimilatur.

Mortis quadam descriptio.

Digitized by Google

ſcebat filios ſuos, cui à fratrib. noſtris pœnitentia perſuaderi non poterat, propter nimium dolorem filiorum, cruciatur ergò talis moriens vehementer, relinquens filios orphanos, Dicit autem intra ſe: *Quis maritabit filias meas? quis earum curam geret? quis defendet ab aduerſarijs filios meos, ne diripiant bona eorum? Quis fidelis tutor inuenietur, qui non vſurpet diuitias, quas relinquo eis?* De tali inquit Aug. in ſermone de innocentibus: *Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.* Patuit de quodam magno vſurario in ciuitate Mediolani, qui in mortis tranſitu exiſtens, tenebat in manu ſaccu-

Exempla iſta lege, ſed ne ſic facias.

lum plenum aureis, & cùm quidam eius affinis vellet eũ auferre, quia erat quaſi mortuus, ipſe vſurarius ſtringebat manum, & trahebat ſaccum ad ſe, & in hoc tota eius mens verſabatur, ne ſibi auferretur pecunia, & ſic mortuus eſt. O quàm indicibilis cruciatus, cum peccator videt ſe priuari theſauris ſuis, quos tanto labore quæſiuit, tanto timore ſeruauit, tantoque amore dilexit. Aſpicit enim, quòd nihil portare ſecum poteſt, iuxta illud Iob 27. *Diues, cùm dormierit, nihil ſecum efferet: aperiet oculos, & nihil inueniet, niſi peccatum.* & pſalmographus canit: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* & iterum: *Nec timueris, cùm dives factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius.* Cõſiderate ergò, quantum dolorem habebunt de amiſſione diuitiarum auri inſatiabiles, tanta auiditate diuitias congregãtes; cùm dicat Gregor. in quadam homilia: *Nunquam ſine dolore dimittitur, quod cum nimio amore poſſidetur.* Et idem inquit Auguſt. de ciu. Dei, Talibus peccatorib. morientibus congregatæ diuitiæ, nec animæ, nec corpori proſunt, iuxta illud Eccle. 5. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis*, quod intelligens Saladinus, quidam magnus inter Saracenos, approximans vltimo fini, ſudarium quo poſt mortẽ inuoluendus erat, ante ſe portari fecit, & per ciuitatem proclamari: *Tantum, & non plus de omnibus ſuis bonis portabit princeps magnus Saladinus.* Inſuper accidit peccatori in extremis laboranti alius dolor, vt videat bona ſua ab aduerſarijs ſuis, & inimicis ſæpenumerò vſurpari, & diripi, ipſo loqui nõ valente, iuxta illud propheticum, Eſa. 3. *Exactores ſui ſpoliauerunt eum.* vnde Auguſt. de ciu. Dei. cap. 18. inquit: *Felices, vel nos, vel filios noſtros diuitiæ terrenæ non faciunt, quæ aut à nobis ſunt viuentibus amittendæ, vel nobis mortuis, à quibus nolumus poſſidendæ.* O diabolici vſurarij, qui ſanguinem pauperum deuoratis, audite, quod de vobis propheta proloquitur: *Relinquent alienis diuitias ſuas*, & hic erit vobis maximus dolor in morte, occupãs animam ne de vera cogitet pœnitentia.

DE IMPVGNATIONE dæmonum in morte.

QVINTVM periculum dicitur impugnationis. ſ. dęmonum, de qua Gregor. in quodam ſermone inquit: *Tanto diabolus grauiores tentationes ſuggerit, quanto magis dæmonũ peccatorem ſini appropinquare conſpicit.* Inſidiatur enim in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur, vt rapiat pauperem; rapit pauperem, dum attrahit eum. vnde ſicut muregula ad foramina inſidiatur muri, & expectat vt inde exeat; ita diabolus in fine, & prope exitum animæ, inſidiatur peccatori. Sicut ergò quis eſſet ſtultus, ſi dum ſanus eſt, & fortis, reijciat arma defenſoria, videns hoſtem cõtra ſe venientem, & permittat ſe ſuperari ab illo; Quando autem eſt infirmus, & totum quaſi robur ex infirmitate amiſit, tunc petat arma, & poſtulet loricam, dicens, ingredi ſe velle campum certaminis cum hoſtibus, quando ſe mouere non poteſt. Sic ſtultiſſimus eſt peccator, qui dum eſt ſanus & potens ad pugnandum cum diabolo per pœnitentiam, non vult illam facere, ſed ſe ſuperari permittit; deinde, cùm eſt infirmus, & totus debilis, tam ſpiritualiter, quàm corporaliter, vult & credit, ſe poſſe cõtra tam diros hoſtes perfectam victoriam reportare: quod eſt ita difficile, vt quodam modo implere videatur, attenta ipſorum potentia. Ideò dicit Paulus ad Epheſ. 6. *Non eſt nobis colluctatio*

Impugnatio dæmonũ peccatorẽ à pœnitentia.

Digitized by Google

aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. O quantus erit tremor in illa hora mortis, quando de momento in momentum expectat peccator, quod diabolus sibi appareat, non enim communiter apparet, nisi postquam est prope transitum. Tunc certè verificatur in talibus peccatoribus, quod scriptum est Deut 31. *Occurrent vobis mala in extremo tempore.* vident enim diabolum in tam horribili specie, vt potius vellent, quòd terra illos deuoraret, quàm per ictum oculi illam pessimam bestiam videre. Vnde Ouidius in epistolis inquit, epistola 10. *Occurrunt animo peccanti millè figuræ, Morsque minus pœnæ, quàm mora mortis habet.* De quib. Virgilius, 6. Aenei. ait: *Terribiles visu formæ.* Apportat ergò diabolus librum, in quo scripta sunt omnia peccata eorum, tam subtiliter allegans contra eos, de eorum damnatione, vt nihil valeant respondere. O maledicte, & obstinate peccator, tunc illa turpia scelera, quæ nunc non vis per confessionem denudare, taliter demonstrabuntur à diabolo, quòd non aliud expectabis, nisi sententiam damnationis contra te. Scriptum est enim, Eccle. 11. *In fine hominis, denudatio operum eius.* Ideò inquit Chrysost. in lib. de egressu animæ: *Perfundum est quippe, cùm anima peccatrix vinculis incipit carnis absolui, quam amaro terrore concutiatur, quantis modis conscientiæ stimulis lacerabitur. Recolit vetita, quæ commisit, videt mandata, quæ adimplere contempsit, dolet indulta pœnitentiæ tempora se inaniter percepisse, plorat immobilem districti vltionis articulum ineuitabiliter imminere. Manere fugit, ire compellitur: recuperare vult perdita, non audet: posse tergiuersans totius transactæ vitæ cursum, vt vnum breue momentum deputat itinerum passum. Ante se oculos dirigit, & infinitæ perennitatis gaudia deprehendit. Plorat itaque, quod intra tam breue tempus acquirere potuit lætitiam omnium sæculorum. Dolet etiam, se propter tam breuis temporis illecebram voluptatem ineffabilem amisisse dulcedinem. Erubescit, quod propter illam subitaneam, quæ veronibus erat obnoxia, illam neglexit, quæ Angelicis thronis erat inferenda.* hæc ille. O obstinate peccator quid audis? Quid facies in illa hora, quando tu solus videbis illos dæmones sic horribiles, & nullus te poterit iuuare contra eos? Tunc verificabitur quod scriptum est Deut. 28. *Dabit tibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, & erit vita pendens ante te, timebis die, ac nocte.* Tunc tremebundus exclamabis, hei mihi, hei mihi, quia iter perago, quod nunquam ambulaui; in regiones longissimas, a quibus nullus reuertitur. vado ad iudicem terribilem, vbi nescio quid mihi contingat. Pauco, contremisco, quia non habeo aduocatum, qui me adiuuet: non habeo socium, qui me conducat. Sed video malas bestias præparatas ad me deuorandum. O maxima stultitia peccatorum, qui hoc audiunt, & non contremiscunt. O scelerate, quomodo te defendes à diabolo in illa hora, cuius seruus tanto tempore permansisti? cùm eius suasionibus obedisti, vt inquit Paul. ad Rom. 6. & 2. Pet. 2. dicitur: *A quo quis superatus est, eius & seruus est.* Si ad mortem gloriosæ Virginis diabolus accedere voluit, credis te euasurum sine illa horribili visione? Si ad obitum sancti Francisci maxima perrexit dæmonum multitudo, vt viderent, si possent illam animam tam sanctam sibi vendicare, & per tres dies continuos illâ impugnarûr. Quid facient tibi, ô diabolice peccator: audi horribile exemplum. Narrauit mihi quidam socius meus, qui dicebatur frater Stephanus de Laude, quod dum ipse haberet curâ infirmorum in loco nostro S. Apollonij apud Brixiam, quidam bonus frater infirmus ad mortem, quadam nocte ita fortiter cœpit clamare, quòd ipse, qui in quadam infirmariæ camera dormiebat, totus tremefactus euigilauit. Et volés ire ad fratrem clamantem, per longum spatium perrexit per cameram, nesciens reperire ostium: & videbatur ei, quòd mille dæmones circa se haberet, qui eum impedirent ne iret, capilliq́ue eius ex horrore maximo erecti sunt. Tandem aliqualiter excutiens timoré, perrexit ad infirmum, accessit etiam P. Guard. loci scilicet. P. frater Bartholomæus de Pouris, rogantes infirmum, vt taceret, quia non finebat fratres dormire. Ille verò multo magis clamabat dicens: O bone Iesu, succurre mihi: O virgo gloriosa, adiuua me. O

Diabolus quando moriturо apparet.

Notabile exemplum.

pater

Digitized by Google

pater S. Franciſce, ne me deſeras in tantis anguſtijs. Videns ergò prædictus Guard. quòd nollet tacere, compatiens fratribus, qui non poterant dormire, præcepit ei, per obedientiam, ne vlterius clamaret. Ille verò non penitus ſignum faciens, quòd eum videret, vel audiret, multo fortius clamabat. Quapropter Guard. totus ſtupefactus diſceſſit. Dictus verò frater Stephanus ibi remanſit. Ille verò frater in clamoribus perſeuerans vſque ad matutinum, tandem in ſe reuenit; cui dixit frater Stephanus: *Valde ſcādalizatus ſum de te, quòd nunquam obedire voluiſti patri Guardiano, qui toties tibi hac nocte præcepit, ne clamares.* Ille verò debiliſſima voce reſpondit; *verè pater nunquam vidi, aut audiui, Patrem Guardinum hac nocte, neque alium fratrem.* Cui ille dixit: *Quæ erat cauſa, tanti clamoris?* Ille verò reſpondit: *O pater adeo ſum debilis quod non poſſum dicere. Sed ſciatis, quòd tota hac camera plena erat dæmonijs, in horribiliſſima ſpecie mihi apparentibus, qui volebant me cogere ad negandum Chriſtum, & in deſperationem facere deuenire, & violenter de corpore eripere animam meā. Credo, quod mihi apparuerint in eſſentia ſua tantam habentes deformitatem, vt impoſſibile ſit dictu. Sed quia inuenerunt me ſine peccato mortali, non potuerunt me vincere;* & his dictis ille bonus frater poſt aliquantulum tēporis, de hoc ſæculo migrauit. O peccator vis ergò fortis eſſe contra diabolum tempore mortis, præpara tibi armaturam contritionis, accipe ſcutum ſanctæ confeſſionis, apprehende gladium, & lanceam ſanctiſſimæ pœnitentiæ, & tunc eum ſuperabis.

ORemus ergò omnes cum propheta, Domino dicentes: *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.* Magnum enim eſt periculum dæmonum, non ſolùm antè tranſitum animæ, ſed etiam poſt. Ait enim Gre. vbi ſupra: *Iam verò poſt egreſſionem animæ de corpore, quis explicare valeat, quod armatæ iniquorum acies in inſidijs lateant, quot frementes cunei feralibus telis inſtructi tūc obſideant, & ne liberè tranſire poſſit anima, velut militari more conſtipatæ legiones oppugnant?* hæc ille. Patet primò, quod legitur in legenda beati Martini Valēt. quod quidam ſanctus Epiſcopus in hora tranſitus prædicti ſancti, audiuit multitudinem Angelorum cum cāticis animam illius ad æthereas manſiones deferentem; ſed poſt modicum tempus audiuit prædictos cantus ceſſare, & atrocem inſurgere contra prædictos Angelos, nam maligni ſpiritus animam ſancti Martini ſibi volebant vſurpare. De ſancto etiam Euſebio ſocio beati Hieronymi legitur, quod duabus horis antè mortem, apparentibus ſibi terribilibus dæmonijs, reuoluebat oculos, & totam facié torquebat, clamabatq; alta voce: *Non faciam, mentiris, mentiris.* Deinde cooperiebat oculos ſuos, ne videret illos dæmones, deprecabaturque fratres ſuos, di. *O fratres mei, nonne videtis tot acies dæmonum? ſuccurrite mihi, adiuuate me, omnes enim pœnæ mundi nihil ſunt in comparatione viſionis horum malignorum dæmonum, qui volunt me conſtringere ad negandum Chriſtum, & dicunt me eſſe damnatum:* durauitque hæc pugna dæmonum contra ipſum duabus horis continuis, fratribus omnibus ad terram proſtratis cum maximo timore, & compaſſione. Demum veniente ſancto Hieronymo, hi dæmones territi fugerunt. Legitur etiam quod quidam ſanctus Eremita, vidit in ſpiritu animas morientium, velut quaſdam auiculas verſus cœlum euolare. ſed quidam gigas horribiliſſimus, qui magnitudine tangebat nubes, quaſi omnes rapiebat, & in profundum pelagi demergebat; & ille gigas erat dæmon infernalis. Eia igitur deuoti Chriſtiani, non expectemus horam mortis, ad pugnandum contra inimicos noſtros, nunc exeamus in campum certaminis per ſanctam pœnitentiam, ha bentes ſemper deuotionem glorioſæ Virginis, quæ in mortis articulo nos à dæmonijs liberabit. Non ſunt enim adhuc 20. anni, quòd mortuus eſt quidam frater noſter, amicus meus, de quo mihi narrauit quidam meus ſocius, qui eius morti interfuit, quod dum eſſet prope obitum, cœpit faciem reuoluere, & oculos, & modo ſe vertebat ad vnum latus, & modo ad aliud, claudens oculos, & poſtea cum lachrymis cœpit rogare fratres, vt ſui miſererentur, & Deum pro ſe deprecarentur, di. *O fratres mei, nonne videtis horribiles dæmones, qui animam meam volunt eripere? O fratres mei, ſuccurrite mihi in hac hora.* Fratribus ergò omnibus genua flectēn-

Exhortatur nos ne mortis tempus expectemus ad agendum pœnitentiam.

flectentibus, & Psalmos pœnitentiales dicentibus, ille horribiliter cum dæmonijs agonizans, tand. in cœpit dicere: *O virgo benedicta, semper fui tui deuotus, & quotidie tibi coronam deuote faciebam. Succurre ergo mihi piiſſ.ma Domina in tantis anguſtijs.* Quibus dictis ſtatim aduenit B. Virgo (licet eam non viderent alij fratres.) Ille verò hilaris factus totus, iucundus cœpit dicere fratribus: *Ceſſate fratres mei amplius Pſalmos dicere, ſed facite locum gloriosæ Virgini.* Deinde innumeras gratias ei referens, ipſe perrexit ad Dominum.

DE INTRICATIONE animi, in rebus ſecularibus in morte.

Anima in morte cogitationibus multis, nec non ſeculæ-ribus negotijs illaqueatur, adeò quòd pœnitere ſibi perdiffi-cile eſt.

SEXTVM. periculum, dicitur intricationis, ſcilicet in varijs cogitationibus & negocijs ſæcularibus. Ait enim ſapiens Eccleſiaſticus 33. *Vir in multis expertus multa cogitabit:* quod intelligitur tam in morte, quàm in vita. Ideò in perſona talium morientium, dicit Iob. 20. c. ſui libri: *Cogitationes meæ variæ ſuccedunt mihi, & mens mea in diuerſa rapitur.* Et Dauid Pſal. 37. *Cor meum conturbatum eſt in me.* Quatuor enim cogitationes veniunt talibus, quæ conturbat animam eorum, & occupant, ne cogitent de pœnitentia, videlicet doloris, quem habent in corpore quomodo eum ejiciant: Amoris. ſ. rerum temporalium, quas non dimittere affectant; Timoris. ſ. mortis, & inferni, dæmonum, & iudicis irati: Et ſpei. Semper enim habent aliquid ſpei recuperandæ ſanitatis, & euitandæ mortis. Boetius 1. de conſolatione, met. 7. *Tu quoque ſi vis Lumine claro Cernere verum. Tramite recto Carpere callem, Gaudia pelle: Pelle timorem, Spemque fugato, Nec dolor adſit. Nubila mens eſt, vinclaque frenis, Hæc vbi regnant.* Ea propter de talibus peccatoribus ait Eſa. 57. c. ſui libri: *Cor impij quaſi mare feruens.* ſ. in cogitationibus ſuis, quod quieſcere non poteſt, maximè tempore mortis. Econtra verò eſt de bonis, qui læti moriuntur. ideò poteſt dari exemplum de duobus incarceratis, quorum vnus, quia iuſtus inuentus eſt, cum gaudio expectat egreſſum ſuum de carcere. Alter verò, quia eſt malefactor, & per conſequens ſuſpendendus, vel aliter interficiendus, cum magno tremore expectat quòd educatur de ipſo carcere. Aliud quoq; pulchrum exemplum ponit Phi. lib. de animalibus, dicens: Quòd eſt quædam auis nomine Cygnus, quæ eſt albiſſima, & in omni vita ſua habet luctum pro cantu: in morte verò magnam oſtendit lætitiam in membris, & in voce, & facit ingẽtem melodiam, & feſtiuitatem: de qua Ouidius, in epiſtolis inquit: *Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis. Ad vada Mæandri concinit albus olor.* Et aſſignat philoſophus rationem, dicens, quod ideò in vita luget, quia ſanguis eius, qui eſt purißimus, eſt diſperſus in membris: ita quod de eo quaſi nihil remanet circa cor: in morte verò ideò gaudet, quia ſanguis totus recurrit ad cor, & propter ſuam puritatem & dulcedinem dat ei magnam conſolationem. Sic moraliter homo iuſtus luget in vita ſua, quia bona opera ſua ad cor, & ad mentem ſuam non reducit, ſed peccata quaſi ſemper recogitat & de eis pœnitẽtiam facit, & lachrymatur: Tempore verò mortis benemerita ſua illi repræſentantur, & ideo gaudet, & lætatur cum Apoſtolo dicit ad Phil. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* E. contra verò dicit Philoſophus vbi ſupra. Quòd eſt quoddam animal, nomine Siren, quod eſt piſcis habens a media parte ſuperiori ſimilitudinem hominis, ab inferiori verò ſimilitudinem piſcis. Hoc autem animal in tota vita ſua habet ſuauiſſimum cantum, & maximam oſtendit lætitiam. In morte verò lamentabiliter exclamans, cum maximo dolore ſe diſcerpit. Et ratio eſt, cùm habeat ſanguinem venenoſum, in vita ſua ſtat quaſi totus in cauda, & quaſi nihil remanet apud cor, & ideò lętatur. In morte verò ſumme triſtatur, quia omnis ſanguis venenoſus exiſtens in cauda, currit ad cor. Sic peccatorib. in vita venenũ peccatorum non venit ad cor, ſed ſolũ vanitates mundi, & ideò lætamur, quib. tamen omnia peccata ad mentẽ veniunt mortis tempore, quę animas eorum perturbant & cruciant. Sicut dicitur.

Cogitationes quatuor cor peccatoris, in extremis poſiti, occupant, ne de pœnitentia aliquid cogitet.

Nota de ſolore quare ſemper luget in vita, in morte verò lætatur.

Mortalitates iſtas tranſeas, ſed omnes legito.

Siren quare in vita ſuauiter canit, dum autem mortis proxima, quæ eſt maximè dolenda, ſe diſcerpit.

Digitized by Google

dicitur de lupo, qui cum comediſſet bonas carnes aſſatas, plenas ouaculis radentibus poſtea digerendo eas mortuus eſt: nam inciderunt ei omnia interiora.

Quomodo in mortis articulo, peccatori in mentem veniũt negotia, in quibus libẽter occupabatur, & hoc multis exemplis ostenditur.

IN tali etiam hora ad mentem illis veniunt (ex Dei iudicio) negocia, in quibus libentes occupantur ſanitatis tempore. Patet de quodam mercatore, quem dum ſui ad pœnitentiam hortaremur, ipſe reſpondit, eos interrogando, di. *Quanti pretij eſt nunc libra piperis, quomodo lana venditur?* & in his vitam finiuit. Similiter quidam aduocatus inuitatus à ſacerdote, vt ſumeret corpus Chriſti, reſpondebat: *Io me ne appello.* erat enim ſolitus appellare contra iuſtitiam: Noſtris quoque temporibus, quidam armiger habens ſub ſe milites, in extremis laborans, diſponere videbatur acies, vocabat milites, &c. videbatur facere, quæ ſolitus erat agere in caſtris. Alius autem negociator, qui multa bona acquiſierat, propinquus morti dicebat ſeruo: *Curre poſt talem, qui ſolvit mihi monetam falſam: Dic tali, quod pertranſijt tempus meæ ſolutionis: Hei mihi, Nam talus me decepit in tot aureis.* Alius etiam in extremis conſtitutus, cum quidam frater noſter eum hortaretur ad confeſſionem, reſpondebat: *Suntne reuerſæ Galleæ de Barui? Diu fleuerunt naues de aqua mortua.* Dicente autem illi fratre noſtro. *Vultis ordinare facta anima veſtra?* Ille reſpondebat: *Eſt ne bonus mercatus cinamomi?* Et poſtea reſpirabat, di. *O mercantiæ, hodie nihil valetis.* Cum inſtaret, vt confiteretur, affirmans, quod morgretur: Ille reſpondit magna voce: *Non poſſum, non poſſum,* quibus dictis cum diabolo expirauit. Alius inſuper diebus noſtris, cum confeſſor ſibi facere vellet conſcientiam de male ablatis, & quæreret, an vellet reſtituere, reſpondit. *Te pareno fratelle?* & ſic ſine pœnitentia mortuus eſt. E contra verò, noſter beatus frater Michaël de Careno, prædicator excellentiſſimus, cum laboraret in extremis, partes cum digitis faciebat, ac ſi prædicaret, & poſtea dixit: *Ego conuici illum.* ſcilicet diabolum, & ſic perrexit ad Dominum. Sed per oppoſitum, Auarus quidam medicus ad mortem veniens, & rogatus vt confiteretur: Reſpondebat. 13. *libre è tre meſi,* & ſemper dicens hæc verba expirauit. poſt mortem vero eius, inuentum eſt. quod quidam infra tres menſes illi debebat dare 13. libras: O maledicte peccator, noli expectare ad pœnitendum horam mortis, quia tunc mens tua erit intricata in ſecularium negociorum cogitationibus, vt verificetur quod a Domino dicitur Matt. 6. *vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit.*

DE DERELICTIONE amicorum.

Derelictio amicorum in morte, ſumme pere angit in extremis poſitum, ita vt de pœnitentia cogitare nequeat.

SEptimum, & vltimum impedimentum ac periculum, dicitur derelictionis, ſcilicet amicorum. In tali enim extremitate degenti, maxime ſi diuites fiunt, adſunt parentes, & amici, ad temporalia prætendentes, & non curantes de illius animæ ſalute. Sæpe etiam illo videnti, ſed loqui bene nõ valente, aliquis capſas claudit, & clauem accipit, vel ſigillum apponit: alter quia nihil ei reliquit, turbatus recedit, vel conuitia ei dicit, &, improperatur ei. Vxor eum moleſtat, vt ei accreſcat dotem, & illam vſufructuariam relinquat. Alij petunt, vt eos hæredes inſtituat, & teſtamentum faciat, ſicut eis placet. Alij aliquid exportant, vnus veſtimenta, alius ſcyphos argenteos &c. alij burſam ei accipiũt. Vnde talis dicere poteſt cum Chriſto Pſal. 21. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Nemo eſt, qui illi oſtendat Crucem, aut Chriſti paſſionẽ ad memoriã reducat. Medicus aũt veniens, & videns eum morti proximum, non hortatur ad cõfeſſionem, ſed alijs de domo di. O medici, audite, quantum ſit peccatum veſtrum ſic facientium, & quod vobis præcipit ſancta Mater Eccleſia in c. Cum infirmitas. de pœnit. & re. di. *Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato prouenias, dicente Domino ad languidum quem ſanauerat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, præſenti decreto ſtatuimus, & ſtricte præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari cõtigerit, ipſos ſuper omnia*

Medici infirmis non anxiantes, vt confiteatur, mortaliter peccet, & pro hoc etiam habes concilium Tridentinum, vt noſti.

Digitized by Google

veneant, & inducant, & exponit gloss. scilicet cum effectu, *vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubriter procedatur, &c.* Sequitur, *Si quis autem medicorum huius nostræ constitutionis transgressor extiterit, tam diu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter*: hæc ibi. Super quæ verba dicit Host. quòd ex eo, quo dicit, præcipimus, necessitatem imponit, & transgressor mortaliter peccat: nec hoc statuto præscribi potest, nec aliqua consuetudine tolli, cum sit pro salute animarum introductum, malæ enim consuetudines nullo tempore conualescunt scilicet. Si vero in authen. vt nulli in l. 2. in fi. secundum vnam expositionem. C. quæ sit lon. consuetud. 8. di. cap. mala extra de consuetud. cap. fi. de sentent. & reg. iur. capit. cum causa. Si ergo medici sic astringuntur ad hoc, quanto magis cognati, & affines, cum omnes Christiani ad hoc ex diuino præcepto, necessitatis tempore obligentur, per illam sententiam Matth. 22. *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*, Sed heu, quia tales, maximè vxores, & aliquando filij, sæpe confessores de domo expellunt, & loqui cum infirmo non permittunt, dicentes eum dormire, vel aliter impeditum esse, vel quando ad eum accedere vult confessor, dicunt ei: *Nihil dicite ei de confessione, vel testamento, ne incutiatis ei terrorem*, & si ipse petit, dicunt confessori: *Date ei pauca verba, quia est debilis.* Aut si medicus corporalis, vel spiritualis vult illum exhortari ad confessionem, dicunt: *Non est adhuc tempus, expectate adhuc modicum.* O maledicta fœmina, sic diligis virum tuum? ô ingrate fili, sic tractas patrem tuum, benè dicis, quod non est tempus, scilicet, confitendi, quia nimis diu exspectauit: Sed benè est tempus, quod Diabolus eum portet, & quod loquelam amittat, & ingrossetur lingua, vt confiteri non possit. Scriptum est enim in §. Sæpe. institut. quibus non est permiss. facere testam. *sæpe autem, & literati, & eruditi homines variis casibus, & loquendi, & audiendi facultatem amittunt*, vbi dicit gloss. maximè impij aduocati. Patuit exemplum in septem aduocatis Paduanis, vno anno peste defunctis, qui omnes sine lingua inuenti sunt in morte. Quid dicam de amicis temporalibus? certè stultus est, qui in illis omnem suam confidentiam ponit. Dicit enim Dominus Matth. 10. *Inimici hominis, domestici eius*, Exemplum miseratione dignum visum est in quodam magno prælato, & Ecclesiastico, qui laborans, in extremis visitatus est ab amicis suis. Cum autem viderent eum morti proximum, quisque cœpit domum illam spoliare, & hoc accidit quasi semper talibus personis Ecclesiasticis. Adeo autem abstulerunt omnia eius bona, quod infra horam nihil remansit in domo, præter lectum in quo iacebat infirmus. Quidam autem de eius amicis dixit: *Omnino est mortuus*, & accepit illum lectum quem subtus habebat infirmus, & eum reliquit mori in palea. O crudelitas maxima: O rabies inaudita? horribilitas lachrymanda quam non facerent Turcæ vel Saraceni? Quare ergo non facitis eleemosynas, dum sani estis? Quare non confitemini? Nolite expectare, quòd affines vestri hæc faciant pro vobis.

Si enim vos de salute vestra negligentes estis, multo negligentiores erunt affines vestri. Et ideo hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c.

EODEM

EODEM DIE POST PRANDIVM, DE iudicij finalis verificatione, significatione,& causatione.

SERMO NONVS.

Vtile est, vniuersale iudicium ad memoriam reuocare.

IVDICABIT *orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.* Psal. 97 Quantum vtile sit,ad mentem reducere terribilitatem vniuersalis iudicij,ostendit Sapiens Eccles. 7. di. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* De quo etiam loquens Gregor. inquit in quadam homilia : *Diem illum ante oculos ponite, & quicquid modo graue cernitur, in eius comparatione leuigatur.* & etiam homilia.39.idem inquit : *Præsentis temporis si qua est, ita est agenda lætitia, vt nunquam amaritudo diuini iudicij recedat à memoria.* Ait enim Ambros. in quodam sermone : *Valde se solicitat in bono opere, qui semper cogitat de extremo fine.* Ideo ait Gualterus in Alexãdria de lib. 8. *Ofelix mortale genus, si semper haberet Aetherearum præmente bonum, finemque timeret.* Augustinus quoque in Epistola ad Exitium dicit : *Nihil est vtilius populis, quam loqui de temporibus futuris.* Ea propter cantor spiritus sancti in verbis propositis nobis memoriam facit de seueritate vniuersalis iudicij.De quo tractaturi,tres considerationes faciemus.Prima dicetur,Verificationis. Secunda, Signationis. Tertia,& vltima appellabitur,Causationis.

DE VERIFICATIONE iudicij vniuersalis.

QVO ad primam partem,quæ dicitur verificationis, propono vobis vnam veritissimam conclusionem secundum Sco. in 4.di.47.q 1.& Ric.ea.di. ar.1. q. 1. & Th. eadem di.& in 3.par.summæ. q. 49. ar.5. scilicet quòd in veritate futurum est in fine mũdi iudicium, in quo Deus seuerissime punict peccata delinquentium , & non minus clementissimè præmiabit bona opera iustorum.Et hæc catholica opinio est contra quosdam maledictos hæreticos, & infideles. De quibus Tullius in lib.1. de natura Deorum inquit : *Quidam dixerunt, totam de Dijs immortalibus opinionem, fictam esse ab hominibus sapientibus, Reipublicæ causa. Et quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret.* Et hanc eandem sententiam videtur tenuisse Statius, lib.2.Thebaidos,dicens; *Primus in orbe Deos fecit timor.* Tullius quoque in hanc hæresim inuolutus fuisse videtur,qui in lib. 4. inuectiuarum contra Catilinam inquit: *Vt aliqua formido improbis esset posita, apud inferos antiqui supplicia impijs constituta esse dixerunt*, hæc ille.Quæ opinio maledicta penitus est reprobanda. Quod enim Deus sit,supra probatum est in sermone de catenis, & etiam infra probabitur in sermonibus de fide. Quòd verò infernus sit,in quo reprobi puniuntur,probabitur in 2. parte principali huius operis sermone. 21. parte 2. Quòd autem debeat venire iudicium probabitur nunc dupliciter.1.triplici ratione. 2.auctoritatibus.Prima ratio dicitur iustificationis ,sic arguendo: Deus est iustus, & vult iustitiam exerceri.Vnde Psalm.10.dicit propheta: *Iustus Dominus, & iustitias dilexit.* Iustitia autem vult,vt vnicuique tribuatur quod suum est, & secundum quod meretur.l.Iustitia. ff. de iusti.& iur.& insti.eo.in principio. vbi dicitur : *Iustitia est constans, & perpetua voluntas animi,ius suum vnicuique tribuens.* Ad iustitiam ergo pertinet,præmiare virtutes,quia omnis iustus labor meretur præmium,& illud requirit,& expectat.l.& virtutum. C. de statu.& ima.l.contra publicam.C.de re.mili.l.bene.C.de quadriennij præ. l.nemo.C. de offi.mag.offi. §. ne autem, in authentic. de iudi.c.fin.7.q.1.c fraternitatem.12.q.2. & c.ad nostram.de rebus Eccles.non alie. Similiter iustitia requirit, vt delicta non remaneant impunita.l. Si longius. ff. de iudicijs. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aqui. l. Stichum aut Pamphilum. ff. de solu. l. si à reo. §. fi. ff. de fideiuss. l. si operis. & l.sancimus. C. de pœnis.& c.vt famæ de sent. exc. Sed in hoc mundo diuina iustitia non remunerat , nec punit opera hominum ,

Vniuersale iudicium futurum esse, tribus rationibus ostenditur,ac aliis quibus auctoritatib⁹.

1.Ratio.

Digitized by Google

sicut merentur: imo videmus, quod apparet fieri totum contrarium. Nam plerumque in hac vita boni sunt tribulati, mali verò in prosperitate gaudentes. Et tamen est vera sententia Aug. dicentis, quia apud Deum nullum bonum est irremuneratum, & nullum malum impunitum. Ergo necesse est, quòd veniat vniuersale iudicium, in quo quisque recipiet secundum opera sua bonum, vel malum: Sed forte aliquis dicet: *Non adducuntur aliqui ad iudicium, nisi ad hoc, vt certificetur iudex de causa sed Deo omnia aperta sunt, iuxta illud ad Hebr. 4. c. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Et idem habetur* Dan. 13. & 2. q. 1. c. Deus omnipotens, & q. 5. c. presbyter. *Ergo non est necessarium, quòd respectu Dei vocemur ad iudicium: non etiam respectu nostri, quia quilibet in hora suæ mortis est certus de sua damnatione, vel præmio. Et ideo non videtur necessarium, quod fiat de ipso aliud iudicium*: Respondeo, quod licet peccatoribus singulis sit nota tempore mortis damnatio, vel glorificatio sua in particulari, & sic ipsi cognoscant diuinam iustitiam, quo ad se, non tamen quisque scit, quomodo sint puniti, vel præmiati alij, quos in mundo videat non habuisse secundum eorum merita, vel demerita, propter quod de diuina iustitia murmurauerat. Et ideo necesse est, quod Deus faciat vniuersale iudicium, non ad hoc, quod ipse aliquid cognoscat, sed vt omnes homines mundi, & etiam dæmones, & Angeli perfectè conspiciant eum esse verum, & iustum iudicem, & nihil mali relinquere impunitum, aut boni irremuneratũ; (vt dictum est) & vnusquisque cognoscat, quod Deus permisit malis prosperitates in hoc mundo, vt eos remuneraret de aliquibus paruis bonis, quæ fecerunt, vel vt grauius crucientur in inferno, sic exigentibus eorum demeritis. Bonis autem permisit euenire tribulationes, vt suum Purgatorium patiantur per illas in hoc mundo, & vt maiori gloria præmientur in cœlo, vt dicit Chrysostom. in capit. quid ergo. de pœni. di. 3. Secunda ratio dicitur manifestationis. Vt. s. manifestentur omnia occulta, iuxta illud Apostoli: *Cum venerit Dominus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* 1. ad Cor. 4. & c. incerta 30. q. 5. Psal. 28. *Reuelabit Dominus condensa, & in templo eius.* s. cœlesti, *omnes dicent gloriam* Quod si non veniret iudicium vniuersale, profectò necesse esset dicere, quod falsum locutus fuisset Christus, Matth. 10. c. qui dixit: *Nihil opertum, quod non reuelabitur, & nihil occultum, quod non sciatur*, quod videmus non impleri in hoc seculo: & ideo necesse est dicere, q̃ Christus non possit mentiri, quia est veritas. Io. 14. & c. Si consuetudinem & c. qui contempta. 8. di. hãc cognitionẽ, & scientiam de prę̃miatione & punitione omnium hominum, habebimus in alio seculo in vniuersali iudicio. Et hoc est, quod Hiero. dicit in quadam homilia super Matt. ait enim prædicta Christi verba exponens, *Quomodo verificabitur, quod veritas dicit, cum videamus multa occulta bona, & mala, quæ non prosunt sciri?* & respondet: *Non intelligitur illud occultum reuelari in hoc mundo, sed in die iudicij, quando omnia nuda, & aperta erunt.* Et has duas rationes tangit Aug. 2. de ci. Dei. c. 22. d. *Iste quippe dies iudicij propriè iam vocatur, eo quod nullus ibi erit imperitiæ aut querelæ locus, cur iniustus iste sit felix, aut iustus ille sit infelix, omnium namque tunc, non nisi bonorum, vera & plena felicitas; & omnium non nisi malorum digna, & summa infelicitas apparebit.* Cum enim ad illud iudicium Dei venerimus, non solum quæcunque tunc iudicabuntur, verumetiam quæcumq; ab initio iudicata, & quæcunque vsque ad illud tempus adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima.

Obiectio.

Responsio.

2. Ratio.

TErtia ratio dicitur completionis, pœna enim quæ ante illud vniuersale iudicium completè inflicta non fuerit, debet in extremo iudicio compleri, ita quod impij post illud iudicium cruciabuntur, non solum quo ad animam, sed ętiam quo ad corpus. *Omnes enim in illo extremo iudicio resurgẽt,* 1. Cor. 15. c. Et sic dolor, & tormentum augebitur in malis, tã extensiuè q̃ intẽsiuè, respectu corporũ resuscitatorũ. Et similiter bonis accrescet gloria, & iucunditas; quia non solum in anima, verum etiam in corpore beatificabuntur. Et hæc ratio est omni æquitati consona. Iustissimum enim est, vt qui Deo seruierunt in anima, & corpore, similiter ab eo glorificentur in vtrisque, & per cõtrarium, quod qui Deũ offenderũt in ambob.

3. Ratio.

Damnatis post diem iudicij vniuersalis, pœne augebũtur.

Digitized by Google

ambob. in eis cruciẽtur. Est. n. regula in iure dicẽs: *Per quæ quis delinquit, per ea, & punitur debet.* Vt habetur. Sap. 11. & notatur in ca. literas. de tempor. or. & in c. fi. de immu. Ec. de hoc est tex. & similiter in cap. pastoralis de iur. patr. & etiam notatur in l. ex facto. §. Iulia. ff. de vul. & pupil. l. hæres. ff. de his qui. vt indi. Et per hoc soluitur illa ratio quæ posset fieri sic: Scriptũ est Naũ 1. *Nõ iudicabit Deus bis idipsum*, quod etiam habetur. 81. di. c. presbyter & 13. q. 2. c. quæsitum ac. 23. q. 5. c. Quid ergo. & de pœ. di. 3. §. His auctoribus & c.

Obiectionis eiusdam solutio.

quærat. Cum igitur Deus in morte cuiusque, illi tribuat pœnam, vel gloriam secũdum opera, ergo non debet aliud iudicium de ipso facere. Respondeo, quod punitio vel præmiatio quæ fit in morte, est solùm quo ad animam, & illi tantum nota cui fit, hoc autem iudicium erit in anima, & corpore, in præsentia omnium, vt vniusquisq; completum præmium, vel punitionem recipiat secundum merita sua. Et consequenter, maior erit cruciatus damnatorum post iudicium, quam nunc sit. Vnde ait Aug. in sermon. plurium martyrum: *Maiores pœnas passuri sunt cum resurrexerint. In quarum comparatione tales sunt istæ, quales patiuntur, qui mortui sunt homines mali, qualia sunt somnia hominum, qui torquentur in somnis. Animæ eorum patiuntur, caro non patitur. Maior autem cruciatus est, si vigilans torqueatur*: hæc ille. Et idem erit de gloria.

Auctoritatibus aliquib. ostẽditur, vniuersale iudicium futurum esse.

SEcundo hæc eadem veritas probatur testimonio multiplici, & non vno tantum. Nam ad aliquid probandum, regulariter duo testes sufficiunt. ff. de testibus. l. vbi numerus. 4. q. 3. §. in criminali. versi. item vbi. hoc etiam idem affirmat Host. Gof. & Durandus in sua sum. lib. 1. par. 2. dist. 14. q. 2. Et aliquando statur testimonio vnius, in his in quibus alteri præiudicium nõ infertur: puta: si dubitatur de aliquo, an fuerit baptizatus, vel si Ecclesia fuerit consecrata, de conse di. 4. ca. paruulos & c. cum itaq;. Item quando quæritur, vtrum aliquis sit emẽdatus de crimine, statur testimonio sacerdotis, extra de testi. ca. testimonium. Vbi hoc dicit gl. & allegat c. in capit. 50. di. & 2. q. 1. c. si peccauerit. in fi. & de simo. c. nemo. Item in correctione fraterna, sup prima correctione charitatiua per vnum solum proceditur, quia aliter non potest extra de testi. c. in omni. Item aliquãdo requiruntur plures quam duo, vt puta in donationib. causa mortis, vbi requiruntur quinque testes. C. de do. causa mor. l. fi. & in codicillis. C. de codi. l. fi. in fine. In testamentis verò regulariter secundum leges, septẽ testes requiruntur. Insti. de testa. §. fi & C. de testa. l. hac consultissima. Hoc tñ fallit, quia quandoq; valet sine teste, vt si miles in bello scribat suo sanguine in clypeo, vel vagina, aut in puluere annotauerit gladio suam voluntatem, & moriatur. C. de mi. test. l. milites. Quandoque sufficit vnus, vt si fiat coram Imperatore C. de testa. l. omnium. Nãtunc ille vnus testis est Imperator, qui sufficit. Similiter etiam in his, quæ sunt ad pias causas, sufficiunt duo, extra eo. c. Cum esses, & c Relatũ. Notandum tñ, quod prædicta solennitas testium videtur (secundum quosdã) abrogata per ius canonicũ, ac etiã diuinum, per ꝙ duo, vel tres fide digni testes sufficiunt. Iuxta illud Matt. 18. *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*, quod etiã habetur Deut. 19. & 2. Cor. 14. & 2 q. 4. c. 1. & 35 q. 6 c. ab isto die, & extra de test. c. licet vniuersis. Attamen vt animus vester magis excitetur ad expectandũ diuinum iudicium, non vno teste, vel duobus, sed plurib. illud esse vẽturum probabimus. Et primo probatur auctoritate Mosaica & prophetica sic. Nam dicitur Deut. 32. *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur.* Iudith. 6. *Ve genti insurgenti super gentes meum. Dominus enim omnipotens iudicabit in eis: in die iudicij visitabit eos*, & Iob. 19. *Fugite à facie gladij, quia vltor iniquitatis est gladius, & scitote esse iudicium.* & 31. c. Idem inquit: *Quid faciam, cũ surrexerit ad iudicandum Dominus? ũ quæ fieri, quid respondebo illi?* Dauid quoq;. Psal. 109. ait: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.* Et Eccle. 3. dicit Salomon: *Iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit.* Et. 11. c. eiusdem libri inquit: *Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, in diebus iuuentutis tuæ. Et scito, quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.* Et 12. cap. *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium*

duo requirũtur: lege & videbis. quando. In donationibus quot testes requirantur, & quot in testamẽtis.

Ista sunt auctoritates, quibus finale iudicium futurum confirmat, & 1. Prophetica auctoritate.

Digitized by Google

pro omni verbo, siue bono siue malo. Et Sapi. 12. dicitur Domino: *Qui habes omnia iudicium tuum, aut quis stabit in conspectu tuo? sine tremore, cum veneris videre in quorum hominum?* Et Esa. 3. scriptum est: *Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi tui, & principibus eius.* & 10. cap. dicitur: *Quid facietis in die visitationis, & calamitatis? ad quem confugietis auxilium?* & 11. ca. *Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terrae, & percutiet terram virga oris sui.* Et 13. cap. *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & irae furoris, ad ponendam terram in solitudine, & peccatores eius in eremo de ea.* Hier. quoq; 2. c. dicitur: *In tempore ultionis visitabo eos, ait Dominus, & cum ipsis verbis disperabo.* Et Ioh. 1. c. 2. *Magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?* Et Ioel 1: *Ululate omnes habitatores terrae, quia venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum.* Et Malach. 3: *Quis poterit cogitare diem adventus eius? & quis poterit stare ad videndum eum? Ipse enim purificabit filios.* Et 4. eiusdem lib. c. Dominus per prophetam inquit: *Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Et Sopho. 1. c. scriptum est: *Iuxta est dies Domini magna, iuxta, & velox nimis. Dies irae, dies illa: Dies tribulationis, & angustiae. Dies calamitatis, & miseriae, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulae & turbinis, dies tubae & clangoris super ciuitates munitas. Et tribulabo homines, & ambulabunt, vt caeci, quia Domino peccauerunt, & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum, sicut stercora. sed & argentum, & aurum eorum, non poterit liberare eos in die furoris Domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem & festinatione faciet cunctis habitantibus terram.* Secundo hanc eadem veritas probatur auctoritate Euangelica & Apostolica. 1. Matt. 10 c. Dominus dicit: *quicunque non receperint vos, nec audierint sermones vestros.* &c. Sequitur: *Amen dico vobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum in die iudicij, quam ciuitati huic.* Et 11. c. eiusdem Euangelij ait: *Vae tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cinere, & cilicio paenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, quod Tiro, & Sidoni remissius erit, quam vobis in die iudicij.* Et 12 c. ait: *Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia paenitentiam egerunt in praedicatione Ionae.* Similiter Apostoli de hoc iudicio praedixerunt. Vnde Pau. 1. ad Cor. di. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et 2. Cor. 5. ait: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; ea, quae in corpore gessit siue bonum siue malum.* Et 2. ad Tim. 4. *Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, & aduentum ipsius, & regnum eius.* Et 2. Pet. 3 *Aduenit dies Domini, vt fur, in quo caeli magno impetu transient, elementa vero ardentia soluentur, & terra, & ea, quae in ipsa sunt opera exurentur.* & Apoc. 6. dicit Aquila volans: *Vidi mortuos magnos, & parvos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortales ex his, quae scripta erant in libris ipsorum,* & vltimo cap. eiusdem libri, dicit Dominus: *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, & dare vnicuique secundum opera sua.* Tertio idem probatur auctoritate canonica, & authentica, s. Decretorum, & sanctorum doctorū. Decretorum. Nam de futuro iudicio multi testes habentur in Decretis maximè 23. q. 5. c. Quid ergo & 11. q. 5. c. Sacerdotibus. & 25. di. c. qualis. dicit Gre. *Qualis hinc quisque egreditur, talis in Dei iudicio praesentabitur.* Multos alios testes relinquo, de hoc terribili iudicio mentionem facientes, vt in c. aliorum. 9. q. 3. & in c. si sacerdotibus. 15. q. 6. Sed iam ad faciosveniamus Doctores. Ait D. Amb. in libro de officijs: *Nihil est, quod magis proficiat ad vitam mittendam, quā vt credamus nos etiam ad iudicem venturum, quem & oculis non videmus, & incredibilia existimemus, & homines deleamus.* Greg. quoq; super Matth. di. *Tunc manifestae vtiq; sunt, quae in humilitate videre celauerunt, vt tanto districtius virtutem iam sentiant, quanto eam contemnendo nunc ad paenitentiam nō inclinant.* & in alia homilia sic ait: *In extremo iudicij die, illā apertis caeli, ministrantibus Angelis, consedentibus Apostolis in sede maiestatis suae Christum apparuerit, omnes electi pariter, & reprobi illum videbunt, vt & isti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti de vltione iudicij & supplicij in perpetuū gemant.* Ber. quoque super Can. ait: *Veniet dies tua, in qua plus valebunt pura corda, quam astuta verba, conscientia bona, quam marsupia plena, quoniam iudex ille nō sustinebit verba, nec suscipiet dona.* Ipse enim ait Iob 21. *Non parcam eius verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.* Hieron. quoque

3. Hoc idē ostenditur canonū auctoritate.

Euangelica & Apostolica auctoritate.

Doctorum etiam auctoritatibus hoc idē confirmatur.

Digitized by Google

quoque ad Sabinianum Diaconum lapsum inquit: *Parce quæso animæ tuæ, & crede Dei futurum iudicium.* Et idem ad Asellam de fœtis amicis ait: *Ante tribunal Christi stabimus omnes. Ibi patebit, qua mente quis vixerit.* Et ad Heliodorum de contemptu mundi idem dicit: *Veniet, veniet dies illa, in qua corruptiuum hoc, & mortale induat incorruptionem, & immortalitatem. Beatus ille seruus, quem inuenerit Dominus vigilantem. Tunc ad vocem tubæ pauebit terra cum populis, lugubris mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora feriet. Potentissimi quondam Reges nudo latere palpitabunt: exhibebitur cum prole sua Venere tunc ignitus Iuppiter. Adducetur & cum suis studiis Plato discipulis; Aristoteli argumenta non proderunt.* Idem quoque Hieronymus ad Pamachium & Oceanum, inquit: *Aderit dies illa, in qua facta nostra, quasi in quadam tabula depicta, monstranda erunt. O quantis in die illa expediret, si & sensu corporis, & viscerum vigore caruissent. Quanti Pastores philosophis, quanti rustici oratoribus, quanti hebetes & muti argutijs præferendi sunt Ciceronis?* Augustinus quoque 2. libro de Ciuitate Dei capit. 1. ait: *Tenet omnis Ecclesia Dei, verè Christum de cælo venturum, ad iudicandos viuos & mortuos.*

O Igitur pertinaces peccatores, O somnolenti, ô pigri: ô cărnales homines, quare non cogitatis de terribili iudicio? quare non expauescitis? quare dubitatis? Credite ergo. Non enim prophetæ, nō Apostoli, non Christus, aut Ş. Doctores hæc vobis dicerent, nisi in veritate essent ventura. Sed omissis auctoritatibus fidelium, veniamus ad probandā hanc veritatem auctoritate physica, & politica. Ait ergo Plato in Phædrone: *Cum peruenerint defuncti in eum locum, quo dæmon vnumquemque portat, illic iudicabiuur, & qui pie iusteque vixerit, & qui secus.* Et in eodem lib. idem inquit: *Ferunt enim vnumquemque, cum decesserit ab eo dæmon, qui viuentē sortitus erat, trahi in aliquem locum, vbi oportet simul collectos iudicari: & post sententiam ad inferna proficisci, illo ducēte, cui mandatum est, vt hinc proficiscentes ad illa loca traducat.* Et in eodem lib. etiam dicit: *Purus autem animus, qui honestè vitam transegerit, Deos sortitur duces, habitatq; in loco decēti.* Similiter Ouid. in 1. Metamor. inquit: *Esse quoq; in fatis reminiscitur, affore tēpus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli Ardeat, & mundi moles operosa laboret.* In Sibyllinis quoq; versibus veritas iudicij demonstratur. Nam Sibylla Tiburtina inquit: *Iudicij signum, tellus sudore madescet: Et cœlo rex adueniet per secla futurus: Scilicet in carne præsens, vt iudicet orbē. Vnde Deū cernet nō credulus, atq; fidelis Celsum cū sanctis, iā tunc cui termino in ipso Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicat ipse. Exuretque ignis terram, pontumque, polumque.* Et ista carmina recitat Aug. 18. lib. de Ciui. Dei. Sibylla quoque Erythræa dicit: *Veniet in conspectu agni abominatio peccatorum, & descendet ignis terribilis, qui vniuersa creata, vsque ad æthera concremabit, & non erit vltra hominum habitatio in terris, & non abundabit vltra iniquitas, & peccatum: sed veniet de cœlo vox tubæ terribilis aduocans vniuersos, vt veniant in examen. Fiet etiam ineffabiliter corporis, & animæ redintegratio, vt vtrumque simul retributionem recipiat, siue pœnam. Tunc apparebunt cuncti reges, & principes, & videbunt agnum in throno terribili, vt retribuat vniuersis. Nec erit opis, diuitisque discretio, sed examinatio meritorum. Iudicabit autem bonos, & malos, vt illos sursum leuet, hos autem in sortem dæmonū vertat Auernus:* Hæc illa. O igitur iniquissimi, timete, & expauescite venturū Dei iudiciū. Et hoc sufficiat pro 1. parte nostri sermonis.

Physica & Politica auctoritate finale iudiciū futurū esse, probatur.

DE SIGNIS IVDICIVM VNIuersale præcedentibus.

QVo ad secundam partem, sciendum est secundum Ricar. nostrum in 4. dist. 48. ar. 1. q. 3. & S. Bonau. eadem di. in quæstioni bus circa litteram, quòd Hiero. in quadam epistola scribit, se legisse in annalibus Iudæorum quindecim signa, quæ dicuntur debere præcedere vniuersale iudicium. Sed vtrum debeant esse continua, non expressit. *Hiero. 15.* Quæ sunt hæc: Prima die omnia maria exaltabuntur. 15. cubitis supra oēs montes, sicut fuerunt aquæ tempore diluuij Gen. 7. Non tamen recedēt à loco suo miraculosè, iuxta illud Psal. *Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram.* Erit ergo sicut fuit tēpore, quo filij Israēl transierunt mare rubrum. Nā *aquæ erāt illis pro muro.* Exod. 14. De hac autem eleuatione prophetarum videtur Psal. 92. Vbi ait Dauid, loquens de futuris,

Signa quæ vniuersale iudicium præcedere debēt, secūdū Iudæos, vt refert Hiero. 15. lege, & vitabuntur. debis quæ fuerunt aquæ tempore diluuij Gen. 7. Non sunt. ante diem aduentus Christi. Erit ergo iudicij erit, quòd mare rubrum. Nā aquæ erāt illis pro muro. Exod. 14. eleuationem prophetarum habetur,

Digitized by Google

futuris, tanquam de præteritis: *Eleuauerunt flumina Domine: Eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris* &c. Et Esa. 50. dicit Deus: *Ego Dominus qui conturbo mare, & intumescent fluctus eius.* Videntes autem hoc homines, valde contremiscent. Vnde idē Propheta inquit, Psalm. 47. *Ipsi videntes, sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.* Et congruè ponitur eleuatio quindecim cubitorum, quia praui per transgressionem decalogi contra Deum eriguntur, iuxta illud Iob 15. *Tetendit manum suam contra Dominum, & contra omnipotentem cucurrit erecto collo* &c. Et similiter eriguntur cōtra Ecclesiā, quæ in quinque patriarchatibus consistit, s. Romano, Constātinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano; de quibus exponi potest illud Hierem. 19. *In illa die erunt quinque ciuitates, iurantes per Dominum exercituum* &c. Secunda die omnia æquora prosternentur in profundum, ita vt vix videri possint, quod fiet cum terribili strepitu, dicente Propheta Abacuc 3. c. *Dedit abyssus vocem suā*, & Dauid Psalm. 76. *Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi*, & Esa. 19. dicitur: *Arescet aqua de mari, & fluuius deficiet atque siccabitur, & deficient flumina. Attenuabuntur atque siccabuntur rami aggerum.* Quod erit signum depressionis damnandorum in profundum inferni, qui in hoc mundo fuerunt per superbiam eleuati, de quibus di. Claudianus. libro primo. in Ruffinum. *Tolluntur in altum, Vt lapsu graviore ruant*, & Martialis poëta inquit: *Altior ascensus, gravior plerunque ruina*, & Maximianus canit: *Et grauius summo culmine cecidere ruunt.* Tertia die aquæ ipsius magis redigentur in pristinum statum, & fiet adæquatio, & tranquillitas in aquis. Sicut autem exaltatio maris, & depressio, ac conturbatio eius significat conturbationem & conculcationem malorum, iuxta illud Esa. 51. *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum*: Ita ipsius maris tranquillitas denotabit, quòd boni qui in hoc mundo, qui mari assimilatur, fuerunt diuersis conquassationibus agitati, perfectam quietem recipient, & consolationem, iuxta illud quod dicitur de Deo Tob. 3. *Post tempestatem, tranquillā facit, & post lachrymationem, & fletum, exultationē infundit.* Quarta die omnes beluæ, & animalia, quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & eleuabuntur super pelagus, inuicem mugientes, iuxta illud Sap. 17. *Mugientium validæ vox bestiarum defluentes illos faciebat præ timore*, hoc autem signum erit ad detestationem nolentium confiteri peccata sua, sicut præcipitur Iacob. 5. vbi dicitur: *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Nam ipsæ beluæ marinæ facient, quòd rationales creaturæ facere contempserunt. Illæ enim pro modulo suo clamabunt ad Dominum, homines vero quibus data est ratio, vox, & voluntas, sua peccata tacebunt. Quinta die omnia volatilia cœli congregabuntur in campis, & non gustabunt quicquam, neque bibent, sed emittent voces quasdam quasi flebiles, quasi dicant illud Apoc. 8. *Væ, væ, væ, habitantibus mihi terram*, id est, tractantibus ea, quæ corporis sunt, quod de terra originem traxit. *Væ habitantibus in terra*, id est, in peccato mortali, væ auaris, væ raptoribus, væ vsurarijs, væ superbis, væ tyrannis, & oppressoribus proximorum, væ luxoriosis, væ adulteris, væ Sodomitis, væ gulosis, vę partialibus, vę dissolutis iuuenibus, væ vanis mulieribus, væ malis religiosis, clericis & sacerdotibus, væ malis prælatis, væ inobedientibus subditis, væ malis artificibus, & mercatoribus, væ omnibus malè viuentibus, væ hæreticis & omnibus infidelibus, *væ vobis impijs, qui dereliquistis legem Domini altissimi*, Eccle. 41. *Væ genti peccatrici, populo grani iniquitate, semini nequam, filijs sce eratis*, Esa. 1. *Væ qui contradicit factori suo.* Sexta die flamma maxima consurget ab occasu Solis, currens contra faciem firmamenti vsque ad Orientem: ad designādum, quòd peccatores, qui fuerunt frigidi in amore Dei, debent flamma infernali in proximo incendi, iuxta illud Psalmi: *Flamma combussit peccatores.* Septima die omnia sidera tam fixa, quàm erratica, spargent ex se igneas comas sicut cometæ, ad denotandū, quòd omnes status mundi debent mutari, iuxta illud Lucani in 1. *Mutant regna Cometæ*, &c. Octaua die ita magnus terræmotus erit, quòd omnia ædificia alta prosternentur.

2. Signum erit, quòd æquora prosternentur in profundum, ita vt vix videri possint

3. Signū in die iudicij.

4. Signum ante diem iudicij.

5. Signū ante diē iudicij.

6. Signum quod erit ante diem iudicij.

7. Signum.

8. Signum.

Digitized by Google

nentur, de quo Apocal. 16. dicitur: *Terræ motus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram.* Et hoc signum fiet ad detestationem cupiditatis humanę, quasi terra non possit amplius auaros super se tolerare. Vnde Esa. 15. 24. dicitur. *Confractione confringetur terra: Contritione conteretur terra:* Commotione commouebitur terra: *Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius, & grauabit eam*
9. Signum. *iniquitas.* Nona die omnes lapides scindentur, & inuicem collidentur. Et hoc in detestationem eorum, qui noluerunt conteri de peccatis, quibus dicitur Ecclesiastic. 3. *Cor durum male habebit in nouissimo.* Quia noluit seruare illud Ioel. 2. *Scindite corda vestra,* vnde & verificabitur illud Ecclesiast. 17. *Conteretur cum delinquente delictum.* Decima die
10. Signum. omnes plantæ, & herbæ fluent sanguineum rorem. De quo Ioel 2. dicit Dominus: *Dabo prodigia in cælo sursum, & in terra deorsum sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* Et de hoc prophetauit Sibylla Tiburtina di. *Iudicij signum, tellus sudore madescet,* & Esa 34. dicitur: *Inebriabitur terra sanguine.* Et hoc ad detestationem eorum, qui noluerunt effundere lachrymas ex dolore peccatorum suorum, & memoria passionis Christi. Vndecima die
11. Signum. omnes montes, & colles, & ædificia in puluerem redigentur, & adæquabitur terra: de quo Psalm. 96. dicitur: *Montes, sicut cera, fluxerunt à facie Domini, quia venit iudicare terram,* & Esai. 4. dicitur: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prauа, in directa, & aspera in vias planas, & revelabitur gloria Domini, &c.* Et hoc ad significandum, quòd illi, qui habuerunt altitudinem & superioritatem, ac dominationem super alios, in die iudicij illam habere cessabunt. Tunc enim vt ait gl. in cap. fin. di. 89. di. amplius non erit dominatio, siue gradus maioritatis vnius ad alterum. De hoc etiam signo prædictum fuit Baruch. 5. vbi dicitur: *Constituit Deus humiliare omnem montem excelsum, & convallis replere in æqualitate ter-*
12. Signum. *ræ.* Duodecima die omnia animalia congregabuntur in campis rugientia, & nihil gustantia, iuxta illud Hiere. 2. *Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam.* Et hoc ad denotandum perpetuum lamentum damnatorum, in quorum persona dicitur Esai. 49 *Rugiemus, quasi leones, omnes.* Tredecima die
13. Sign. omnia sepulchra ab ortu solis, vsque ad occasum, patebunt cadaueribus ad resurgendum, & ossa mortuorum simul congregata super sepulchra stabunt, iuxta illud Ezech. 37. *Ecce ego aperiam tumulos vestros, dicit Dominus.* Et ibidem: *Accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam,* quod erit in detestationem eorum qui credunt, nullam aliam esse vitam, & negant resurrectionem mortuorum futuram, secundum opinionem quorum, dicitur per Psalmistam: *Et sepulchra eorum, domus illorum in æternum:* Quarta decima
14. Signum die homines tunc viuentes de habitaculis suis recedent, discurrentq; attoniti velut amentes, & nihil ad inuicem loquentes ex timore, & stupore, iuxta illud Esa. 33. *Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit timor hypocritas,* quod fiet in detestationem eorum, qui non timent, nec credunt venturum Dei iudicium, sed deridebunt prædicantes de eo. de quibus inquit psalmista: *Non est timor Dei ante oculos eorum.* De vagatione autem illorum dicitur Sopho. 1. *Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Quinta decima die omnes
15. Signum. homines morientur, & resurgent cum mortuis longe ante diem iudicij, iuxta illud Esa 13 *Omnis qui inuentus fuerit, occidetur,* & Daniel. 12. *Qui dormiunt in terræ puluere, expergiscentur, &c.* Et posito, quod signa debeant præcedere, credo quod homines eruti, & excitati diuino iudicio, quod non intelligent venire, sed trepidabunt, & pleni formidine deficient a sensu. Verum quia Hieronymus non affirmat prædicta signa debere accidere, ideo ex Euangelico textu tria infallibiliter colligentur. Primum dicam signi Redemptoris apparitio Secundum, corporum cælestium mutatio. Tertium Angelicarum virtutum commotio.

Signa quæ immediate iudicium præcedere debent, vt ex Euangelico textu colligantur, sunt tria.

De primo canit Ecclesia in festo sanctæ Crucis dicens: *Hoc signum Crucis erit in cælo cum Dominus ad iudicandum venerit.* Et Dominus noster Iesus Christus Matth 24. di. *Tunc apparebit signum filij hominis in cælo.* vnde magister in 4. distinct. 48. inquit: *Angeli deferent ante eum signum Crucis,* & dicit Ricar. noster in ea di.

1. Signum.

Digitized by Google

ea di. in quæstionibus circa litteram, quòd ipsamet Crux in qua crucifixus est, portabitur ad iudicium, restaurata miraculosè, maximum habens splendorem. De quo Chrysost. super Matth. di. *Crux apparebit Sole lucidior existens.* Licet aliqui dixerint, quòd non erit lignum Crucis in qua mortuus est Christus, sed quoddam signum illius Crucis repræsentatiuum, tamè communiter tenetur, quòd illamet Crux in qua crucifixus est Christus, portabitur ad iudicium. Qui enim humana corpora redacta in pulueres, eadem in numero restaurabit, illam eandem Crucem numero restaurare poterit. Et multo rationabilius est, quòd ipsamet ad iudicium portetur, quam aliquod signum pro ea. Et hoc triplici ratione: Primo in ostensione gloriosæ victoriæ Christi, vt videãt omnes quàm mirabiliter ab eo fuerunt redempti. Secundo in ostensione eius misericordiæ, vt videant boni, quàm misericorditer ab eo fuerunt saluati. Tertio in ostensione iustitiæ, vt videãt mali, quàm iustè sunt damnati. Sed hic oritur vnum dubium: *Si prædicta Crux apparebit facta gloriosa, an non?* Et primo videtur dicendum, quòd sic, per dictum Chrysostomi prælegatum. In oppositum autem videtur tali ratione. Nam secundum theologos in 4. dist. 48. Omnia vegetabilia, & muneralia, & alia huiusmodi corruptibilia, post iudiciũ desinent. Ergo cum Crux sit de numero talium, non permanebit; ergo desinet esse, postquam apparuerit cum prædicta claritate: ergo non erit glorificata. Ad hoc respondet Alex. de Ales. in 3. parte summæ in tractatu de Aduentu Christi ad iudicium: Nihil se hic diffinire, cum sancti ponant diuersa. Nam aliqui dicunt, quòd si immutabuntur elementa, quæ corruptibilia sunt, & corpora cœlestia, multo fortius videtur, quod etiam illud, quod fuit instrumentum nostræ redemptionis scilicet Crux, debeat immutari, sicut alia corpora, & elementa, quæ sunt corruptibilia de sui natura, & sic permanere, quia in quantum fuit instrumẽtum humanæ redemptionis, habet quandã dignitatem, & consequenter congruentiã ad permanẽdum in illa claritate, in qua reformabitur. Alij tamen dicunt, quòd sicut Christus in transfiguratione ostendit quandam claritatem, manente adhuc corpore suo mortali, ita posset in iudicio ostendere claritatem in cruce manente ipsa corruptibili. Et sic posset talem apparitionem non oporteret, quòd permaneret in perpetuum, sed annihilaretur. Ego autem salua meliori opinione, teneo primam, scilicet quòd in perpetuum postea durabit, vt in æternum appareat signũ victoriæ Christi, atque eius misericordiæ, & iustitiæ. Alia quoque instrumenta, & ministeria passionis Christi reformata portabuntur in iudicio per Angelos, vel per aliquẽ sanctorum de aliquo ordine Angelorum. Vnde possumus deuotè contemplari, quòd beatus Franciscus stigmatizatus, qui est in choro Seraphin, portabit crucem ante faciem iudicis, de quo canit Ecclesia in officio eius: *Decus morum, dux minorum F. ãtissim, senens brauium, dic quomodo corpus eius integrum permanet, cum stigmatibus radiantibus more stellarum, & visum sui* &c. Quia enim officium Seraphin est alios in amore Dei promouere, ideo vnus Seraphin, vel Seraphicus Franciscus, deferẽs in iudicio vexillum crucis, clamabit ad omnes martyres, & religiosos, mundumque contemnentes, & huiusmodi similes, di. *Venite omnes nobiscum, cantate, & exultate ac psallite, vos enim seruastis consilium Domini, dicentis* Matthæi 16. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quia vero officium Cherubin est promouere hominem ad diuinam cognitionem: idcirco vnus eorum portabit columnam, quæ vt habetur Exod. 13. *Lucebat Hebræis*, s. per cognitionem fidei per noctem, id est contra hæreticos. Et ille Angelus, vel sanctus ordinis Cherubici clamabit ad omnes bonos theologos, & prædicatores, & similes dicens: *Venite nobiscum, vos qui illuminastis mundum, qui fulsistis quasi stellæ lucentes ante dominum: cantate, & exultate, ac psallite. Qui enim docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dan. 12. Quia autẽ officium thronorum est iudicare, cũ in eis reluceat rectitudo diuini iudicij, ideo vnus eorum portabit lanceam, quæ aperuit latus Christi.

Rationabilius esse Crucem ad iudiciũ offerri, quã aliquod aliud signum, & hoc triplici ratione ostenditur.

Crux an apparebit in iudicio facta gloriosa.

Quòd alia quoq; instrumenta passionis Christi ad iudiciũ deferẽtur, & à quibus.

Digitized by Google

Christi. Et clamabit ad omnes iustos principes,& reges,iudices, ac huiusmodi similes,di.*O vos omnes iustitiæ administratores, venite nobiscum,& in æternum gaudete.* Dixit enim dominus per Psalmistam: *Beati qui custodiunt iudicium,& faciunt iustitiam in omni tempore.* Præterea quia officium dominationum est, secundum Gregor. instruere in bello spirituali per macerationē carnis, idcirco vnus eorum portabit malleum, quo conclauatæ sunt manus,& pedes Christi, & ille clamabit ad omnes eremitas, & sanctos patres, qui steterunt in deserto,& huiusmodi similes,di.*Venite vos omnes, qui corpora vestra subiugastis per macerationem carnis, seruantes consilium Apostoli,dicentis* ad Collo.3. *Mortificate membra vestra,quæ sunt super terram.* Quia vero officium principatus est, secundum Gregorium, docere homines, qualem debeant vnicuique exhibere reuerentiam, ideo vnus illorum portabit coronam spineam,& clamabit ad omnes obedientes,& bonos subditos. di.*O vos omnes qui semper prælatis vestris fuistis obsequētes,& reuerentes,venite nobiscum. Obedientia enim vestra magis placuit Deo quàm victimæ,& omnia sacrificia* c.sciendum.8.q.1. Quia autem officium potestatum est,secundum Bernar de feedere hominem,vt non amittat regimen spirituale suiipsius, propter varias tentationes, idcirco vnus eorum portabit clauos Christi, quia claui faciunt resistentiam, ne aliquid exeat de loco suo. Et clamabit ad eos qui fortes fuerunt in tentationibus,di. *O vos omnes de quibus inquit Apostolus* ad Hebr. 11. *Fortes facti sunt in bello.*1.tentationum,*venite,& iubilate;& gaudete nobiscum,scriptum est enim* Prou. 11. *Manus fortium dominabitur.* Præterea quia officium virtutum est,secundum Dionysium, docere prælatos,vt perseuerāter ea, quæ ad officium prælationis pertinent,exæquātur, & extædio non relinquant, idcirco vnus eorū portabit spongiam cum felle, & aceto, & clamabit ad omnes qui fuerunt mites, & mansueti,di.*O vos omnes qui fuistis mites,& mansueti,venite nobiscum. Ait enim Dominus,* Matth.5. *Beati mites, quoniam hæreditate possidebunt terram,* illam.s.terram,de qua Propheta ait:Psal.26. *Credo videre bona Domini,in terra viventium.* Præterea quia officiū Archangelorū est,secundū Dionysiū, reuelare prophetias hominibus,idcirco vnus eorū portabit disciplinā,qa per disciplinā instruimur, iuxta illud psalmist. *Et disciplina tua,ipsa me docebit.* Et clamabit ad omnes bonos doctores, & proximi instructores,& correctores,di. *O vos omnes qui proximum in via Dei dubitantem, & à peccatorum semita reuocastis,venite nobiscum.* Inter opera enim charitatis non minimum est,delinquentē corrigere,& errantem ab erroris sui semita reuocare.c.inter opera de pœn. & c. tria sunt genera.45.dist.Quia vero officium Angelorum est exhibere obsequium circa nos, & ad benefaciendum incitare,ideo vnus eorū portabit cānam, qua percussum fuit caput Christi.Et clamabit ad omnes,qui bonis inspirationibus commoti,in exercitio virtutum fuerunt feruentes, dicens: *O vos omnes, de quibus dicit psalmista: Ibunt de virtute in virtutē: videbitur Deus deorum in Sion,venite nobiscum, vt induamini virtute ex alto.* Lucæ 24. *vos enim dicere potestis Deo illud,* Matth.7. *Domine,in nomine tuo virtutes multas fecimus.* Et prædicta omnia ministeria passionis intelliguntur per signum filij hominis, quod apparebit in cœlo, per quod etiam intelligi possunt cicatrices,quę apparebunt in corpore Christi,vt ait Alex. de Ales, vbi supra secundum Chrysostō.vt impleatur illud Zacha. 12. *Videbunt, in quem transfixerunt.* Nam illud Zacha.13. dicet Dominus patri suo: *His plagis plagatus sum in domo eorum,qui me diligebant.* De hoc etiam dicitur Apoc.1.*videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Potest quoque per hoc intelligi signum crucis, tempore iudicij imprimendum in frontibus fidelium, vt ait Alex. vbi supra. quod designatur 1.2 ch. 10. in Thau, posito super frontes virorum gementium & dolentium. vnde Apoc.7.dicitur: *Nolite nocere terræ & mari,neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Et prædicta sufficiant,quo ad primum signum Euangelicum.

(?)

2. Signum quod erit ante diem iudicij.

SECVNDVM signum habetur Matth. 24. vbi dicitur: *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lucem suum, & stellæ cadent de cœlo,* & Luc. 21. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis.* Et hoc prædixit Esa. 13. c. di. *Stellæ cœli non expandent lumen suum: obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non resplendebit in lumine suo.* Circa obscuritatem solis, notandum est secundum Alex. de Ales, in 3. parte summæ, & Richar. qui sequuntur magistrum 48. di. quarti libri. Quod Solem, & Lunam obscurari, potest intelligi, vel in ipso aduentu iudicis. & sic dicuntur obscurari non sui luminis priuatione, sed superuenientem maioris luminis claritate, vt ait Hie. *Quia maius lumen obfuscat minus.* Vnde Chrysostom. super Matth. inquit: *Sicut in hac secula Lunæ & sydera mox obscurantur orto Sole, sic in ortu Christi apparitione, Sol obtenebrescet, & Luna non dabit proprium iubar,* hæc ille. Licet ergo Sol, & Luna, & alia corpora cœlestia nunquam sint secundum virtutem caritura sua naturali qualitate, imò in aduentu iudicis verificabitur illud Esa. 30. *Erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter*, tamen dicũtur obscurari pro eo, quòd remanente in eis luce, non irradiabunt ab extra, ad tempus per diuinã virtutem, in præsentia gloriosissimi corporis Christi. & hoc prædixit Esa. 24. c. di. *Erubescet Luna, & confundetur Sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem in conspectu seniorum fuerit glorificatus*, & ibi loquitur expresse de iudicio. potest etiam intelligi Solem, & Lunam obscurari, ante iudicis aduentum: & sic patiẽtur eclipsin supernaturaliter, quoniam si paterentur per naturam, cum multoties acciderit, non poneretur inter signa. Vnde Gregor. in homilia, prælium martyrum, inquit: *Quæ enim ordinate veniunt signa, non sunt contra naturam*, ergo patientur eclipsin simul ad terrorem hominum. per naturam enim impossibile est, quòd simul patiantur, quia naturalis eclipsis solis causatur per interpositionem Lunæ inter aspectum nostrum, & solis. Eclipsis vero Lunæ causatur per diametralem interpositionem terræ inter Solem, & Lunam. De ista ergo horribili eclipsi prophetatum est Ioelis 2. vbi dicitur: *Sol vertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Ista autem eclipsis erit differens ab alijs. Tum quia erit vniuersalis, auferens lucem omnibus partibus terræ, quod in nulla alia eclipsi fieri consueuit: tum quia diu durabit: tum quia, vt prædiximus, non fiet per terræ interpositionem, sed per lucis superuenientis maximam virtutem.

Nota de obscuratione Solis, ante diem iudicij, literalem expositionem.

Eclipsis Lunæ quæ fiet in die iudicij, differẽs erit ab alijs.

De casu verò stellarum credendum est, secundum Augustinum, in 20. de ciuitate Dei, cap. 24. quòd tropica sit locutio, qua dicuntur stellæ cadere de cœlo, eo quod suo lumine videbuntur priuari, superueniente maiori claritate. Proprie enim loquendo verificari non posset, quia corpora cœlestia non sunt grauia, nec corruptibilia, secundum Aristotelem in 1. de cœlo & mundo. Item stella est denfior pars sui orbis, & est fixa in cœlo, secundum Ptolomæum, & ideo cadere non potest. Si ergo tenemus opinionem eorum, qui dicunt iudicium venturum de nocte, iuxta illud Matth. 25. *Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei*, dicendum est, quòd existentibus stellis in maxima claritate, ex serenitate aeris, statim in ictu oculi, & insperatò aduenit Christus cum Angelis, tantã habens claritatem, quòd stellæ ipso facto disparebunt, & amplius non videbuntur. Et sic videbuntur cecidisse de cœlo. Quòd autem de nocte debeat venire Christus ad iudicium, videtur tenere Alex. de Ales. in 3. parte summæ, in tractatu de aduentu Christi ad iudicium. q. 2. di. *Potest non incõgruè intelligi, media nocte venturus, quia, vt ait Cassiodorus, hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt. Nec obstat illud ad Roman. 2. In die reuelationis iusti iudicij Dei, quia ibi non accipitur dies pro qualitate temporis, sed rerum, quia tunc cogitationes, & consilia singulorum patebunt. 1. ad Corinth. 4.* hæc ille. Verùm quia quidam, inter quos est Augustin. exponunt illa verba, *Media nocte*, id est, nullo sentiente, aut præuidente: dici potest, quòd stellæ cadent de cœlo, quantũ ad apparitionem, quia inflammati vapores in tanta quantitate, & multitudine descendent, quòd videbuntur aspicientibus, quòd sint stellæ de cœlo cadentes. Stellæ etiam similitudinariè dictæ sunt, quædam impressiones,

De casu stellarũ in die iudicij, literalis expositio.

Iudicium, secundũ aliquos, media nocte fiet.

Digitized by Google

De solis ac Lunæ obscuratione, metaphorica expositio.

Expositio allegorica de Solis, ac Lunæ obscuratione.

De stellarū casu de cœlo allegorica interpretatio.

fiones, & coruſcationes in aëre generatæ, quæ tunc frequenter diſcurrent per aëra, ad terrorem hominum. Sap. 5. *Ibunt directæ emiſſiones fulgurum.* Iſtę autem expoſitiones de obſcuratione Solis, & Lunæ, ac de caſu ſtellarum, ſunt ſecundum ſenſum hiſtoricum, & litteralem. Poteſt etiam intelligi Solem, & Lunam obſcurari ſecundum Metaphoricā locutionem, vt ſit ſenſus: *Sol obſcurabitur, &c.* id eſt, tam ſeuera erit vindicta iudicis, vt nec Sol, & Luna, & Stellæ eam aſpicere non audebunt. Vnde Auguſtin. ait: *Mœrorem diei iudicij neque Sol, neque Luna, neque aſtra reſpicere poterunt. Et ita intelligitur illud: Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis*, hęc ille. Poſſunt quoq; hęc ſigna prædicta intelligi ſecundum ſenſum allegoricum, ſiue ſpiritualem, vt ſit ſenſus: *Sol obſcurabitur*, ſcilicet CHRISTVS, qui eſt ſol iuſtitiæ, *illuminans omnem hominem venientem in hunc mūdum*, Ioan. 1. vnde de ſeipſo ait Ioan. 8. *Ego ſum lux mundi.* Tunc enim obſcurabitur, quia tempore Antichriſti, prædicatione, & miraculis non clareſcet. In ſole enim, ſecundum Auguſt. tria conſiderantur, ſcilicet quod eſt, quod lucet, & quod calefacit, & ſimiliter, In Chriſto tria ſunt, ſcilicet diuinitas, ſapientia, & bonitas: circa quæ tunc temporis parum ante iudicium videbitur obſcurari, quia homines illius temporis in fide inſtabiles, non Deum appellabunt eum, ſed hominem purum, nec credent illū fuiſſe hōem veritatis, ſed magis erroris: non habuiſſe S. ſanctū, ſed ſpiritū malignum. Et ideo de ipſo dici poterit illud Apoc. 6. *Sol factus eſt niger, quaſi ſaccus cilicinus.* Ille ergo ſol tunc obſcurabitur, de quo dicitur Mala. vlt. *Vobis timentibus nomen meum orietur, ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* id eſt, brachijs in cruce extenſis. Antichriſtus autem tunc erit valde clarus, quia vbique de eo prædicabitur, & miracula facere videbitur. Ipſe quoque exaltabitur, & Chriſtus humiliabitur. De quo exponi poteſt illud quod ait Salomon. Eccleſ. 10. *Eſt malum quod vidi ſub ſole, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuitē ſedere deorſum.* Per Lunam autem, quæ tunc non dabit lumen ſuum, intelligitur Eccleſia, quæ illuminabitur à Chriſto, ſicut Luna à Sole, & ideo dicitur Apo. 12. *Signum magnum apparuit in muliere amicta ſole.* id eſt, Eccleſia informata Chriſti conuerſatione. Iſta enim Luna, ſcilicet Eccleſia tunc eclipſabitur per interpoſitionem terræ, id eſt, amoris terrenorum inter ipſam, & ſolem iuſtitiæ Chriſtum. Et tunc in ea nō relucebit Chriſti humilitas, vel paupertas, non mundi contemptus, non terrenorū abiectio, vel animarū zelus: ſed cupiditas, auaritia, pompa, ſuperbia, & omnia vitia, vt ait Dominus Matt. 24. dicens, quod tunc abundabit iniquitas. Vnde & Chryſ. ſuper Matt. inquit: *Sicut homo circa mortem multas patitur phantaſias, ſic mundus in exitu multos patietur errores &c.* Iſta ergo Luna, tunc non dabit lumen ſuum, quia Eccleſia eo tempore ſanctitatis ſuæ lumen non demonſtrabit. Vnde obſcura erit, quia nec miraculis radiabit, nec doctrinæ ſplendore clarſcet, & diuina officia celebrare non poterit tempore Antichriſti. Dan. 8. Per ſtellas autem de cœlo cadentes. intelliguntur homines, qui ſancti videbantur, dicentes cum Apoſtolo ad Philippen. 3. *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt*, qui Antichriſti tempore cadent de cœlo id eſt, de cœleſti conuerſatione. Legimus enim propter tria, ſtellas de cœlo cecidiſſe. 1. per caudam draconis, Apocalypſis 12. ſecundò per terræmotum Apocal. 8. tertiò verò per cornu. Dan. 8. Nam Antichriſtus quoſdam decipiet per miraculorum falſorum operationem, & iſtos per caudam trahet. Quia ſicut cauda operit beſtiæ turpitudinem, ſic falſa miraculorum operatio operiet Antichriſti iniquitatem. Quoſdam verò decipiet per donorum largitionem, & iſtos per terræmotum deijciet. Vnde gloſſ. ſuper illud Dan. 11. *Terram diuidet gratuito*, ait: *Quos enim Antichriſtus ſubiugare terrore non poterit, auaritia ſubiugabit, quoſdam etiam à fide retrahet per tormentorum illationem, & iſtos per cornu ejciet.* Vnde Gregor. inquit: *Robuſtos quippe Antichriſtus interficiet, & eos qui mente inuicti ſunt corporaliter vincet.* Vnde Dan. 8, dicitur de Antichriſto: *Deiecit de ſtellis cœli, & conculcauit eas.* Iſtæ ſunt ſtellæ quæ in eius perſecutione obſcurabūtur, de quibus, & Ioelis. 2. *Stellæ retraxerunt lumen ſuum.* Et Iob 3. *Obtenebrentur ſtellæ caligine eius*, & ipſe Antichriſtus dicere poterit illud

Digitized by Google

lud Ezechi. 32. *Nigrescere faciam stellas*; solemque obscurari, potest intelligi secundum sensum Theologicum, siue moralem, vt sit sensus *sol obscurabitur*, id est, intellectus humanus, quia sicut sol inter omnes planetas, ita intellectus inter omnes animæ potentias est magis clarus; & sicut sol alijs planetis lucem suam communicat, ita intellect⁹ alias potentias suę lucis virtute, illuminat. Iste igitur, id est intellectus humanus tempore Antichristi obscurabitur, quantum ad fidei nostræ cognitionem. & quantum ad legis diuinæ obseruationem & quantum ad nostræ conditionis veram considerationem, quia fidem veram non habebit, legem Dei seruare nō curabit & magis corpus, & cætera corruptibilia, quam animā suā immortalē æstimabit, q est signum stultitię, & cæcitatis: vnde Bernard. ait: *Stulti existimatores de maximis minimam, de minimis maximam curam gerunt. Maiorem enim curam habent de carne morbida seruanda, quam de anima. Imo vt corticem carnis castigant, nutriant, & impinguent, nucleum animæ sæpe perdunt*, hæc ille. Iste quoque sol, id est intellectus humanus, qui debet eleuari in medio cœli, & ibi stare, vt in figuram habetur. Iosue 10. id est, in fide Ecclesiæ firmiter permanere, tunc de cœlo Ecclesiæ cadens, non ad diuina eleuabitur, sed in terrena, & momentaneis defigetur: & tunc verificabitur illud Amos. 8. *Occidet sol meridie*, & homines illius temporis sic obscuratum habentes intellectum, dicere poterunt illud Sap. 5. *Sol intelligentiæ non est ortus nobis: lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis & ambulauimus vias difficiles*, viam tñ Domini ignorauimus, p humana, quia sicut Luna illuminatur a Sole, sic voluntas ab intellectu dirigitur. Vnde Philosophus. 3. de anima inquit *Voluntas non fertur, nisi in præcognitum*. Ipsa igitur voluntas quæ charitate, & feruore, & bonis desiderijs, ac operationibus debet claresce re, tempore Antichristi erit tota obscura p. o tempore, & negligentia, & mala desidia, & tunc verificabitur illud Ezech. 32. *Luna non dabit lumen suum*. Per stellas autem intelligitur memoria, & potentiæ sensitiuæ. Sicut enim corpus cœleste ornatur stellis, ita corpus hominis ornatur memoria, & potentijs sensitiuis, quæ debent circa ea quæ sunt sensibilia exerceri, sed tempore Antichristi, circa terrena reuoluentur. Et ideo cadere de cœlo dicuntur. Aliter etiam prædicta omnia exponi possunt mystice. Nam per solem significatur Papa, siue Ecclesiastica dignitas. Per lunam vero Imperator, siue regalis potestas. c. solite. de maio. & obed. Per stellas autem intelliguntur omnes alij Christiani, qui sunt quasi innumerabiles. De quibus dixit Deus Abrahæ, Gen. 15. *Suspice cælum, & numera stellas si potes. Sic erit semen tuum*. Illæ autem Sol, & Luna, ac stellæ, deberent lucere sanctitatis splendore; sed tempore Antichristi verificabitur illud Apoc. 6. vbi dicitur, quod cum agnus aperuisset septimum sigillum, Sol factus est niger, & Luna quasi sanguis, & stellæ ceciderunt de cælo. Per septimum namque sigillum videtur, secundum quosdam, intelligi septimus millenarius annus à creatione mundi, in quo sol, id est, Papa siue Ecclesiastica dignitas, obscurabitur in cordibus hominum, ita vt in contemptum quodammodo habeatur, & ei non obediatur. Item obscurabitur, id est, per malam vitam. & exemplaritatem denigrabitur. Ecclesiasticus enim ordo præ cæteris lucere debet mentis sanctitate, cordis puritate, carnis castitate, oris veritate, operis sinceritate, victus sobrietate, gestus maturitate, vestis humilitate, & totius vitæ honestate, vt colligi potest, ex his quæ habentur in c. Ecclesiæ, 35. di & in c. clericus. di. 41. & 44. di. per totam. & de cōse. di. 5. c. in omnibus, & extra de vi. & hone. cle. c. à crapula. Sed tunc è contrario erit. Nam Ecclesiasticorum actio non respōdebit eorum professioni. Eorū enim professio est deificia, sed actio erit dæmoniaca: tenebunt loca sanctorum, sed non exercere volent opera eorum, sicut præcipitur in c. non est facile. 40. di. Luna quoque id est imperialis, & regalis temporalisque potestas, quæ lucida esse deberet, per iustitiam, & æquitatem, sanguinolenta erit, per iniustitiam, & crudelitatem, & subditorum oppressionem. De qua sæuitate dicitur in Polycrato lib. 5. c. 6. *Cum in subditos potestas sæuit, id est, si punitum iniuria persequatur, vel cum suo mo-*

cundum sensum moralem.

Mystica exposi. io de Sole, Luna & stellis.

Apoc. 6.

Per septimū sigillum, quid intelligatur.

Stellæ de cælo cadere quid sit secundum Isidorum.

crem

ornę ingulet, ob cuius defensionem traditum sibi gladium accepit. Tunc autem temporis poterit dici multis principibus, regibus, & impeperatoribus illud Esa 1. *Manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Cæteri etiam Christiani, per stellas designati, cadent de cęlo. i de operatione cœlesti, & virtuali. Tropologicè autem exponendo, per solem qui obscurabitur, intelligitur charitas, quæ refrigescet. Matth. 24. *Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum.* Per Lunam, quæ non dabit lumen suũ, intelligitur fides, quæ deficiet in quamplu-ribus Christianis. 1. ad Ti. 4. *In nouissimis diebus discedent quidam à fide.* Hier. 8. *Periit fides, & ablata est de ore eorum,* per stellas vero cadentes de cœlo, intelliguntur aliæ virtutes quæ euanescent. Thren. 1. *Egressus est à filia Sion omnis decor eius.* i. ab anima fideli omnis ornatus virtutum. Hugo autem Cardinalis super Lucã, exponens illa verba: *Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium,* ait: *Signum in Sole, est obscuratio, & in hoc denotatur imperitia prælatorum. Signum in Luna est sanguis, & in hoc notatur carnalis amor consanguineorum, & partialitas. Signum in stellis, est casus in terra. Et in hoc significatur auaritia clericorum & religiosorum. Signum autẽ in terra est pressura, & in hoc notatur multa oppressio laicorum.*

3. *Signum, quod vniuersale indicium præcedet.*

TErtium signum erit angelicarum virtutum commotio, de qua Matt. 24. dicitur *virtutes cælorum mouebuntur,* & Luc. 21. idem dicitur. Et hoc etiam secundum præfatos doctores, dupliciter intelligi valet; aut per ordinem virtutum, qui secundum Dio. in li. de angelica Hierarchia, est medius in media Hierarchia, aut pro omnibus cœlestib' spiritibus. Si primo modo: ideo virtutes cęlorum mouebuntur, quia Angeli illius ordinis, quorum officium est circa mundi regimen, faciendo aliqua facta insolita, ad reuocandum mentes hominum in Deum, per modicum temporis ante Christi aduẽtum, facient facta maioris admirationis, q̃ vnquam antè fecerint: & ipso aduentu moueri cessabunt corpora cœlestia. Accipiendo vero virtutes pro omnibus Angelis beatis, dicuntur moueri secũdum magistrum Petrum Lombardũ. in 4. di. 48. *Non metu damnationis, vel aliqua perturbatione paueris, secundum quandam admirationem eorum, quæ videbunt,* & sic intelligitur illud Iob. 26. *Columnæ cæli pauent, & contremiscunt ad nutũ eius,* vbi Greg. ait: *Quid ergo facient tabulæ, quando tremunt columnæ? Quid virgulta deserti, quando cedrum paradisi concutiunt?* & Remigius dicit: *Quid mirum, si tremant hõines, cum in conspectu iudicis tremant Angelicæ potestates?* Chrysostomus quoque inquit: *Quamuis Angeli cõscij sibi non sint, videntes tamen infinitas multitudines cõdemnari, nõ intrepidè illic stabunt.* s. timore quodã reuerentiali, secundum Alex. de Ales. in 3. parte summæ in tractatu de Aduentu Christi ad iudicium, & Ricar. in 4. di. 48. Vbi ẽt dicunt, ꝙ virtutes cælorũ mouebuntur ex præparatione pugnæ: vnde Chry. ait: *Sicut ubi rex processurus ad bellũ contra aliquẽ, expeditionẽ mãdat in populo, dignitates omnes mouentur, & exercitus concitatur, totaq; ciuitas fremet; quanto magis rege cælesti exurgente iudicare vivos, & mortuos, angelici spiritus mouebuntur, terribiles ministri terribilem Dominum præcedentes?* hæc ille. Dicet ergo ille iudex spiritibus angelicis, illud Ezec. 7. *Canite tuba, præparẽtur omnes ad prælium. Ira enim mea super vniuersum populum.*

HAec sunt principalia signa, quæ reperiuntur in Euangelio expressa, tamẽ multa alia horribilia signa, credunt debere accidere, de quib. Lucanus aliqua ponit in primo, licet in totũ non dicat verum. Ait ergo: *Sic cum compage soluta, Secula tot mundi suprema coegerit hora, Antiquum repetens chaos, omnia mixtis Sidera sideribus concurrent, ignea põtum: Astra petent, tellus extendere littora nollet, Excutiet que frenum fratri contraria Phœbe. Ibit & obliquum, bigas agitare per orbem. Insignata diem poscet sibi, totaque discors Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.* Non est autem mirum, si horribilia signa præcedent exterminium mundi. Nam vt dicunt doctores, quando Deus vult aliquod magnum flagellum mittere in mundum, solet plerumque aliqua signa præmittere, inter quæ sunt tria. s. Solis, & Lunæ eclipsatio, & obscuratio, cometarum apparitio, & portentorum frequẽtatio, propter quæ timendum est, ne immineant in proximo hominib. mala. De primo inquit Ptolomæus in suo centiloquio: *Sol, & Luna sunt domini aliorum planetarum, eo quod sunt causa totius operis, & gubernationis stellarum.*

Lege & videbis aliqua alia signa, quæ secundum aliquos generale iudicium precedere debent.

Horribilia signa debere præcedere exterminium mundi aliqua congruentia ostenditur.

Solis, & Lunæ eclipsis aliquid magnum semper denotat.

Quot iam signa in Sole fuerunt.

2. Signum erit Cometæ apparitio.

Apparitio Cometæ malos effectus significat.

3. Signum erit terræmotuum frequentatio.

stellarum. Et ideo eclipsis accidentia grandia significat, & Messala.c.7.de temporum varietate, ait: *Scito, quod in eclipsis Solis, aut Lunæ, non poterit fieri, quin signficetur aliquod magnum accidens, secundum qualitatem eclipsis ipsius,* & Virgilius in primo Georgi. ait: *Sol tibi signa dabit, solem quis dicere falsum Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus, Sæpe monet: fraudes, & operta tumescere bella,* &c. Vnde recitat Ricobaldus, in chronicis suis, quòd anno Neronis 4. Solis obscuratio fuit, & terræmotus magnus, & tunc magna persecutio insurrexit contra Christianos. Tempore etiam Constantini tertij, facta est Solis obscuratio, & postea Sarraceni in Siciliam naubus deuenerunt, & eam deprædati sunt. ac alia multa mala fecerunt. Similiter tempore Lotharij secundi, factus est sol sanguineus, & post paucos dies hominum lues est secuta. De secundo autem signo scilicet apparitionis Cometæ, est sciendum, quicquid dicat Tullius, in 2. lib. de natura deorum: Et Pythagorici, quod Cometa non est stella fixa, nec erratica de natura cœli. Sed *est vapor ad voluntatem creatoris accensus in visibilem materiam, & adustibili*, vt ait Ioannes Damascenus. De cuius apparitione dicit Ptolomæus in centiloquio, propositione 99. & in 2. quadripartiti. c. vltimo, & Aristotel. 1. Meteo. quod significat malos effectus. Scribit autem Seneca in quæstionibus naturalibus, quòd duæ insulæ submersæ sunt prænunciante Cometa. Iustinus etiam scribit, quod anno, quo natus est Mitridates, qui regnauit in Asia primo anno quo regnare cœpit, Cometa per multos dies apparuit, resplendens tanta luce, vt cœlum omne videretur ardere. quæ in quantitate videbatur magnum cæli spatium occupare, & in luce vincebat splendorem solis, apparebatque singulis diebus per quatuor horas. Hic autem rex crudelissimus cum Romanis atrocia bella gessit, & homicidia multa fecit, vt scribit Eutropius, & etiam Valerius Max. in rubrica, de crudelitate. De his tamen cometis tenendum est illud, quod dicam in sermone. 10. huius partis, parte. 3. Tertium autem signum est portentorum frequentatio, vnde Plinius scribit in 2. naturalis historiæ, antequam Crassus Romanus occideretur à Parthis, ferrum pluit in Lucanis, & omnes Lucanos milites, qui multi erant in Crassi exercitu, occidit. Recitat quoque Orosius, quod anno 2b vrbe condita. 480. sanguis de terra e multis fontibus scaturijt, & anno sequenti terribilis pestis Romanos in Italia uasit. Apud Tarentinos, cum panes per compluuia frangerẽtur, cruor e medijs panibus fluxit, & tunc per septem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam testarum fragmentis, terram latissimè verberauit. Refert quoque idem Orosius, quod multa bella horribilia, atque crudelia, prodigia maxima præmonstrarunt, maximè bellum Punicum cum Romanis. Nam bos quidam locutus est Romæ dicens: *Caue tibi Roma*, & Augustinus in 5. lib. de ciuitate Dei c. vltimo. de hoc inquit: *Omitto boues locutos, infantes nondum natos, quædam verba clamasse de vteris matrum, volasse serpentes, fœminas, & gallinas in masculinum sexum fuisse conuersas.* Inter cetera autem mala, quæ post secuta sunt, secundum Orosium, in ea pugna quæ apud Cannas facta est, quadraginta quatuor millia Romanorum cæsa sunt. Et Annibal in testimonium victoriæ, tres modios annulorum aureorũ, qui ex manibus interfectorum detracti fuerant. Carthaginem misit. Vnde secundum quosdam ciuitas, quæ nunc dicitur Pisaurũ, propter hoc sic appellata fuit, quia ibi dicti annuli pensati sunt. Multa quoque prodigia, & signa offensa sunt ante destructionem Hierusalem, de quibus tractat Ioseph' in libro de bello Iudaico. Inter quæ stella quædam per annum, in forma gladij stare visa est, quasi imminens desuper ciuitati. Item cum in festo populi conueniissent, octauo die mensis Aprilis, hora noctis nona, tantus fulgor luminis aram, templumque circumdedit, vt dies clarissimus videretur. Mansitque spatio horæ dimidiæ, quod quidem ignaris prosperum visum est. Sed peritis portentum exitiale apparuit. Luna insuper eclipsin, per duodecim noctes continuas passa est. Item ianua templi, quæ erat ad orientem, cum esset ære solido inducta, tanti ponderis, vt vix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur, repente hora noctis sexta, per seipsam aperta est, quam-

Pisaurum quare sic nominetur.

Digitized by Google

quamquam ferreis vestibus teneretur. Insuper die 20. Maij. prope solis occasum visi sunt currus & quadrigæ in omni regione per aerem ferri,& armatorum cohortes nubibus commisceri. Item in nocte Pentecostes, sacerdotes ingressi templum ad diuina officia celebrãda, primo senserunt quosdam strepitus, & paulo pòst audierunt voces clamantes. *Discedamus ab his sedibus.* Quidam etiam, nomine Iesus, per quatuor annos aurè ipsam destructionem clamauit continuè alta voce dicens: *Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hierusalem, vox super sponsos & sponsas, vox q. super vniuersum populum.* Sicque clamans, discurrebat per vicos & plateas,& flagellatus ac percussus, & antè iudicem flagris, vsque ad ossa lacerat us, vt taceret, cum quodam eiulatu semper illud replicabat,addens: *Væ Hierosolymis, væ masculis,& fœmellis.* Si ergò tot signa præcesserunt iudicium & flagellum particulare, profectò plura præcedent iudicium,& exterminium generale.Et hoc patet etiam ex Euangelio, maximè Lucæ 21.c.vbi inquit Dominus: *Erit in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum,arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi,* & in eodem c.etiam ait: *Erunt signa magna.* Ex quo non est dubitandum, quòd ante iudicium videbuntur terribilia signa, non solùm in Sole,Luna,& Stellis, sed etiam in aere,in auibus, in terra,in arboribus, in mari,in animalibus,in aquis, in fluminibus,& in omnibus abyssis,ac cæteris creaturis. Idcò inquit Dominus, vbi supra: *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in diebus illis.Erit enim pressura magna super terram.* Matt. 24.2it. *Tunc plangent se omnes tribus terræ,* scilicet propter terribilia signa,quę videbunt antè iudicium. Cogitate intensiùs peccatores,quale erit cor vestrum in illa hora? quo modo habet conscientia vestra? Vultis ergò non timere in illo tempore, Timete nunc Deum, & deponite peccata vestra. Ait enim Dauid Psal.111. *Beatus vir, qui timet Dominum,* sequitur: *disponet sermones suos in iudicio,quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.*

DE CAVSIS SIGNORUM præcedentium iudicium vniuersale.

Cur Deus præmittat tot signa antè iudicium vniuersale, tribusq; rationibus ostenditur, hoc congruentissimè futurũ esse.

TERTIA & vltima pars nostri sermonis,dicitur causationis, scilicet quare tot signa mittet Deus antè diem iudicij.Et respõdent prædicti Theologi,vbi supra, quòd maximè hoc faciet propter tria. Primò ratione ostensionis, scilicet ad ostendendum,quàm terribilis erit aduentus Dei filij,venientis ad iudicandum,quando omnes creaturæ tantùm videntur pauere, quòd potius appetere cognoscuntur omne exterminium, quàm tam terribilem iudicem expectare. De quo Dan.7.dicitur *Thronus eius, flamma ignis:rotæ eius ignis accensus.fluuius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius.* propter metum ergò incutiendum hominibus, hæc signa terribilia venient. Est autem metus instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio.l.1.ff.quod me.cau.Et profectò talis metus non solum in constantem virum cadet,de quo in l.metum.ff.eo.ti.sed in quemcumque constantissimum. Ista autem signa terribilia & formidabilia, & congrue præcedere, habent sententiam vltimum,iudicij vniuersalis, & seueram vindictam æternæ damnationis reproborum. Erunt enim tamquam admonitio quædam,præcedens condemnationem,& punitionem, sicut fieri debet secundum iura. Vnde dicitur in c.sacro, de sen.exco. *Prohibemus ne quis in aliquem sententiam excommunicationis præsumat promulgare præsumat, nisi competenti admonitione præmissa.* & 16.q 7.c. Omnes decimæ,dicitur: *quod nemo debet excommunicari pro peccato, nisi trina admonitione præmissa.* Multo magis excommunicationem æternam, & perpetuam separationem malorum à consortio beatorum,debent admonitiones præcedere. Sicut ergo in tempestate coruscatio præcedit tonitruum,

Digitized by Google

nitruum, licet naturaliter simul ipsum tonitruum, & coruscatio concipiantur; ita tonitruum diuinæ sententiæ, & æternæ damnationis, præcedet coruscationes portentorum, & signorum. Licet autem coruscatio prius recipiatur a sensu nostro, quàm tonitruum ratione naturali, quia illuminatio fit in instanti, a. de aëre, & fones fuccedunt. Et ideo visu velocius sentimus coruscationem, quam auditu percipiamus tonitruum: tamẽ etiam ordinatione diuina hoc procedit: vt admoneantur homines se signo crucis munire, & Dei auxilium postulare, ne tonitruo, & fulminibus occidantur. Et similiter talium horribilium signorum cõtinuatio admonebit omnes, vt de peccatis suis cõteantur; & pœniteant, ne æternaliter pereant. Maximá itaq; incutient formidinem, quibuscunq; etiam audacissimis viris prædicta signa. Si ergò timent homines insolitam solis obscurationem, sicut factũ fuit in morte Cæsaris, de qua ait Virg. 1. Georg. *Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam, Cùm caput obscura nitidum ferrugine texit. Impiáq; æternam timuerunt secula noctem* Si timent non consuetas tenebras, sicut Ægyptij, de quibus dicitur Exod. 10. *Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti, tribus diebus, nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat.* Si timent terræmotum, ventorum vehementiam, fortunas maris, fulgura, ac coruscationes, & tonitrua, nocturnos strepitus, serpentium sibilos, & draconum, leonumque rugitus; quanto magis timebunt sic horribilia signa, vocemq; seueritissimi iudicis, damnãtis & exprobrantis malos? Quæ considerans Hieronymus super Matthæum, inquit: *Quoties diem iudicij considero, toto corpore contremisco. Siue enim comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur illa tuba terribilis insonare auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium.* Et idem ait ad Chromatiũ Heliodorum: *Ego in specu horum lacrymis sepulchro, & peccatorum vinculis colligatus, quotidie illum Dominicum clamorem expecto, Hieronyme veni foras. Ego denique omnia tuta timeo.* Quid audis peccator? quid Hieronymus dicit? Et quis ipse erat, nonne sanctus? nonne probus & virtuosus? nonne a curis terrenis penitus absolutus: Nonne pœnitẽtia maceratus? nonne in Dei opere assiduus? & timens clamat: *Ego timeo*, & cur non times tu o amator seculi, ò negligẽs in via Domini? O peccator nequissime, contremisce, & concutiantur omnia viscera tua. Depone fatuitatem mentis tuæ, qua fit vt nõ timeas. Et sæpius mente reuolue Hieronymi verba, dicentis; *Ego timeo.*

SEcunda Ratio illorum signorum, dicitur accusationis. Nam omnes quasi creaturæ immutabũtur, paratæ ad vindictam contra peccatores, iuxta illud Sap. 5. *Armabit omnem creaturam ad vindictam inimicorum suorum.* vnde Deut. 32 dicitur: *Inebriabo sagittas meas sanguine occisorum & captiuorum, a capite principum inimicorum.* Et Psal. 103. *Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Et Psal. 148. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Et Sap. 16. *Creatura tibi factori seruiens intenditur in tormentum aduersus iniquos.* Et Sap. 5. *Accipiet arma zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Et Ezech. 5. *Ecce ego ipse educam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra.* Et Ezech. 14. *Quatuor iudicia mea pessima, gladius, fames, bestiæ malæ, & pestilentia, mittam in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus.* Et Ezech. 38. *Ascendam super Gog gladium meum, & pestilentiam, & sanguinem, & imbrem inundantem, & lapidem grandinis, ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo.* Et Ezech. 39. *Conflabo Gog in loco nominato, sepulchrum in Israel, vallem viatorum ad orientem maris, & obstruet nares transeuntium, & sepelient ibi Gog & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.* Et Ezech. 39. *Conuocate omnem auem pennatam, & omnes bestias agri, venite, congregamini de circuitu ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnes, & bibatis sanguinem.* Et Ezech. 39. *Comedetis adipem in saturitate, & inebriabimini sanguine de victima mea, quam immolo vobis.* Et Ezech. 39. *Comedetis equitum & militum carnes, & sanguinem principum terræ quasi arietum, & agnorum, & hircorum, & taurorum, pinguium omnium de Basan.* Et Ezech. 39. *Comedetis adipem in saturitate, & bibetis sanguinem in ebrietate de victima mea, quam immolo vobis.* Et Ezech. 39. *Saturabimini super mensam meam equite & milite, & omni viro bellatore, dicit Dominus Deus.* Et Ezech. 39. *Ponam gloriam meam in gentibus, & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam posuerim super eos.* Et Ezech. 39. *Et scient omnes gentes, quia propterea captiuitas domus Israel, quia prauaricati sunt in me, & abscondi facies meas ab eis, & tradidi eos in manu hostium eorum, & ceciderunt omnes gladio.* Et Ezech. 39. *Et scient omnes gentes, quia ego Dominus sanctificans Israel, cum fuerit sanctificatus in medio eorum.* Et Ezech. 39. *Et scient omnes gentes, quia ego Dominus, qui glorificor in sede mea

tenebris indutetur. Licet enim omnes creaturæ ſuo modo accuſabunt peccata noſtra, Dei iuſtitia hoc requirente, naturæ tamen humanæ compatientur, & eius dãnationi. Plãget ergò Sol æternã hominũ damnationem, plãget Luna, plãgent ſtellæ, plangent omnia elementa, & vniuerſæ creaturæ. O quàm durus es, O tu peccator, quam ferreus, quàm tibiipſi crudelis, qui te damnandum conſpicis, & morti ſempiternæ dedi candam, & non ploras. O laxeum pectus, O adamantinum cor, O inſenſibilis mens peccatrix ánimæ: plange, quia Sol te plangit; plange, quia te planget Luna. plange, quia plangent te omnia elementa. Accipe exemplum illius Regis, de quo legitur in hiſtoria ſancti Iolaphat, quod exemplum ſanctus Barlaam illi dixit: Videtur, quòd erat quidam Rex potentiſſimus, qui licet in magnis eſſet proſperitatibus, numquam tamen ridebat. numquam in tripudijs, aut in alijs locis conſolationem accipiebat: Sed ſemper mœſtus, ſemper timidus, & ſemper lachrymoſus apparebat, quem frater ſuus carnalis humaniter reprehendit, dicens: Cùm ſis ita magnus Rex & potens, & nullus contra te inſurgere poſſit, nullumque hominem mundi timere habeas, non eſt benefactum, imò reprehendendum illud, quod agis, ſcilicet ſemper triſtari, & numquam proceribus tuis aliquam lætitiam demonſtrare. Cui ille dixit, alias tibi reſpondebo. Erat autem conſuetudo, quod quando aliquis debebat decapitari, in ſero ibant tubicines Regis ad portam eius, quoſdam terribiles iuſtitiæ ſonitus facientes. Deinde hora matutinali redibant ſimiliter faciẽtes, hora verò tertiarum reuertentes, tertium faciebant ſignum, & ille decapitandus ad locum iuſtitiæ ducebatur. Miſit ergò Rex illa die in ſero ad domum fratris ſui, tubicines ſonitus iuſtitiæ facientes. Quibus auditis ille cœpit flere & lachrymari, totamque noctem illam duxit inſomnem in anxietatibus & angustijs, venientes autem tubicines hora matutinali, ſimiliter fecerunt. Quod audiens ille, protinus induit ſe veſtibus nigris, poſuitque cinerem ſuper caput ſuum, chordamque collo appoſuit; & perrexit ad curiam Regis cum maximo eiulatu, ibi expectans donec Rex exurgeret. Quem diu rogantem, vt coram Rege duceretur, tandiu Rex venire fecit. Ille verò ſe ad terram proijciens, miſericordiam clamare cœpit. Cui Rex inquit: Habuiſtine timorem in hac nocte, poſtquam audiſti tubicines mortis? Cui ille inquit: Numquam dormiui, ſed anguſtias mortis ſemper ab illa hora habui. Cui Rex inquit: Si tu tantum me timuiſti fratrem tuum, quem numquam offendiſti, timens, ne te decapitari facerem, quare ego timere non debeo, expectans illum terribilem iudicij diem? In quo coram illo ſeueriſſimo iudice apparere debeo, qui nullius acceptat perſonam, qui non corporali morte, ſed æterna cõdemnat delinquentes? Si tu frater mi horruiſti tantum tubam hominum, tantumq; propter illam lachrymatus es, quomodo ego poſſum non timere, & lachrymari expectans illam horribilem Dei tubam, omnes ad iudicium aduocantis? O igitur ſtulti peccatores, O dementes homines, O fatui mortales: ſequimini exemplum huius Regis, veſtroſque defectus plangite in hoc ſeculo, vt poſt in æternum gaudere valeatis in futuro.

Creaturæ omnes quomodo homini compatientur.

Exemplum de quodam Rege.

(***)

FERIA SECVNDA POST DOminicam primam in Quadragesima. De iudicij vniuersalis opinatione, discussione, & sententiatione, seu diffinitione.

SERMO DECIMVS.

CONGREGABVNTVR *ante eum omnes gentes*, Matth. 25. & in Euangelio occurrentis feriæ. Quam sit terribilis Deus contra peccatores, patet in eiectione Angelorum peccantium de paradiso cum principe eorum Lucifero, de quo habetur Esa. 14. & 2. Pet. 2. dicitur. *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni deiectos in Tartarũ tradidit cruciãdos.* Item in sententia lata contra Adam & Euam, eijciendo eos de terrestri paradiso Gen. 3. In diluuio, in quo omnes homines mortui sunt, exceptis octo Gen. 7. In quinque ciuitatibus submersis. Gen. 19. In primogenitis Aegyptiorũ interfectis Exod. 12. In Pharaone multipliciter flagellato, & demum in mari submerso. Exo. 14. In Amalech, cuius memoriam deleuit. Exo. 17. In duobus filijs Aaron ab igne deuoratis. Leuit. 10. In blasphemo lapidato. Leui. 23. In populo deuastato post carnes comestas. Num. 11. In Maria lepra percussa. Nume. 12. In colligente ligna lapidato. Num. 15. In Datan & Abiron à terra deuoratis, & 250. viris thuribula in manu habentib. vt offerrent sacrificium, cum Chore eorũ duce, igne de cœlo descendente peremptis. Num. 16. In Moyse & Aaron ad aquas contradictionis, quibus dixit Deus, quod propter incredulitatem nolebat eos ingredi terram promissionis. Num. 20. & finaliter in sexcentis millibus virorũ, quorum nullus intrauit terram promissionis, præter duos, s. Iosue & Caleb, sicut minatus fuerat Dominus Nu. 14. In serpẽtibus immissis, deuorantibus populum. Num. 21. in Achor cum tota familia occiso. Ios. 7. in exterminio populi Israel, in quo mortui sunt in duab. vicibus 40000. virorum gladio, & tribus Beniamin propter peccatum Gabaonitarũ, vbi mortui sunt 25. millia pugnatorum. Iudic. 20. in Heli morte damnato, cum filijs. 1. Reg. 2. & 4. in Saul reprobato. 1. Reg. 15. propter cuius peccata fames venit in terram, & sui post mortem eius destructi sunt. 2. Reg. 14. in 70000. hominib. occisis ab Angelo. 2. Reg. 24. propter superbiam Dauid. Item in centum octuaginta quinque millib. occisis, propter blasphemiã Sennacherib. 4. Reg. 19. in Propheta occiso à leone. 3. Re. 14. in 42. pueris ab vrsis occisis 4. Re. 20. in Giezi facto leproso propter Simoniã. 4. Re. 5. in Ozia Rege Iuda, volente adolere incẽsum in altari, qui factus est leprosus. 2. Pa. 2. 26. in populo à Chaldæis captiuato. 2. Mach. 3. in Antiocho, grauiter infirmitatibus percusso. 1. Mach. 9. in seruo nequam conseruum suffocante, spoliato, & incarcerato. Matt. 18. in Anania & Sapphira subito decedentib. Act. 5. in Herode ab Angelo percusso. Act. 12. ideò dicitur, Leuit. 25. *Vnusquisque timeat Deum suum*, & Deut. 4. dicit Deus: *Discant timere me omni tempore.* & Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & ipsi soli seruies.* Et idem habetur Iosue 23. & 1. Regum 12. & in multis alijs locis S. Scripturæ, quæ causa breuitatis omitto. Exhortãtur omnes ad timendum Deum. Vnde secunda ad Cor. 5. inquit Apost. *Timorem Domini omnibus suademus.* Vera est enim illa sententia Gregorij in quadam homil. di. *Bene vnusquisque de die nouissimo formidare debet, quia in quo inuenerit eum suus nouissimus dies, cùm de hoc seculo egredietur, taliter in die nouissimo iudicabitur.* De quo iudicio tres considerationes faciemus. Prima dicitur Opinationis, secunda, Discussionis, tertia & vltima Sententiationis, siue retributionis.

Vide quàm Deus terribilis sit contra peccatores.

(.·.)

PARS

Digitized by Google

PARS PRIMA, SCILICET, vtrum poſſit ſciri, quo tempore futurum ſit iudicium vniuerſale.

PRO expeditione primæ partis, quæritur, nunquid aliquis poſſit ſcire certitudinaliter diem, & horam iudicij vniuerſalis. Et reſpondetur ſecundum Alex. de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de Aduentu Chriſti ad iudicium. q. 2. & beatum Bonauenturam in 4. di. 48. artic. 1. q. 4. Quod non. Et hoc probatur duplici ratione. Prima dicitur completionis, ſiue electionis, arguendo ſic: Tunc veniet finis mundi, quando completus fuerit numerus electorum, ſecundum Theologos in 2. di. 1. & 9 quem numerum oportet impleri maxime, vt impleantur ſedes ruinoſæ Angelorum iuxta illud Pſalm. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas*, vnde hęc fuit vna ex cauſis creationis hominis, ſecundum magiſtrum in 2. di. 1. Sed numerus electorum eſt ſoli Deo cognitus. Vnde Gregor. in quadam collecta mortuorum inquit: *Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum, in ſuperna fœlicitate collocandus.* Ergo ipſi ſoli eſt cognitus finis mundi, & conſequenter dies iudicij. Secunda ratio, dicitur terminationis. Principium enim & finis mundi debent ſimul correſpondere, quòd Deus eſt principium & finis totius creaturæ, qui ait, Apoc. 1. & vlt. cap. *Ego ſum principium & finis.* Vnde inquit Alexand. de Ales in 3. part. ſummæ in tractatu de conuenientia incarnationis Chriſti quæſt. 2. ſecundũ Paulum triſmegiſtrum, quod diuina eſſentia, eſt ſicut ſphæra intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, circumferẽtia vero nuſquam. Sicut enim centrum finit lineas, & ab ipſo lineæ deducuntur, ita creator finit creaturas, & deducit eas ad finem. Sicut ergo principium mundi ſoli Deo fuit cognitum: ad hoc vt finis correſpondeat principio, & ipſe debet ſoli Deo eſſe notus, & non alicui homini. Et hanc rationem ponit Nicolaus de Lira, ſuper Matthæi 24. cap. Ideo Apoſtolis quærentibus de die aduentus Chriſti ad iudicium, Actuum 1. ca. Reſpondit Dominus: *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate*, & Matth. 14. ac Marc. 13. inquit ſaluator: *De die autem illa, & hora nemo ſcit*, ſc. certitudinaliter. Hoc autem ordinauit Deus ad noſtram vtilitatem: Primo vt ſemper timeremus. Secundo vt ſemper præpararemur ad illum diem, tanquam de proximo imminẽtem. Vnde Auguſt. inquit: *Latet vnus dies, vt omnes obſeruentur dies, factum eſt enim in eo ſtatu viuere, in quo mori timeamus.* Et Lact. 5. diui. inſt. ait: *Semper ita viuamus, quaſi nobis continuò rationem reddendam arbitremur.* Non eſt ergo nobis notus dies vltimi finis mundi. Licet autem ſanctus Methodius, in libr. de primis, & nouiſſimis temporibus: Et Euſebius, in Chronica ſua, & Theleſphorus presbyter & Heremita, in libr. de ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ, opinionem multorum referant, dicentium, Finem mundi debere eſſe in 7. millenario à creatione ſua, quia Deus per numerum ſeptennarium omnia diſpoſuit, ſcilicet ſeptem planetas, ſeptem dies, ſeptem ſacramenta Eccleſiæ, ſeptem ſignacula noui & veteris teſtamenti, & 7. die requieuit. Vnde Gregor. inquit: *Quia ſeptem dieb. omne tempus comprehenditur, recte ſeptennario numero vniuerſitas figuratur:* Tamen hoc non eſt certum. Certiſſimum verò eſt, quòd vnicuiq; erit ſuus mundi finis, quãdo moriens de hoc mundo exibit. Poſſumus nihilominus coniecturare ex quibuſdam indicijs, quando dies iudicij in proximo ſit futurus. Ante enim veniet Antichriſtus, iuxta illud Apoſtoli 2. ad Theſſa. 2. *Reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui.* Ante autem quàm veniat Antichriſtus, tria ſigna apparebunt, ex quibus cognoſcetur dies iudicij in proximo futurus. Primum erit tribulationis mundi. De qua ſaluator Matth. 24. ait: *Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Conſurget enim gens in gentem, & regnum aduerſus regnum; & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus magni per loca*, quæ verba Gregor. exponens in homilia ſuper

Partem negatiuam duplici ratione confirmat.

Deus ad vtilitatẽ noſtram ordinauit, iudicij diem omnibus ignotum eſſe.

Ex aliquibus coniicere poſſumus, quando iudicij dies erit.

Digitized by Google

Luc. 21. inquit: *Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur, & per crebra mala, quæ præueniunt, indicantur mala perpetua, quæ subsequuntur. Multa enim debent mala præcurrere, vt magnum valeant finem nunciare.* Quæ quidem tribulationes vt dicit Greg. vbi supra pro maiori parte completæ erant vsque ad tempus suum. Vnde cõcludit, di. *Cum multa iam prænunciata completa sint, dubium non est, quod etiam sequentur pauca quæ restant.* Quia sequentium rerum certitudo, est præteritarum exhibitio. Ista autem pauca quæ remanserant, videtur nunc compleri in tantis tribulationibus mundi. Secundum signum dicitur malignationis, scilicet quãdo in mundo fient peccata grauia, & horrenda. Non enim tenenda est opinio Stoi. qui, vt inquit Thom. 1. 2. quæst. 63. artic. 2. dicebant, *omnia peccata esse paria*, secũdum enim diuersitatem, & qualitatem circumstantiarum, vnum peccatum est grauius altero. l. aut facta. ff. de pœnis. Quando ergo in mundo fient peccata sceleratiora, vt sunt Simoniç, Sacrilegia, Adulteria, Incestus, Sodomiæ, Periuria, Blasphemiæ, Rapinæ, Crudelitates, & Vsuræ, ac Homicidia, & Inuocationes dæmonum, & huiusmodi. Similiter quando homines abominabuntur spumalia, vt est verbum Dei, & Ecclesiæ sacramenta, tunc erit signum, diem iudicij propinquũ esse. De hominibus enim illius temporis inquit Dauid Psalm. 106. *Omnem escam abominata est anima eorum* Et Saluator Matth. 24. & Luc. 21. ait: *Cum videritis hæc fieri, scitote, quia prope est in ianuis.* Tertium signum dicitur aggrauationis, sc. quando non solùm pauci committent illa grauia peccata, sed multi, & quasi generaliter omnes, & maximè quando sine verecundia peccabunt, vnde ad hoc propositũ adduci posset illud Statij, in 2. Theba. *Nec habẽt extrema pudorem.*

Mundi finem possumus quoq; ostendere proxime imminere,

POssumus quoq; ostendere finem mundi in proximo imminere, ex consideratione finis hominis. Nam homo dicitur Microcosmus 8. Phys. id est, minor mundus, iuxta illud Ouidij in libro de vetula; *Est homo maioris mundi formatus ad instar, &c.*

ex finis hominis consideratione.

Signa ergo finis minoris mundi, scilicet hominis, possunt etiam intelligi de fine maioris. Quia *de similibus idem est iudicium.* 5. Metaphysicæ, & 2. Topi. & l. inter chartulas. C. de conue. fisci. debi. li. 10. & c. inter corporalia de transla. l. Seruis legatis. ff. leg. 3. l. nõ possunt. ff. de legi. l. Si libellum C. de diuer. rescrip. l. loc. §. Si fundus. ff. si seruit. ven. & c. in causis, de re iudi. Sunt autem inter alia quinque signa ostendentia, hominem citò moriturum; scilicet temporalis decrepitas; totalis frigiditas, ciborum despectabilitas, sensuum obturabilitas, & generalis infirmitas. Vel sic appellari possunt: Primum, Decrepita antiquatio: Secundum, totalis frigidatio: Tertium, ciborum refutatio: Quartum, sensuũ amissio: Quintum, generalis omnium membrorum doloratio, & ęgrotatio: Primum ergo signũ mortis hominis, est decrepita antiquatio. Quando enim homo est in decrepita ætate scilicet in 70. vel 80. anno, & si ignoremus quando moriatur, tamen scimus eum non longè posse fugere. Licet enim ornatu vestium, & rasura barbæ se repoliat, tamen habet quasi pedem in fouea, & continuum cum morte habet litigium. Nam quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Vt dicitur ad Heb. 8. & Psalmista ait: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis, & si in potentatibus octuaginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.* Videamus ergo in qua ætate sit mundus. Sacri enim doctores diuidunt totum tempus durationis mundi in sex ętates, in similitudinem ætatis hominis. Prima autem ętas hominis est Infantia, vsque ad septem annos l. si infanti. C. de iure deli. in qua puer nihil bene cognoscit, quia infantilis ætas quicquid videt, ignorat l. 1. C. de fal. mo. & in hac ætate fuit mundus ab Adam vsque ad Noe, vt dicit August. 15. de ciui. Dei. cap. 2. In qua ætate, quæ durauit vltra duo millia annorum fuit mundus sicut infans, nullam habens cognitionem de lege scripta diuina, vel humana; sed solum sub lege naturali viuebant homines de his, quæ terra producebat comedentes. De qua ætate inquit Boetius 2. de con-

Signa ostendentia, hominem esse moriturum sunt quinque.

Ex 1. signo mortis hominis ostendit.

1. Hominis ætas qua.

Digitized by Google

de conſolatione: *Felix nimirum prior ætas Contenta fidelibus arvis, &c.* Secunda ætas hominis eſt pueritia, durans in fœminis vſque ad duodecimum annum: In maſculis vero vſque ad 14. l. qua ætate. ff. de teſtam. iuncto. §. præterea inſti. qui. nó eſt permiſſus. te. In hac autem ætate adhuc homo eſt purus, & noa habet multam malitiam Et in ipſa ætate fuit mundus à Noe vſque ad Abraham vltra mille & 72. annos, ſecundum Auguſtin. vbi ſupra. In qua ætate homines nondum habebant multam cognitionem de Deo. Tertia ætas hominis eſt adoleſcentia, vſq; ad 25. annũ, in qua homo creſcit in cognitione, cautela, prudẽtia, & ſcientia. In qua ætate fuit mundus ab Abraham vſque ad Moyſen: In qua homines creſcebant in cognitione Dei, per reuelationes factas Patriarchis & per circumciſionem datam Abrahæ. Geneſ. 17. Quarta ætas eſt iuuentus, vſque ad 50. annum. In qua homo magis proficit per ſapientiam, & experientiam, doctoratur, & alijs legit. In qua mundus fuit à Moyſe, vſque ad tranſmigrationem Babylonis ſecundum quoſdam, vel melius ſecundum alios vſque ad Dauid. In qua homines magis profecerunt in cognitione Dei per legem datam Moyſi, & per ceremonias eius, & per miracula facta in Aegypto, & in ſolitudine deſerti. Quinta ætas eſt ſenectus vſque ad 70. vel 80. annum. In qua homo eſt valde prudens, & ſenſatus, vt dicitur Iob. 12. Et in hac ætate fuit mundus à Dauid vſque ad Chriſtum. In quo tempore fuerunt Prophetæ illuminatiſſimi, & homines ſapientiſſimi, vt Salomon, & Eccleſiaſticus, ac multi alij. Sexta autem ætas eſt Decrepitas, quæ eſt à 70. vel 80. anno, vſque ad finem vitæ, qui communiter eſt ad longius centum annorum l. vt inter diuinum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. an vſusfructus. ff. de vſufruct. Et in hac ætate homo quaſi reuertitur ad puerilem imbecillitatem, & deficiunt ei vires naturales, tremunt membra, cadunt dentes, & totũ corpus ſe paulatim diſponit ad mortem. Et in hac ætate cœpit eſſe mundus ab aduentu Chriſti, vel paulò ante, & durabit vſq; ad diem iudicij. De quibus ætatibus loquitur Ioan. And. in proœm. ſexti, in verbo profectus. De ipſis quoque ætatibus mundi, & hominis habetur in ca. vnico. 35. quæſt. 4. Quod autem mundus ſit in decrepita ætate, patet, 1. ad Corinth. 10. vbi dicitur: *Nos finis in quos fines ſeculorum deuenerunt*, & 32. quæſt. 4. cap. Quis ignoret: & 1. Ioan. 2. dicitur: *Filioli, nouiſſima hora eſt*. Ex quibus auctoritatibus patet, eſſe falſam opinionem eorum, qui dicunt Chriſtum incarnatum fuiſſe in media ætate mundi. Et quod tot millia annorum erunt a natiuitate Chriſti vſq; ad finem mundi, quot fuerunt à creatione mundi vſq; ad Chriſtum. Nam ipſe Dominus incarnatus fuit in vltima, & finali ætate, Sicut prædixerat Abacuc Propheta ſui libri capit. ſecund. di. *Adhuc viſum procul, & apparebit in finem, &c.* Et ideo inquit Apoſtolus primæ ad Corinth. ſeptim. *Tempus breue eſt, præterit enim figura huius mundi.* Clamat ergo mundus ſecundum Ber. *Ego deficio, & tempus meæ reſolutionis inſtat.* 2 ad Timoth. 4. *Iam enim ſum in vltima decrepitate, & ampius durare non poſſum.*

2. *Hominis ætas quæ.*

3. *Hominis ætas quæ.*

4. *Hominis ætas quæ.*

5. *Hominis ætas.*

6. *Hominis ætas.*

SEcũdum ſignum finis hominis dicitur, Totalis frigidatio, quando, ſc. homo perdit naturalem calorem. Tũc enim medicus dicit. Patuit hoc in Dauid de quo 3. Reg. 1. dicitur: Quod *ſenuerat, habebatq; ætatis plurimos annos: cumque operiretur veſtibus, non calebat*, & ſic deficiente calore mortuus eſt. Similiter videmus quòd quando quis incipit mori, frigeſcũt ei pedes, & manus, naſusque, & omnia membra. O munde pauperculе, quomodo ſtas? Putaſne cum venerit medicus ſupernus, inueniet in te caloré diuini amoris? De quo ipſe ait Leuit. 6. *Ignis ſemper ardebit in altari meo*, id eſt, charitas in anima. De quo igne etiam dixit ipſe ſaluator. Lucæ 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat?* Heu heu, vbi eſt inter homines charitas & amor? Vbi dilectio proximi? profecto nũc eſt extinctus iſte calor charitatis in mundo Quia cum Dominus deberet diligi ſuper omnia. Deuteron. 6. nunc ab homine magis

Ex 2. ſigno mortis hominis, oſtenditur mundi finẽ prope eſſe.

magis amatur quælibet creatura (etiam vilissima.) Nam iste amat plus equum suum; ille accipitrem, hic carnem: iste vestem, mulier iocalia: Auarus pecuniam: Iuuenis concubinam, & homines mundani magis delectantur in terrenis, quam in Deo. Nam infans delectatur in vberibus, puer in pomo, Rex in delitijs: Adolescens in lasciuijs, vir in vxore: Vxor in viro: Senex in diuitijs. Nunc etiam non amat homo proximũ suum, sicut seipsum, sicut præcipitur Matth. 22. Sed eum odit, persequitur, infamat, & occidere quærit. O munde miserrime, quomodo es frigidus auaritia, & cupiditate, & alijs peccatis? Scriptum est enim Hier. 6. *Sicut frigidam facit cisterna aquam, ita frigidam facit malitia animam.* Quia ergo dixit saluator, Matth. 14. *& quoniam superabundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, & tunc consummatio fiet.* possumus opinari mundum in breui finitum iri, cum eum videamus totum infrigidatum, & calore charitatis priuatum. Nunc enim perflat ille aquilo vehemens, & frigidus, qui secundum Gregor. in mora. est Diabolus, ignẽ charitatis, & diuini amoris extinguens in fidelium cordibus. Vnde verificatum est illud Eccles. 43. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua.* & ibidem: *Imbrem eius expauescit cor, & gelu effundet super terram, sicut salem, & deuorabit montes, & exurget desertum, & extinguet viride, sicut ignem.*

Ex 3. signo mortem hominis indicante mundi finem nõ longè esse ostenditur.

TErtium signum mortis hominis est, ciborum reprobatio. Quando enim infirmus respuit vtiles cibos, & medici cõsilijs nõ acquiescit, cito mori eum necesse est. Vnde Propheta ait, Psalm. 106. *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.* Ex quo cognoscitur, quòd finis mundi in proximo debet euenire. Cum videamus homines fastidire, & respuere cibum spiritualem animę, de quo dicitur, Deut. 8. & Matth 4. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*, translumptiue in ca. Inter cæteram. de offi. or. Vnde Greg. ait: *Cibus mentis est sermo Dei, & quasi cibus languente stomacho reijcitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur.* Quisquis ergo alimenta non retinet, huius profectò vita desperatur, & August. dicit: *Sicut noxium est corpori, corporeas escas non posse percipere, sic noxium est animæ spirituales delicias fastidire.* Sed heu, quia venit illud tempus, quod prædixit Paulus debere euenire in fine mundi dicens 2. ad Timoth. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quid dicam de illo cibo cælesti, scilicet Eucharistiæ? De quo saluator ait, Ioannis 6. di. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, &c.* Et iterum: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis.* Hodie enim a multis reijcitur & despicitur, pauciq́ue sunt, qui dignè hũc diuinum panem manducent. Multi verò indigne communicãt, & quam plures sunt, qui in hoc sacramentum nõ credunt, imò alios communicantes deridẽt. Et ideo signũ est, quod mundus est in fine suæ durationis, propter ciborum salutarium despectionem.

Ex 4 signo, mortem hominis signi ficante, ostenditur mundi finem in proximo esse.

QVartum signum mortis, est sensuum amissio. Quando enim infirmus perdit loquelam, auditum, visum, & sensum membrorum, nõ est amplius spes de eius sanitate. Isti enim sunt legati, siue præcursores mortis, quos illa mittit ante se, ad annunciandum aduentum suum. O mundi infelix, quomodo stas? certè perdidisti officium omnium membrorum tuorum, homines enim hodiernitemporis (vt plurimum) habent insensibilitatem cordis ad bona spiritualia. De qua inquit Greg. in moral. *Non est pondus virtutis, insensibilitatis cordis, quia valde insana per stuporem membra sunt, quæ incisa nequaquam dolorem sentire possunt*, hæc ille. Cuiusmodi sunt homines moderni, qui per peccatum amiserunt omnes sensus. Primo sensum tactus, ita quòd etiam si à Deo flagellantur, vt ad pœnitentiam reuertantur, non sentiunt. De quibus inquit Dominus Hier. 5. *Percussisti eos, nec doluerunt, & renuerunt recipere disciplinam.* Amiserunt

Homines per peccatum sensus amittunt.

Digitized by Google

runt etiam pulsum qui cõtinuè percutit, non habent remorsum conscientiæ, nec scientiæ, nec sentiunt puncturas peccatorum, conscientiam, & animá lacerátium. Benè quidem sentiũt iniurias sibi factas. Sentiunt spinam pedi impungentem. Sentit illa mulier aliquod verbum, quod sibi nõ placet. Sentit punctura acus, & non sentit vermes animæ, qui vulnerant animam, non sentit conscientiam reclamantem pro peccatis & ideo potest dicere illud Prouerb. 23. *Vulnerauerunt me*, scilicet peccata, *& non doluj; traxerunt me, & non sensi.* Amiserunt etiam peccatores visum, quia non vident, quod facti sunt serui diaboli, & ab eo incatenati sunt, quodque, si morerentur, descederent ad profundum inferni. De hac autem cæcitate dicitur, Sapien. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Item amiserunt auditum. Non enim exaudiunt bonas exhortationnes prædicatorum, & diuinarum inspirationum, sed faciunt aures mercatorum. Vnde Prouerb. 1. cõquerens Dominus ait illis: *Vocaui, & renuistis, expandi manus meas, & non fuit qui aspiceret.* Perdiderunt quoq; odoratum bonorum exemplorum, quæ vident in alijs, & quæ sequi deberent, iuxta illud Can. 1. *In odorem unguentorum tuorum.* Sequuntur autem odores malorum exemplorum, & ad eos alliciuntur. Sicut ille purgator sterquiliniorum, qui Venetijs transiens iuxta apothecam aromatum, cecidit quasi mortuus, & nunquam potuit ad pristinum statum redire, nisi stercoribus sub eius naribus positis. Amiserunt etiam loquelam, vt non benè confiteantur, & ideo Psalm. in persona peccatoris inquit: *Obmutui, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.* Amiserunt quoque gustum omnium spiritualium consolationum, iuxta illud 1. ad Corinth 2. *Animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei.* Et sic priuati omnibus sensibus moriuntur, & figurantur per illũ puerum mortuum, 4. Reg. 4. De quo dicitur, *quod non erat illi vox, neque sensus.*

Ex 5. quoq; signo boni-

QVintum signum mortis hominis est, generalis omnium membrorum dolo-

nis mortem indicante, iudiciũ non abesse, ostenditur.

ratio, & ægrotatio. Quando enim homo infirmatur per totũ corpus, & vnumquodq; membrum est ægrotum, & doloratum. O quam male vadit? Sed, o mundi scelerate, quomodo stant tua membra? Vę tibi: Væ tibi, si potest dete dici illud Esa. 1. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis, vsque ad verticem capitis, non remansit in eo sanitas:* Væ tibi, si prælati Ecclesiastici non eliguntur per Spiritum sanctum, sed diabolicum: non propter zelum, qui in eis sit, sed propter partialitatem, vel inordinatam affectionem: non per inspirationem diuinam, sed per Simoniam: Non meliores, & sanctiores, sed magis dyscoli, & insolentes, vel dissolutorum, & insolentium fautores, & promotores. Ista enim fient in fine seculorum. In quibus (vt plurimum) prælati & rectores animarum, erunt peiores populo. Non erunt pastores, sed lupi rapaces pascentes seipsos, auferentes ab ouibus lanam, sed de eis non habentes bonam curam. Tunc multi præsumptuosi, & ambitiosi prælationes ement, & aliorum regimini se ingerent, qui nescient regere seipsos. Quapropter Gregorius inquit in pastorali: *Difficile est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex bonus fiat alienæ.* Sed nolo ponere os meum in cœlum, nolo discutere, vtrum verificata sit illa sententia, quæ habetur in capitulo, Qualis. 8. q. 1. scilicet, Quòd nihil Ecclesiam Dei ita denigrat, quam meliores esse laicos, quàm clericos. Dicam tamẽ, quòd hodie quàmplures sunt dispensatores sacramẽtorum Dei, quibus magis conueniret in capite galea, quam mitra pontificalis, vel tonsura: melius in dorso eorũ staret vestis militaris, quàm clericalis, vel monastica: & in manu eorum ensis melius, quam calix sanguinis Christi. In tempore quoque extremo mundi, erunt subditi horum prælatorum contemptores, eorum præceptis cõtumaces, ipsorum diffamatores, & persecutores. Ita quod oportebit prælatos, aut subditorũ insolentium excessus contra Deum, & propriam conscientiam tolerare, aut si eos corrigere, & refrenare

Digitized by Google

voluerint, seipsos ad martyrij tolerantiã præparare. Principes quoque seculi non erũt populorum rectores, sed eorum oppressores, non Domini, sed tyranni: non legum obseruatores, sed omnis iustitiæ, & honestatis violatores. Quæ omnia vtrum hodiernis temporibus fiant, Deus nouit. O munde, vbi est nunc in mercatoribus, & artificibus legalitas? Nunc vbiq; sunt vsuræ stochi, periuria, deceptiones, mendacia, venduntur res corruptæ, colorantur res falsis coloribus, vbique fraudes. Nunc totus mundus positus est in maligno. 1. Ioan. 2. Vbi fides matrimonij, vbi veritas in notarijs, ac in iudicibus, & aduocatis? Vbi iuuentutis honestas, & in pueris disciplina? Vbi in mulieribus verecundia? Vbi deuotio in multis clericis & religiosis? Heu quare hodiernis temporibus, septem inter alios errores, & corruptelæ vitiaque, ac venena vigent in mundo, quæ sunt signa subuersionis mundi futuræ in proximo, de quibus ait aquila volans, Apocalyp. 10. *Vidi bestiam ascendentem de mari habentem cornua septem.* Quæ sunt, iuuentus sine timore Dei, & verecundia: Senectus sine maturitate, & prudentia: Mulier sine honestate, & pudicitia: Rectores sine æquitate, & iustitia: Clericus sine moralitate, & scientia: Christianus sine fidelitate, & reuerentia: & populus sine dilectione, & beneuolentia: De quibus, & alijs signis tangit Ioan. Andreas in Clemen. 1. de sta. mona. & allegat Cyprianum in libro de duodecim abusionibus. Hodie namque à iuuenibus dissolutis totaliter amissa videtur verecundia. De qua Bernar. inquit: *Verecundia est omnium ornatus ætatum, sed in tenera ætate amplius, plenisque nitescit*, & Ambrosius ait: *Verecundia comes est pudicitiæ, cuius societate ipsa castitas tutior est.* Quid dicam de senibus huius infelicis ætatis? Cum. n. iuuenes sint dissoluti, & mali, prauique, ac tristes, non efficiuntur boni senes. *Ex actu & enim multoties iterato, fit habitus de difficili mobilis à subiecto* 2. Ethi. Plurimi autem senes cum deberent esse maturi, & prudentes, sunt leues, & insipientes, ac vitiosi, vnde Aug. in libr. de duodecim abusionibus, inquit: *Plus omnibus religioni dare operam, senibus competit, quos præsentis seculi florida ætas tranjacta deseruit. Sicut namq; in lignis ipsa reproba arbor apparet, quæ post flores, fructus opportunos cultori suo non exhibet: Sic & in hominibus ipse reprobus est, qui florem iuuentutis deserit: & in jus corporis senectute, bonorum operum maturos fructus proferre parui pendit*, hæc ille. Multis autem mulieribus, quæ deberent seruare illud Apostoli 1. ad Timoth. 2. *Mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa, &c.* hodierna die dici potest illud Hieremiæ 3. *Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, &c.* Legitur autem in chronicis ordinis nostri, quòd quidam frater Hugo de prouincia Prouinciæ, plenus Spiritu sancto frequenter dicebat, quòd *quando mulieres perderent verecundiam, & calas ab hyeme non discerneretur, nisi per folia arborum, tunc tribulationum finalium manifestissimum erit signum*: quod an acciderit, potest quisque cognoscere. Rectores verò mundi, quibus dicitur Sapient. primo: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram*, an eam seruent, omnes videre possunt. Et ideo exterminium à Deo expectatur, propter eorum iniustitiam. Dicitur enim Ecclesiast. 10. *Regnum transferetur de gente in gentem, propter iniustitias.* Clerici autem, & religiosi plurimi, qui alios bono exemplo ædificare deberent, peius alijs faciunt, & verificatum videtur illud Hiere. 6. *A Propheta, vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum.* Qualis vero sit in Christianis fidelitas erga Deum & proximum, & in populis charitatiua dilectio, nemo ignorat. Et ideo Amos. 5. ait Deus: *Quia ego cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, propterea in omnibus plateis, & viis vestris, erit planctus.* & Apocalyp. 4. dicitur: *Væ, væ, væ, habitantibus in terra.* Propter ista enim crimina, tam generalia, & vniuersalia, Deus immittit in mundum, multa flagella inopinata, sicut etiam erit exterminatio mundi in breui tempore ventura. De qua potest exponi illud Esa. 47. *Veniet super te malum, & nescies ortum eius.* Sicut enim interuenit Sodomitis, qui

Declarat quanã sint illa 7. cornua bestiæ, de qua fit mentio in apoc.

Digitized by Google

tis, qui generaliter erant mali, & ſcelerati, & propter peccata inſenſibiles facti erant, & non putabant, quòd vnquam aliquid mali eis enenire deberet: imò etiam generi Loth, hoc nõ credebant. vnde Geneſis 19. dicitur: Quod Loth inquit eis; *Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc; & viſus eſt eis quaſi ludens loqui*, non poterat enim credere, quòd Deus, tam pulchram patriam, quæ dicebatur quaſi Paradiſus voluptatis, deberet deſtruere.

SIC etiam interuenit ciuitati Hieruſalem. quando generaliter omnibus vitijs fuit infecta, cuius deſtructionem fleuit, & prædixit Dominus Luc. 19 vbi dicitur: *Videns Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper eam, dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, &c.* Quaſi diceret: O Hieruſalem plena populo: O ciuitas ſacerdotalis, & regia, venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eò quòd non cognouceris tempus viſitationis tuæ. Inquit autem Hieronymus, in quæſtionibus ad Heluidiam: *In tantum Hieruſalem amauit Dominus, vt fleret eam, & plangeret, & pendens in Cruce loqueretur: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Itaque imperauit, quod petierat. Datum eſt tempus pœnitentiæ vſque ad quadrageſimum annum, poſt perſeuerantibus illis in blaſphemia, egreſſi ſunt duo vrſi de finibus gentium Romanorum, Veſpaſianus, & Titus, & eos lacerauerunt, ac interfecerũt:* Hæc ille. Pronunciauit quoque Dominus eiuſdem ciuitatis deſolationem, Lucæ 21. dicens: *Erit preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur inter omnes gentes. Hieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum*, & ad paſſionem pergens mulierib. plangentibus, & lamentantibus eum, dixit, Lucæ 23. *Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ ſteriles, quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.* Tam terribile autem flagellum miſit Deus illi ciuitati, vt valde ſit ferus, qui ſine gemitu vel horrore audire poſſit, quæ fuit paſſa. Nam cum ab exercitu Romanorum circumdata fuit Hieruſalem, concluſa inuenta eſt ibi innumerabilis multitudo populi. Refert enim Euſeb. libr. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticę, quod Ioſephus ponit quod ex omni Iudæa populi in die ſolemni Paſchæ Hieroſolymã, velut exitiali quadam manu cogente, cõuenerunt iuſto Dei iudicio: tempore hoc vltionis electo; vt qui in diebus Paſchæ Saluatorem ſuum Chriſtum Dominũ, cruẽtis manibus, & ſacrilegis vocibus violauerant, in ipſis diebus, velut in vnum carcerem, omnis multitudo concluſa, feralis pœnæ exitium, quod merebatur, exciperet. Obſeſſa autem ciuitate, fecerũt Romani vallum munitiſſimum in circuitu, ita vt nullus ciuitatem exiens, illud tranſire poſſet. Ob quam cauſam in breui ciuitas vrgeri fame cœpit, tantumque excreuit penuria rerum, quòd propter famem, vt refert Ioſephus, prædones per ciuitatẽ diſcurrentes, vi intrabant domos, & capiebant ſiquid inueniſſent ibi comeſtibile. Filij quoque ex ore parentum, & è conuerſo, violenter ſtricto manibus gutture, maſticatum cibum extrahebant, & velut rabidi comedebant. Fimum etiam boum, aliaq; immunda ſumebant in cibum. Multi autem qui conabantur exire, vt herbas colligerent ad manducandum, capiebantur a Romanis: & tantus fuit numerus captiuorum, vt tutè cuſtodiri non poſſent. Quapropter ſtatutum fuit, vt euulſis eorum oculis, manibuſque amputatis, compellerentur ſic ad ciuitatem redire. Plerique autem diuites timẽtes, ne ſua iocalia ad manus Romanorum venirent, quos veriſimiliter præſumebant ciuitatẽ debellaturos, illa diglutiuere. Cuius rei fama cum peruenſſet ad aures Romanorum, putantes Iudæos quos captiuos tenebant, gẽmas in ventre adhuc retinere, vna nocte duorum milium Iudæorũ fecerũt viſcera patefieri. Multi vero formoſi, & delicati

De miſeria Iudæorũ in deſtructione Hieruſalem.

cari iuuenes in via, in plateis, & in proprijs domibus, fame vexati, impromta, ac recentium morte cadebant. Et lapidis illi qui cadauera sepeliebant, supra sepultos mortuos, & ipsi deficiebant. Inuentæ quoque sunt mulieres suos proprios filios comedentes. Vnde de quadã dicit Iosephus, quòd cum fame torqueretur, nihil habẽs ad comedendum lactantem filium in manibus tenens dixit: *Infelicis matris miserior fui, in bello, in fame, in direptione, qui te reseruabo? Veni ergo nunc, ô mi nate, & esto cibus matri, prædonibus horror, seculis fabula*, & his dictis filiũ iugulauit, & coxit, dimidiumque comedit, ac partem alteram reseruauit. Et ecce confestim prædones sentientes odorem carnis coctæ, in domum irruerunt, & nisi carnem prodat, mortem ei minãtur. Tunc illa detegens infantis membra, inquit illis: *Ecce vobis partem optimã reseruaui.* At illos tantus horror inuasit, quod nec loqui potuere, & illa, *Meus est*, inquit, *filius, meum est peccatum; securi comedite, quia prior ego comedi, quem genui.* Illi vero tremẽtes, & territi discesserunt. O quot erant in ciuitate illa amarissima spectacula, vbi videbantur quotidie tot morientes: O quot infantes, & pueri extendentes manum ad vbera matrum, & panem petentes, qui ad pedes illarum extincti ruebant: O quot erant ibi flebiles voces, quot lamenta, quot singultus, quot suspiria, & tamen à Deo non exaudiebantur. Anno vero secundo Imperij Vespasiani, Titus eius filius, qui in obsidione remãserat, cepit ciuitatem, quam à fundamentis subuertit, vbi periere virorum vndecies centena millia, fame, & gladio, præter mulieres, & paruulos: reliqui verò venundati sunt, triginta pro denario. Vbi es ergo magna ciuitas Hierusalem? Vbi es decora Sion? Vbi es vrbs inclyta, & gentibus referta, ac domina populorum? regibus veneranda, & Deo acceptabilis? Vbi est templum illud mirabile, pauimenta marmorea, portæque nitentes auro? Omnia vtique euersa, & à fundamentis dirupta fuere. Tempore vero AElij Adriani Imperatoris reædificata fuit. Qui Adrianus, vt dicit Orosius libr. 7. præcepit, ne cui Iudæorum Hierosolymam intrare liceret. Reædificata autem fuit non à Iudæis, sed a diuersarum nationum gẽtibus, ibi confluentibus. O munde traditor, maius est flagellum, quòd tu in breuissimo tempore expectas, quando totaliter exterminaberis. In te enim sunt scelera, quę erant in populo Iudaico quando flagellum diuinum super ipsum venit. Primum autem peccatum erat negligentiæ. Superiores namque, & prælati non curabant de salute subditorum, quinimò suo malo exemplo corrumpebant eos, & inducebant ad malefaciendum. Et ideo conquerebatur Hiere. 10 ca. sui libri di. *Stulte egêre pastores, & Deum non exquisierunt. Propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.* Et 34. cap. iterum dicitur: *Væ pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant oues pascuæ meæ, dicit Dominus.* Secundum peccatum erat iniustitiæ de quo Hiere. 5. dicitur: *Circuite vias Hierusalem, & aspicite, ac considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem.* Et infra, *Causam viduæ non iudicauerunt, & causam pupilli non direxerunt.* Sed heu quia hodiernis temporib. impletum est illud, Isidori. 11. quæstio. 3. cap. pauper. vbi ait: *Pauper, dum non habet quid offerat, non solùm audiri contemnitur, sed reprobatur. Cuo violatur auro iustitia; nullamque rem perimescit culpam, quam nummis redimere existimat.* Tertium peccatum erat auaritiæ, de quo Hier. 6. dicitur: *A maiore vsque ad minorem, omnes auaritiæ student, &c.* Quartum peccatum erat fraudulentiæ, de quo Hiere. 9. dicitur: *Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans, supplantabitur, & omnis amicus fraudulenter incedit.* Quintum peccatum erat violẽtiæ. Non enim seruabant illud Eccl. 4. dicentis: *Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.* Sed violenter opprimebant proximos, & subiugabãt sibi in famulos, & famulas, vt dicitur Hiere. 34. Sextum peccatum erat luxuriæ, de quo dicitur Hiere. 23. *Adulteris repleta est terra.* Septimum peccatum erat idololatriæ: de quo dicit Deus Hiere. 1. *Dereliquerunt*

Hæc lacrymosus Hierusalem ego genui.

Digitized by Google

runt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opera manuum ſuarum. Octauum peccatum, erat irreuerentia. ſ. templi, & diuinorum ſacrificiorum. De quo Hiere. 7. dicitur: *Fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus: poſuerunt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam.* Et generaliter omnes erant vitiorum immunditijs inuoluti. Vnde dicere poterât illud Eſa. 64. *Facti ſumus immundi omnes*, quod quidem dicere poſſunt homines huius infeliciſſimæ ætatis. O munde infelix, omnia membra tua infirmãtur ad mortem. Nunc verificata eſt illa ſententia Pauli Apoſtoli. 2. ad Ti. 3. dicentis: *In diebus nouiſſimis inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes: ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, corrupti mente, & reprobi circa fidem, &c.* Nunc quoque verificatum eſt illud Prophetæ: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Pſal. 13. & Oſeæ 4. *Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt iudicium, non eſt ſcientia Dei in terra: nam maledictum, homicidium, furtum, adulterium, ac mendacium inundauerunt ſuper terram.* Item verificatum eſt illud Ouidij in 2. de Ponto, qui inquit Epiſtola 3. *Nec facilè inuenies multis in millibus vnum, Virtutem pretium qui putet eſſe ſibi.* Et in 1. de Triſtibus inquit: *Si quotiens peccant homines, ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.* Item verificatum eſt illud Ouidij, in 1. Meta. vbi dicit:

Protinus irrupit, veneriſque priorib⁹ in ævum,
Omne nefas: fugere pudor, verumque fideſque.
In quorum ſubiere locum, fraudeſque dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vitatur ex rapto, non hoſtes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero; fratrum quoque gratia rara eſt:
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcens aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, &c. Et idcò dico vobis illud. Apoc 14. *Timete Deum, quia venit hora iudicij eius.*

SEd hic quæritur, vnde procedat, quòd pauci pauci timent futurum Dei iudicium. Reſpõdeo quòd ex tribus cauſis hoc procedit. Prima, dicitur Incredulitas. Non enim credunt ea, quæ audiunt prædicari de iudicijs Dei. & ſic erat Balthaſar Rex Babylonis, qui audiens publicè diuulgari, quòd regnum ſuum debebat ſibi auferri, & quòd exercitus Darij, & Cyri validiſſimus veniebat contra eum, non credebat nec faciebat prouiſionem. Dum autem obſeſſa eſſet Babylon, fecit grande conuiuium optimatibus ſuis, & in Dei cõtemptum, bibebat in vaſis templi Dei, quę aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de Hieruſalem. Et ſic vacans epulis, vidit manum ſcribentem in pariete: *Mane, Thekel, Phares.* Quæ verba interpretatus eſt Daniel propheta: *Mane, numerauit Deus regnũ tuum, & compleuit illud: Thekel, appenſus es in ſtatera, & inuentus es minùs habens: Phares, diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.* Quod cùm audiſſet, licet honorauerit Danielem, tamen ſtetit in pertinacia ſenſus ſui. Vnde eadem nocte Babylon capta eſt, & Balthaſar fuit iugulatus, vt habetur Dan. 5. Similiter fuit in die diluuij. Non enim credebant homines Noe illud prędicanti. Ideò inquit Saluator, Matt. 24. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſq; in eum diem, in quo intrauit in arcam Noe, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis.* Et Lucæ 17. poſt prædicta verba ait: *Similiter, ſicut factũ eſt in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, vendebant, plantabant, & ædificabant. Qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit Deus ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit: Ita erit qua die filius hominis reuelabitur.* Sicut ergò homines tempore Noe, irridebant eum prædicantem de diluuio futuro, & facientem arcam, & quia prædicauit per centum annos, quanto diutius ſtabat aduenturum ipſum diluuium, tanto magis de Noe vilipendium faciebant, atque eum ſtultum

Cur pauci timeant futurum Dei iudicium.

Incredulitas eſt prima cauſa.

æstimabant. Vacabantq; ludis & choreis, ac lasciuijs. Sed cùm cœpisset descendere pluuia diluuij, cum fortè chorizarent in plateis, intrauerunt domos vt chorizarét sub porticis, vel in thalamis. Crescente verò aqua, ascenderũt solaria, & ibi chorizabant. Sed apertis cataractis cœli cùm solaria replerentur aquis, ascenderũt tecta, & tunc demum crediderũt diluuium esse, quando cœperint mergi. Et licet tũc ad cœlum clamarent, vt impetrarét Dei misericordiam, non fuerunt exauditi, & similiter fecerũt Sodomitæ, & populi aliarum ciuitatum subuersarum. Ita erit de iudicio finali. Nam homines scientes, quòd tam multis annis prædicatur iudicium vniuersale proximè euẽturum, deridebũt prædicatores, nec credent, ipsum hinc ad multos annos debere euenire. Imo multi credẽt, quòd nunquam eueniet. Et propterea mundanis delicijs adhærebunt. Et sic ex inopinato, adueniente ipso terribili Dei iudicio, nihil eis proderit diuinam misericordiam cum lachrymis flagitare. Licet autem nesciamus diem, aut annum iudicij: tamẽ ex prædictis cõiecturis potest opinari, quod multi nunc viuunt, qui nõ morientur, antequam veniat antichristus. imò erunt viui, quando veniet exterminium mundi.

Longanimitas est in causa, quare pauci admodum futurum Dei iudicium timeant.

SEcunda causa dicitur longanimitatis. Aiunt enim peccatores cæci: *Tam diu sustinuit nos Deus, quòd & nunc nec aliter faciet.* De quib. ait Aug. lib. 4. de doctr. Christiana: *Plerosque incredulos miserationis, Dei patientia longa peccare facit intrepidos, quia Deum non arbitrantur suorum peccatorum vltorem,* sed talibus inquit Paulus ad Rom. 2. di. *Ignoras, quod patientia Dei ad pœnitentiam te expectat?* quasi dicat: Si nõ egeris pœnitẽtiam, tanto terribilius punieris, quanto longiori tempore expectatus es, & rationem ibidem assignat dicens: *Quia diuitias bonitatis eius, & patientiæ ac longanimitatis contemnis.* Expectat ergò Deus, & differt iudicium suum etiam ab obstinatis, vt magis eos puniat in peccatis perseuerantes. Vnde in simili dicit Cato in suis documẽtis: *Indulgei fortuna malis, vt ledere possit.*

Prosperitatis causa iudicia diuina non formidamus.

TErtia causa, quia non timentur iudicia diuina, dicitur Prosperitatis. Videntes enim homines omnia sibi succedere ad votum, arbitrantur licere sibi facere quicquid volunt, nec cogitant de diuino iudicio futuro. Contra quos inquit Seneca in tragœdijs.: *Nemo confidat nimium fecundis.* Et ad Lucillum idem dicit: *Noli huic tranquillitati confidere. Momento mare euertitur, eodem die vbi luserunt, nauigia absorbentur.* Hinc Hiere. 47. cap. ciuitati affluẽti prosperitate, & non timenti Deum dicitur: *Audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego sum, non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi hæc duo subitò in die vna.* O quot ciuitatibus ex improuiso superuenit ira Dei: & vt omittamus reliquas, inspiciamus quid factum super inopinatos terræmotus. Legitur enim in chronica Ricobaldi Ferrarienſis: Quõd regnante Tigrane in Syria terræmotu facto, periere hominum septuaginta millia, & vrbes aliquæ subuersæ sunt. Anno quoque quinto Tiberij Cęsaris, tredecim vrbes in Asia cecidere, terræmotu cõcussæ. Item imperante Nerone, tres aliæ vrbes in Asia terræmotu corruere. Anno octauo Vespasiani, similiter tres vrbes per terræmotum ceciderunt. Anno octauo Traiani, Nicæa, & Nicomedia corruerũt. Anno eiusdem 16. Antiochia penè tota corruit terræmotu. Imperãte Diocletiano, terræmotu facto apud Tyrum & Sidonem, multa millia hominũ perierunt. Tempore Cõstantini II. terræmotus in Oriẽte plurimas vrbes solo prostrauit. Sed hæc audita nõ expauescunt miseri peccatores, nec cogitant, quòd de die in diem expectant horribilius iudicium, scilicet vniuersale, quod in proximo erit. Sãctus enim Franciscus, *fuit ille seruus missus à patrefamilias hora cœnæ, dicere inuitatis vt venirent ad nuptias, quia parata sunt omnia.* Lucæ 14. Vnde legitur in cõformitatibus B. Frãcisci fructu. 3. & in conformitate, & in Chronicis ordi-

De quibusdam ciuitatibus, quæ terræmotu perierẽt.

Digitized by Google

ordinis noſtri: Quòd quidam frater minor, nomine frater Benedictus de Arecio miniſter Antiochiæ, quem ad ordinē receperat B. Franciſcus, tempore quo viuebat ipſe B. Frācīſcus, dum de partib. vltramarinis rediret ad Italiam, ſuperueniēte maris tempeſtate, pro alleuatione nauis, ſortè, vt alter Ionas, miſſus eſt in mare. Quem Angelus Domini ſuſcipiēs, ad Paradiſum deliciarum duxit, vbi dum eſſet interrogatus ab Enoch & Helia, cuius eſſet ordinis, reſpōdit, quòd B. Frācīſci. Et illi dixerunt: Ergo Frācīſcus venit? & eo reſpōdente, quòd ſic, maximum cœperūt gaudiū facere, & tripudiū, dicētes, quòd tempus Antichriſti in breui eſſet, & ipſorum per martyrium ad cœlum aſcēſus: dictumq; fratrem ducentes per Paradiſum, omnia ei oſtēderunt. Qui poſt moram ſuſceptus ab Angelo, in portu ante alios de ſua naui eſt locatus Anconæ. hæc ibi. Et ſic patet proximū eſſe tempus vniuerſalis iudicij, quia iam præterierūt anni 270. ex quo iſta fuerunt. Fuit ergò B. Franciſcus miſſus à Deo in fine mūdi cum ſuis fratribus, ad cōquirendum peccatores ad pœnitētiam antè iudicium. Ideò exclamabat illud, Oſeæ 9.c. *venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis.* Item dicebat illud Matt. 24. *Vigilate ergò, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non fineret perfodi domū ſuam. Ideoq; & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Legitur quoq; in Chronicis ordinis noſtri, quòd cuidā fratri Bartholomęo fuit reuelatū, quòd circa finē mūdi vēturus erat vnus frater minor, qui quaſi plura faceret, quàm fecerit B. Franciſcus. Et tunc ordo ad tātum culmen ſanctitatis aſcendet, quòd tertia pars hominum ad ſtatum pœnitētię per monita ipſius ordinis conuertetur. Et iſte ſanctus creditur fuiſſe S. Bernardinus. Quòd autem hæc omnia ſint vera, patet per illud exemplum quod legitur in legēda beati Dominici, & in Chronicis ordinis noſtri, vbi dicitur: Quòd cùm Chriſtus propter ſcelera mūdi vellet venire ad iudicium, & haberet in manu ſua 3. faculas ardentes, quas volebat proijcere contra mundum, Beata Virgo Maria ei humiliter ſupplicauit, vt expectaret aliquātulum temporis, donec veniret Frācīſcus & Dominicus, qui eum ſuis fratribus peccatores ad pœnitētiam euocarent. Cuius ſupplicatione Dominus noſter conceſſit hoc modicum temporis, vt de peccatis noſtris agamus pœnitentiam.

Lege de quodam fratre, & ſcies non multū diſtare iudicij diem.

PARS SECVNDA. DE IVdicij vniuerſalis diſcuſſione.

SECVNDO quo ad iudicij vniuerſalis diſcuſſionem ſciēdum eſt, quòd ad peragēdum rectum iudicium, quinq; principaliter requiruntur, ſcilicet Iudex, reus, locus iudicij, accuſator & teſtis. Primo igitur in hoc iudicio aduenit Iudex. f. Dei filius, Dominus Ieſus Chriſtus, iuxta illud Matt. 16. *Filius hominis venturus eſt cum Angelis ſuis in gloria patris ſui, & tunc reddet vnicuiq; ſecundùm opera ſua.* Angeli autem deferent antē eum vexillum Crucis, & omnia alia inſtrumenta paſſionis miraculoſe reformata, vt diximus in præcedenti ſermone. Sciendum quoque, quòd antè iudicem iſtum terribilem deſcendet ignis horribiliſſimus, qui totum mundum comburet: iuxta illud Pſal. 96. *Ignis antè ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* De quo igne dicit Auguſt. in 20. lib. de ciuitate Dei. c. 18. & magiſter ſententiarum di. 48. & etiam noſter Ricar. in 4. diſt. 47. artic. 2. q. 1. Quod erit ita altus, ſicut fuerunt aquæ diluuij, ſcilicet 15. ſupra omnes montes, vt habetur Geneſis 7. c. De cuius terribilitate loquens Deus, Deut. 32. ait: *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: Deuorabitque terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet.* Et iſte ignis, ſecundùm Ricardum in prædicta di. *deſcendens incipiet purgare aerem in ſuperiori parte, in qua eſt communis habitatio dæmonum, vſque ad iudicium,* ſcilicet in medio interſtitio aeris. Prius enim peccauit malus Angelus, quàm homo.

Quinq; ad peragendū rectum iudicium præcipuè requiruntur.

Iudex, reus locus iudicij, accuſator, & teſtis.

Ignis in die iudicij, diluuij aquas adequabit.

Digitized by Google

homo. Et ideò debet prius purgari eius habitatio. Deinde succ ssiue descendet ipse ignis cósl igrationis purgans inferiorem partem aeris, & alia elementa, & calore ipsius ignis descendéris, omnes homines, qui tunc erunt viui, morientur, & ipsius ardore omnia mortuorum corpora incinerabuntur. Et iste ignis purgabit in electis illud quod inuenier purgádum, & erit loco purgatorij eis, quia tunc morientes indigebunt purgatione. Sicut ait magister in 4. di 43. iuxta illud Mala. 3. *Ipse sedebit conflans & purgabit filios Leui.* Et de hoc loquitur Paulus 1. ad Co. 3. dicens: *Vniuscuiusque quale sit opus, ignis probabit.* Iste etiam ignis, tempore quo durabit iudicium, cruciabit reprobos, sicut ignis inferni, & post iudicium, ipsos cum omnibus mundi sordibus inuoluet, & præcipitabit in infernum. Et dicit Ric. vbi supra. q. 6. Quod fortè ignis inferni, tempore iudicij non exibit de loco suo ad cruciandum reprobos, sed iste ignis supplebit vicem eius.

Ignis in electis purgabit illud quod erit purgandũ, & purgatione indigentibus, erit locus purgatorij. Ignis mundum purgans, reprobos cruciabit.

Elementorum purgatio per ignẽ dicitur mũdi innouatio. Elementa an innouabuntur in die iudicij, quo ad eorũ substãtiam, annihilata priori substantia.

PRædicta autem purgatio elemẽtorum fienda per ignem, dicitur mundi innouatio, secundum Ric. in 4. di. 48. art. 2. q. 1. Sed hic quæri possit, numquid elementa innouabuntur, quo ad eorum substãtiam, annihilata priori substantia? Et primo videtur quòd sic. Dicitur enim 2. Pet. 3. *Nouos cælos, & nouam terram secundum promissa expectamus.* Et ibidem etiam ait Apostolus. *Adueniet dies Domini, tamquam fur: in quo cæli magno impetu transient. Elementa verò calore soluentur.* & Esa. 65. ait Deus. *Ecce ego creo nouos cælos, & nouam terram, & non erunt in memoria priori,* & Apoc. 21. dicit B. Ioan. *Vidi cælum nouum: & terram nouam. Primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est.* Et ibidem. *Et dixit, qui sedebat in throno; Ecce nouo facio omnia.* Sed contra dicitur Eccle. 1. vbi ait Salomon: *Terra autem in æternum stat.* Psalmista quoque dicit Deo: *Qui fundasti terram: super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.* Ad hanc quæstionem respõdet Rabbanus super prædicta verba Psalmistæ: Quòd terra, & alia elemẽta permanebũt, quo ad substantiam. Et idem inquit Aug. 20. de ciuit. Dei. c. 16. Trãsient autem, quo ad pulchriorem formam, & innouationem. Et prædicta confirmantur per illud Iob. 20. *Ruent omnia quæ fecit, nec tamen consumentur.* Dicunt autem Theologi in 4. di. 48. Quod ista innouatio mundi est fienda multiplici ratione. Primò, propter hominis glorificationem, quia sicut dignum est quòd elemẽta purgẽtur, eo quòd infecta fuerunt per hominis culpas, ita dignum est, quòd ipse mundus innouetur propter hominis glorificationem. Secũdo propter hominis cõformationem, vt totus mundus prout possibile est, glorificatio homini conformetur. Tertiò propter hominis delectationem, quia enim mũdus factus est, vt homo in præsenti per speculũ creaturæ cognoscat Creatorem, quem in sua natura videre nõ potest: Ideò in futuro oportet speculum meliorari, vt in pulchritudine creaturarũ amplius resultet species, & pulchritudo Creatoris, & verificetur perfecte illud, quod inquit psalmista: *Delectasti me in creatura tua,* hoc autem non erit ad necessitatem, sed ad iucunditatem, vt videlicet delectationi visionis intellectualis, addatur delectatio visionis sensus in aspectu mundi. Quarto hoc fiet propter creaturarum remunerationem, quæ homini seruierunt. Nam secũdùm sanctum Bonauenturam. in 4. di. 48. ar. 2. q. 1 aliquid est triplicit r remunerabile Primò quia aptum natum est mereri, sicut liberum arbitrium. S cũdò, quia est ipsi merenti coniunctum, vt corpus humanum. Tertiò, quia ad ipsum est ordinatum, sicut ad obsequium. Et secundùm hoc præmiatur homo in seipso, aliquando in corpore, & aliquando in eis, quæ sunt sibi vtilia, vnde dicẽdo corpora cœlestia, & elementa præmiari, non est aliud, quàm hominem præmiari in illis, quia sanctorum mũdum immortalem hominis, faciet Deus pulchriorem. Et ideò propter ipsum præmiabũtur corpora superi cœlestia, secũdum exemplificatẽ, secundùm quam sunt cõsona corporibus gloriosis. Dicit autem Ric. in prædicta di. art. 2. q. 7.

Innouatio mundi multiplici ratione est fienda in die iudicij.

Triplici remuneratione aliquid dicitur remunerabile

quòd

quod secundum quosdam tanta erit bonitas creata post vniuersi innouationem, q̃ nulla creatura, siue eadem numero, siue diuersa plus posset de bonitate capere. Et quamuis inter ipsum vniuersum innouatũ,& Deum,erũt infiniti gradus,non erũt tamen possibiles participari à creatura.

Terra innouata erit sicut crystallus.

SI autem quæratur qualis erit ista innouatio,Respondetur secundum Theologos,quod prima terra erit sicut crystallus & erit planissima, & illuminata erit tantummodo in sua superficie: quia si in suo profundo illuminaretur, impij lumen illud viderent,qua visione sunt indigni. De ipsa aũt terra tunc dici poterit illud Apo. 21. *Lumen eius simile lapidi precioso*, sicut crystallus.

Aer erit septies clarior, quam nunc sit; nec habebit impressiones, quas nunc patitur.

SEcundo aer erit clarior septies, quam nunc sit; nec habebit impressiones, quas patitur modo: quia non erunt nubes, neque venti, neque pluuiæ, nec ros, nec grãdo, neque tonitrua, neque fulgura. Et tunc verificabitur illud Psal. 17. *Præfulgore in conspectu eius nubes transierunt, grãdo, & carbones ignis.*

Ignis, & aqua erunt puriora, & manebunt, non solum secundum substantiã, verum etiã secundum qualitates suas.

IGnis vero,& aqua erunt puriora, & manebunt etiam non solum secundum substantiam, sed etiam secundum qualitates suas, quas nunc habent, quantum ad habitus,& non quantum ad vlum. Quia cum in his duob. elementis magis vigeant qualitates actiuæ. l. frigiditas in aqua, & caliditas in igne, magis sunt generationis, & corruptionis principium: & tales effectus illorum non erunt amplius. Et ideo propter hoc dicuntur interire. Vel ideo dicũtur, secũdum aliquos, interire, quia (vt ait Basilius) super illud psalmistæ: *Vox Domini intercidentis flammã ignis: Deus separabit ab igne illud quod est calidum vltrã, & ab aqua illud quod est frigidum, & glaciale, & faciet in infernum descendere.* Nam de omnib. elementis ignobile tendet deorsum, sicut grossum, terreũ, & opacum, ac tenebrosum, ad cruciandũ damnatos, iuxta illud Sap. 5. *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Perspicuum autem in aqua, & lux in igne manebit, & ascendet sursum ad lætificandum beatos.

Dicit quoque Ricar. vbi supra q. 5. Quod conueniens est, quòd cum innouabitur homo, lux etiam in corporibus cœlestib. augeatur. Et ex consequenti quod elemẽta abundanti° illuminabuntur, quam modo, quia ab ipsis corporibus cœlestib. recipient maioris luminis influentiam. Nec est inconueniens, si opinemur, quòd vltra illam claritatem, quam ab ipsis cœlestib. corporibus recipient, etiam alia eis claritas imprimetur. Sicut enim animæ electorum per lumẽ gloriæ aliquo modo angelis conformabuntur: (manente tamen differentia in essentia, & proprietatibus naturalib°) sic corpora inferiora per suã illustrationem aliqualiter conformabũtur corporibus cœlestibus, salua tamen differentia in essentia, & proprietatibus naturalibus.

Elementa quomodo interire dicũtur.

EX prædictis autem patet, quòd terminabuntur transmutationes elementorum, & generationes animalium, & plantarum, Et propter ista dicuntur interire elementa, non quantum ad substantiam, sed quantum ad actionem, & passionem.

Aliquibus argumentis ostenditur, animalia, & vegetabilia non debere destrui

Sed contra prædicta argui posset, quod animalia & vegetabilia non deberent destrui, quia sunt ad ornamentum elementorũ: ergo quando elementa meliorabuntur, etiam animalia, & vegetabilia debẽt meliorari, nec ab eis auferri debet ornat° eorum. Præterea sicut elementa seruiunt homini, ita vegetabilia, & animalia bruta: ergo sicut in mundi innouatione nobilitabuntur elementa, videtur, quod etiam debeant nobilitari ipsa animalia bruta, & vegetabilia. Præterea vegetabilia, & bruta, nobiliora sunt elemẽtis: quia elemẽta ordinantur ad mixtũ: mixtum aũt ad vegetatiuum, & sensitiuum: ergo mixta magis videntur esse de perfectione vniuersi, quã elementa, & ex consequenti, quod magis debeant remanere. Ad hæc autem respondet Ricar. vbi supra q. 6. dicens, quòd creaturarum quædam sunt incorruptibiles, secundum se totas, vt Angeli, & corpora cœlestia. Quædam sunt corruptibiles secundum se totas, vt vegetabilia & bruta. Quædam vero sunt incorruptibiles, secundũ

partem magis principalem, sed secũdum partem minus principalem sunt corruptibiles, vt homines; qui sunt corruptibiles secundum corpus, sed incorruptibiles secundum animam. Quædam verò sunt corruptibiles in partibus, & incorruptibiles in toto, non quod eorum natura ex parte sua tota sit incorruptibilis, sed quia propter ordinem vniuersi non adest corruptens. Et talia sunt elementa. Statui autem incorruptibili non conueniunt ea, quæ secundum se tota corruptibilia sunt, & secundum ordinem mundi corruptibilia. Et ideo talia non remanebunt, cuiusmodi sunt mineralia, vegetabilia, & bruta. Omnes aũt aliæ creaturæ remanebunt. Et quæ sunt in parte corruptibiles, efficiũtur incorruptibiles secundũ se totas. Ad primum ergo dicas, ꝙ animalia non sunt ad ornamẽtũ elementorũ, nisi secundum corruptibilem mũdi statum. Vnde in parte nobiliori aeris non est aliquis ornatus animalium, nec ẽt in igne, quia nõ tã sunt propter ornatum quã propter corruptibilis hominis statũ, & necessitatem. Ad secũdum aũt dicas, ꝙ quãuis animalia, & plantæ seruiant homini, sicut elementa, nõ tamen habent tantã aptitudinẽ ad statum in corruptibilem sicut ipsa, quia incorruptibilia sunt secundum se tota. Ad tertium verò dicas, ꝙ quãuis vegetabilia, & bruta, nobiliora sint simpliciter, quã elementa: non tamẽ quo ad durationẽ, & perpetuationem. Vegetabilia.n. & animalia intra se habent causam corruptionis suæ, nec cælo quiescẽte possent perpetuari in esse, nec eadem in specie, nisi per miraculum. Non est autem congrua ratio, quòd Deus ea per miracula perpetuaret in esse.

Responsio ad obiectiones superius factas.

Sed si materia est causa corruptionis, ipsaque elementa intra sunt composita ex materia, vt ẽt vegetabilia: quare ergo ista nõ habent intra se causam suæ corruptionis? Distingue de causa

PLANETAE NON PVRGABVNtur, sed innouabuntur, quantum ad motus cessationem, & splendoris augmentum.

Fiet quoque innouatio planetarum, secundũ prędictos doctores. Quia autem orbes cælestes, & sidera nullã habent impuritatem sicut elementa, ideo non purgabuntur, sed innouabuntur. Et hoc duplici ratione, i. quantum ad motus cessationem, & splendoris augmentationem. Primo enim quo ad motus cessationem innouabuntur corpora cælestia, quia tunc omnia erunt in dispositione perfecta: melior est autem dispositio quietis, quã motus: ergo omnia quiescent. Dicunt autem aliqui, quod Sol remanebit in Oriente, & Luna in Occidente, vbi creata sunt, iuxta illud Abac. 3. *Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo.* Vnde Isid. super illud Esa. 60. *Non occidet vltra sol tuus*: vt ẽt recitat Magister. in 4. di. 48. c. vlt. ait: *Post iudicium Sol laboris sui mercedem recipiet, & non veniet ad occasum, nec Sol, nec Luna. Sed in ordine, quo creata sunt, stabunt*: hæc ille. Et confirmantur prædicta per ea, quæ habentur Apocal. 10. Vbi dicitur, quod *Angelus iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, qui creauit Cælũ, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, quia tempus amplius non erit.* Ex quo textu sic arguitur: Impossibile est esse motum sine tempore, quia tempus est mensura motus. 1. Physico. Si ergo tempus amplius non erit, igitur motus cessabit. Si autem contra prædicta arguatur sic: Sol per sui motum successiue illuminat diuersas partes terræ; ergo si motus eius cessaret, aliquæ partes terræ remanerẽt perpetuò obscuratæ, quod est inconueniens: Respondetur, ꝙ nullæ partes terræ in superficie sua remanebunt obscuræ, tum quia, vt prędiximus, terra ipsa de se erit illuminata, & clara, tum quia augebitur lux Lunæ, & stellarũ, quæ sufficienter illuminabunt illam partem terræ, quæ à Sole non illustrabitur: Nec est inconueniens, quod vna pars terræ magis illustretur, quam alia, scilicet illa quæ fuit ab hominibus habitata, quæ à Sole principaliter illustrabitur. Vnde notandum ad prędictorum declarationem, secundum Ricardum. in quarta distinctio. 48. art 2. Quod in mundi innouatione cessabit motus corporum cœlestium, non per naturam, sed per voluntatem intelligentiarum ipsa mouentium, & obedientium voluntati Creatoris in desinendo mouere. Sicut ex amore eius modo sibi obediunt in mouendo. Tunc enim placebit

Passiua & actiua corruptionis, & dicuntur sequenter, vt nosti.

Sol in quadrante remanebit post diẽ iudicij.

Obiectio.

Solutio.

Crea-

Digitized by Google

Creatori, vt amplius intelligentiæ corpora cœlestia non moueant, quia tunc habebitur finis motus corporum ipsorum. Nam intelligentiæ mouent ipsa corpora, vt per motum eorum fiat innouatio influentiarum,& contemperantia, quæ requiritur ad generationem,& corruptionem, quousque impleatur numerus electorum. Cum autem ipse numerus tempore iudicij fuerit completus, prædictæ intelligentiæ cessabunt mouere ipsa corpora. Quia omne, quod propter aliquem finem mouetur, rationale est, vt illo fine habito quiescat ab ipso motu. Secundo autem innouabuntur planetæ, & corpora cælestia, quantum ad splendoris augmentum. vnde Esaiæ. 30. dicitur: *Erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter, sicut lux septem dierum.* Ratio autem huius augmentationis erit, quia homo qui est mundus minor, vt supra diximus, ampliori lumine fulgebit. Vnde Saluator ait, Matth 13. *Fulgebunt iusti sicut Sol.* Ergo: tam lux maioris mundi debet augeri, vt non sit deformitas inter minorem, & maiorem mundum. Quæ lux, & formositas totius machinæ mundalis in æternum permanebit, ad consolationem electorum, sicut & inferni obscuritas, & turpitudo, ac miseria æternaliter durabit, ad malorum afflictionem: ita mandante, & decernente supremo iudice bonorum,& malorum, cum de Cœlo veniens iudicabit viuos, & mortuos,& sæculum per ignem.

Corpora cælestia, & planetæ innouabuntur, quantũ ad splendoris augmentum.

De aduentu iudicis ad iudicũ.

Qvaliter autem veniet iste iudex, habetur Apocal. 14. vbi inquit Io. *Vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem, sedentem similem filio hominis, habentem in suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* Actuum quoque primo capitulo dicitur: *Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in Cælum? hic Iesus, qui assumptus est à vobis in Cœlum sic veniet,* scilicet gloriosus, *quemadmodum vidistis eum euntem in Cælum.* Item Iudæ vnico capitulo, dicitur: *Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere impios de omnibus operibus impietatis eorum.* Sciendum est autem quod auctoritas iudicandi,& iudiciaria potestas pertinet ipsi Deo, secundum Ricardum,& Bonauẽturam, in quarta distinctione 48. tamen tota Trinitas hanc auctoritatem iudicandi dedit homini Christo, vt inquit Dominus Bonauent. vbi supra ar. 1. q. 1. Et hoc est quod inquit Saluator Matt. vlt. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra,* & Ioan. 5. etiam dicit: *Pater omne iudicium dedit filio*, & Actor. 3. scriptum est: *Dominum fecit Deus hunc Iesum, potestate etiam cætera sibi subijciendo,* & 10. c. eiusdem libri dicitur: *Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Sancti autem Apostoli, & omnes alij viri perfecti iudicabunt simul cum Christo, non vt principales, sed vt assessores: vt inquit Ricar. in 4. di. 47. ar. 1 q 7. Et hoc est quod habetur Sap. 3. *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis* & Iob. 36. dicitur de Christo: *Iudicium pauperibus tribuit.* & Matt. 19. dicit Saluator: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Super quibus verbis dicit August. 20. de ciuit. Dei c 5. & Alex. de Ales. in 4. parte summæ, in tractatu de iudicio vniuersali: Quod *per duodecim tribus Israel, intelligitur vniuersitas iudicandorum: & per duodecim Apostolos omnes viri perfecti designantur.* Et ideo ait Paulus 2. ad Cor. 6. *An nescitis quia Angelos* scilicet malos *iudicabimus?* &c. Alij autem qui non fuerunt ita perfecti, sed tamen saluati sunt, iudicabunt reprobos sententiæ approbatione, qui approbabunt sententiam iudicis, iuxta illud Apoc. 19. *Audiui vocem turbarum multarum in cælo, dicentium: Alleluia, laus & gloria, & virtus, Deo nostro, quia vera, & iusta iudicia eius.* Et hoc modo iudicabunt omnes electi. Dicentur etiam minus mali iudicare magis malos, ratione minoris sceleris perpetrati, vt inquit Richard. vbi supra. Et sic intelligitur illud Luc, 11. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam.*

Omnes resurgentes an videbũt diuinitatẽ Christi & qualiter.

SI autem quæratur, nunquid omnes resurgentes videbunt Christum æquali modo? Respondeo secundum Ricar. in 4. dist. 48. art. 1. q 2. Bonau. ibidem ac Alex. vbi supra. Quod nullꝰ de reprobis videbit diuini-

diuinitatem Christi, per visionem apertam, quia sic esset beati: vt inquit Hugo in libro de sacramentis. & Magister in 4. dist. 48. & Augustinus, in primo de Trinitate cap. penulti. Oculi enim eorum erũt improportionati ad videndam diuinam claritatem, & erunt penitus inhabiles ad habendam aliquam delectationem. Essent autem beati, si Christum videre possent in forma gloriosa, & essentia diuina. Iuxta illud Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Damnati tamen cognoscent per signa certissima, & per effectus manifestos, quod Christus est Deus, & omnipotens. Et videbunt humanitatem eius gloriosam. De qua tamen visione nõ recipient, nisi dolorẽ maximum, & pœnam: quia oculus infirmus offenditur videndo lumen maximũ. Item quia erunt in odio Christi indurati. Inimicus autem tristatur videndo gloriã illius, quem odit, & cui inuidet. Ideo vidbunt eum cum confusione, & anxietate, & apparebit eis tam terribilis, quod potius vellent, quod infernus eos absorberet, quam illius vultum intueri, & sententiam expectare. De visione autem diuinitatis habetur Esa. 26. vbi dicitur: *Impius non videbit gloriam Domini.* De visione verò humanitatis gloriosę, inquit idem propheta ibidem, loquens ipsi Domino Iesu de reprobis: *Videant & confundãtur, & ignis hostes tuos deuoret* Et hoc est quod scriptum est Apoc. 1. cap. *Ecce veniet in nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Ecõtra autem apparebit electis vultu placabili, & iucundissimo, quia beati videbunt oculo mentali diuinitatem eius in forma propria: Et etiam gloriam animæ ipsius, & oculo corporali gloriã & luminositatem corporis eius, cũ maximo gaudio, & lætitia. Et hoc est, quod scriptum est Esa. 33 *Regem in decore suo videbunt*, vnde Bernard. in quodam sermone ait: *Plenum prorsus omni suauitatis dulcedine, videre hominem hominis conditorem. Ecce enim dulce lumen & delectabile oculis, videre solem iustitiæ, Christum Dominum.*

Mortui in nouissimo die resurgent in locis, in quib. eorum corpora iacebunt sepulcra, vel vbi principalior pars corporis erit.

Mortui in nouissimo

QVo ad secundum, pertinens ad iudicium, scilicet rei præsentationem, Sciendum quod verificabitur illud Apostoli. 1. ad Thess. 4. dicentis: *Ipse Dominus in iussu & in tuba Dei, & in voce Archangeli descendet de cælo.* Sicut etiam descendit in datione legis, vt habetur Exod. 19. & Matt. 24. dicitur: *Mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum.* Vnde sciendum est secundum Ricar. in 4. di. 43. art. 5. q 3. Quòd mortui resurgent illis locis, in quib. tempore resurrectionis, erit pars principalior corporis, iuxta legem, cum in diuersa. ff. de reli. & sumpti. fu. Siue ibi à principio fuerint sepulta eorum corpora, siue alibi translata. Si autem illo tempore continget partes corporis æque principales esse in diuersis locis, vt quia medietas capitis, & medietas cordis, & omnium aliorum membrorum, sit in vno loco, & alia medietas in alio, resurgent in illo loco, qui erit minus distans à loco mortis vel iudicij Si autem vtræque partes, in quibus erit medietas, erunt æque distantes à loco mortis, & iudicij: tunc resurgent in illo loco, in quo statuet Deus. Regulariter autem resurgent mortui in locis, in quibus eorum corpora iacebunt sepulta sicut dicit glossa, super 27. c. Matthæi, & probatur per illud, quod inquit Dominus Ezechielis 37. di. *Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris*, &c. Dicit autẽ Richard. noster, in prædicta di. art. 3. q. 3. Quod causa efficiens resurrectionis corporum non erit vox tubæ, sed solum causa instrumentalis. Dicit ergo Richar. vbi supra, quod Christus in descensu suo, iubebit pulueres, seu partes quascunque corporum mortuorum, recolligi per ministerium Angelorum, & ex illis pulueribus recollectis, præcipiet corpora reformari, & reformatis animas vniri. Et hoc fiet per virtutem diuinam. Voluit autem Deus resurrectionem mortuorum fieri in die iudicij, & non ante, statim post mortem, quod ordinauit multis de causis, secundum beatum Bonauenturam, in quarta distinct. 43. articul. 1. quæstio. 3. Maxime propter nostræ fidei meritationem. Multum enim meremur credendo

Causa efficiens resurrectionis mortuorũ non erit tuba.

Mortuorum resurrectio quare debet fieri in die iudicij, & non ante

Digitized by Google

credendo nos reſurrecturos, qui, ſicut animalia cætera, morimur. Hoc autem meritum non haberemus, ſi videremus mortuorum corpora reſurgere, quia vt ait Gregorius, in homilia Paſchali: *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.* Sciendum eſt ergo, quòd Angeli cuſtodes prouinciarũ in prouincijs, quas cuſtodierunt, clamabunt fortiter, & ſenſibiliter ſono articulato, cum tuba horribili, vocantes omnes homines, vt compareant coram iudice, dicentes: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Quæ omnia conſiderans Chryſoſtomus, ſuper Matth. inquit: *Magna eſt vox illa, cui omnia obedient elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, vincula mortis diſrumpit, & de profundis abyſſi animas corporibus liberatas aſſignabit.* De hac autem reſurrectione mortuorum, & iudicio bonorum, & malorum, prophetatum fuit Daniel. 12. vbi dicitur: *Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij verò in opprobrium ſempiternum* De hac etiã congregatione omnium iudicandorum loquitur Saluator Matthæi 25. Et in Euangelio hodierno dicens: *Cum venerit filius hominis, in ſede maieſtatis ſuæ: & omnes Angeli eius cũ eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* B. ne autem dicit ſedebit, quia iudex debet ſedere in ſententiando. Aliter non valeret ſententia argument. in l. 2. §. in bonorum. ff. quis ordo in bo. poſſ. ſer. & facit. C de offic. ciui. iudi. l. 1. & in auth. de iudi. §. ſed cũt. & C. de ſenten. ex peri. reci. l. finali. Sed contra prædicta de congregatione omnium gentium, videtur illud Ioan. 3. *Qui credit in eo, non iudicatur.* Et ſic videtur, quòd nullus bonus debeat ad iudicium vocari. Et ibidem dicitur: *Qui non credit, iam iudicatus eſt.* ergo nullus infidelis ad iudicium venturus eſt. Item paruuli, qui nihil boni, aut mali operati ſunt, ex quo nihil meruerunt, nec demeruerunt, non debent ad iudicium vocari. Ad hoc reſpondendum, ſecundum ſanctum Bonauent. in 4. diſtin. 47. art. 1. quæſt. 3 & Richar. ibid. quæſtio. 6. Quod in iudicio conſideranda ſunt duo, ſcilicet diſceptatio, ſiue diſcuſſio pro meritis, & demeritis. Item retributio pro bonis, & pro malis operationibus. Quãtum ad retributionem, omnes iudicabũtur etiam Angeli, tam boni, quàm mali. Boni enim Angeli, quamuis habeant ſuã beatitudinem eſſentialem, tamẽ pro miniſterio, quod nobis exhibuerũt, recipient aliquod accidentale præmium. Similiter mali Angeli, pro malis ſuis recipient, ſi quid pœnę deeſt eis. Nõ enim ſunt totaliter cruciati ſicut debent, ſed in iudicio plenariè recipient ſupp'ementum omnium pœnarum. Similiter etiam reprobi homines recipiẽt augmentum pœnarum in reſumptione corporum, & electi præmium & gaudium. Et hęc eſt ratio, quare omnes debeant in iudicio comparere, tam homines, quàm Angeli, ſiue boni, ſiue mali. Et ſecundum hoc poteſt intelligi illud. 1. Cor. 6. *Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus?* Quantum autem ad diſcuſſionem, non omnes dijudicabuntur, quia ſecũdum Greg. 26. mora. & Alex. de Ales. in 3. parte ſummæ, in declaratione ſymboli Apoſtolici, & magiſtrum in 4. diſt. 47. art. 3. *Alij iudicabuntur, & peribunt: vt illi, qui aliqua bona habuerunt permixta ſuis malis, ſed mala finaliter præponderauerunt. Vnicuique enim ipſorum dici poterit illud* Dan. 5. *Appenſus eſt in ſtatera, & inuentus eſt minus habens. Pondus namque & ſtatera iudicia Dei ſunt.* Prou. 16. *Alij non iudicabuntur, & peribunt, vt illi quorum mala fuerunt intermixta bonis, ſic vt illi qui fundamenta fidei caruerunt. Alij vero iudicabuntur, & ſaluabuntur, vt hi quorum merita bona fuerunt permixta malis, ſed bona præualuerunt, & præponderauerũt. Alij non iudicabuntur, & ſaluabuntur, vt hi quorũ merita fuerunt, ita perfecta, quòd nullis malis, aut paucißimis fuerunt permixta, ſed per pœnitentiam purgata. Vt ſunt viri perfecti, & etiam paruuli ab originali peccato purgati, qui deceſſerunt ante liberi arbitrij vſum. Similiter, & Angeli ſancti.* hæc ibi. Quando ergo dicitur, quòd qui credit, non iudicatur, intelligitur de perfectis quo ad diſcuſſionem, qui nulla habẽt mala diſcutienda, non autem quo ad retributionem. Et quando dicitur, qui non credit, iam iudicatus eſt, intelligitur de infidelibus, quo ad diſcuſſionem. vnde

Aliquæ auctoritates adducũtur, ac declarãtur, quæ videntur ſonare quod iudicij dies non ſit futurus.

Digitized by Google

Alexand. de Ales super illa verba, Psalmi primi: *Non resurgent impij in iudicio*, inquit, *scilicet, ad hoc vt iudicentur iudicio discussionis*, quia tam horrenda peccata sua erunt, q̃ discussione non indigent: tamen resurgẽt in iudicio punitionis. Et sequitur in prædicto Psalmo: *Neque peccatores in consilio iustorum*, scilicet sententiæ approbatione; tamen resurgent, & apparebũt coram iudice, vt puniantur. Et rationem assignat Richar. in dist. 47. art. 1. q. 4. Quare omnes in iudicio personaliter apparebunt, scilicet vt conscientiæ singulorum in præsentia iudicis singulis pateant, ad diuinæ iustitiæ manifestationem. Et vt viui, hoc præscientes debere fieri, diligentius se præparent, vt in tanta congregatione. & coram tanto iudice, extremam non recipiant confusionem. Non enim erit ibi defensio per procuratorem, quæ admittitur in causa criminali. ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. & ff. an per alium. cau. appel. l. 1. §. 1. & C. de accusationib. l. reos. & 5. q 3. c. in criminalib. De quo distingue vt per glossam, & doctores. in l. seruum quoque. § publice. ff. de procu. Omnes ergo in iudicio personaliter apparebunt, vt singuli iudicem, quo ad humanam naturam, videant, ad consolationem electorũ, & reproborum afflictionem ampliorem.

QVo ad tertium. s. de loco iudicij, in quo congregandi sunt omnes homines, habemus scripturam Ioel. 3. vbi inquit Deus: *Adducam omnes gentes in valle Iosaphath; & disceptabo cum eis*. Pro quorũ declaratione sciendum secundum Alex. de Ales. vbi supra & Richar. in 4. dist. 48. art. 1. q. 7. Quod Christus non descendet in vallem Iosaphath; sed super montem Oliueti, de quo in Cœlum ascendit, & residebit in aere, in throno fulgentissimo, in loco alto, vt ab omnibus possit videri, parum citra locum, in quo Apostoli desierunt ipsum corporaliter videre, quando ascẽdebat in cœlum, homines autem congregabuntur in valle Iosaphath, cui præeminet mõs Oliueti, & quot in illa valle poterunt capi, tot erunt ibi. Alij circa vallẽ, quidam propinquius, quidã verò remotius, electis tñ ad dexterã iudicis existentibus, non in terra, sed in aëre, iuxta illud 1. ad Thess. 4. *Rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aëra*: sed perfecti eminentius, & magis propè iudicem erunt: reprobi verò in terra stabũt, à sinistris iudicis, vt habetur expresse Matth. 25. Et in Euangelio hodierno, & his cõcordat magister. in 4. di. 48. c penul. dicens: *Boni reperientur obuiam Christo in aëra, reprobis in terra, quam dilexerint, remanentibus*, in qua vt quidam prædicator ait: *Iacebunt sicut vermes fœtidi, & valde lassi; sed à dæmonibus constringentur statim erecti, ad audiendam sententiam perpetuæ damnationis suæ. Et erunt turpissimi, atque nigerrimi, & valde horribiles ad videndum, & à dæmonibus incatenati.* Et dicũt doctores, quòd magis congruũ est, quòd Christus iudicando stet in aëre super montem Oliueti, quàm super locum in quo passus est, quia passus est in forma infirma: sed iudicabit in forma gloriosa, sicut, & ascendit. Dicitur autem, quod iudicabit in valle Iosaphath, q̃a Iosaphath interpretatur locus iudicij.

Christum quare potius iudicabit in monte Oliueti, quam in monte Caluariæ.

AD prædicta potest addi ratio, quare iudex, & iudicandi debeant conuenire simul in loco iudicij. In bono. n. iudicio, pars à parte, & iudex à partibus potest facere interrogationes. c. iudicantẽ, 30. q. 5. & extra de dolo & contu. c. pront. & de concess præben c. post electionem. & ff. de interro. actio. l. fi. fine interrogatione. Nam merita causarum partium assertione pandũtur. extra de in integrum resti. ca. cum ex litteris. & cap. qualiter. & quando. el. 2. de accu. & C. si per vim vel alio modo. l. 2. Quæ omnia fient in iusto, & perfectissimo vniuersali iudicio.

Quare iudex, & iudicandi debẽt cõuenire simul in loco iudicij.

QVo autem ad quartum scilicet de accusatoribus, sciendum est, quòd licet Deus omnia sciat, vt habetur ad Hebr. 4. & c. Deus omnipotens. 2. quæstio. prima. Imo scit omnia antequã fiant. 26. q. 5 c. fin. in fine. Et ipse scit cor da, & volũtates hominum. ca. nouit. de iudi. & ca. 1. extra. ne sede va. & ipse scrutatur cordiũ secreta. c.

In iudicio vniuersali accusatores erunt.

tua

tua nos.de simo. Et est testis omniũ, quæ aguntur in hoc mundo.§.penul.in authẽ. qui.mo.na.: f. legit. & c. & si Christus. de iureiur.ibi, testis est mihi Deus. Et ideo nõ est opus, quo ad ipsum, habere aliquẽ accusatorem,aut testem ad faciendum iudicium.Tamen quia sententia citra ordinem iudiciorum à præside lata auctoritatem rei iudicatæ non obtinet. quæst. 6 §. Item sententia. Dominus noster Iesus Christus, ne quis eum iniustum appellare queat , secundum legum ordinationem faciet iudicium iustum,quia quamuis crimina sint nota iudici: tamen non debent ab eo condemnari, nisi sint ei nota in forma iudiciali. *Iudex enim debet iudicare, secundũ allegata,& probata*,& hæc omnia probantur.ff.de offic.præsi.l.illicitas. §.veritas.& C.de iudi.l.iudices. & extra de testi.c.cum causam.& 2.q.1. ca. in primis.§. sed sciendum. & §.his omnibus auctoritatibus,& multis capitulis sequentib. & 2.quæst.7 cap.plerique.& 3.q.7.c. iudicet. & 11.q.3,c.eorum qui.& c.summopere.& 15.q.5.ca.presbyter.& 23.q.4. cum in lege. §.his ita respondet.& 30.q.5.cap. incerta. vbi dicitur: *Quamuis enim vera sint , non tamen credenda sunt ,nec condemnanda,nisi quæ manifestis indicijs probantur, nisi quæ manifesto indicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur*, & in c.nullum.eadem.q.& causa dicitur: *Nullum ante veram inflamque probationẽ iudicare,aut damnare debemus*. Et in c. iudicantem. ibidem dicitur: *Iudicantem oportet cuncta rimari,& ordinem rerum plena inquisitione discutere*. Facit ad prædicta. c.occidit.23.q.8. Faciet igitur Deus venire accusatores contra malos,qui erunt quatuor principales. Primus erit cõscientia propria cuiusque, iuxta illud Dan.7. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Sedit que iudicium , & libri aperti sunt*.i. conscientiæ, & Hiere.2.dicitur : *Arguet te malitia tua*, & Sap.4. *Traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum*,& ad Ro.2.inquit Paul. *Testimoniũ illis reddente conscientia eorũ*. Tunc enim in cõscientia cuiusq; patebũt oĩa scelera,& qui de peccatis pœnitentiã nõ fecerũt, in cõspectu totius mũdi cõfundentur, quia vt ait Ber. peccatũ propriũ, cuiq; dicet in iudicio: *Tu me feciſti, opus tuũ sum, ego semper tecũ ero*.

1. *Accusator in die iudicij erit propria conscientia.*

SECVNDVS accusator erit Scriptura sacra,Prophetæ & prædicatores. Ioã.5. *Est qui vos accusat, Moyses,& lex Moysi*.

2. *Secundus, scriptura sacra, Prophetæ ac prædicatores.*

TERTIVS erit Cœlum cum omnibus creaturis.Iob.20. *Reuelabunt cœli iniquitatem eius,& terra consurget aduersum eum*. Vnde Hugo de S.Vict.inquit: *Contra peccatorem in iudicio cœlum dicet: Ego lucem sibi ministraui ad solatium. Aër dicet: Ego omne genus auium sibi dedi ad obsequium. Aqua dicet: Ego diuersa genera piscium sibi dedi ad esum. Terra dicet : Ego panem, & vinum sibi dedi ad nutrimentũ*,hæc ille.Qui iterum ait: *Ignis dicet: In me comburatur. Aqua dicet: In me demergatur. Aër dicet: In me ventiletur. Terra dicet: A me absorbeatur: Infernus dicet: A me deglutiatur*:hæc ille.

3. *Accusator erit, cœlum cum omnibus creaturis.*

QVARTVS erit dæmon,de quo Apocal.12. dicitur : *Diabolus accusator est fratrum,qui accusabit eos ante conspectum Domini Dei nostri*. Sed quinque erunt principales dæmones in iudicio. Primus erit Lucifer, qui post se trahet omnes Reges , Imperatores,Principes,& barones, comites, ac milites prauos,& omnes reliquos superbos,vinctos catena ignea. Apparebit autem ipse dæmon, in corpore terribili assumpto,nigerrimo,& horribilissimo,& accusabit dictos superbos ante iudicem, dicens : Tu me propter superbiã,de Cœlo deiecisti, æquissime iudex ; Ecce isti omnes pessimi leges,& præcepta tua cõtempserunt, pupillos, & viduas occiderunt,ac oppresserunt, vt superbiæ suæ vacarent,& satisfacerent. Tu autem dixisti in Euangelio Luc.14. & 18.& Matth.23. *Qui se humiliat,exaltabitur,& qui se exaltat, humiliabitur*. ergo humilia eos in profundũ inferni. Item isti principes habent in legibus suis, vt patet in proœmio Institut. vbi dicitur: *Imperatoriam maiestatem,nõ solum armis decoratam , sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis rectè possit gubernari. Et princeps Romanus victor existat , non solum in hostilibus prælijs, sed etiam per legitimos tramites , calumniantium iniquitates expellat,& sit tã iuris religiosus quã victis hostibus triumphator magnificus*.hæc ibi.Sed isti

4. *Accusator erit dæmõ, & erunt quinq; principales dæmones, primus erit Lucifer.*

by Google

isti nihil horum fecerunt; quinimo subditos multipliciter vexauerũt, & crudeliter tractauerunt, ergo vindica eos. Tũc iudex volues se ad sanctos prophetas, & Apostolos dicet: Dicatis quid decretum sit à sancto spiritu meo de istis. Tunc surget Ezechiel propheta dicens: Ego prophetaui de talibus libri mei. 22. cap. di. *Ecce principes Israël, singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. Patrem, & matrẽ contumelijs affecerunt, aduenam calumniati sunt, pupillum, & viduam contristauerunt. Sanctuaria mea spreuerunt, & sabbata mea polluerunt: viri detractores fuerunt in te, & scelus operati sunt in medio tui. Propterea ecce congregabo vos in medio Hierusalem, congregatione argenti, æris, & ferri, & stagni, & plumbi in medio fornacis, & succedẽdam in ea ignem ad conflandum. In igne furoris mei conflabimini, in medio eius, vt conflatur argentum in medio fornacis.* Iacobus quoque Apostolus surget dicens: Ego scripsi 4. cap. meæ epistolæ canonicæ, quòd *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Quibus dictis, terribili vultu dicet Christus Lucifero, ac satellitibus eius: Separate eos ad partem sinistram, & sic fiet.

2. Dæmon qui vocatus Mammon, accusabit iudicio iudices, &c.

SECVNDO veniet alius dæmon, qui vocatur Mammon, ducens ante se malos aduocatos, notarios, procuratores, iudices, & potestates, ac officiales, vinctos catena ignea, & dicet: Aequissime iudex contra istos est non solum lex tua Euangelica, sed etiam lex eorum Imperialis & humana. Nam in aut. de man. prin. §. Talẽ col. 3. scriptum est: *Talem verò præbebis semetipsum omnibus tam publicè, quàm priuatim, vt terribilis quidem sis delinquentibus, & indemnis; mãsuetissimus autem, & mitis omnibus placatus & deuotis, ac paternam eis exhibens prouidentiam.* Scriptum quoque est in l. placuit. C. de iudicijs. *Placuit in omnibus rebus, præcipuum esse iustitiæ æquitatisque, quàm strictum iuris rationem.* Sed isti totum oppositum fecerunt, vindica ergo eos. Contra quos etiam surget Esa. propheta dicens verificatum est illud, quod scripsi 1. libri mei cap. 1. *Quo facta es meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ habitant in ea; argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua; principes tui infideles, socij furũ, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. propter hoc ait Dominus exercituum: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* hæc ibi. Et iterum. 10. ca. mei libri dixi: *Væ qui cõdunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis? De longe venietis: ad cuius confugietis auxilium? derelinquetis gloriam vestram, vt incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis.* Adducet etiam iste dæmon medicos, auaros, & cupidos, & allegabit contra eos legem in authen. de tabel. §. Nos aut m coll. 5. dicentem: *Melius est pauca caute agere, quàm multis interesse periculosè. Cuius contrarium isti fecerunt propter auaritiam suam, & fuerunt causa mortis, propter multorum imperitiam.* Contra quos surget Salomon di. illud Sap. 12. *Quoniam odibilia opera faciebant per medicamina, finis condemnationis eorum veniet super illos.* Adducet quoque iste dæmon cum satellitibus suis omnes malos mercatores, & vsurarios, ac contractus malos facientes, fures, & latrones cum raptoribus, & allegabit legem, Nam hoc natura. ff. de condi. indebi. di. *Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletem.* Contra quos surget Ioannes Euangelista di. illud Apoc. 18. c. *Negociatores terræ flebunt, & lugebunt super illam, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Qui diuites facti sunt, clamabunt propter timorem tormentorum: flentes, & dicentes; væ, væ, væ, quoniam vna hora desolatæ sunt tantæ diuitiæ.* Item adducet iste dæmon sutores, pelliparios, cerdones, textores, aromatarios, molendinarios, vendentes oleum, carnes, calceum, & similia, & allegabit cõtra eos legem, bonam, C. de actio. & obli. vbi dicitur: *Bonam quidem in contractibus fidem considerari æquum est*, cuius oppositum isti fecerunt. Contra quos surget Esaias dicens illud eius. 33. cap. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse spernetis? cum consummaueris depredationem, de-*

præda-

Digitized by Google

prædaberis, & cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris. Item adducet barbitonſores, & omnes laboratores tam ruſticos, quam vrbanos, & vendētes in feſtis; ac alia prohibita facientes propter cupiditatem. Itē vacantes vanis ſpectaculis. Contra quos ſurget Amos propheta, dicens, illud eius 8. cap. *Erit in die illa, dicit Dominus, & tremiſcere faciam terram, & conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum.* Iacobus quoque Apoſtolus dicet illud canonicæ ſuæ. 5. c. ſcriptum: *Agite nunc diuites, & plorate vlulantes in miſerijs, quæ venient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tinea conſumpta; aurum, & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo manducauit carnes veſtras, ſicut ignis.* Item adducet iſtæ dæmon, luſores, & blaſphematores, contra quos allegabit legem ſecundam, §. Senatus. ff. de alea. vbi dicitur: *Senatuſconſultum vetuit in pecunia ludere,* cuius oppoſitum iſti fecerunt. Contra quos ſurget propheta Dauid, dicens illud Pſalm. 68. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.* Adducet quoque iſte dæmon omnes, qui proximum decepērūt, & qui crudeles cōtra pauperes fuerunt, contra quos allegabit dicens: Tu dixiſti æquiſſime iudex, Matthæi 7. *In qua menſura menſi fueritis, remetietur & vobis.* Sed iſti mendacijs, falſitatibus, & periurijs proximos damnificauerunt, & duri pauperibus extiterunt, nolētes eis facere eleemoſynam, & in neceſſitatibus ſuccurrere. Ergo durā contra eos proferas ſententiam. Contra quos ſurget Apoſtolus dicens: Ego dixi ad Ephe ſios 5. *Omnis auarus regnum Dei non poſſidebit.* Quibus omnibus auditis dicet Chriſtus: Sicut *beati ſunt pauperes ſpiritu,* Matth. 5. Ita maledicti ſint auari voluntate, vel facto. Tunc dicet Mammonę, Separa eos ad partem ſiniſtram, & ſic fiet.

3. Demon qui vocatur Aſmodeus adducet in iudicio luxuriosos.

TERTIO veniet alius dæmon, qui vocatur Aſmodeus, ligatos ducens; omnes Sodomitas, adulteros, & inceſtuoſos, ac fornicatores vtriuſque ſexus, & omnes luxurioſos, turpiſſimo modo ſtantes denudatos, di. Aequiſſime iudex, tu dixiſti in præceptis tuis. Exod. 20. *Non mœchaberis, nec concupiſces vxorem proximi tui;* quod iſti nullatenus ſeruare voluerunt. Non ſolum autem legem tuam, ſed etiam humanam contempſerunt. Nam ſcriptum eſt, in §. ſancimus in authen. de leno. col. 3. *Sancimus omnes quidem ſecundum quod poſſunt agere caſtitatem, quæ ſola poteſt Deo, cum fiducia hominum animas præſentare.* Contra quos ſurget Hiere. propheta di. illud 5. c. ſui libri: *quia multiplicatæ ſunt prævaricationes eorū, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur: Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, & in gēte tali nō vlciſcetur anima mea?* quaſi dicat, omnino vlciſcar. Similiter Eze. di. illud 22. c. ſui libri: *Vnuſquiſque in vxorem proximi ſui, operatus eſt abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororem ſuam oppreſſit in te. Ideo diſpergam te, & deficere faciam immunditiam tuam à te.* Surget quoque Ioel dicens illud, 3. ca. ſui libri: *Poſuerūt puerum in proſtibulo, & puellā vendiderunt pro vino, ideo velociter reddā eis vicißitudinē ſuam ſuper caput ſuū.* Adducet quoq; iſte dæmon oēs mulieres vanas, & laſciuas, & ornantes ſe more meretricio. Contra quas ſurget Eſa. di. illud. 3 ca. ſui libri: *In die illa auferet Dominus ornamentū calceamentorum, & lunulas, & torques, & armillas, & mitras, & murenulas, & amuſios, & inaures, ac gēmas, in frōte pendentes, & mucatoria, & pallia, & linteamina, & acus, & ſpecula, & vitta, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali ciliciū, & mœrebunt, atq. lugebunt.* Item adducet oēs chorizantes, quia ex chorea cauſatur luxuria. Contra quos conſurget Eſa. di. illud 3. c. ſui libri: *Pro eo, quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerūt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant pedibus ſuis, ac cōpoſito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarū Sion, & crinē earū nudabit.* Adducet quoq; multitudinē cantorū, & pulſantiū, qui ſunt etiam cauſa luxuriæ. Cōtra quos ſurget Io. Euang. di. illud Apoc. 18. *Suſtulit vnus Angelus fortis lapidē magnū, & miſit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas,*

ciuitas, & vltra non inuenietur. Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentiũ, & tuba, non audietur in ea amplius. Adducet quoq; gulæ deditos, quæ est causa luxuriæ, *quorũ Deus venter fuit*, vt inquit Apostolus ad Philip. 3. Itẽ oẽs ebriosos, quia ab ebrietate nascitur luxuria, secundum illud Apostoli ad Ephe. 5. *Nolite inebriari vino, in quo luxuria, Luxuriosa enim res est vinũ, & cõtumeliosa ebrietas*, c. luxuriosa. 35. di. Et accusabit eos dæmõ dicẽs: Scriptũ est, ad Eph. 5 *Omnis fornicator, aut immundus, non habebit hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Quibus omnibus auditis, dicet Christus dæmonibus: de quolibet ex supradictis, *quantum in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.* Apoc. 18. & ad sinistram faciet eos segregari.

4. Dæmon qui vocatur Beelzebub, ducet hæreticos.

QVARTO dæmon, qui vocatur Beelzebub, adducet vinctos, oẽs hæreticos, schismaticos, & incantatores, maleficos, & sortilegos, & diuinos, & dicet Christo: Aequissime iudex, tu præcepisti quod vnum Deũ adorarent, & nõ facerent scuiptilia, aut maleficia: vt patet Exod. 20. & Deut. 4. & Micheæ 5. Illi aũt oppositum fecerunt, & sacrã scripturam deprauare studuerunt, ecclesiamque tuam, ac fidem contaminauerunt. Tunc allegabit contra eos, legẽ nullus, & legẽ nemo C. de malefi. Vbi prohibentur diuinationes, incãtationes, & maleficia. Et etiã legem. 2. eo. ti. vbi dicitur: *Ars mathematica dãnabilis penitus interdicta est.* Itẽ allegabit. ca. firmissime. de hære. Vbi dãnantur oẽs hæretici, & schismatici, & c. illud. 26. q. 2. Et cõtra rebelles Ecclesiæ allegabit. c. non decet. & c. præceptis. 12. di. vbi omnibus præcipitur, vt Romanæ obediant Ecclesiæ. Cui dicet Christus: *Isti sunt lupi rapaces, fures, & latrones, qui non sunt ingressi per ostium in ouile*, sicut debebant. 10. 10. qui condemnati sunt. 26. q. 2 c. illud. & c. qui sine. & q. 4. c. sciendũ & c. Igitur. & c. non liceat. & q. 5. c. nimirum. & c. Episcopi. & q. 7. c. admoneant. & c. non licet. Exclamabit ergo Christus dicens dæmonibus: Separate eos ad sinistram, nec poterunt suis incantationibus contradicere.

5. Dæmon qui vocatur Beemoth, conducet omnes clericos malos, &c.

QVinto veniet dæmon qui vocatur Beemoth, qui ducet oẽs malos clericos, presbyteros, Episcopos, Archiepiscopos, Cardinales, & summos Pontifices, & oẽs Simoniacos. Contra quos allegabit legẽ, Si quenquam C. de Episcopis, & clericis, vbi dicitur, quòd non debẽt emere beneficia, & quod profecto indignus est sacerdotio, qui non fuerit ordinatus inuitus. Et ibidem dicitur: *Nemo sacerdotij gradũ precij venalitate mercetur.* Dicet ergo dæmon: Domine tu elegisti istos, vt facerent fructum in Ecclesia tua. Isti aũt hypocritæ, *in vestimentis ouium ambulantes*, dissipauerunt Ecclesiam potius quam ędificauerunt. Tunc exurget Ezechiel di. illud. 34. c. sui libri. *Væ pastoribus, qui pascebãt semetipsos. Nonne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum est non alligastis; & quod abiectum est non reduxistis; & quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem bestiarum. Ecce ego requiram gregem meum de manu eorum.* Item adducet iste dæmon omnes monachos, & monachas, ac religiosos, & allegabit contra eos. §. Si quis in aut. de monachis coll. 1. vbi dicitur: *Si quis futurus est monachus, perfectione indiget, & diuinorum eloquiorum eruditione, & cõuersionis integritate.* Contra quos surget Dauid di. illud Psalmi; *Peccatori aũt dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas*, scilicet, prædicando bona, quæ non facis, & *assumis testamentum meum per os tuum?* scilicet, indignè communicãdo. *Tu vero odisti disciplinam*, scilicet non obseruando regulam tuam; & *proiecisti sermones meos retrorsum*, scilicet contumaciter inobediendo. *Si videbas furem, currebas cum eo.* s. paupertatem non seruando, aut prędicationem, vel sacramenta vendẽdo, & *cum adulteris portionem tuam ponebas*, votum castitatis violando. *Os tuũ abundauit malitia*, discordias seminãdo. *Et lingua tua cõcinnabat dolos*, officia, & dignitates vsurpãdo. *Sedens aduersus fratrem tuũ loquebaris*, murmurando, & ad

Digitized by Google

& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, detrahendo,& bonum in malũ conuertẽ do,*hæc feciſti, & tacui.* ſ. vſq; nunc. *exiſtimaſti* iniquę ſub velo religionis,*quod ero tui ſimilis* conſentiens malis,quæ perpetraſti, *arguam te.* ſ. iudicando, *& ſtatuam contra te faciẽ tuam,* te ad inferna cõdemnando Quibus omnib.auditis,dicet Chriſtus illud Matt. 12. *Hi proximum inducĩ accipient,* quia fuerunt omnibus alijs hominibus magis ingrati, facietq; eos ad ſiniſtram ſeparari. Poſtea veniet dæmon,cuiuslibet peccati auctor, ante iudicem,quemlibet ſinguláriter accuſans,iuxta illud Aug. in quodam epiſt. dicentis: *Præſto aderit aduerſarius noſter diabolus,cum recitabuntur verba profeſſionis noſtræ, & obijciet nobis quæ fecerimus, & in quo loco peccauerimus, & qua hora, & quid boni tunc temporis facere debuimus, & ſi tales inuenti fuerimus, exultabit ille nequiſſimus,agens talem cauſam.* Dicturus eſt enim diabolus; Aequiſſime iudex, iudica hunc eſſe meũ per culpã, qui tuus eſſe noluit per gratiam: tuus eſt per naturam, meus p miſeriã,tuus per paſſionem meus per perſuaſionem: tibi inobediens fuit,mihi obediẽs:à te accepit immortalitatis ſtolã, à me criminoſam hanc, qua indutus eſt tunicã:tuam veſtẽ dimiſit, cũ mea veſte huc aduenit,omnia quæ huc attulit,mea eſſe video,mea cõcupiuit, meus eſſe voluit, & ideo mecum puniri debet. Heu heu, poterit ne talis aperire os ſuum,qui talis inuenietur, vt iuſtè cum diabolo damnetur?

Veniet vltimo dæmõ cuiuslibet peccati auctor, quilibet particulariter accuſans.

Teſtes examinabuntur, qui e rum multi.

QVinto principaliter in hac parte examinabuntur teſtes, quorum primus erit Angelus cuiuſq;.Vnde Chryſo. ſuper Matth.inquit: *Angeli aderũt cum ipſo teſtificantes,quantum. adminiſtrauerunt à Deo miſſi* Secũdus teſtis erit filius indiſciplinatus cõtra patrem ſpiritualem, & temporalis cõtra temporalẽ.Ideo Eccle.41. di. *De patre impio conqueruntur filij, quoniam pro patre ſunt in opprobrium.* Tertius teſtis erit clamor pupillorum orphanorũ,& viduarũ, & oppreſſorum.De quib.Sap.5.dicitur: *Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos,qui ſe anguſtiauerunt,& qui abſtulerunt labores illorum.Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis:dicẽtes intra ſe,pœnitentiam agentes,& præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitã illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore.Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Quartus teſtis erit Chriſtus,& paſſio eius, iuxta illud Hieronymi in quodam ſermone: *Crux Chriſti contra te percrabit: Chriſtus per vulnera ſua contra te allegabit,cicatrices contra te loquentur, clauꝺe te conquerentur.* Dicturus eſt enim Chriſtus cuilibet peccatori, illud Auguſt.in libr, de vanitate mundi: *Ego te homo de limo terræ, his manibus meis formaui, & in paradiſum meum,quod non mereberis, collocaui; ſed tu me iuſſa quę mea contemnens, deceptorẽ ſequi voluiſti. vnde,& iuſta pœna damnatus, in inferni ſupplicijs deputatus es. Poſtea tui miſertus, carnem aſſumpſi, in terris degens vitam, inter peccatores habitaui,contumelias, & verbera pro te ſuſtinui, vt te eriperem,colaphos,& ſputa ſuſcepi, vt te honorarem: acetum cum felle bibi, vt dulcedinem paradiſi deguſtares. Spinis coronatus,cruci affixus, lancea vulneratus, ſum propter te mortuus: in inferno poſitus,ad inferna deſcendi, vt te ad paradiſum reducerem: tartara adij, vt in cœlis regnares. Agnoſce ergo impietas humana,quanta pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te ſuſcepi, ecce clauorum foramina,quibus affixus in cruce pepẽdi.Suſcepi dolores tuos, vt te ſanarẽ, ſuſcepi pœnã, vt tibi darẽ gloria,ſuſcepi mortẽ, vt tu vitam haberes immortalem.* O miſeri peccatores quid reſpondebitis Dño noſtro Ieſu Chriſto? Dicturus eſt enim ſecundum Chryſ. ſuper Matth. *Ego propter vos homo factus ſum,propter vos alligatus,deluſus,cæſus,& crucifixus. Vbi eſt tantarum mearũ iniuriarũ fructus? ecce ſanguinis mei pretiũ, quem dedi in redemptionem animarũ veſtrarũ, vbi eſt ſeruitus,quam mihi pro pretio ſanguinis mei debuiſtis? Ego ſuper gloriam meam vos amaui, & vos viliorem me omnibus rebus veſtris feciſtis.Nam omnem rem terræ viliſſimam amplius, quàm me dilexiſtis.Quid potui vobis facere,& nõ feci?* O inſenſati peccatores quis veſter aduocatus tũc erit? Quis vos defendet cõtra furoreꝺ omini? profectò nihil vobis remanebit, niſi illud quod inquit Chryſo.vbi ſupra di. *Plangent ergo omnes tribus terræ, quia nec virtus*

resistendi erit contra eum, nec fugiendi facultas à facie eius, nec pœnitentiæ locus, nec satisfactionis tempus. angustia erit omnium rerum, nihil quæ eis remanebit præter luctum. Quæ omnia considerans Bernardus in quodã sermone inquit: *Attende, quàm cito veniet dies vltima; subito veniet, & forsitan hodie erit; iam adest, iamiam præsentaberis ante Christi tribunal, & tremendum iudicẽ, accusaberis de multis, & magnis offensis, & de innumeris criminibus, non dubijs, & certis; non vno accusatore, sed tot quot sunt delicta tua, ij se iudex erit districtus accusator tuus, omnes etiam boni, & mali coram Deo accusabunt te cum eo, tot iudicibus populis astabis, quot te præcesserunt in opere bono, tot conuinceris testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, omnibus populis indicabuntur iniquitates tuæ, & cunctis agminibus patebunt scelera tua, non solum actuum, verum etiam locutionum, & cogitationum. hinc erunt accusantia peccata, inde terrens iustitia, subtus patebit horrendus infernus, desuper iudex iratus, intus remorsus conscientiæ, foris mundus ardens. Si iustus vix saluabitur, peccator sic deprehensus in quam partem se premet? latere est impossibile; apparere intolerabile.*

Auxilium Beatæ Virginis Mariæ, & sanctorum, nihil peccatoribus proderit in die iudicij.

O Stultissimi peccatores, quare non contremiscitis? Non enim tunc beata virgo Maria poterit vos adiuuare. Ad eã enim conuersus Dominus Iesus post prædictam discussionem, interrogabit, quid fiendum sit de vobis? Cui illa respõdebit: O fili benedicte, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei, quamdiu fui in mundo, semper tuæ sanctissimæ voluntati me volui conformare. Nunc ergo, quia nõ est amplius tempus misericordiæ, sed iustitiæ, nihil aliud dico, nisi vt facias iustitiam: cum illa tamen misericordia, quæ sine præiudicio iustitiæ fieri potest. Interrogati etiam Angeli, Apostoliq́ue, ac sancti, omnes contra vos exclamabunt, dicẽtes: Acquissime iudex, iustitia requirit, vt pro qualitate delicti, sit & plagarum modus. l. Pedius. ff. de incen. rui. & nau. Et ideo in æternũ punias hos maledictos peccatores. Quæ omnia cõsiderans Augustinus in quodam sermone ad Eremitas, inquit: *Fratres mei dilectissimi, in omnibus operibus vestris semper mementote, quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit in corpore suo.* Cauendum est igitur ne ante illud tribunal terribile, vacui, vel denudati appareamus. Non enim tunc sancti subuenient, quia tempus miserendi, & misericordiam impetrandi non erit, etiam si quis cõfugerit ad gemmam Paradisi Mariam: oẽs enim contra nos erunt: Abel cõtra inuidos, & homicidas: Abraham contra inobedientes: Isaac contra impatientes: Iacob contra gulosos: Ioseph contra incontinentes, & sortilegos: Ioannes Baptista contra adulatores, & adulteros: Petrus cõtra Simoniacos, omnesq; ad cælũ clamabunt sancti: Vindicta, vindicta, vindicta de his obstinatis, & maledictis peccatoribus.

PARS TERTIA, SERMONIS de iudicij vniuersalis finitione, & sententiatione, siue retributione.

Finitio, ac retributio vniuersalis iudicij, quæ post discussionem erit.

FACTA prædicta discussione à Domino Iesu Christo, & collocatis bonis à dextris, malisq; à sinistris, vt dicitur Matth. 25. c. & in Euangelio hodierno: ex quo denotatur, quòd oues. i. boni, qui erunt à dextris, debẽt saluari; hędi aũt id est, mali, qui collocantur à sinistris, debent condemnari, iuxta illud, Prouerb. 4. *Vias quæ à dextris sunt nouit Dominus, peruersæ verò sunt, quæ à sinistris*: Benignus saluator noster facie læta, & vultu hilari, ad dextram partẽ se cõuertens, aspicienſq; suam dulcissimam matrẽ, in throno fulgentissimo, ad dextram suam sedentem, iuxta illud, Psal. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*: Quod præfiguratum fuit. 3. Reg. 2. per Salomonẽ, qui fecit sedere in throno, ad dextrã suã collocato, matrẽ suã: suauissima voce ei dicet: O genitrix mea charissima; O virgo sacratissima, O mulier sup oẽs mulieres benedicta, ecce iã tẽpus est, vt cũctis hominib', q fuerũt in mũdo, innotescat gloria tua, videantq; oẽs remunerationẽ, quã tibi

De retributione bonis facta.

Digitized by Google

cibi pro innumeris virtutibus tuis præparaui. Tu nempe es illa quæ humanitate tua, ad tuum me verum inclinaſti, tu me nouem menſibus in ventris tui tabernaculo tenuiſti, tu me natum Deum, & hominem in præſepio adoraſti, inuoluiſti pannis, & lacte tuo mellifluo me pauiſti. Tu cum lachrymantem me cernebas, lachrymabaris, cum vigilantem, vigilabas, cum patientem, patiebaris. Tu in brachijs ſæpe portaſti, & corde, ac opere ſemper mecum fuiſti, cum crucifigebar in corpore, tu mecum præ dolore crucifigebaris in anima. Et cùm à toto mundo eſſem derelictus, tu ſola firma in mea fide permanſiſti. En iam toti mundo pariter congregato, ego excelſam gloriam tuam, quam tibi ab æterno præparaui, patenter demonſtrabo. Conſtituo igitur te imperatricem & dominam angelorum, & ſanctorum omnium: cœlique, ac terræ te facio reginã, maioremque tibi gloriam tribuo, quam omnes ſimul ſancti, atque Angeli in cœleſti gloria ſint adepti. Quibus dictis ſuper caput eius fulgentiſſimam coronam, ſtellis fulgentiſſimis ornatam, apponet iuxta illud Apoc. 12. *In capite eius corona ſtellarum duodecim.* Poſtea ad ſanctos Apoſtolos ſe conuertens, dicet vultu iucundiſſimo, & voce ſuauiſſima: Vos eſtis diſcipuli mei chariſſimi, filij, ac fratres dilectiſſimi, qui reliquiſtis omnia propter nomen meum, & pauperes, ac peregrini, per orbem terrarum fideliter laboraſtis, & tandem patienter mortem ſuſtinuiſtis. Iamiam laborum veſtrorum mercedem copioſiſſimam percipietis. Deinde martyribus dicet: O vos fruentes martyres, qui pro meo amore tormenta, & mortes terribiliſſimas ſuſtinuiſtis, & mori potius, quam me negare eligiſtis: nunc æternum præmium laborum veſtrorum recipietis. Deinde alloquetur virgines, di. O vos virgines quæ ſanctam & illibatã caſtitatem tantopere amaſtis: & vos ô ſancti confeſſores, qui corpora veſtra arctiſſima pœnitentia maceraſtis: O vos omnes ſancti religioſi, & religioſæ, qui abnegaſtis propriam volũtatem: O deniq; vos omnes populi Chriſtiani, qui opera miſericordiæ proximis veſtris exhibuiſtis, & mandata mea ſeruaſtis: venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Matth. 25. O dulciſſima allocutio, O verbum iucundiſſimum. O vox ſuauiſſima Ieſu Chriſti, ad æternas delicias electos aduocantis. Dicturus eſt ergo: Venite benedicti à patre cœleſti, & filio, ac ſpiritu ſancto, atque à tota cœleſti curia. Venite vos, qui fuiſtis pauperes, ad abundantiam omnium rerum ſicut prophetatum fuerat Deut. 8. vbi dicitur: *Rerum omnium abundantia perfrueris.* Venite vos, qui fuiſtis humiles, & deſpecti, ad ſummam excellentiam, & glorificationem, ſicut prophetatum eſt, Iob 5. vbi dicitur: *Deus humiles ponit in ſublime*, & 22. c. eiuſdem libri ſcriptum eſt. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Venite vos, qui fuiſtis in pœnitentia triſtes, ad infinitam iucunditatem, ſicut prophetatum eſt Eccl. 1. vbi habetur: *Vſque ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea erit reddito iucunditatis illius,* & & Pſal. penul. dicitur: *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis,* & Eſa. 55. habetur: *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Venite ergo omnes qui in mundo laboraſtis, & onerati fuiſtis, & ego reficiam vos.* Matt. 11. Venite, qui miſericordes fuiſtis, *quia nunc, & vos æternam miſericordiam conſequemini.* Matt. 5. *Eſurini enim & dediſtis mihi manducare. Sitini, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus eram, & cooperuiſtis me. Infirmus & in carcere eram, & viſitaſtis me. Quando. n. hec pauperib⁹ amore meo feciſtis, mihi feciſtis.* Mat. 25. Nã quod mei contemplatione fit, perinde eſt, ac ſi mihi fieret, argu. in l. Aditio. ff. de acqui. hære. & in l. Sed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgari & pupil. Venite ergo ad me fontem omnium bonorum: ad me Paradiſi gaudium, ad me ſummum ſolatium. *Ego enim ſum merces veſtra magna nimis.* Gen. 15.

Peccatores contriſtabũtur, videntes & audientes bonorum præmium.

POſt præmiationem autem bonorum, imo & in ipſa præmiatione ſcelerati peccatores talia audientes, & videntes, vehementer contriſtabuntur: & tundentes pectora cum ſuſpirijs clamabunt, & dicent:

dicent: Væ nobis, quia vocatis illis, nos non vocamur, & nobis nihil dicitur. Væ nobis, quia æternam felicitatem, nunquã habituri sumus, quam si voluissemus pauco labore sicut isti, acquirere potuimus. Hæc enim est maior afflictio, quam habebunt peccatores, quia in æternum se priuatos videbunt gloria Paradisi, vt inquit Ric. in 4. di. 5. ar. 5. q. vlt. Clamabunt etiam, dicentes: væ nobis, quia horribilis damnationis sententiam contra nos audire expectamus. Tunc autem omnes in terram genuflectentes, & prostrati supplicabunt Domino nostro Iesu Christo, dicentes: Rogamus benignissime Domine, licet indigni, vt nobis parcas, & nos cum istis sanctis tuis permanere dimittas. Quibus horribilissimo vultu, terribilissimaque voce respondens, clamabit: Discedite scelerati peccatores, à consortio beatorum. Exclamabunt ergo damnati ad hanc responsionem, vociferantes, & dicentes: O infelix discessio. O crudelis locutio: O terribilis separatio: Alia tamen vice se prosternentes, rogabunt iudicem dicentes: Postquam vis nos discedere à te ò iudex seuerissime, saltem da nobis benedictionem tuam antequam recedamus. Ille autem horribiliori voce exclamans, dicet: Ite maledicti à me, & à tota Trinitate, ac cælesti curia. Tertio autem orabunt dicentes: Ad minus designa nobis aliquem locum amœnum, vel saltem sine aliquo cruciatu. Quo igitur vis, vt pergamus? Quibus iudex asperrimè dicet. *Ite maledicti in ignem.* Tunc quartã petitionem facient dicentes; Vnam rogamus gratiam, vt tempus limites istius ignis, vt non sit perpetuus, sed aliquando inde liberemur. Iudex autem ad modum magni tõnitrui vociferabitur dicens: *Ite maledicti in ignem æternum.* Tunc desperati peccatores, videntes ignem inferni præparatum, ad eos deuorandos. Quintam, & vltimam petitionem facient dicentes: Saltem da nobis aliquos bonos socios, qui nos consolentur in illis maximis cruciatibus. Cum quibus ergo ibimus? Ipse autem iudex iratus exclamabit, di. *Cum diabolo, & Angelis eius,* qui vos in æternum cruciabunt. Et causam istius sententiæ terribilis assignabit, di. *Esurini enim & non dedistis mihi manducare, &c.* Mat. 25. quasi dicat: Propter vestras crudelitates, hæc crudelis sententia contra vos dat, vbi Gregor. inquit: *Si tanta pœna illi datur, qui sua non dedisse conuincitur, qua pœna feriendus erit, qui aliena rapuisse redarguitur?* Quod si propter peccata omissionis impij tot cruciatibus punientur, quantum cruciandi erunt, qui scelera commissionis perpetrarunt? Sciendum ergo, quod licet de operibus misericordiæ, tanquam facilioribus, & ad quæ natura magis inclinatur, in iudicio dicatur Christus debere facere discussionem, tamen alia peccata non pertransiet indiscussa. Imo nec hora temporis quo ad operationem, nec verbum otiosum quo ad locutionem, nec mentis vagatio quo ad cognitionem, sine maxima examinatione pertransibit. De primo Bernard inquit in quodam sermone: *Sicut non peribit capillus de capite, ita nec momentum de tempore, de quo non quæratur.* Si seruatum fuit illud Eccles. 4. *Fili conserua tempus* quo scilicet nihil est pretiosus, secundum Bernard. De secundo Matth. 12. inquit saluator: *De omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij.* De tertio. Sap. 1. dicitur: *In cogitatibus impij erit interrogatio.* Et Origenes, in quodam sermone ait: *In illa die cogitationes accusabunt animas*, & Sap. 6. dicitur: *Cogitationes nostras ipse scrutabitur.*

Causam damnationis assignabit Dominus malis.

O Quantum tremorem tunc habebunt peccatores: O quantum expauescent: O quantũ palpitabunt. Scient enim quod sententia ista contra eos lata erit immutabilis. Dicit enim Deus per prophetam in Psalm. 88. *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* Non enim poterunt querelari, quod ista sententia sit data per falsos testes, iudice circumuento: de quo dicitur Iob. 14. *Saluatorem animæ tuæ nihil fallit,* & eiusdem. 12. *Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur.* Non etiam ab hac sententia poterunt appellare, quia Christus, inquantum Deus,

Deus,non habet ſuperiorem. Appellatio autem ſolum ſit ad iudicem ſuperiorem. l.Imperatores.ff.de appel. & l. ad dictos. C.eodem. Non etiam poterunt vnquam ſperare reſtitutionem in integrum, quia totaliter conterentur.Vnde pſalmiſta inquit Deo: *Tanquam vas figuli confringes eos.* Et ipſe Dominus,Hier.19.ait: *Sic conteram populum iſtum, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltra reſtaurari.* Similiter ipſe miſeri damnati non poterunt aliqua arte mutare hunc iudicem,quia eo non ſunt aliqua ex illis quatuor quæ ponuntur.11.q 3. cap. Quatuor quæ continentur in hoc verſu: *Quatuor iſta,timor, odium,dilectio,cenſus: Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.* Data ergo hac finali ſententia,videbunt damnati ad maiorem eorum dolorem, bonos homines glorioſos,vt Solem reſplendentes cũ canticis,& iubilo cum ipſo iudice ad cœleſtes euolare manſiones,cantantes,& iubilantes.Beata enim virgo Maria incipiet dulciter ſonare: *Te Deum laudamus.* Sanctus autem Ioſeph, cum patre ac matre beatæ Virginis,adiunget: *Te Dominum confitemur.* Sanctus vero Ioannes Baptiſta, cum ſororibus matris Dei, & Magdalena,ſubdet: *Te æternum patrem omnis terra veneratur.* Angeli autem cantabunt: *Tibi omnes Angeli,tibi cæli,& vniuerſæ poteſtates.* Sed Cherubim,& Seraphim dicent:*Tibi Cherubim, & Seraphim, inceſſabili voce proclamant*, virginum autem vna(& forte Catharina) canet cum ſocijs ſuis: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Sanctus verò Franciſcus cum alijs confeſſoribus decantabit: *Pleni ſunt cæli & terra maieſtatis gloriæ tuæ.* Petrus autem cum Apoſtolis canet: *Te glorioſus Apoſtolorum chorus.*Dauid vero cum prophetis addet: *Te prophetarum laudabilis numerus.*Sanctus autem Stephanus Protomartyr, cum alijs martyribus ſubdet: *Te martyrum candidatus laudat exercitus.* Poſtea verò omnes ſancti,& ſanctæ decantabunt pariter: *Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia.* O qualis iucunditas: O quanta exultatio? O quam mirabilis iubilatio,videre illas glorioſas acies beatorum, per turmas ſuas ſe verſus cælum dirigere, & ad tandiu deſideratas polorum ſedes,cum indicibili conſolatione feſtinare,& per omnes orbes planetarum,& per cælum ſtellarum,ac cryſtallinum tranſire,& pulchritudinem illorũ videre: & poſtmodum in cœlum empyreum introire, & ibi ſedes proprias cum ſcriptis aureis ſuorum nominum decoratas inuenire, atque in eis in æternum iubilare,& vnumquemq; eorum dicere:*Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam.*Pſal.131.In quibus cœleſtibus mãſionibus in æternum permanebunt in contemplatione diuinæ maieſtatis, in illa patria beata, de qua Auguſtinus ſuper Ioann. inquit: *Ibi pudici Angelorum chori: Ibi ſocietas ſupernorum ciuium, ibi dulcis ſolennitas à peregrinatione redeuntium, ibi feſtiuitas ſine fine, æternitas ſine labe.* Et contra vero damnati ab horribiliſſimis dæmonibus cum catenis igneis in profundum barathri proijcientur. De quo Gregor.in homilia,inquit: *Ibi erit frigus intolerabile,ignis inextinguibilis,vermis immortalis,fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella ſæuientium, horrida viſio dæmonum, confuſio peccatorum, deſperatio omnium bonorum. Ibi erit miſeris mors, ſine morte, defectus ſine defectu, quia ibi mors ſemper incipit, & defectus deficere neſcit.* O ſi vellemus contemplari lamentationes peccatorum,quando ſeparabuntur à conſortio beatorum, & à viſione Dei, & in ignem inferni proijcientur,profecto prorumperemus in lachrymas, audientes tam lamentabiles voces. *Ibunt enim ipſi damnati eiulantes, & querulantes in ignem æternum: iuſti autem in vitam æternam:* Mat.25.In qua regnabunt cum Chriſto per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Damnati prolatæ finali ſententia ad maiorem dolorem videbunt in ſtos glorioſos ad cæleſtes euolare manſiones. Sancti omnes in cælũ euolantes quomodo canent.

FERIA TERTIA POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMAE.

De orationis commendatione, fructificatione, ac modificatione.

SERMO VNDECIMVS.

deuotionem. Ideo clerici qui obligantur ex statuto Ecclesiæ, & religiosi qui tenentur ex voto regulæ, aut statutorum ordinis vigore dicere horas, debent illas voce exprimere. Et si quando contingat, vt extra chorum, per se illas persoluant, ita debent verba proferre, vt ipsi saltem intelligant, quod loquuntur. Et ideo, in c. dolentes, de cele. miss. reprehenduntur illi, qui syncopizando, & sine deuotione diuinum officium celebrant. Secunda est oratio singularis, scilicet quæ offertur ab homine, in quantum est singularis persona, siue oret pro se, siue pro alio.

Deus an vocaliter vel mentaliter sit orandus.

QVAERITE *Dominum, dũ inueniri potest, inuocate eum, dum prope est.* Esa. 55. c. Mouent doctores vnam quæstionem, vtrum vocaliter Deus sit orandus aut mentaliter. Et quibusdã videtur, quod vocaliter, per illud quod scriptum est, Matth. 6. c. Vbi Christus docuit orantes voce, dicere: *Pater noster, &c,* Ideo dicit Dauid in Psal. *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.* Sed contra hoc inquit Ambrosius, in li. de sacramentis: *Quando oras, noli verbis clamare.* Et gloss. super Matth. 6. c. inquit: *In fide interiori oratur Deus, non in strepitu labiorum.* Et idem dicit Isido. in lib. de summo bono. Et ideo Anna, Mater Samuelis, orando Deum sine oratione vocali, meruit impetrare ipsum filium, tam sanctum. 1. Reg. 1. Talis enim oratio mentalis, facta cum deuotione clamat in auribus Dei. Et ideo Moysi corde Deum deprecanti, ait ipse Dominꝰ. Exod. 14. *Quid clamas ad me?* Ad hanc difficultatem tollendam, respondet Alex. de Ales in 4. parte summæ, in tractatu de oratione, & Richar. in 4. di. 15. & Tho. 2. 2. q. 83. Quod duplex est oratio. Prima est communis quæ fieri debet à ministris Ecclesiæ in persona totius populi qui ad horas dicendas obligantur, in c. presbyter. de cele. miss. Et talis oratio debet innotescere populo, pro quo offertur, vt excitetur ad

Oratio est duplex.

ET quamuis non sit necessarium talem orationem facere, sensibili voce, tamẽ vox ei adiungitur triplici ratione, Primo ratione deuotionis excitandæ: secundo ratione reuerentiæ exhibendæ; tertio ratione affectionis explicandæ. Primo ratione deuotionis excitandæ, vt scilicet per vocem, & verborum sonum, cor excitetur, ad Deum magis timendum, colendum, diligendum, ac desiderandum. Ex quadam enim naturali vnione animæ ad corpus motus corporis diuersimode animæ affectiones excitat: & affectiones animæ, maxime, (si sint fortes) diuersas mutationes faciunt in corpore. Ideo cum quandoque, & quasi sæpius contingat, quod orare volẽtes, propter pondus carnis, & occupationes seculi, ac diaboli tentamenta, mentem habeant aridam, insipidã, debilem, & de Deo parum cogitantẽ, aut certè nihil, adiungenda est talium orationi vox viua, in qua Deus nominatur magnus, & excelsus, bonus, pius, clemens, misericors, & huiusmodi. Vt per talem prolationem euigilent nostri sensus interiores. Idem dico de genuflexionibus, de prostratione ad terram, de tunsionibus pectoris, & similibus. Non indiget his, qui omnium corda scrutatur, & videt: sed ideo fiunt, vt per tales motus, gestusque corporis, torpor mentis excutiatur. Et hanc rationem ponit Hugo in lib. de virtute orandi, c. 11. Secundo adiungitur vox orationi, ratione reuerentiæ exhibendæ, vt Deo

Licet nõ sit necesse orationem singularem facere sensibili voce, tamen vox ei adiungitur triplici ratione.

Genuflexiones, & huiusmodi quæ fiunt.

Digitized by Google

vt Deo reuerentiam impẽdamus, non tantùm corde, sed etiam lingua. Quoniam vt ait Ioan. Damasce. lib. 4. ex duplici natura compositi sumus, ex intellectuali. s. & sensuali. Et ideò duplicem honorem debemus Deo offerre. s. spiritualem & corporalem. Si tamen quis adeò esset in contemplatione perfectus, quòd vocalis oratio remitteret interiorem feruorem, tunc non esset vocaliter orandum, quia mentalis oratio est dignior vocali, vt inquit Alexan. vbi supra, & S. Bona. in 4. di. 15. parte 2. ar. 2. q. 3. & B. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 12. Tertio adiungitur vox orationi, ratione affectionis explicandæ. Nam *ex abundantia cordis os loquitur*, Matt. 12. Propter hæc omnia dicit propheta in verbis propositis: *Quærite dominum*, scilicet mentaliter *inuocate eum*. s. vocali oratione. Super quib. verbis tres considerationes de sacra oratione faciemus. Prima dicetur commendationis. Secunda fructificationis. Tertia & vltima dicetur modificationis.

DE ORATIONIS COMmendatione.

Oratio auctoritatib. commendatur, & primo prophetica.

QVo ad primam partem dico, quòd oratio commendatur auctoritatibus & exemplis. Primo auctoritate prophetica. Nam Iob vlt. cap. ostendit Deus, quòd oratio facta ab aliquo viro, sibi est grata. Vnde dicit, *Seruum meum orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non imputetur vobis stultitia.* & Eccle. 18. dicitur: *Ne impedaris orare semper.* Dauid quoque in Psal. ait: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* & Psal. 37. dicit: *Subditus esto Domino, & ora eum*, & Psal. 5. *Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam.* & Psal. 33. *Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* & Tob. 12. *Bona est oratio cum ieiunio*, & Hierem. 33. *Clama ad me, & ego exaudiam te, dicit Dominus, & annunciabo tibi grandia quæ nescis.* Secundo commendatur oratio auctoritate Euangelica. Nam Matt. 6. c. dicit Dominus: *Tu etiam, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Matth. 26. & Matth. 14. ac Lucæ 22. dicit Saluator noster: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, & Matt. 18. *Omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me*, & Lucæ 21. *Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia ista, quæ uentura sunt, & stare ante filium hominis.* Tertio commendatur oratio auctoritate Apostolica. Ad Rom 12. dicit Paulus: *Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes.* & 5. eiusdem epistolæ c. *Obsecro vos fratres, per Dominum Iesum Christum, vt adiuuetis me orationibus vestris apud Deum.* Et ad Philip. 4. *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum.* & 1. ad Thessal. 5. c. *Sine intermissione orate*, & 1. Pet. 3. *Omnes vnanimes in oratione estote.* & 4 c. eiusdem epistolæ. *Estote prudentes, & vigilate in orationibus.* Quarto commendatur auctoritate canonica. In c. Si quis 36. dist. & cap. duo sunt. 12. q. 1. & in c. Quia sacerdotes. 10. q. 1. & in cap. Si ergo. 8. q. 1. In quibus omnibus iuribus exhortantur ad orandum pro se, & pro aliis illi, qui deputati sunt diuinis officijs. Non solùm enim ille, qui condemnandus est, appellare potest, verum etiam amicus eius pro eo. ff. de appel. l. non tantum. Et ideò vnus Christianus potest ad Deum appellare pro alio in oratione. Vnde Iaco. 5, c. dicitur. *Orante pro infirmo sacerdote, Deus sanabit eum, vel infirmitatem alleniabit.* l. si illi expediet sanitas. *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Quinto commendatur auctoritate Ethica. s. philosophorum moralium. Plato enim in 1. Tim. inquit: *Quòd in omnibus rebus agendis, diuinam opem inuocare debemus.* Deinde subdit dicens: *Sit ergò nostris precibus comprehensum maxime quidem, vt ea dicantur à nobis quæ placeant Deo.* Boet. quoque in 3. de conso. inquit: *In Deo preces vestras ponite, quæ si rectæ sunt, inefficaces esse non possunt.* Et Didymus ad Alex. inquit: *Deus propitiatur orantibus.* Sexto cõmendatur auctoritate poetica, vt Iuue. inquit: *Orandum est, vt*

Oratio commendatur Apostolica auctoritate

Canonica auctoritate oratio commendatur.

Philosophorum auctoritate oratio commendatur.

Digitized by Google

est, vt sit mens sana in corpore sano. Et Ouid. in primo de arte amandi dicit: *Fertur iratus voce rogante Deus.* Idem quoque in lib. de Ponto inquit: *Confugit interdum templi violator ad aram, Hic petere offensi numinis infiat opem.* Septimo commendatur auctoritate authentica. sanctorum. Primo enim Bern. super Cãticum dicit: *Vnicum nobis refugium ac remedium, est oratio, & frequens gemitus.* Et idem Bern. in quodam sermone inquit: *Noli vilipendere orationem tuam, quoniam ille quem oras, non vilipendit ea. Sed antequam egrediatur de ore tuo, ipse eam scribere facit in libro suo.* glo. etiam super illud Psal. *Intret postulatio mea in conspectu tuo Domine,* inquit: *Virtus magna puræ orationis hic exprimitur, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & pergit, quò caro nequit pertingere.* Chrysost. etiam in quadam homilia dicit: *Considera, quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia.* August. quoque in quodam sermone ait: *Grande miraculum, vt homo terra & cinis in sua purissima oratione cum Deo fabuletur.* Et in tractatu de oratione idem dicit: *Quid enim est oratione præclarius? quid vitæ nostræ vtilius? quid animæ dulcius? quid in nostra religione sublimius? Oratio est quæ cœlum penetrat, nubes transit, Dei aures attingit. Oratio est quæ vniuersa desideria nostra in conspectum maiestatis eius effundimus.* Et in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus ait: *Nullum credimus, nisi orationem saluum salutem promereri.* Et in quodam sermone etiam dicit: *Oratio est animæ sanctæ præsidium, Angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium. Oratio scala, columna sanctarum virtutum, Deitatis scala, Angelorum cognata, fundamentum fidei. Beatus qui te amat, sed beatior qui te frequentat.* Chry. quoque in sermone qui ponitur in Dominica 4. in Quadragesima, ait: *Quis enim iustorum non orando pugnauit? Quis non hostem orando deuicit? quanto enim purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerior erit de inimico vindicta.* Hieron. etiam in epistola ad Eustochium inquit: *Nec cibus antè sumatur, nisi oratione præmissa; nec recedatur à mensa, nisi referantur gratiæ creatori. Egredientes hospitium armet oratio: regredientibus de platea oratio occurrat, antequam sedeat: nec prius corpusculum, quàm anima pascatur. Ad omnem actum incessumque manus pingant crucem.*

SEcundo principaliter commendatur oratio exemplaritate. Primo gẽtilium. Nam ait Valerius. lib. 2. c. 1. Quod antiquitus, si aliquãdo intercessisset aliquid iurgij inter virum & vxorem, ambo ibant ad templum deæ Viripiacæ, id est Veneris sic nominatæ, quia viros, vt ipsi putabant, placabat vxoribus, & ibi faciebant solennia sacrificia, & præcipuas orationes. Et post hæc colloquebantur mutuo, & contentione deposita, concordes redibant. Narrat etiam idem lib. 5. c. 10. quòd Xenophon magnus philosophus faciens solenne sacrificium, & orationem, secundùm ritus antiquos, audiuit filium suum maiorem mortuum esse in bello, nec ob hoc ab oratione cessauit, ac sacrificio, quod quidem paucissimi facerent Christiani. Secundo commendatur oratio exemplo Christi, qui sæpius orauit, vt nos ad orationem animaret, vt inquit sanctus Bonauentura, in 3. dist. 17. art. 2. q. 2. De cuius oratione scriptum est, Matt. 13. vbi dicitur: *Quòd dimissa turba, ascendit in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Et Lucæ 6. dicitur, *quòd exiit in montem solus orare.* Et 9. c. eiusdem Euangelij scriptum est: *Facta est, dum oraret, species vultus eius altera.* Omnes etiam sancti (maximè Apostoli & gloriosa Virgo) orationi instabant. De quibus Act. 1. dicitur: *Hi omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria mater Iesu:* O igitur Christiani, imitari studete benedictam Virginem; & in omnibus necessitatibus vestris recurrite ad auxilium sanctæ orationis, ipsamque mitissimam cœlorum reginam interpellate. Legitur enim quòd quidam mirabiliter reuerebatur beatam virginem, in tantum, quòd amore eius omnibus bonis suis relictis, per mũdum pergebat, & Ecclesias ac loca sacra beatæ Virginis visitabat, ac semper in omnibus horis, & factis suis deuotè dicebat: *Aue Maria, &c.* Accidit autem quodam die, vt ipse per quendam locum siluestrem transiret. Et ecce quidam

Commendatur oratio exemplum gentilium, tum Christi, & primo gentilium.

Lege exemplum, vt & tu de beata Virgine Maria fis deuotus.

Digitized by Google

quidam latrones credẽtes eum pecuniam habere, occiderunt eum. Et prope ſtratam ſepelierunt eum, figentes baculum, quem manu portabat, in terra ſuper foueam. Sed ſicut Deo placuit, baculus in os eius intrauit, & ibi radices fecit, ac ramos emiſit, & frondes, & creuit in arborem magnam. Poſt hæc, cùm quidam magnus clericus cum alijs multis inde tranſiret, ab itinere fatigati, ſub vmbra illius arboris quieſcentes, viderunt in quolibet folio eiuſdem arboris apertè ſcriptum: *Aue Maria.* Stupefacti verò de tanto miraculo, quærenteſque à vicinis loci illius, cognouerunt de vita illius peregrini, & morte. Fodientes autem ſub radicibus illius arboris, *inuenerunt* corpus, quod longo tempore ibi fuerat poſitum, ſine putredine & læſione, totum integrum: inuenerũt etiam radices illius arboris eſſe in ore eius. Hoc enim honore ſublimauit virgo B. illum, qui ob ſui reuerentiam, deuotè dicebat omni die, *Aue Maria.*

DE ORATIONIS FRVctificatione.

PARS ſecunda huius ſermonis dicitur fructificationis. Ideò volens de vtilitatibus, quas homo acquirit ex oratione, pertractare, quia ſi ad plenum prædicare de ipſis vellem, verificaretur in me illud Mantuani poetæ in 1. Aeneid. *Antè die clauſo componet veſper Olympo*, ideò breuiter primò tangam generaliter orationis excellentiam & vtilitatem, deinde particulariter eius vtilitates alioquas declarabo. Dico igitur primò, ſecundùm Albertum in tractatu de oratione Dominica, quòd oratio eſt res virtuoſa, perfecta & ſalutifera. Virtuoſa enim eſt adeò, quòd habet maiorem virtutem quàm Angeli. Nam Angeli ſecũdùm philoſophos & theologos in 2. ſen. mouẽt cœlum, ſed oratio mouet creatorem ipſius cœli, nõ motu locali, ſed virtuali. Nam inclinat & mouet eum ad nobis ſubueniendum & miſerendum, iuxta illud Lucæ 7. & 15. *Miſericordia motus eſt* &c. Item orationis virtus impedit cęlorum motum, ſicut patuit in oratione Ioſue, per quam motus cœli Solis & Lunę ceſſauit per diem, Ioſ. 10. Superat quoque oratio virtutem ſtellarum. Nam ſecundùm philoſophos virtute ſtellarum generantur pluuiæ, venti, & aliæ aeris impreſſiones: ſed virtute orationis impediri poteſt pluuia, ne fiat: ſicut patuit in Helia, qui oratione ſua impediuit pluuiam, ne deſcẽderet ſuper terram per 3. annos, & 6. menſes. 3 Re. 17. & rurſum eã deſcẽdere fecit, vt habetur in c. ſeq. Item maiorem habet virtutem, quam natura. Nam corpus hominis vel alterius animalis, ſecũdùm naturam nõ poteſt ſine cibo multis temporib. ſuſtẽtari, eò quòd calor naturalis conſumit humidum radicale, & ideò oportet, quod reſtauretur per humidum nutrimẽti. Vnde dicitur in li. de anima, quòd corpus animalis cibo & potu alitur. Omne enim viuẽs, quàm diu viuit, indiget alimẽto conuenienti naturæ ſuæ. 1. de Generati. Sed virtute orationis poſſunt corpora ſine alimẽto ſuſtentari, ſicut patuit in Moyſe, qui ex colloquio diuino 40 diebus, & 40. noctib. ieiunauit, & ſtetit ſine alio cibo, Exo. 24. Item maiorẽ virtutẽ habet, quàm anima. Nam anima, quãdiu eſt cum corpore, nuſquam poteſt eſſe, niſi vbi corpus eſt. Sed virtute orationis eleuatur in altũ. Ad quod non poteſt corpus eleuari ſicut patuit in Magdalena, quę ſepties in die eleuabatur in altũ, & audiebat cantus Angelicos. Item in Paulo, qui raptus fuit vſq; ad tertium cœlum. 2. ad Cor. 12. Item maiorẽ habet virtutẽ, quam cæteræ creaturæ. Nam nulla creatura poteſt virtute propria trãsformari in creatorẽ, ſed virtute orationis põt huiuſmodi trãsformatio fieri. Nam in miſſa, ſubſtantia panis & vini, in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti conuertitur, virtute orationis & conſecrationis, vt probant Theologi in 4. diſt. 12. Secundò dico, quòd oratio eſt res perfecta, quia per ipſam intellectus tranquillatur & perficitur. Si enim corporalis oculus delectatur vidẽdo lucem corpoream, Eccle. 11. multo magis oculus ſpiritualis, ſ. intellectus, tranquillatur, & perficitur.

Oratio eſt res perfecta, quia per ipſam intellectus tranquillatur, & perficitur.

Digitized by Google

quillatur, & recreatur per orationem & contemplationem. perscrutando spiritualia, quæ oculis corporeis videri nó poss sunt. Secundum enim August. in sermone de oratione & ieiunio. *Oratio est cerum inuisibilium inquisitio.* Item per orationem affectus delectatur. Vnde Hugo in lib. de virtute orandi, inquit: *quòd oratio est conuersio in Deum per pium & humanum affectum fidei, & spei, ac charitatis subnixa.* & Bernardus in quadam epistola ait: *Oratio est hominis Deo adhærentis affectus, & familiaris quædam ac pia allocutio, & status illuminatæ mentis, ad fruendum Deo quamdiu licet.* Oratione quoque animus iucundatur, & reficitur. Vnde Ambros. inquit: *Oratio est cibus mentis, præclaraque alimonia humanitatis quæ membra non onerat, sed in ornamenta conuertit.* De qua iucunditate inquit Deus. Psal. 56. *Lætus, ibo & eis in domo orationis meæ, hostias eorum, & victimas placebunt mihi, super altare meum, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.* Hæc ibi. Tertiò dico, quòd oratio est fructifera, id est, innumeris vtilitatibus plena, & quamplurimorum fructuum productiua: de quibus solùm septem fructificationes in medium adducam. Quarum prima dicitur, satisfactionis, id est, pro peccatis. Dicit Augustinus in lib. de oratione Dominica inquit: *Necessaria est nobis quotidiana oratio, vt qui quotidie delinquimus, quotidianæ veniæ spe consolemur.* & 21. dist. cum Deus. c. 27. Item inquit: *Orationē quotidianā Dominus ipse docuit, quæ Deus ea nos dimittat. Dele quotidiana peccata, cum quotidie dicitur, Dimitte nobis debita nostra* &c. de quotidianis, de pœn. dist. 3. & ideo dicit Ricard. in 4 dist. 15. art. 4 q. vlt. Quòd inter omnes orationes vocales dignior & vtilior est oratio Dominica. Primò, quia Iesus Christus eam fecit & docuit discipulos, dicens: *Cùm oratis, dicite, Pater noster,* &c. Lucæ 11. & Matth. 6. Secundò quia est maximæ substantiæ & comprehensionis. idcò Augustinus in epistola ad Probam ait: *Quamquam alia dicamus orando, nihil tamen aliud dicimus, quàm quod in oratione Dominica positum est, si rectè, & congruenter oramus.* Et propterea Isido. in lib. primo de summo bono. c. 22. inquit: *Fidei symbolum, & oratio Dominica, pro tota lege paruulis Ecclesiæ ad cœlorum regna sufficit capessenda.* Et ideò omnes tam viri, quam mulieres vsum rationis habentes, tenentur eam scire, vt habetur de conse. di. 4. c. vos ante omnia: & qui negligit eam discere, non potest dici bonus christianus, vt ait Augustin. in quodam sermone. De qua oratione Dominica tria considerabimus. Primo eius excellentiam. Secundo eius beneuolétiam. Tertio eius continentiam. Quo ad primum dico, quod hæc oratio excedit omnes alias orationes multipliciter. Primo in dignitate, quia ab ipso Domino, qui oratur, composita est, & nobis tradita. Ex quo manifestè apparet, quod nec sapientius, nec feruentius, nec vtilius, vel salubrius, potuit ab alio hæc orationis forma componi. Et nota, quòd Christus fecit istam orationem proprio ore propter tria. Primo vt ei adhibeatur maior reuerétia. vnde Augustin. ait: *Maxima ab omnibus fidelibus reuerentia Dominicæ orationi exhibenda est, quia ab ipso summo doctore facta est.* Præterea si tanta reuerentia dignum est Christi vestimentum, quod eius corpus exterius tetigit, & mortale erat: quanto magis hæc sacra oratio, quæ de Christi corde exiuit, & viuit, dicente Apostolo ad Hebræ. 4. *Viuus est sermo Dei, & efficax.* Secundo hoc egit, vt adhibeatur maior diligentia in dicendo illam, & ruminando ac saporando, cùm sint verba mirę altitudinis, & virtutis, ac altissimi filij Dei contineant sensus. vnde Cyprian. in libro de oratione Dominica, ait: *Amica & familiaris est ista oratio, dominum de suo rogare,* &c. & Chrysost. super Matth. dicit: *O quàm fidelis est, & beata hæc oratio, cùm ordinem nobis doctor vitæ, ac magister cœlestis instituit.* Tertiò hoc fecit, vt adhibeatur maior confidentia. Quia enim Deus nos exaudire non debet, nisi in his, quæ ad suum spectant honorem, & nostram vtilitatem, quod nos nescimus, nisi ab eo instruamur: ideò dulcissimus Iesus, ne vagaremur incerti, omnium petendorum nobis in hac oratione formam dedit: vt ipsam deuotè dicens, confidenter speret postulata impetrare:

Oratio est fructifera, & innumeris vtilitatibus plena.

Dominica oratio aliis est dignior, & quot de causis.

Christus orationē Dominicā proprio ore fecit, propter tria: Et primo.

2. hoc egit.

3. hoc fecit.

Digitized by Google

trare: iuxta illud Iacobi.1. *Postulet in fide nihil hæsitans.* Vnde Cyprianus vbi supra ait: *Qui fecit nos viuere, docuit & orare: vt dum, oratione, quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur, & agnoscas pater filij sui verba, eum precem facimus: & cùm ipsum habeamus aduocatum apud patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamus,* hæc ille. Qui ergo non orat hoc modo, quem docuit Christus, nõ exauditur: vnde Chrysost. vbi supra dicit: *Qui non sic orat, vt docuit Christus, non est Christi discipulus. Nec pater libenter exaudit orationem, quàm filius non dictauit. Cognoscit enim pater sensum filij, & non recipit verba, quæ humana cogitatio confinxit, sed quæ sapientia Christi exposuit.* Secundo excellit hæc oratio alias in breuitate. Fecit enim illam Dominus breuem, iuxta vaticinium Esa. 10. cap. vbi dicitur: *Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram,* & secundũ aliam translationem dicitur: *Abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ,* & 28. c. ait idem Propheta: *Abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum, super vniuersam terram, &c.* Et ideo Saluator monuit nos vitare verbositatem, & prolixitatem orationis, dicens, Matth. 6. *Orantes nolite multũ loqui sicut ethnici faciunt. Putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis.* Ad breuitatem autem reduxit Christus orationem illam triplici ratione. Primo pro faciliori recordatione, & hoc quo ad memoriam, vt scilicet in disciplina cælesti discentium memoria non laboret: sed cito, quæ sunt necessaria addiscat, atque inexcusabilis sit de illius ignorantia omnis homo. Vnde Augustin. ait: *Paucis verbis multiplices res comprehendit, vt sic citò simplicitas fidei sufficientiam suæ salutis addisceret, & prudentium ingenioſorum profunditate mysteriorum superaret.* Secundo pro clariori cognitione, & hoc quo ad intelligẽtiam. Facilius enim intelliguntur, & capiuntur ab ingenio breuia, quam phylacteria longa. Et ideo Dominus cum doceret, quid sit gloria sempiterna, totũ illud sacramentum breuiter complexus est, dicens, Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum:* & loquitur patri suo cælesti. Tertio hoc fecit, pro feruentiori deuotione, & hoc quo ad volũtatem. Pinguedo enim deuotionis est, quæ Deo acceptum reddit sacrificium nostræ orationis. Vnde psalmista ait Deo: *In nomine tuo leuabo manus meas: sicut adipe, et pinguedine replebitur anima mea.* Plerumque enim per orationis prolixitatem deuotio obtundi solet. Et ideo in collationibus patrum dicitur: *Frequenter sed breuiter est orandum, ne immorantibus nobis, inferere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus.* Et Augustin. ait: *absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa deuotio, & feruens perseueret intentio.* Tertiò hæ sacra oratio excellit alias in vtilitate seu fœcunditate, quia quicquid est rationabiliter petibile à Deo, & nobis necessarium, in ipsa comprehenditur. Quod quidem sic patere potest, secũdum quod declarat Hugo Cardinalis super Matthæum, & Luc. Omne enim petibile, aut est pro bonis adipiscẽdis, aut pro malis amouẽdis, aut ad confirmationem vtriusque. Primo autem quod peti potest pro bonis adipiscendis, pro se, aut pro alijs: aut est bonum cœleste, aut supernaturale, siue spirituale: aut est bonum temporale: id est, aut est bonum gloriæ, aut est bonum gratiæ, aut bonum naturæ, ad quod reducitur bonum fortunæ. Primo enim petimus bonum gloriæ, ibi: *Adueniat regnum tuum.* Secundo bonum gratiæ, *Fiat voluntas tua, &c.* Tertio bonum naturæ, ibi, *Panem nostrum.* Et in his tribus petitur omne bonum. Secundo quod peti potest, pro malis amouẽdis, aut tenet rationem præteriti, & petitur ibi, *Dimitte nobis*: aut futuri, & petitur ibi. *Et ne nos inducas*; aut præsentis, & petitur ibi, *Sed libera nos.* Item quoddam est malum culpæ, siue trãsgressionis, quodam vero est malum pugnæ, siue tẽtationis, & quoddam est malum pœnæ, siue tribulationis. Primum petitur amoueri in dimissione debitorum. Secundum vero in victoria tentationum. Tertium autem in liberatione à pressura aduersariorum. Et in his tribus petitur remotio omnis mali. Et sic habemus in hac oratione sex petitiones. Septima autem

2. *Ratio Dominica excellit alias in breuitate.*

Quare Christus ad breuitatem orationem Dominicã reduxit.

3. *Dominica oratio alias excellit in vtilitate.*

Vide quemodo omne quod est possibile peti a Deo, in Dominica oratione petitur.

Digitized by Google

petitio pertinet ad confirmationem, siue complexionem aliarum petitionum, quarũ tres, vt visum est, sunt de bono adipiscendo, & tres de malo amouendo, & hoc petitur dum dicitur: *Sanctificetur nomẽ tuum.* Tunc enim sanctificatur nomẽ Dei in nobis, quando & bonum necessarium obtinetur, & omne malum penitus amouetur. Vel possumus dicere secundum eundem Hugonem, vbi supra, quod istarum septem petitionum tres primæ pertinent ad statum vitæ cælestis principaliter. Ibi enim consummabũtur plenariè scilicet: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: & Fiat voluntas tua.* Sed tamen hic inchoantur. Aliæ vero tres vltimæ pertinent ad statum vitæ temporalis, scilicet. *Dimitte nobis, &c. Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo.* De temporali enim vita fit transitus ad cælestem, si viator benè vtitur temporali. Media autem petitio, scilicet, *Panem nostrum quotidianum*, &c. est communis, & quasi confinium vtrumque confortans, & dirigens transeuntem de vita temporali ad cælestem. Ex quibus omnibus patet excellentia istius orationis sacratissimæ, de qua Alex. de Ales loquens, & confirmans prædicta in 4. par. summæ. q. 37. membro. 4. sic ait: *Huius orationis efficacia, & vtilitas, ostenditur quadrupliciter, scilicet, Ex auctoritate dicentis. Fuit enim prolata ore ipsius Saluatoris. Os enim Domini locutum est, cuius sermo potestate plenus est. Item ex breuitate sermonis: multiplicem enim vtilitatem breuitas eius parit, quia ob illius breuitatem facilius scitur, melius retinetur, frequẽtius iteratur, minus fastidit, orantem cito exaudiri innuit: plus affectu, quam ore orandum esse significat, & ignorantiem incusat. Item ex sufficientia petitionũ, quia in illa oratur pro bonis adipiscẽdis, & malis amouendis, pro bonis temporalibus, & æternis consequendis, pro malis præteritis, præsentibus, & futuris euitandis. Item ex fœcunditate mysteriorum, quoniam vniuersa continent sacramenta. Daniel 12. pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia,* hæc ille. De huius etiam orationis excellentia ait Augustin. in epistola ad Probam: *Si per omnia precationũ sanctarum verba discurras, nihil inuenies quod in ista oratione Dominica nõ contineatur. Qui enim dicit, sc. 2. Esdræ. vlt. Clarificare in omnib. gentibus, sicut clarificatus es in nobis; quid aliud dicit quam Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, s. Psal. 118. Gressus meos dirige secundũ eloquium tuum, quid aliud dicit, quam Fiat voluntas tua? Qui dicit Psal. 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus: quid aliud dicit, quam Adueniat regnum tuum? Qui dicit, Prouer. 30. Fellui mea tribue necessaria; quid aliud dicit quam Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie? Qui dicit Psal. 131. Memẽto Domine Dauid, et omnis mãsuetudinis eius: & Si reddidi retribuentibus mihi mala, &c. Psal. 7. quid aliud dicit, quam Dimitte nobis debita nostra? Qui dicit, Aufer à me cõcupiscentias ventris, Eccl. 23. quid aliud dicit, quã Et ne nos inducas in tentationem? Qui dicit, Eripe me de inimicis meis, &c. Psal. 18. quid aliud dicit, quã Libera nos à malo?* hæc ille. Albertus aũt Magnus in expositione orationis Dñcæ ait: *Dominica oratio super omnes alias orationes excellẽtior est, & maior, quia ipsa est oratio recta, ordinata, & integra. Recta, quia fit in ea petitio ei, qui solus põt beatitudinẽ dare, vnde dicitur Pater noster qui es in cælis. In qui innititur, quod habet dãdi potestatẽ, beneuolentiam, & scientiam. In hoc enim quod dicitur Pater, innititur quod habeas potentiã, & beneuolentiam, Pater enim hæreditatem habet filijs elargiri, propter quod dixit Dominus Luc. 12. Nolite timere pusillum grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Item in hoc quod dicitur, Qui es in cælis, datur intelligi scientia. Videmus enim quod lux cæli omnia infima irradiat, & si cognitionẽ haberet, omnia cognosceret, vnde dicitur Eccl. 42. Sol illuminãs per omnia respicit. Cum igitur Deus sit lux vera Ioan. 1. omnia prospicit, & intelligit iuxta illud ad Hebr. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei, & Ioan. 16. dixerunt Apostoli Christo: Nunc scimus quia scis omnia, & nõ est opus, vt quis te interroget. Sic ergo patet, quod oratio Dominica est recta. Itẽ est ordinata, nam ea prius spiritualia, & postea temporalia postulantur. Et hoc est rationabile. Nam homo ex duabus partibus constituitur, sc. anima, & carne. Alia vero est nobilior, & præstantior carne. Petuntur aũt spiritualia propter animã, & temporalia propter carnẽ, et in hoc seruatur doctrina saluatoris: dicẽtis, Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adijciẽtur vobis. Item est oratio integra, quia ex septem petitionibus cõstat, nam primum petit anima sancta magnificẽtiam creatoris: Vnde dicitur, Sanctificetur nomen tuum. Secundo petit gloriam vitæ cælestis, & hoc cum dicit in secũda petitione: Adueniat regnum tuum.*

in alijs inuenitur, quod in ista non continetur.

Etiam omnes alias excellit, quia est recta, ordinata, & integra.

Oratio Dominica est ordinata.

Dominica oratio oẽs alias excellit, quia nil

Digitized by Google

dum. Tertio petit conformitatem propriæ voluntatis cum diuina, cum dicit: Fiat voluntas tua. Et istæ tres petitiones pertinent ad animam. Secundario vero subiunguntur quatuor petitiones temporales. Nam primo petit necessaria vitæ, in hoc quod dicit, Panem nostrum quotidianum, &c. Nam panis necessarius est, quia longa est via adeundi domũ cælestem, iuxta illud 3 Reg. 19. Surge, & comede, longa enim tibi restat via. Secundo petit peccatorum indulgentiam, in hoc quod dicit: Dimitte nobis, &c. hemo. n. ad præsentiam Dei, quem offendit, secure non accedit. Et ideo de peccatis primo indulgentiam petit. Tertio petit in tentatione constantiam in hoc, quod dicit: Et ne nos inducas in tentationem. Euntibus enim ad Deum multæ insidiæ præparantur iuxta illud Psalmistæ: Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Quarto petit ab omni malo liberationem, ibi. Sed libera nos à malo. Multa enim mala in vita ista nos circundant: iuxta illud psalmistæ, Repleta est malis anima mea, id est, vita mea. Et sic patet, quod Dominica oratio est septẽ petitionibus integra, qui quidem numerus est vniuersalis. Sicut patet in omnibus considerando. Nam septem diebus mundus voluitur, & ex septem cælis gubernatur. Ex septem quoque planetis creatura inferior generatur. Et ex septem rebus homo componitur scilicet ex quatuor elementis & tribus potentijs Ex septem etiam virtutibus homo perficitur, scilicet tribus Theologicis, & quatuor Cardinalib. & ex septẽ donis Spiritus sancti anima sanctificatur, & ex septẽ sacramẽtis homo ad perfectum statum reducitur, & ex septem beatitudinibus homo beatificatur, hęc ille. Secundo principaliter videnda est Dominicæ orationis beneuolentia, de qua Aug. in libr. de sermone Domini in monte ait: *Cùm in omni deprecatione, beneuolentia conciliãda sit eius, quem precamur.* Deinde dum quid deprecemur per laudem illius, ad quem oratio dirigitur, solet beneuolẽtia cõciliari, hoc in orationis principio posuit Dominus, in quo nihil aliud nos dicere iussit, nisi *Pater noster, qui es in cælis.* Multa quidem dicta sunt in laudem Dei, nunquam tamen inuenitur præceptum populo Israel, vt diceret, *Pater noster*, sed est eis insinuatus vt Dominus, tanquam seruus. Sed de populo Christiano Apostolus dicit: *In quo clamamus Abba pater, quod non est meritorum nostrorũ, sed gratiæ*, &c. Illa ergo oratio facit nobis Deũ gratum, beneuolum, & attentum. Sed notandũ est, quod secundum Tullium in Rhetorica noua, captamus beneuolentiam ab auditore nostro, ostendentes, aut quanta in illũ, vel amicos eius nos fecerimus, aut quanta ille in nos gesserit. Prima aũt via nõ possumus captare Dei beneuolẽtiam, quia vera est sentẽtia Psalmistæ dicentis: *Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.* Item omnia quæ facimus tenemur facere ex cõditione seruitutis. Vnde ait Dñs, Lucę 17. *Quis est vestrum habẽs seruum arantem, aut boues pascentẽ, qui egresso de agro dicat illi statim: Transi, & recũbe, & non dicat ei, para quod cœnem, & præcinge, & ministra mihi donec manducem, & bibam? Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauit? non puto: Sic, & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Postquam ergo de bonis operationib. nostris nulla prouenit vtilitas Deo, sed solũ nobis: Et consequenter non valemus de hoc diuinã captare beneuolentiã, oportet vt captemus eam narrando beneficia, quæ ipse cõtulit nobis, & hoc facimus cum dicimus, *Pater noster*, &c. quod exponens Chrysost. super Matth. ait: *Vide qualiter suscitauit auditorem, & omnia rememorauit beneficia in præmijs. Qui enim patrem dixit, & peccatorum dimissionem, & pœnæ destructionem, & iustitiam, & sanctificationem, & redemptionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatẽ, quæ est ad vnigenitũ, & Spiritus sancti largitionem, per vnam hanc cõfessum est vniuersa cuncta:* hæc ille. Hugo aũt Cardinalis, super Matt. inquit: *Antequã Dominus veniat ad petitiones, more boni oratoris præmittit, quasi breue proœmium. In quo captatur beneuolẽtia, primo à persona rogata cũ dicitur, Pater; secundo à persona rogantis, cũ dicitur, Noster; tertio à persona essentiam, cũ dicitur, Qui es in cælis.* Ponit aũt Dominus in principio orationis suæ, *Pater*, non *Dominus*, quia amari appetit nõ timeri. Vnde Hiere. 3. ait: *Et ego dixi tibi amodo voca me, Pater meus*; &c. Quapropter Bernardus ait: *Oratio, qua pater dulcescit, nomine omnia petit cũ earum impetrandarũ fiducia mihi præstet, quæ Isa. 49. ait: Dominus: Numquid obliuisci potest mater infantulum suum, vt non misereatur filio vteri sui*, &c. *Item vt vocans eum patrem, se monstret filium eius per imitationem, ne degenerans à tali patre, qui adest, & beneuolentia pater est, vnde Isa. 51. dicitur: Attendite ad petram, vnde excisi estis, per creationem, &*

Quomodo à Deo beneuolentiam captare possimus.

Dominica oratio ex septem petitionibus constat.

De Dominicæ orationis beneuolentia.

Digitized by Google

ad cauernam loci, de qua præciſi eſtis, ſcilicet recreationem, & attendite ad Abraham patrem veſtrum, id eſt, ad Chriſtum, & ad Saram quæ peperit vos, id eſt, ad Eccleſiam. Item vt ſic excitet ad orandum, & honorandum ſe, quia vt dicitur Eccleſ. 3. Gloria hominis ex honore patris ſui. Item vt oſtendat ſic oranties, iam non ſeruos, ſed filios eſſe, qui non mobilia cum Iſmaele, ſed immobilia cum Iſaac percipere poſſunt, vnde Ioannis 15. ipſe Dominus ait: Iam non dicam vos ſeruos; & ſequitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. hæc Hugo. Ad quæ poteſt addi illud quod ait Apoſtolus ad Roman. 8. *Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius; quod ſi filius, & hæres per Deum.* Sed heu quia multi ſunt, qui nec dicunt Deo, Pater, nec Domine: quia nec amant eum vt patrem, nec timẽt vt Dominum. Et ideo ipſe conqueritur Malachię 1. dicens: *Filius honorat patrem ſuum, & ſeruus Dominum ſuum timebit. Si ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum vbi eſt timor meus?* Sciendum eſt autem ſecundum Alexand. de Ales vbi ſupra, *quod Deus dicitur pater multipliciter. Primo æterna generatione de qua Eſaiæ 53. dicitur Generationem eius quis enarrabit? & hoc modo habet vnicum filium ſcilicet Chriſtum. Vnde gloſſa ſuper illa verba, Pater noſter, &c. ait: Nemo dicat meum, quod ſoli Chriſto competit, qui filius eſt per naturam. Alijs autem cõceditur communis gratia adoptionis. Item eſt pater prædeſtinatione, ad Epheſ. 1. Gratia vobis, & pax à Deo patre, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei, &c. Item creatione, Malachiæ 2. Nunquid non pater omnium noſtrum, Deus vnus creauit nos? Item imaginis participatione: Deuteronom. 32. Ipſe enim eſt pater tuus, qui poſſedit, & fecit, & creauit te, fecit inquam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Sanctus autem Bonauen in declaratione orationis Dominicæ, exponit prædictam auctoritatem Deuteronom. Fecit ſcilicet in corpore, creauit in anima, & poſſedit in vtroque. Item eſt pater redemptione. Eſa. 63. Tu autem Pater noſter, & redemptor noſter, à ſeculo nomẽ tuũ. Item ſacramentali regeneratione, ad Tim. 3. Per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti, &c. & 1. Pet. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regeneranit nos in ipſũ, &c. Item fide et inſtructione, Iacobi 1. Voluntariè, id eſt, ſine meritis noſtris genuit nos verbo veritatis, id eſt, fidei. Et Ioannis 1. Dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Item gratiæ adoptione, ad Roman. 8. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, &c.* hæc ille. Qui etiam ibidem ait, quod primo modo ſumitur pater perſonaliter, qui modus generandi filiorum æternaliter ſoli patri conuenit. Quinto vero modo etiam ſumitur perſonaliter, ſecundum quod modus redemptionis fuit per mortem filij. Omnes autem alij modi paternitatis cõueniunt tribus perſonis diuinis, & his modus ſumptus pater toti Trinitati conuenit, ſed nihilominus perſonæ quæ eſt pater, conuenit per quandam appropriationem, ratione primæ auctoritatis. Et ideo licet prædicto reſpectu hæc oratio dicatur fieri ad patrem, cum dicimus *Pater noſter, &c.* tamen etiam fit ad totam Trinitatem, vnde eſſentialiter tenetur. Subdit quoque prædictus doctor dicens: *Multiplex eſt ratio, quare magis congruit dicere Pater noſter, quã meus. Vna eſt pacis conſeruatio: Gen. 14. Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te, fratres enim ſumus. Alia eſt ſuperbiæ debortatio Mala. ſecundo, Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum? Alia eſt mutui auxilij ſubuentio. Prouerb. 17. Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma: Alia eſt mutui honoris exhibitio: ad Roman. 12. Honore inuicem præuenientes. gloſſa, Aliter non eſſet fraternus amor, niſi mutuus ſe præuenirent obſequijs. Item ſunt aliæ rationes ſcilicet orationum communicatio, inimicitiarum deſtructio, elationis compreſſio, æmulationis expulſio, amoris inductio, & inæqualitatis exterminatio, quæ ponuntur à Chryſoſtomo dicente ſic: Erudit autem communem pro fratribus facere orationem, non enim dicit Pater meus, qui es in cælis, ſed Pater noſter pro corpore communi deprecationes referens, & nuſquam intendens, quod ſui eſt ipſius, ſed vbiq; quod eſt proximi. Adhuc etiã, & inimicitiam deſtruit, & elationem comprimit & æmulationem expellit, & matrem bonorum vniuerſorum amorem inducit, & inæqualitatem humanarum cauſarum exterminat, & multa monſtrat regi ad pauperem honoris cæqualitatem. Cyprianus vero in libr. de oratione Dominica, ait. Non dicimus, Pater meus, ſed Pater noſter, quia pacis, & vnitatis magiſter noluit ſigillatim & particulatim precem fieri, vt*

Deus multipliciter dicitur pater.

quis

quis pro ſe precetur, publica enim eſt nobis, & communis oratio: & quando oramus, non pro vno tantum, ſed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum ſumus, ſic enim vnum orare pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipſe portauit, & Chryſoſt. ſuper Matth. dicit: Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro altero autē charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem eſt ante Deum oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis commendat. Aug. autem in lib. de verbis Domini inquit: Primus ſermo quantæ gratiæ, Faciem tuam non audebas ad cælum leuare, & ſubito accepiſti gratiam Chriſti? Ex malo ſeruo, factus es filius. Ideo præſume non de tua operatione, ſed de Chriſti gratia. Non ergo hic arrogantia eſt, ſed fides: Prædicare quod acceperis, non eſt ſuperbia, ſed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te per lauacrum genuit, qui te per filium redemit, patrem dicas, quaſi filius. Sed noli aliquid ſpecialiter vendicare. Solius Chriſti ſpecialis eſt pater, nobis eſt pater omnib. in communi, quia illum ſolum genuit, nos autem creauit. Et ideo ſecundum Matth. dicitur Pater noſter. hæc ille. Hugo vero Cardinalis ſuper Matthæum ait: *Inducitur autem vnuſquiſque orans, vt non ſolùm ſibi, ſed omnibus oret, vt charitas, & vnitas Eccleſiæ deſignetur, in qua nihil proprium eſſe debet, ſed omnia communia, vt in primitiua Eccleſia, ſicut legitur: act. 4. vbi dicitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſq; eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* Dicit ergo, noſter, non meus, vt oſtendat, quod nō vnius ſed multorum pater eſt, prius enim erat pater vnius ſcilicet Chriſti ſc. per naturam. *Sed ex tempore factus eſt pater multorum per gratiam.* Item per hoc nos inuitat ad humilitatem, vt nemo applaudat ſibi de nobilitate generis. Vnde dixit, Matth. 23. *Omnes vos fratres eſtis, & vnus eſt pater veſter, qui eſt in cælis.* Item per hoc nos inuitat ad orandum pro inuicem, vt ex amore fraternitatis vnus oret pro alio, quaſi pro ſeipſo oret. Iacobi. vl. *Orate pro inuicem, vt ſaluemini.* Item per hoc innuit, quod oratio, quanto eſt communior, tāto eſt Deo acceptior. Ideo Matth. 5. præcepit tam extendi vſq, ad inimicos, di. *Orate pro perſequentibus, & calumniantib. vos.* Item per hoc innuit, quod debemus ſeruire inuicem iuxta illud 1. ad Tim. 6. *Qui fideles habent Dominos, non condemnent eos, ſed magis ſeruiant illis, quia fratres ſunt.* Item per hoc innuit Dominus, ſe eſſe fratrem noſtrum. Alioquin nō verè dixiſſet, Pater noſter. Et in hoc ſubleuauit, ac cōfortauit ſpem noſtram, qui tantæ ſumus nobilitatis, quod ſumus fratres filij Dei. Vnde ipſe poteſt nobis dicere illud, Gen. 45. *Ego ſum frater veſter.* Ea propter dixit Matth. vlt. *Ite annūciate fratrib. meis, vt eant in Galileam: Ibi me videbūt,* & Ioan. 20. ait Magdalenæ *Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum.* Et ad Heb. 2. ait Apoſtolus *Qui ſanctificat, & qui ſanctificatur, ex vno omnes.* Propter quā cauſam non confunditur vocare eos fratres. di. *Nunciabo nomen tuum fratribus meis.* O igitur dignitas excellētiſſima hominum, qui Dei fratres, & filij nuncupantur. O verbum ſuauiſſimum. O allocutio iucundiſſima. O oratio dulciſſima, dicere Deo, *Pater noſter.* Pater enim & filius nomina ſunt pietatis, & officiorum vocabula, vincula naturæ, ſecundum Hieron. in lib. de honorandis parētibus. Nec vllum nomen eſt patri dulcius, quàm nomen filij l. liberorum. ff. de verborum ſignificatio. Et ideo hæc oratio, qua vocamus Deum, patrem noſtrum: & cōſequenter, nos eius filios, eſt ei gratiſſima, & ſuæ beneuolentiæ nobis attractiua. Tu igitur Pater noſter: cum omnib. nobis prodeſſe volueris, ſingulos prout potes iuua. Et ſingulos releua, qui & ſingulorum onus, ac ſolicitudinem portas, c. Clem. 8. q. 1. Tu enim *Pater es luminum, à quo omne datum optimū, & omne donum perfectum deſcendit.* Iacob. 1. & c. quā pio. 1. q. 2. & per gloſſam. in l. 2. de legi. *Tu es Pater noſter,* non ſolū creatione, vt habetur in ca. qui abſtulit. 12. q. 2. & in c. omnib. 24. q. 2. ſed etiam gubernatione, & protectione. Pater enim dicitur rector, & gubernator, vt in authen. de armis §. hæc autem obſeruare. ibi patrum, id eſt, rectorū. Pater quoque dicitur defenſor, & curator. C. de debitoribus ciui. l. 2. libr. 12. Et ideo monſtra te eſſe patrem, natos reges tuos, atque tibi ſemper eſſe facdeuotos. O igitur Pater noſter, ama filios tuos. Filius n. dicitur à Philos Græcè, quod eſt amor l. a tinè, vt

Filius vnde dicatur.

tinè, vt notatur Instit. qui dari tuto pos. §. vlt. Et pater amat sum. oper. fi. ios suos. l. isti quidè. ff quod metus causa. Et nullus aff. et' vincit paternũ. l fi. C. de cur. furio. Est autẽ notandum, quod multis ex causis meretur fili' priuari hæreditate paterna, quæ ponuntur in 6. causas. in authen. vt cũ de appel. cogno & per gloss. in c. Quintanallis. de iureiurand. Sed vt breuitati studeamus. oẽs illas ad quinq; reducemus. s. Iracundiam, malitiam, concupiscentiam, auaritiã, & stultitiam. Prima igitur causa, quare pòt filius priuari hæreditate patrina, est iracũdia, ex qui duob. modis offẽdi pòt reuerẽtia paterna. Primo manuũ iniectione. Vt qñ filius in patrẽ manus iniecit, violẽtas, nocendi cã ex iracũdia, & malo animo, qđ est peccatũ mortalissimũ contra Dei præceptum, contra legẽ naturæ, contra legem gratiæ, contra pietatem, cõtra rationẽ. Vnde talis maledictus filius vltra pœnas quas sibi Deus præparauit, iustissimè meretur hæreditate priuari, in punitionem tanti criminis, & ingratitudinis, etiam secundum leges humanas. Secundo oris exprobratione. Vt cũ filius blasphemat patrẽ, vel ei notabiliter conuiciatur, & detrahit, vt appellando ipsum proditorem furẽ, & huiusmodi. Pro quo crimine, & supradicto merito statuerunt leges ciuiles ipsum filiũ, posse priuari hæreditate paterna, vt in l. vnica. C. de ingrat. libero. O igitur filij Dei, qui expectatis cũ Christo hæreditatẽ supernam possidere, videte, an aliquis vestrũ sit his criminib. inuolutus, quia nunquã eam habebit, sed in æternum illa priuatus erit. Primi itaq; filij, qui ingrati de receptis beneficijs contra reuerẽtiam patris cælestis peccant ex iracundia, sunt illi, qui manus violentas injiciunt, & cõsequenter priuantur hæreditate Paradisi. Et hac ratiõe priuati sunt Iudæi, qui in Christũ violentas manus iniecerunt. De quibus verificata est parabola ipsius Saluatoris nostri. Matth. 21. de colonis vineę, qui postquã occiderũt seruos patrisfamilias, similiter occiderunt eius filium dicentes: *Hic est hæres. Venite occidamus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius.* Et ideo sequitur sentẽtia contra eos: *Auferetur à vobis regnum Dei*, &c. Hoc ẽ modo Christiani manus injiciunt in Christum, qñ percutiunt proximum eius, qui ratione, & auctoritate probatur. Ratione sic. Si percutis membrum, clamat caput. Ecclesia aũt est totum corpus, ad Rom. 12. *Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius mẽbra. Caput verò huius corporis est Christus*, ad Ephe 1. *Ipsum dedit dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius.* Quãdo igitur percutis vnũ Christianum, clamat Christus, ac si ipse percussus. Itẽ sic. Qui percutit imaginẽ Christi videtur Christũ percutere. Sicut .n. reuerẽtia exhibita imagini, exhibetur illi, cuius est imago, secundum Damasc. lib. 4. & Alex. de Ales in 3 par. summæ in tractatu de præceptis Decalogi, super primo præcepto. & Richar. ac S. Bonau. in 3. dist. 9 & Tho. in 3. parte summæ, q. 25. art. 3. Sic etiã imiuria facta imagini, intelligitur esse facta illi cuius est imago, quia contrariorum eadem est disciplina, 8 q. 1. c. sciendum, & l. 1. ff de his qui sunt sui vel alie. iur. & Instit. eodem. in princ. Homo aũt est imago Dei, Gen. 1. Ergo ipsum percutiens videtur Deum percutere, & quãtum in se est, ferire. Et consequenter priuari meretur eius hæreditate. Tales aũt percutientes sunt similes militibus Pilati, qui genu flectebant coram Christo, & postea eum percutiebant, vt habetur Marc. 15. Et hoc maxime habet locũ, quãdo quis percutit clericos, aut religiosos, qui dicuntur patres laicorum, & appellantur Christi: dicente Deo per Psalmist. *Nolite tangere Christos meos*, &c. Vnde Greg. 96. di. c. Quis dubitat. ait: *Quis dubitat sacerdotes, Christi, regũ, & principum, omniumq; fidelium patres, & magistros cẽseri? Nõne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filium patrem, si discipulus magistrum sibi conatur subiugare, & iniquis obligationib. illum sua potestati subijcere, à quo credit non solũ in terra, sed etiã in cœlis se posse ligari, & soluí?* Et ideo Ecclesia talium percussores merito punit Anathem. 17. q. 4. c. 2. *Si quis suadente diabolo.* Supradicta quoq; veritas probatur auctoritate: nam Act. 9. inquit Christ' Paulo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Vbi confitetur se in suis fidelib. membris pa-

Multæ causæ assignantur, quibus filius priuari potest hæreditate paterna.

Proximum percutiens, & maximè facerdotes, in Christum manus injiciunt.

Digitized by Google

pati, & Matth.25.di. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Secundi sunt illi, qui exprobrant, & blasphemant Patrem suum Deum, quod peccatum nunc quasi vbique regnat impune. Deus tamen conqueritur de rectoribus, qui cõtra blasphemias non insurgũt. Esa.52.di. *Dominatores populi mei iniquè agũt, & nomen meũ tota die blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meũ in illa die, quia ego ipse qui loquebar, s.cõminando. Ecce adsum.* s. puniẽdo. Tales igitur digni sunt priuari hereditate, 1.ad Co.6. *Neq; maledici regnũ Dei possidebũt.* Secũda causa propter q̃ meretur filius perdere hereditatẽ paternam, est inuidia, vel malitia. Et hoc peccatum potest committi duobus modis, s. accusando, & infamando. Si.n. filius patrem suum accusauerit, & de aliquo crimine inculpauerit, eũ ducẽs ad iudicium, exhæredari meretur. Quod intellige, nisi forte ipse pater in principẽ, vel in rempublicã deliquisset, secundũ glos. in c. Quintauallis. de iureiur. Nam tũc licitũ esset filio etiã occidere patrem cõtra rempubl. iniustè agentẽ, vt dicit Tull. in 2. de officijs, & probatur per legẽ minimè. ff. de reli. & sum.fu. Item si filius vitę patris insidiatus fuerit, id est, ei parauerit insidias ad mortem: vel venenũ ei dederit, meretur priuari eius hæreditate. Et his duabus causis multi perdunt hæreditatem Dei. Et primo detractores, & infamatores proximorũ. Nam tales infamant Christum per rationẽ prędictam. Et sunt peiores furibus, & latronib. 24.ex merito, 6 q.1. Fures.n. solum rapiunt bona temporalia: ipsi verò famam proximi. *quæ pretiosior est cunctis opib.* Prou.22. Et tales sunt propriè filij diaboli, imitantes patrẽ suũ, de quo Apoc.12. dicitur: *Proiectus est in terrã accusator fratrũ nostrorum, qui accusabat illos.* Et ideo isti possidebunt hæreditatẽ patris sui dæmonis, s. infernum. Tales etiam filij sunt illi, qui odio habent proximos suos, quia sic exhibẽt venenũ Christo, qui propter odium Iudæorũ fuit occisus. Et ideo 1.Ioan.3. dicitur: *Qui odit fratrẽ suum, homicida est.* Ille.n. qui odit proximum suum quantum in se est, veneno odij, Christum occidit, ad Heb.6. *Rursus crucifigentes Christum in semetipsis.* Tertia causa est concupiscentia, & hæc etiam est duplex. Sc thori maculatio, & filiæ fornicatio. Si igitur filius tãtæ temeritatis fuerit, & libidinis, vt ad vxorẽ, vel etiam cõcubinam patris ingredi præsumat, in pœnam criminis priuatur hereditate eius, quod peccatũ valde displicet Deo, qui inquit, Leuit.18. *Turpitudinẽ vxoris patris tui, nõ discoperies. Turpitudo.n. patris tui est.* Et idem dicit de turpitudine concubinæ. Et hoc patuit in vltione Absolon, qui quoniã ad cõcubinas patris sui Dauid ingressus est, vt habetur, 2. Reg.16. diuino iudicio per capillos suspẽsus interijt 2.Reg.18. Item si filia ante an.25. fornicatur, meretur priuari hæreditate paterna d 3. causas & ibi glo. in auth. vt cũ de appel. co. col. 8. Secus aũt, si post 25 an. quia tũc imputatur negligẽtię patris vel parentũ, si eã nõ maritat. Tunc.n. si fornicatur, quãuis peccet mortaliter, tamẽ nõ infligitur ei hæc pœna, mortaliter autẽ dico, q̃ multi sunt qui his causis meretur perdere hęreditatẽ Dei patris. Et isti sunt corruptores religiosarum, & illæ mulieres, quæ cum religiosis peccant. Qua igitur fronte apparebit corã Christo ille, qui religiosam aliquam eius spõsam per spiritualem coniunctionem & fidem, per sacrilegium corrupit, & violauit, & aliquã ei sacram Virginem maculauit? Qua fronte apparebit coram Christo ille religiosus, qui promissam, & voto dedicatam Christo castitatem non seruauit? Profectò isti filij & filię fornicatores ipso iure sunt priuati hęreditate supernã 1.ad Cor.6. *Neq. fornicarij regnũ Dei possidebunt,* & ad Gal.5. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũditia impudicitia, &c.* & cõcit. dit: *Qui talia agũt, regnũ Dei non consequentur.* & ad Heb 13. *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.* Et hoc est contra illos, qui dicunt, fornicationẽ simplicem non esse peccatũ: cõtra quos est tex. in c. meretrices, 32.q 4. & q.5.c.non mœchaberis, & confutat eos Th.2.2.q.154.a.1.& 2. Quarta causa est auaritia. Et hoc peccatũ põt cõmitti multipliciter. Nam si filius prohibet patrẽ testari, ab auita paterq̃ hæreditate repellẽdus est, l.2.C. si quis alij. testa. prohi. Item si testatoris mandatum non

3. *Causa quare filius paterna hæreditate priuari potest.*

2. *Causa quare filius hæreditate paterna priuari meretur.*

Si filia ante 25. annum fornicatur, potest priuari paterna hæreditate, si ante id post, secutum est.

4. *Causa propter quã filius hæreditate paterna priuari potest.*

Digitized by Google

ta non seruat. Nam testamenti commodum meretur perdere, qui eius mandata noluit obseruare, vt ait Augustin in li. de verbis Domini, & ponitur in cap. Syluester 11. q. 1 in capitulo, si hæredes de testa. & in l. vltim. in fin. C. de fideicom. Et iste filius prohibens patrem testari, vel non implens eius testamentum, tenetur ad restitutionem omnibus ex hoc damnificatis. Item si filius patrem in captiuitate positum, neglexerit redimere; vel positum in carcere, noluerit in sua fideiussione suscipere; vel infirmo patri aut indigenti non subuenerit, vel si parentib. furiosis debitam curam non exhibuerit; his casibus omnibus, qui videntur ex auaritia procedere, potest filius priuari hæreditate paterna, secundum iura superius allegata. Et hoc non solùm dicitur de filijs, sed etiam de quibuscunque alijs, quibus competeret hæreditas, qui priuari possunt, si in prædictis deliquerint, & facit ad hoc tex. in l. 3. ff. de his quib. vt indi. Vbi patet, quòd ille potest priuari hæreditate, qui hæres institutus per negligentiam, vel culpam suam id egit, vt testatrix moreretur, & ibi dicit glossa, medicum non adhibendo, & huiusmodi. His etiam causis multi priuantur hæreditate cœlestis patriæ, s. vsurarij, & raptores, qui faciunt contra præceptum patris cœlestis. Exo. 20. s. *Non futurum facies, &c.* Vnde ait Apostolus, ad Ephes. 5. *Omnis auarus non habet hæreditatẽ in regno Christi, & Dei.* Fit quoque diuino iudicio, etiam in hac vita. Vt sicut ipsi prohibuerunt patrem suũ testari, ita filij eorum eos postea testari prohibeant. Et sicut non seruauerunt patris sui testamentũ, ita etiã filij eorum nõ seruent suum testamentum. Et sicut malè tractauerunt patres suos, ac eos in magna miseria dimiserunt, ita filij eorũ eos malè tractent, & in miseria mori permittant, per illam Christi regulam: *Qua mẽsura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Matth. 7. & Luc. 6. & Apostolus ait: *Quæcunq; seminauerit homo, hæc & metet* ad Galat. 6. Alij etiam sunt, qui priuantur hereditate superna, scilicet qui pauperibus negligunt subuenire. In quorum persona Christus Pater noster, patitur in frigore, in carcere, in nuditate, in fame, & siti, & in infirmitate, vnde Matth. 25. dicet illis in iudicio vniuersali, *Ite maledicti in ignem æternum. Esurui enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ideo Iacob. 2. dicitur: *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam.* Hac etiam hæreditate priuantur partiales, & in discordia viuentes cum proximo, quia testamentũ pacis Domini sui nolunt obseruare, vt ait Aug. in li. de verbis Domini. Ipse enim Saluator, transiens ex hoc mundo ad patrem, dixit fidelibus suis Ioan. 14. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*, & sic fecit tradens testamentum solenne, per suum notarium Ioannem Euangelistam. Qui ergo pacem cũ proximo habere noluerit, cum patre cælesti regnare, & gaudere nõ poterit. Et ideo Aug. vbi supra, ait: *Pacẽ qui habet teneat, & qui non habet requirat, quia qui in ea inuentus non fuerit, exhæredabitur à patre, abijcietur à filio, et à Spiritu sancto efficietur alienus.* Quinta causa quare filius exhæredari meretur, est stultitia, quæ etiam ostenditur in duobus sc. infami conuersatione, & in incauta præsumptione. Si igitur filius efficitur maleficus, vt vulgo dicitur, histrio, vel cum similibus conuersatur, vel fit hæreticus, cum hæreticis conuersatur, potest priuari hæreditate. Bona .n. hæreticorum ipso iure confiscantur, c. cum secũdum, de hære. li. 6. Item si præsumpserit crimen læsæ maiestatis committere. l. quisquis. C. ad legem Iu. maie. & 6. q. 1. siquis. His etiam causis priuãtur multi hæreditate cælesti. Nã malefici, incãtatores, diuinat, & ipsis fidem dantes peccant mortaliter. Et similiter omnes hæretici sunt excommunicati, excommunicatione Papali, vt patet in processu curiæ: & hic solus est casus, quo Papa excommunicari potest. 24. q 1. & 2. & de hære. ca. ad abolendam, & ca. excõmunicamus. l. 1. & 2. similiter de illis qui presumũt aliquid indignũ contra sacramenta Dei, vt abutentes corpore Christi, vel Oleo sancto, aut aqua benedicta, quod est crimen læsæ maiestatis diuinæ. Item omnes qui facere præsumũt contra sacra vota Deo

5. Causa quare filius exhæredari potest.

Digitized by Google

ta Deo dicata. Nam omnes tales omni iure meritò, ac iustissimè priuantur paterna & cœlesti hęreditate, nec amplius nominari possunt filij Dei, sed diaboli, & sic decedentes, erunt in æternum maledicti. Sed iam ad expositionem orationis Dominicæ reuertamur, qui de Dei filiatione tantopere gratulamur. Postquam autem Saluator noster docuit nos dicere Deo, *Pater noster*, protinus addidit, *qui es in cœlis*, quod secundùm Alex. de Ales. in 4. parte summæ. q. 37. membro. 4. dicitur multis de causis. Prima est illa, quam ponit Hugo de S. Victo. in libr. de Sacramentis, dicens: *In cœlo Deus maximè habitare dicitur, cùm tamen vbiq; sit, quia per cœlos intelliguntur Angeli, & homines iusti, in quibus maxime habitat Deus*, sicut scriptum est: *Anima iusti, sedes est sapientiæ*: quod habetur Sap. 9. Aug. quoque in lib de Oratione Dominica, exponit dicens: *In cœlis, id est in sanctis & iustis. Nõ enim spacio locorum continetur Deus. Quemadmodum enim terra appellatus est peccator, cùm ei dictum est, Terra es, & in terram reuerteris. Genes. 3. Sic iustus Cœlum è contrario dici potest. Iustus enim dicitur: templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. ad Cor. 3. Et accommodatissima ista locutio est. Vt spiritualiter tantum interesse videatur inter iustos & peccatores, quantum inter Cœlum & Terram.* & Ambr. in 3. de sacramentis, dicit: *Habes quod super Cœlos Cœlorum, Dominus sit, quasi non in Cœlis, vt Angeli: sed in illis, de quibus dictum est: Cœli enarrant gloriam Dei.* S. verò Bonau. in expositione orationis Dominicæ similiter exponit: *In cœlis, id est in Angelis vel sanctis, qui quadruplici dicuntur cœli quadrupliciter. s. vitæ sublimitate, ad* Philip 3. *Nostra autem conuersatio in cœlis est.* Item bonorum operum claritate, ad Philip. 2. *Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes.* & Matt. 5. *vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coràm hominibus.* &c. Item propositi firmitate. Psal. 32. *Verbo Domini cœli firmati sunt*, &c. Ité Deo in eis quiescente per gratiam, qui ait: Esa. 66. *Cœlum mihi sedes est*: & Psalmista ait: *Dominus in cœlo paravit sedem suam.* & Ambros. in 3. de Sacramentis, inquit: *Cœlum est vbi culpa cessauit: Cœlum est, vbi nullum mortis est vulnus.* Alex. aũt de Ales aliam causam, vbi supra assignat, dicẽs: *Deus dicitur esse in Cœlis, vt ostendatur immensitas diuinæ potentiæ, quæ existens in Cœlis generat nos filios per adoptionem in terris, cuius contrarium mali senserunt*, secũdùm quod legitur Iob 22. vbi dixerunt: *Quid nouit Dominus? Et quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Item alia est ratio, vt sic orans à terra abducatur, & in cœlis quantum ad cœlebem conuersationẽ affigatur.* vnde Chrys. in hom. super Matt. ait: *In cœlis autem dicit, non illic Deum concludens, sed à terra abducens orantem, & in excelsis affigens regionib. & superioribus conuersationib.* Hæc ille. Qui etiam ait: *Addidit autem, Qui es in cœlis, vt sciamus nos habere patrem cœlestem, & erubescant se terrenis rebus substernere, qui patrem habent in cœlis.* Theophilus autem exponit dicens: *Non autem dicit, Qui es in cœlis, tanquam ibi circumscribatur, sed vt ad cœlos erigat auditorẽ, & abstrahat à terrenis.* Alex. verò de Ales, aliam causam assignat dicens: *Per hoc significatur, quòd cœlestia simpliciter petenda sunt*, vnde Hugo ait: *Si dixisses qui vbiq; es, verum dixisses. Sed ne inepta & inania quæritando, mente vagemur, dixit; Qui es in cœlis, vt mente radicata, quæ sunt vtilia quæramus.* In Collationib. autem patrum dicitur: *Hoc dixit, vt ad illam regionem in qua patrem nostrum commorari fatemur, summo desiderio properemus.* Hugo verò Cardinalis super Lucam ait: *Quòd Lucas non posuit illa verba, Qui es in cœlis, vt innuat Deum esse, vbiq; per potentiam, præsentiam, & essentiã.* Matthæus verò addidit, *propter septem causas. Primo, vt oremus in Spiritu S. & per septem mundo, quale est Cœlum.* Ioan. 4. *Deus spiritus est, causas addit, & eos, qui adorãt eum, oportet adorare in spiritu & Qui veritate. Secundo, vt cœlestia petamus, non terrena.* es in cœlis. Ioan. 16. *Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo: petite vt gaudium vestrum sit plenum. Tertio, vt ad cœli habitaculum tendamus dicentes Deo.* Can. 1. *Trahe me post te*, &c. *Quarto, vt in altissimo confidamus, cui assistunt Angeli.* dicẽte psalmista: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Quinto vt sanctum imitemur.* Leui. 20. *Sancti estote, quia ego sanctus sum. Sexto vt ostendatur, quod potens est dare, quod petitur, quasi pater existens in cellario plene, & referta omnium bonorum affluentia. vnde cùm dicimus, Qui es in cœlis, idem est ac si diceremus, Da nobis quod petimus, quia po-*

Declaratur illa particula, Qui es in cœlis, quæ ponitur multis de causis.

Angeli & Sancti dicuntur cœli quadruplici de causa.

Matth. propter

Digitized by Google

tes. Es enim in cellario tuo, vbi omne bonum affluit, & redundat. 1. Ti. 6. Beatus, & solus potens rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, &c & ad Ro. 10. Idem Deus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Vnde sponsa congratulans ait: Can. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus, & letabimur in te. Septima vt ostenderet qualis locus nobis præparatur, & vbi. de quo ipse Salvator ait. Io 14 Vado parare vobis locũ. & Ioan. 17 Quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum: Hæc ille. Nicol. autem de Lyra super Mat dicit: Quod ideo dicitur, qui es hic eius, quia licet sit in omnib. per essentiam, præsentiam, & potentiam, & specialis modo in iustis per gratiam, tamen specialissime excellentia eius relucet in beatis per gloriam.

Dominica oratio 7. includit petitiones: quarum 1. die declaratur quæ est: Sanctificetur nomen tuum.

QVo ad tertiũ principale de Dominicæ orationis continẽtia, oportet declarare particulariter omnes petitiones in ea contentas. Quarum prima est, *Sanctificetur nomen tuum*, quod exponit Nicolaus de Lyra vbi supra dicens: *Non petimus, quod aliqua sanctitas ei accrescat, quia hoc impossibile, sed vt sanctitas, quæ ei æternaliter ineſt, relucear amplius in creaturis. Et 1. principaliter quæritur in operib. humanis, secundùm quod dicit Apost. 1. ad Co. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Aug.* vero dicit vbi supra: *Ita dicitur Deus sanctificari, sicut glorificari & magnificari, & Ambr. in 5. de sacra. ait: Nomen eius sanctificari in nobis, est eius sanctionem ad nos pervenire, & gl. Aug. super Matt. di. Nomen patris petimus sanctificari, non vt ipse sanctior sit; sed vt in nobis operetur augmentum suæ sanctificationis. Et vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseueremus. & iterum ait: Hic spiritum sapientiæ oramus, ne à sanctitate nominis in aliquo discrepemus, sed patris nomen in filiis vita, & moribus ostendamus: & rursum inquit, Sanctificetur. i. ita vt est sanctum habeatur hominib. & ita innotescat illis, vt dies, vt non putetur aliquid sanctius. & iterum ad Probam scribit dicens: Sàn dicimus, Sãctificetur nomen tuum, admonemur desiderare, vt nomen eius quod sanctum est, apud homines semper sanctum habeatur. Titus autem expositor super Lucam ait: Sanctificetur nomen tuum, id est nota sit tua sanctitas mundo, & laudet te decenter. Rectos enim decet collaudatio. Iustis igitur orare pro emendatione mundi tuum.* Hæc ille. Chrys. verò in ho. exponit: *Sanctificetur, id est, per nostram vitam glorificetur, quasi dicat: Ita fac nos viuere: vt per nos vniuersa te glorificent. Digna est enim Deum deprecantis oratio, nihil petere ante patris gloriam: sed omnia eius laudi postponere.* & Greg. Nicænus prædicta confirmans addit: *Quis enim est adeo bestialis, qui videns in credentibus vitam puram, non glorificet nomen inuocatum in tali vita?* Chrys. etiam dicit, *Sicut cùm quis cæli pulchritudinem aspicit, dicit, Gloria tibi Domine, sic etiam cùm aspicit alicuius virtutem, quia hominis virtus multo magis, quàm cælum glorificat Deum.* Et iterum ait: *Sanctificamus Deum in nobis, quando scientes eum sanctum, eum timemus, & solicitè vigilamus, ne forte violemus sanctitatem nominis eius in nobis per mala opera.* Possumus etiam exponere, sanctificetur. i. sanctum prædicetur, & manifestetur cunctis gentibus, sicut fecit ipse Dominus qui ait Io 17. *Pater manifestaui nomen tuum hominib.* Secunda autem petitio est: *Adueniat regnum tuum* pro cuius intelligentia dicit Alex. de Ales. in 4. par. summæ. q. 37. membro. 4. Quod regnum Dei multipliciter accipitur. Primo pro Ecclesia militante, quia regitur, iuxta illud Matt. 5. *Qui solverit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno Cælorũ*, & Matt. 13. *Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala.* Secũdo accipitur pro Ecclesia triumphãte, quia regnat. Matt. 8 *Venient & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Cælorũ*, & Matt. 26. *Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud in regno patris mei.* Tertio pro gratia Dei. Luc. 17. *Regnum Dei intra vos est.* Item pro gloria speciei Matt. 25. *Percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Quarto pro intellectu scripturæ. Matt. 19. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quinto pro loco patriæ. Matt. 13. *Fulgebunt iusti, sicut Sol, in regno patris mei.* Sexto ipse Christus dicitur regnum Dei: Luc. 11. *Si in digito Dei ejicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.* & 17. c. eiusdem Euangelij iterum ait: *Regnum Dei intra vos est*, quod exponitur non tantum pro gratia diuina, sed etiam pro Christo. De quolibet autẽ istorum regnorum potest exponi quod dicit. Primo enim de Ecclesia militante exponit Alex. vbi supra di. *In hac petitione petitur, vt re-*

Nomen Dei in nobis sanctificari quid sit.

2. Petitio quæ sit in Dominica oratione, est Adueniat regnũ tuum.

Regnũ Dei multipliciter accipitur.

Digitized by Google

vt veniat regnum Ecc. eſtæ militantis, ad regnum triumphantis, vt ſiat triumphans. Vnde non petitur vt regnum Ecc eſtæ veniat, ſed vt adveniat. Poſſumus etiam exponere ſic: Adveniat regnum tuum, id eſt viſita, defende, & dilata Eccleſiam militantem, vt amotis perſecutionibus tyrannorum, hæreticorum, & malorum Chriſtianorum in tranquillitate & pace, ſeruiendo tibi, in nobis cum gloria regnes. De quo regno exponi poteſt illud quod ait Apoſt. ad Rom. 14. *Non eſt regnum Dei*, id eſt Eccleſia, *eſca vel potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.* De regno autem triumphãtis Eccleſiæ expoſuit gloſſa ſuper Matthęum, dicens: *Regnum Dei ſemper eſt, ſed rogatur vt adveniat, id eſt vt manifeſtetur hominib.* De gratia autem exponit Nicolaus de Lyra, vbi ſupra di. *Benè dicitur, Adveniat, quia non poſſumus ad Deum venire per gloriam, niſi ipſe primò veniat ad nos per gratiam.* Vnde Aug. ſuper Ioannem ait: *Ille enim venit, quem gratia Dei prævenit,* & Ioan. 6. ait Saluator: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.* ſ per gratiam. Quando ergò anima habet gratiam ſpiritus S. & bonam conſcientiam, tũc habet regnum Dei gloriolum, quia *gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* 2. ad Cor. 1. Et ideò Grego. Nicæn. exponit, *Adveniat regnum tuum, id eſt, veniat ſuper nos ſpiritus ſanctus tuus, & purificet nos,* & Aug. in lib. de verbis Domini dicit: *Tunc enim venit in nos regnum Dei, quando eius ſummam gratiam conſecuti.* Et in Collationibus patrum dicitur: *Nouit ſanctus teſtimonio conſcientiæ ſuæ, cùm apparuerit regnum Dei, eius ſe futurum eſſe conſortem,* & Hieron. ait: *Attendendum eſt, quàm grandis audaciæ ſit, & puræ conſcientiæ; poſſulare regnum Dei & iudicium non timere.* De gloria autem ſpeciei exponit Alex. vbi ſupra. di. *Regnum tuum adveniat, id eſt regnum quo tu modo regnas in nobis per fidem perueniat ad regnum, quo in nobis regnabis per ſpeciem, id eſt regnum fidei ad regnum tranſeat ſpeciei, quoniam hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant, &c. Ioan. 17.* De intellectu autem ſcripturæ exponit idem Alex. ibid. di. *Adveniat regnum tuum. i. intellectus ſacræ ſcripturæ, quo videmus modo, tranſeat ad intellectum quo videbimus te in te, qui es liber. 1. ad Cor. 13. Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate. ſ. ſacræ ſcripturæ, tunc autem facie ad faciem.* Et glo. ſuper Matthęum ſuper illa verba: *Adveniat regnum tuum, dicit: Hic ſpiritus intelligentiæ petitur, quo mundatur cor, vt Deus videatur.* De loco autem patriæ etiam ſic exponi poteſt. *Adveniat regnum tuum:* id eſt, fac vt gerus humanum veniat ad regnum tuum: id eſt ad Cęlum, vt illius ſedes ruinoſas reſtauret, iuxta illud Pſal. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.* De Chriſto etiam exponitur ſecundùm Cyprian. vbi ſupra, qui ait: *Poteſt etiam, & ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus, vt citò nobis repræſentetur optamus: nam cùm ipſe ſit reſurrectio, quia in ipſo reſurgimus, ſic & regnum Dei poteſt in eligi, quia in illo regnaturi ſumus. Benè autem regnum Dei petimus, id eſt cæleſte, quia eſt & terreſtre regnum. Sed qui renunciauit iam ſeculo, maior eſt etiam honoribus eius, & regno. Et ideò qui ſe Deo & Chriſto dedicat, non terrena, ſed cæleſtia regna deſiderat.* Hæc ille Et Cyrillus ait: *Qui hoc dicunt, videntur optare rurſum refulgentem in mundo omnium Saluatorem. Mandauit autem in oratione, petere illud tempus verè terribile, vt ſciant quod viuere decet eos non leniè vel remiſſe, vt illud tempus non paret illis flammam, & vindictam: Sed magis honeſtè ſecundùm voluntatem ipſius, vt eis tempus illud non eſſet coronæ.* Origenes autẽ exponit: *Adveniat regnum tuum: vt ſ. euacuetur principatus, & poteſtas, & virtus, & regnum mundi quin etiam peccatum, quod regnat in mortalibus noſtris corporibus.* Aug. etiam de ſermone Domini in monte ait: *Hoc non ita dictum eſt, quaſi Deus nunc non regnet etiam in terra, ſemperque in ea regnauerit. Adveniat ergò, accipiendum eſt, vt manifeſtetur hominibus. Nulli autem licebit ignorare regnum Dei, cùm vnigenitus eius non ſolùm intelligibiliter, ſed etiam viſibiliter venerit iudicare viuos & mortuos. Tunc autem eſſe futurum diem iudicij Dominus docet, cùm Euangelium prædicatum fuerit in omnibus gentib. quæ res pertinet ad ſanctificationem nominis Dei: Vel generaliter pro totius mundi petit regno, vt diabolus in mũdo regnare deſiſtat, vel in vnoquoque regnet Deus, & non regnet peccatum in mortali hominum corpore.* Hæc ille. Qui etiã ad Probã ait: *Per hoc deſiderium noſtrum ad illud regnũ excitamur, vt nobis veniat, atq; in eo regnemus.* & idem in li. de perſeuerantia dicit: *Cùm petitur, Adveniat regnum tuum, quid orans*

qui

qui iam sancti sunt, nisi vt in ea sanctitate, quæ iam illis data est, perseuerent, neque enim aliter venit Dei regnum, quod his qui perseuerant, vsque in finem certum est esse venturum. Cyprianus verò vbi supra inquit: *Regnum petimus aduenire, à Deo nobis repromissum, & Christi sanguine acquisitum, vt qui in seculo ante seruiuimus, postmodum Christo donante regnemus.* Hæc ille. O igitur pater cœlestis, adueniat regnum tuum. Debent enim patres thesaurizare filijs. 2. ad Cor. 12. & 16. q. 1. c. prædicator. & extra de censi. c. cum Apostolus. Item votum est patris, res suas ad filios peruenire. l. de emancipatis. C. de legi. hære. l. scripto. ff. vnde lib. & l. penul. ff. de bonis lib. & ideò dicitur: *Si filius, ergò hæres.* vt notat glo. in authen. vt hi qui obli. per. res mi §. vt autem non demus. & insti. de hære. quæ ab intesta. defe. §. sui autem. & §. sed sui. Insti. de hære. qua. & dif. Nobis ergò adueniat regnum tuum in illa beata vita de qua Cæsarius ait: *Beatam vitam illam facilius est consequi, quàm enarrare. Cuius erit possessio sine timore, vsus sine fastidio, refectio sine cibo. Sub antiquis perpetuisq; gaudijs semper noua iucunditas, & sine periculo amittendi felicitas. Excita te, O anima mea, & cogita quantum potes, quale, & quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita diligenter quàm sit delectabile illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti. Sed tanto differenter, quanto Creator differt à creatura. Cur ergò per multa vagaris homuncio quærendo bona animæ & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Si delectat te pulchritudo, fulgebunt iusti sicut Sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis, erunt similes Angelis Dei. Si longa & salubris vita, ibi erit summa æternitas, & æterna sanitas. Si satietas, satiabuntur, cùm apparuerit gloria Dei. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi concinunt Angelorum chori. Si sapientia, seipsam ostendit eis sapientia Dei. Si amicitia, diligunt Deum plus quàm seipsos. Si potestas, omnipotentes erunt suæ voluntatis, sicut & Dominus suæ. Nam sicut poterit Deus, quæ volet, per seipsum, ita poterunt beati quæ volent. Si honor, & diuitiæ, supra multa eos constituet Dominus. Si securitas, certi erunt, nullatenus illud bonum defuturum.* Hæc ille.

TErtia petitio est, *Fiat voluntas tua, &c.* Quam exponens Nicolaus de Lira, vbi supra ait: *Quia illud per quod principaliter consequimur beatitudinem, est impletio voluntatis diuinæ per sanctam operationem, & frequenter voluntas eius est nobis incognita, & quando cognoscitur, adhuc sumus impotentes, & pigri ad implendum. Ideò tertio petimus. Fiat voluntas tua, id est, inspires nobis virtutem, & propositum ad implendum tuum beneplacitum. Additur autem. Sicut in cælo & in terra. Beati enim qui sunt in cælo, quia sunt immediate coniuncti regulæ diuinæ, ideo non possunt deficere, nec deuiare à diuina voluntate, & propterea nos qui sumus in via, & non summè coniuncti, sic petimus vt diuina gratia hoc suppleat in nobis, tenendo voluntatem nostram in conformitate ad suam in operibus nostris, sicut conformantur illi, qui sunt in cælis.* Hiero. verò sic exponit dicens: *Oramus hac petitione, vt libertas arbitrij nostri secietur per gratiam suæ voluntati, quæ est sanctificatio nostra, & vita æterna.* glossa verò, Matt. 6. ait: *Hic petitur spiritus consilij, per quem voluntas Dei inquiritur, vt à nobis impleatur,* & alia glossa inquit: *Voluntas Dei est præceptorum custodia.* & Hugo, quem refert magister sententiarum in 1. di. 45. ait: *Pro præcepto Dei atque consilio potest accipi voluntas Dei, ibi, Fiat voluntas tua, &c.* Chrysost. autem super Matt. dicit: *Non ait, Fiat voluntas tua, in me, vel in nobis, sed vbique terrarum, vt soluatur error, & pulsetur veritas, & expellatur malitia vniuersa, & reuertatur virtus, & in nullo secundùm hoc differat iam cælum à terra. Si enim hoc fiat, nihil distabunt, quæ inferius sunt, & ab his quæ superius; & si natura differant, Angelos alteros terra nobis ostendere, quia homines erunt similes Angelis.* Augustinus verò in 5. sermone de verbis Domini, ait: *Fiat voluntas tua, &c. Hoc est, vt sit pax in terra, quemadmodum est in cælo.* Idem quoque Augustin. quadrupliciter exponit prædicta verba, vt in illum quam expositionem ponit glossa super Matthæum; & Alex. de Ales. vbi supra di. *Sicut in cælo & in Terra, id est, sicut in Angelis, ita & in hominibus, vel sicut in perfectis, ita & in peccatoribus conuersis.* & idem August. in lib. de

3. Petitionis expositio, quæ est fiat voluntas tua.

Aug. 4. Ex. particulæ Dominicæ orationis, fiat voluntas tua.

dono

dono perſeuerantiæ recitat expoſitionẽ Cypriani marty. dicentis: *Eſt, & alius in his verbis ſenſus, vt ſcilicet pro infidelibus, qui ſunt adhuc in terra, terrenum tantum hominem portantes, orare intelligantur fideles, qui cæleſti homine induti non immerito cæli nomine intelliguntur, vnde ſenſus eſt, Fiat voluntas tua, in infidelibus, ſicut in fidelibus, vt non ſolum fidelibus augeatur fides, & perſeueret in eis, ſed etiam infideles eam recipiant.* Tertiò exponit, ſicut in cœlo &c. id eſt ſicut in mente, ita, & in carne, vt ſicut in mente eſt ſermo legis Dei, ad Rom. 7. ita ſit in carne, vt non concupiſcat aduerſus ſpiritum. Vel ſicut in Chriſto, ita & in eccleſia, ita vt Eccleſia ſequatur viam, & doctrinam Chriſti, & eius faciat voluntatẽ. De qua idẽ Aug. inquit: *Voluntas Chriſti eſt humilitas in conuerſione, ſtabilitas in fide, modeſtia in verbis, Iuſtitia in factis, miſericordia in operib⁹, diſciplina in morib⁹, pax cũ fratrib⁹, amare Deũ toto corde, quia Pater noſter eſt, timere quia De⁹ eſt, Chriſto nihil præponere, quia nec ipſe quicquam nobis præpoſuit, quando ſe pro nobis ad mortem expoſuit.* Dicit aũt Aug. in lib. de verbis Domini in monte. *Fiat voluntas tua, id eſt, ſicut facta eſt in Ieſu Chriſto tanquam in viro, qui patris voluntatem implenit, ita fiat in terra, id eſt, in Eccleſia tamquam in fœmina, quæ illi deſponſata eſt. Cœlum enim & terra conuenienter intelligitur quaſi vir, & fœmina: quoniam terra cœlo fœcundante fructifera eſt.* hæc ille. Qui etiam ait: *In illo beatitudinis regno vita beata perficietur in ſanctis, ſicut nunc in cæleſtibus Angelis, & ideo poſt illam petitionem: Adueniat regnum tuum, ſequitur: Fiat voluntas tua &c. ſicut in Angelis qui ſunt in cœlo, voluntas tua fit, vt ſe perfruantur nullo errore obnubilante eorum ſapientiam, & nulla miſeria impediente eorum beatitudinem, ita fiat in ſanctis tuis qui ſunt in terra, & de terra quantum ad corpus attinet facti ſunt, vel, Fiat voluntas tua, ſicut in iuſtis, ita & in peccatoribus, vt peccatores ad te conuertantur, & faciant voluntatẽ tuam.* Chryſoſt. vero ſuper Matt. di. *Vide conſequentiam optimam. Quia enim concupiſcere docuit cæleſtia per hoc quod dictum eſt: Adueniat regnum tuum, antequam ad cœlum perueniatur, ipſam terrã iuſſit fieri cœlum per hoc quod dicit: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.* Cyprian. autem ait: *Non petimus vt Deus faciat quod vult, Sed vt nos facere poſſimus quod Deus vult, quod vt fiat in nobis, opus eſt Dei voluntate, id eſt, opera eius & protectione, quia nemo ſuis viribus fortis eſt, ſed Dei miſericordia tutus:* & Chryſoſt. addit in homil. *Virtus enim non eſt noſtri ſtudij ſolum, ſed ſuperioris gratiæ.* Et Auguſt. in lib. de bono perſeuerantiæ ait: *Ex hoc autem euidenter oſtenditur contra Pelagianos initium fidei eſſe donum Dei, quando pro infidelibus, vt habere fidem incipiant, ſancta orat Eccleſia, cum etiam in ſanctis iam ſit facta Dei voluntas, cur vt fiat adhuc petunt, niſi vt perſeuerent in eo, quod eſſe cœperunt?* Chryſoſt. etiam ſuper Matt. di. *Communiter accipi debent quod ait: Sicut in cælo, & in terra, id eſt, ſanctificetur nomen tuum ſicut in cælo, & in terra. Adueniat regnum tuum: ſicut in Cælo, & in terra, & fiat voluntas tua, ſicut in Cælo, & in terra. Et vide quam caute locutus eſt, non dixit: Pater ſanctifica nomen tuum in nobis, Adueniat nomen tuum ſuper nos, fac voluntatem tuam in nobis, nec iterum ait: Sanctificemus nomen tuum, Suſcipiamus regnum tuum, Faciamus voluntatem tuam, ne hoc aut Dei tantum, aut hominis tantum eſſe videatur. Sed medie dixit, & imperſonaliter: nam ſicut homo non poteſt facere bonum, niſi habuerit adiutorium Dei: ſic nec Deus bonum operatur in homine, niſi ille vouerit, & ideo dicit: Fiat voluntas tua, quaſi dicat: Præſtanobis Domine conuerſationem cæleſtem, quatenus quæcunque tu vis, nos etiam velimus.* & Gregor. ait: *Quoniam vitam humanam poſt reſurrectionem ſimilem dicit eſſe venturam vitæ Angelicæ, conſequens eſt vitam mundanam ad vitam, quæ poſt modum ſperatur diſponi, vt in carne viuentes carnaliter non viuemus. Per hoc autem verum medicus animæ, ſoluit morbi naturam, vt quos corrupuit infirmitas, per hoc quod à voluntate diuina receſſerant, à morbo denuo liberet copulatio ad voluntatem mæeſtatis diuinæ.* Quarta petitio eſt: *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem*, ſecundum Matt. & ſecundum Lucam, *quotidianum da nobis hodie.* Hiero. aũt exponit *ſuper-ſubſtantialem*, id eſt, præcipuum, ac peculiarem, ſiue egregium. Chryſ. vero exponit *ſuperſubſtantialem*. i. quotidianum, quia ſcilicet ſuper terram nos quotidie de illo ſumentes ſuſtentat. Si autem referatur ad panem ſacramentalem: ideo dicitur ſuperſubſtantialis, qui animam & corpus ſuper omnẽ alium cibum ſuſtẽtat, ſecundum Alexand. vbi ſupra: vel ſic dicitur, ſecundum Hieronymum, quia ſuper

4. Petitio quæ ſit in Dominica oratione quæ eſt, Panem noſtrũ quotidianũ &c.

Digitized by Google

omnes substantias est, & vniuersas superat creaturas. Vnde notandum est secundum Alex. de Ales vbi supra, quod quinq; sunt panes nobis necessarij in via, & vnus in patria. In cuius signum Dominus pauit populum sequentem se quinque panibus, Matt. 14. Primus panis est materialis, siue corporalis, qui est ad corporis sustentationem, de quo Gen. 3 dicitur. *In sudore vultus tui, &c.* & Matth. 4. *non in solo pane viuit homo.* Alius est spiritualis scilicet panis iustitiæ qui est necessarius ad corroborationem de quo Luc. 11. dicitur: *Commoda mihi tres panes.* Isti enim tres panes significant triplex robur. ad operandum bonum. ad resistendum malo, & ad perseuerandum in virtutib⁹. Tertius panis est doctrinalis, qui est necessarius ad eruditionē vt habetur in c. inter cætera de offi. o; d. & hoc vt sciatur quid eligendū sit, & quid declinandū, de quo pane dicitur. Eccl. 15. *Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus*, & iste panis secundū Gloss. est verbū Dei. Quartus est sacramentalis, qui est necessarius ad expiationem de quo dicitur Psal. 77. *Panem Angelorum manducauit homo*, & Sap. 10. *Panem de Cælo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.* Quintus panis est æternalis, qui est necessarius ad fruitionem, de quo ipse ait Io. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*, & Luc. 14. dicitur: *Beatus, qui manducat panem in regno Dei.* Licet autem prædictis panibus indigemus, & eos petamus, tamen non dicimus panes in plurali. sed panem in singulari, propter vnitatem ordinis siue relationis, quia panis materialis, spiritualis, doctrinalis, & sacramentalis ordinantur ad æternalem, & hic petuntur; & dantur, vt ille, qui est æternalis habeatur. Hæc Alex.

Panes nobis necessarij sunt quinque.

Licet in petitione panis, omnia vitæ necessaria comprehēdātur tamen maximo sit mysterio posita verba prædicta vt. 6. sex vitia euitemus.

LIcet autem in petitione panis comprehendantur omnia vitæ necessaria, secundum August. & Chrys. super Matth. vt etiam exponit Nicolaus de Lira vbi supra: Tamen cum magno mysterio posita sunt prędicta verba, vt sex vitia euitemus. Primum est superfluitatis, & ideo dixit, panem, vt non superflua petamus, vnde Chrys. super Matt. ait: *Vt pane vsus sit orationem facere, non pro pecunijs, neque lasciua, sed solum pro pane quotidiano postulando. ergo sunt eis vtilia necessaria vitæ, non eorum diuersitates, & vina odorifera, &c. quæ delectant gutturi, onerant alienum ventrem, & non emperiunt; sed panis, qui potest sustentare, &c.* & glossa super Matt. dicit *Hi videntur ergo, qui sunt luxuriosi, & vestium communes, auctora sibi præbentium quibus viuunt alimenta quærunt.*

Primo propter humilitatem. In Dominica oratione ponitur ly nostrum quinque ex causis.

SEcundum vitium est rapacitatis. & ideo dixit nostrum, non alienum, quod quidem est omne illicite acquisitum. Panis ergo noster, siue de iusta hæreditate perceptus, vel alio iusto titulo, aut de licito labore acquisitus, vnde Chrys. super Matt. ait: *Dicit nostrum, quia qui de iniusta acquisitū panē manducat, suū panē manducat: qui aūt alienum peccatio, alienum.* Possumus quoque dicere quod dixit, Nostrum, propter alias quinq; causas. Primo propter nostram humilitatem, vnde Alex. de Ales. vbi supra, inquit, *dicitur nostrum, vt nostra ostendatur indigentia, propter quam indigemus huiusmodi panis refectione, vt sic indigentiam nostram recordando humiliemur.* Secundo propter communicabilitatem, vnde Alex. vbi supra addit: *Item nostrum dicitur, vt ostendatur, quod proximo indigenti non debet ab aliquo vt proprium haberi, sed & materialis & spiritualis, & doctrinalis, ac sacramentalis panis sibi communicari.* Chrys. etiam (vbi supra) inquit *Dicitur nostrum, quia omnia quæ nobis Deus dat, per nos alijs dat, vt de eo quod accipimus partem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus non præstat, non tantum panem suum manducat, sed alienum*, hæc ille. Tertio dicitur nostrum, propter vtilitatem. Vnde Alex. (vbi supra.) ait: *Dicitur nostrum, quia nos sumus causa propter quam panis materialis, spiritualis, doctrinalis, & sacramentalis est institutus, vt scilicet sit nostræ indigentiæ reparatiuus. Noster ergo est, non proprietate, sed vtilitate, causalitate*, hæc ille. Quarto propter dignitatem, & hoc quantum ad panem sacramentalem, nam soli homini data est dignitas conficiendo istū panem, & non Angelis secundum Theol. in 4. di. 13. Quinto dicitur nostrū, propter comestionē: nam angeli non comedunt de pane naturali, nec de pane sacramentali

2. Vitium.

corporis

Digitized by Google

corporis Christi. Licet enim verbum Dei sit panis Angelorum, tamē panis hominis est verbum, caro factum. Secundum enim deitatem inuisibilem Deus reficit Angelos, vnde Raphael dixit Tob. 12. *Ego cibo inuisibili, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* Secundum autem deitatem in persona filij incarnatam reficit nos.

3. Vitium. TErtium vitium est anxietatis, siue nimiæ solicitudinis, procurandi terrena per longa tempora possidenda, contra illud quod Apostolis ipse Dominus inquit, Matt 6. di. *Nolite cogitare de crastino*, & ideo dixit quotidianū, vnde Chrys. inquit. *Postulare iussit panem illum, qui nobis hodie sufficit, vt de crastino non cogitemus, & non conteramus nosipsos solicitudine superuenientis diei*: hæc ille in homilia. Qui tamen limitando prædicta ait super Matth. *Et sic prima facie videntur hæc verba sonare, vt qui hoc dicunt, non habeant cibum in crastinum præparatum, quod si ita est, oratio ista, aut paucis potest conuenire, sicut Apostolis, qui docendi gratia omni tempore vagabantur, aut forsitan nulli. Doctrinam autem Christi ita debemus aptare, vt omnes in ea proficiant:* vnde Cypr. inquit: *Diurnum cibum discipulus Christi à Deo petere, ne in longum desiderium petitionis extendat, quia contrarium sibi sit, & repugnans, vt quærat in secula seculorum manere, qui petit regnum cælorum velociter aduenire.* Vel addit quotidianum, *vt tantum quis mandu.et quantum ratio naturalis exigit, non quantum luxuria carnis impellit. Si enim in vno conuiuio tantum expendas quantum sufficere tibi potest per centum dies, iā non quotidianum cibum mandu.as, sed multorum:* hæc ille. Hunc ergo panem quotidianum petimus vt corpus nostrum in Dei seruitio sustentemus, non vt ipsum superfluitatibus replendo contra spiritum recalcitrare faciamus. Vnde dicitur in c. charitas. §. Item corpus. de pœn. di. 2. (Et sunt verba Prosperi in libro de vita contemplatiua.) *Corpus nostrū quia pars nostri est, ad hoc nobis diligendum est, quatenus spiritui cedere subiectum, ad æternam salutem accepta mortalitate, & incorruptibilitate perueniat.* Vbi glo. super verbū subiectum ait: *Debemus adhibere iumento nostro saccū paleam & flagellū. Saccum i.e. pœnitentiæ, & alia bona opera. Paleam. i. necessaria ad vitæ sustentationem: Flagellum vero, ad castigationem, si excesserit.* Si aūt intelligamus de pane sacramentali, ex hoc quod dicit quotidianum, ostendit vtilitatem, q̄ recipimus ex quotidiana cōion., sicut fiebat in primitiua Ecclesia vt habetur in c. peracta de cōs. di. 2. Et ita exponitur in Collationib. patrum, vbi dicitur: Ex hoc ostendit eum quotidie esse sumendum, quia nō est dies, qua non opus sit nobis huius panis perceptione, cor interioris hōis confirmante. Aug. verò super Lucam exponit dicens: *Vel quotidianum panem accipiamus spiritualem, præcepta scilicet diuina, quæ quotidie oportet meditari, & operari.*

4. Vitium. QVartum vitium est arrogātia, Sicut.n. quidā diuitias quas possidēt suo, vel eorum laborū solicitudini, & industriæ tribuentes, gloriātur, & obliuiscuntur se illas suscepisse à Deo; & ideo subditur. *Da.* scilicet cuius sunt vniuersa, de quo inqt psalmista: *Qui dat escā omni carni.* Chrys. aūt super Matt. exponit di. *Dicimus da nobis, vt quod māducamus de manu Dei accipiamus, quod est tātum sanctorūm: nā illi Deus dat panem, qui cum iustitia præparat. Diabolus aūt ei, qui præparat cū pēnō.*

5. Vitium. QVintū vitiū est tenacitatis. Sunt.n. quidā, q̄ faciūt sibi vngulas curuas ad retinendū sibi omnia & nihil pauperib. erogādum, & ad modum milui efficiuntur, qui sēper clamat: mio mio mio & idcirco dicitur: *Da nobis*, non mihi. Contra quos inqt Ambr. in c. sicut hi. 47. di. *Esurientiū panis est, quē tu detines, &c.* Et ibidem: *Plus quā sufficit ad sumptus, violenter obtentum est.*

6. Vitium. SExtum vitiū est longæuitas, siue immortalitas. Sunt.n. quidam, qui sicut nunquā mori vellent, sic ēt putant se quodā modo in perpetuū, vel saltē diutissimè victuros, sicut Matthusalē, & ideo toto affectu terrenis immersi, pēsens seculū quasi quēdam sibi constituunt Paradisum: propter quod dicitur hodie, quasi dicatur, petite, quæ vobis sunt necessaria ad præsens tempus, quia nescitis quid superuentura pariat dies. Aug. vero in li. de dono perseuerantiæ, & Cyprian⁹ vbi supra, & Alex. de Ales, in in loco præallegato, exponūt hoc verbū, hodie, de pane sacramentali, dicentes: Alia est ratio moralis, vt per hoc intelli-

Digitized by Google

gatur, quod panis iste die gratiæ, non nocte peccati sit accipiendus, ne indignè accipiens corporis, & sanguinis domini reus efficiatur. 1. ad Cor. 11. Quinta petitio est. *Dimitte nobis debita nostra, &c.* In quibus verbis tanguntur tria. 1. diuinæ virtutis immensitas: ibi dimitte. scilicet tu Deus, qui solus habes potestatem in terra dimittendi peccatum Matth. 9. cui inquit Propheta Psal. 31. *tu remisisti impietatem peccati mei.* S. cundo tangitur prauitatis humanæ communitas, ibi, *nobis*, quia omnes sumus peccatores, ad Rom. 3. *Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei,* & 1. Io. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est,* & Prou. 20. *Quis potest dicere, mundum est cor meum, purum sum à peccato?* quasi dicat nullus præter Christum, & Matrem eius, vt excipit August. in li. de natura, & gratia, & Eccl. 7. *Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet.* Qua propter Aug. in li. de bono perseuerantiæ, inquit: *Hoc telo Pelagiani confodiuntur hæretici, qui audent dicere hominem iustum in hac vita habere nullum omnino peccatum.* Tertio tangitur seruitutis angustæ anxietas, ibi, *debita nostra*, id est, peccata secundum glossam, vnde Luc. 11. dicitur: *Dimitte nobis peccata nostra,* & ita Alexand. de Ales, vbi supra di. *Debita dicuntur peccata, quæ nos debitores pœnæ constituunt. Vt enim di. Imm. non hic agitur de debitis pecuniarum, sed debitis offensarum.* Luc. 13. *Putatis quia, & ipsi debitores fuerunt, &c.* hæc ille. & Aug. in li. de verbis Domini, ait: *Quid est debitum nisi peccatum?* Hãc autem petitionem exponens Cyprianus, in lib. de oratione Dominica, inquit: *Post subsidium cibi petitur, & venia delictis, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat, nec tantum præsenti vitæ, sed æternæ consulatur, ad quam venire potest, si peccata donentur, quæ debita Dominus appellauit. Quare necessariè, & salubriter admonemur, qui peccatores sumus, dũ propitiis rogare cõpellimur, vnde ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollẽdo pereat, instruitur se peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare.* Et Titus expositor ait: *Hoc addũ est necessario, pro eo quod nullus sine peccato reperitur, ne impediamur à sacra participatione propter humana peccata. Cum. n. teneamur exhibere Christo omnimodam sanctitatem, qui spiritum sanctum habitare facit in nobis, redarguendi sumus, si non obseruemus ei templum mundum.* Sequitur autem in prædicta petitione. *Sicut & nos dimittimus, &c.* quod ẽt habetur de pœni. di. 1. c. tres sunt. Vnde est notandum, quod aduerbium sicut (secundum doctores) potest hic accipi similitudinariè, vt Matt. 22. *Erũt sicut Angeli Dei in Cœlo.* Qui enim indulserit alijs, locum vel gradum tenebit angelorum, & qui non indulserit, tenebit gradũ dæmonum, & erit socius eorum. Secundo accipitur quantitatiuè, sicut ad Ro. 6. vbi dicitur. *Sicut exhibuistis membra vestra, &c.* Sicut ergo exhibuistis vos ad faciẽdam vindictam vniuersaliter, ardenter, velociter, perseueranter, & frequenter, ita debetis vos exhibere ad parcendum omnibus, remittendum omnes iniurias amore Dei, & cum ardenti feruore charitatis, ac cito, & perseuerare in dilectione proximi, & nõ solum semel remittere, sed septuagies septies, sicut hortatur Dominus Matt. 18. & posuit finitum numerum, pro infinito, secundum Nicolaũ de Lyra, id est toties quoties offensus fueris remitte. si vis peccata tua à Deo tibi remitti, qui ait, Matth. 6. & Luc. 6. *dimitte, & dimittetur tibi*, transumptiuè de pœni. di. 4. c. dicit Dominus: di. autẽ Cyrillus in declaratione orationis Dominicæ: *Vult enim vt ita loquar patientiæ, quam homines colunt, misericordem fieri Deum, vt qualem ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem, talem pari lance, recipere petant à Deo, qui iusta recompensat, hoc igitur aduertentes, gratiæ agendæ sunt debitoribus nostris, fiunt enim nobis si sapimus, causa indulgentiæ maximæ & pauca exhibentes, plurima reperiemus: nam & nos multa debemus, & magna debita Deo: quorum si minimam partem à nobis vellet exigere, iã periissemus,* & Cyprian. inquit: *Qui propeccatis nos orare docuit, paternam misericordiam promisit, sed planè addidit legem certa conditione nos cõstringens, vt sic nobis debitum dimitti postulemus, secundum quod, & ipsi debitoribus nostris dimittimus,* & Greg. 10. mora. addit: *Vt profecto bonum quod à Deo compuncti petimus, hoc primum proximo conuersi faciamus* hæc ille. Notandum est etiam secundum Alex. de Ales, vbi supra & Beat. Thom. in 4. scripto sen. di. 16. inexpositione litteræ, quòd ille, qui in persona Ec-

5. *Petitio quæ sit in oratione Dominica est,* Dimitte nobis debita nostra, *quæ hic declaratur.*

na Eccleſiæ dicit, dimittite nobis. &c. nõ peccat hoc dicendo, ſed tamen ei non remittuntur peccata, niſi, & ipſe remittat debitoribus ſuis, quia ait ipſe Dominus, Matthæi 6. *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, & Pater veſter cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis, nec Pater veſter cæleſtis dimittet vobis.* Tali autem retinenti iniurias, & vindicare ſe volenti, dicet Dominus in iudicio: *Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Matth. 18. & de pœniten. diſtinct. 4. cap. dicit Dominus, & de conſecra diſtinct. 2. c. Panem de altari. Propterea inquit Auguſt. de verbis Domini: *Si non dimiſeris, non poteris dicere, dimitte nobis debita noſtra: ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris*, ſcilicet in perſona propria, quia ſic faciendo, potius peccas, quam merearis. vnde Chryſoſt. ſuper Matthæum ait: *Cum qua ergo fide orat, qui inimicitiam ſeruat aduerſus alterum, à quo forſitan læſus eſt? Sicut enim ipſe vult: mentitur: dicit enim remitto, & non remittit; ſic & a Deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur.* Hæc ille. Dicit tamen Auguſt. in li. Enchiridion. *Cum in oratione dicitur, dimitte nobis debita noſtra: ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris, procul dubio verba ſponſionis huius impleantur, & ſi homo nondum ita perficit, vt diligat inimicum, tamen quãdo rogatur ab homine, qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde, qui etiam ſibi rogauit vult dimitti.* hæc ille. Et gloſſa ſuper illud, *debitoribus noſtris* exponit, ſ. petentibus. Ex quibus verbis quidam voluerunt determinare, quòd ſolum veniam petentibus eſt remittendum, ſed Alexand. de Ales, vbi ſupra dicit, quòd omnibus eſt generaliter venia danda: iuxta illud Marc. 11. *Dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem*, ſ. qui vos læſit. licet autem etiam non petentibus, ſit venia danda, tamẽ maxime eſt petentibus impendenda; vnde Auguſtinus, de ſermone Domini exponẽs p̃dicta verba: *Dimitte nobis* &c. inquit: *Tũc conuincimur contra iſtam regulam feciſſe, ſi eis non dimittamus, qui veniam petunt, quoniam & nobis veniam petentibus à benigniſſimo patre dimitti volumus.* Dicit autem Alexand. de Ales: & Nicolaus de Lyra, vbi ſupra, quòd licet iniuriam paſſus, teneatur parcere iniurianti, remittendo ei odium & deſiderium vindictæ, non tamen tenetur ei remittere damnum, quod ab illo ſuſtinuit, nec detrimentum, quod paſſus eſt ex iniuria illata; imo poteſt illud petere iuridicè, vt etiam dicit gloſſa, in ca. Si quis contriſtatus. 90. diſt. per capitulum, ſi illic. 23. quæſtio. 4. Rancorem tamen cordis etiam iniuriante non ſatisfaciente, tenetur dimittere, de pœnit. diſt. 5. c. vltimo. Imo nunquam debet admittere, quia non licet aliquem odio habere. 33. quæſt. 4. cap. cum in lege. Eſt autem perfectionis non ſolum remittere rancorem, ſed etiam damnum, iuxta exhortationẽ Domini dicentis. Matth. 5. *Qui vult tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et ibidem ac Luc. 6. *Si quis percuſſerit te in vnam maxillam, præbe ei & alteram.*

SExta petitio eſt. *Et ne nos inducas in tentationem.* Vbi notandum, quòd non dicitur, Mitte nobis tentationes, vel permitte nos tẽtari, eo quod ſumus imperfecti, & tentationes ſunt periculoſæ ex quatuor partibus. Primo ex parte hoſtis, qui non intendit, niſi malum cum tentat. Secundo ex parte mentis, quæ cum nõ ſemper ſit diuinæ gratiæ auxilio roborata, in bello tentationis cadit. Vnde gloſſa ſuper Matth 4. ait: *Sine Spiritu ſancto, qui ad pugnam loſæ ex vadit, cito cadit.* Tertio ex parte temporis, nam difficile eſt in tota vita militare viriliter, & nunquam deficere, de qua pugna dicitur Iob. 7. *Militia alias tentatio eſt vita hominis ſuper terram.* Quarto ex parte finis, quia tentatio dæmonis, carnis, & mundi, eſt ad eneruandum, & deijciendũ, ac damnandum. Cum ergo ſit ita periculoſa, non debemus eam expetere, quia *qui amat periculum, peribit in illo.* Eccle. 3. Non etiam dicitur, non permittas fieri nobis tentationes, quia hoc eſſet ablatio multorum bonorum, vnde Auguſt. ait: *Periculoſa tentatio eſt nulla tentatione pulſari*, & ideo eſt quia inde proueniunt multa mala. Primum eſt elatio cordis. Secundum inconſideratio ſui. Tertium incompaſſio tentatorum. *hic.*

6. Petitio quæ ſit in Dominica oratione, Et ne nos inducas in tentationem.

Digitized by Google

tatorum. Quartum contemptus, & despectio aliorum. Quintum est ignorantia agendorum, iuxta illud Ecclesiast. 34. *Qui non est tentatus quid scit?* Et propterea Deus noluit ab Apostolo Paulo tentationem auferre, licet eam auferri postularet, vt ipse inquit, secundæ ad Corinthios 12. Et Tobiæ 12. ait Angelus Raphael ipsi Tobiæ: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Et ideo licet considerando fragilitatem nostram, non debeamus tentationes præsumptuose expetere, tamen quando Deus eas nobis fieri permittit, eas debemus patienter sufferre, quia *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ* &c. Iacob. 1. & propter hoc dicitur ibidē: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tētationes inciderit is.* &c. Dicitur autem, *Et ne nos inducas in tentationem*, scilicet in qua succumbamus, sed da nobis virtutem resistēdi, & vincendi, tu fidelis Deus, qui nō pateris hominem tentari supra id quod potest, sed facis cum tentatione prouentū, vt possit sustinere 1. Cor. 10. hoc autem dicēdo concinamus cum propheta qui ait; Psal. 17. *In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum*, id est omne forte prælium superando confringam. Prædicta autem expositio confirmatur per glossam. Matth. 6. quæ ait: *In tentationem inducitur, qui tentatione frangitur*: & Aug. in libro de verbis Domini exponit, & *Ne nos inducas in tentationem*, quam scilicet ferre non possumus, sed quam ferre possit humana condicio. Titus quoque, ait: *A diabolo non tentari est impossibile, sed ne à Deo relinquamur in tentatione, deprecamur, quod autem ex promissione diuina contingit, illud Deus quandoque facere dicitur in scriptura, & secundum hoc, nisi prohibeat tentationis innatescentiam, quæ supra nos est, tunc nos in tentationem inducit.* Maximianus autem dicit, *Mandat Deus, vt petamus, ne nos inducas in tentationem, id est non permittas voluptuosarum, & spontanearum tentationum experientiam pati.* & Basilius inquit: Non docet nos in orando petere afflictiones corporales. Vniuersaliter autem præcepit orare, non subire tentationē, sed postquam aliquis subijt, expedit à Domino petere virtutem perferendi, vt consummetur in nobis illud: *Qui sustinet vsque in finem, saluus erit*, & Chrysostom. super Matthæum ait: *Hic docet neque requere agones, neque insistere. Ita enim, & victoria clarior nobis erit, & deiectio diaboli derisibilis, attractos enim oportet viriliter stare, non vocatos autem sistere, & tempus expectare agonis, vt & non vanam gloriam & virilitatem ostendamus.* hæc ille. Licet autem dicatur Genesi. 22. *Tentauit Deus Abraham*, & Sap. 3. *Quoniam Deus tentauit eos*, tamen exponi debet secundum prædicta, quod etiam confirmat Aug. de verbis Domini di. *Nos non in tentationem per semetipsum inducit Deus, sed induci patitur, vade Ia. 1. dicitur. Nemo cum tentatur, dicat, quod à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est, & ipse neminem tentat, sed vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus.* Id m quoque Aug. vbi supra. dicit. *Aliud est inducī in tentationem, & aliud tentari. Nam sine tentatione probatus esse nemo potest, siue sibipsi, siue alijs. non igitur hic oratur, vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationem, tanquam si quispiam, cui necesse est igne examinari, non oret, vt igne non contingatur, sed vt non exuratur. Inducimur enim si tales inciderint tentationes, quas ferre non possumus. Cum ergo sic petimus, hoc rogamus, ne deserti eius ad auxilio, alicui tentationi. vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti.* Idem etiam Augustin. in lib. de bono perseuerantiæ ait: *Cum sancti petunt, Ne nos inducas, vel inferas in tentationem, quid aliud orant, quàm vt in sanctitate perseuerent?* Dicit autem Alex. ind. de Ales. vbi supra, quòd licet ab imperfectis, & infirmis tentatio nō sit appetenda, sed patientia, & victoria si accidat. Item nec à sanctis sit vnquam appetenda tentatio carnis, quia (vt ait glossa) 2. ad Corinth. 12. ibi: *Datus est mihi stimulus*, tentatio quæ fit à carne, peccatum est veniale, & si ei non consentiatur, tamen viri perfecti in virtute, & experti de periculis tentationum, & qui sciunt eas superare viriliter, quia sunt bene firmati in confidentia, & amore Dei, quandoque appetunt tentari, sicut faciebat propheta dicens. Psalm. 25. *Proba me Domine, & tenta me*, sciebat enim quod vt dicit glossa super Matth. 6. tentatio

Quisnam in tentatione inducitur.

Quomodo sacræ scripturæ auctoritates intelligi debeant in quibus, Deum nos tentare asseritur.

Aliud est inducī in tentationem, & aliud tentari.

catio neceſſaria eſt ad coronam, & quod vt inquit gloſſa ſuper prædicta verba pſalmiſtæ, niſi tentaremur, negligentes eſſemus, & ideo Gregorius in moral. inquit: *Sanctus ſe tentari deſiderat poſt virtutes, ne ex cõfidentia virtutum in peccatum cadat*, hæc ille. Sed vt dictum eſt, aliud eſt tentari, & aliud in tentationem induci. Illud enim vt ait Auguſt. in lib. de verbis Domini, Deus in tentationem inducit, quem ſuo auxilio deſeruerit.

7. Petitionis expoſitio, quæ eſt, Sed libera nos à malo.

SEPTIMA, & vltima petitio eſt. *Sed libera nos à malo*, quam exponit Auguſti. vbi ſupra dicit. *Vnuſquiſque petit, vt à malo liberetur, hoc eſt ab inimico, & peccato liberetur: Sed qui Deo ſe committit, diabolum non timet. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos?* ad Rom. 8. & Chryſoſtom. in homilia. ait: *Malum hic diabolum vocat propter exiſtentiam malitiæ, non quæ ex natura eſt, ſed quæ ex electione, & quia ad nos impacabile bellum habet.* & Cyprianus dicit: *Hic protectionem Dei aduerſus malum petimus, quia impetrata contra omnia, quæ diabolus, & mundus operatur, ſecuri ſumus.* Sanctus autem Bonau. in expoſitione orationis Dominicæ ait, quòd hic petimus liberari à malo culpæ, id eſt, cuiuslibet peccati mortalis, & venialis, vt de nobis dici poſſit illud ad Roman. 6. *liberati à peccato, ſeruiamus facti Deo.* Item à malo miſeriæ ad Roman. 8. *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Item à malo pœnæ, maximè inferni. Oſeæ. 13. *De manu ſcilicet æternæ mortis, liberabo eos, de morte redimam eos.* Nos autem dicamus, quòd generaliter intelligitur de omni malo. Et ideo dicamus Deo: *Tu es qui liberas ab omni malo*, Sap 16. In fine autem dicitur, *Amen*. i. ſecundum Hieron & Bonau. vbi ſupra: Vere, & fideliter fiant nobis gratiæ poſtulatæ. Aug. autem, vbi ſupra, inquit: *Videtur etiam iſte numerus petitionum ſeptenario beatitudinum congruere. Si enim timor Dei eſt, quo beati ſunt pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, petamus vt ſanctificetur in hominibus nomen Dei: imo ſe caſto permanente in ſæcula ſæculorum. Si pietas eſt, qua beati ſunt mites, petamus vt veniat regnũ eius, vt miſeſcamus nec reſiſtamus. Si ſcientia eſt, qua beati ſunt qui lugent, oremus vt fiat voluntas eius ſicut in cœlo, & in terra, quia cũ corpus tanquã terra, ſpiritui tanquã cœlo conſenſerit, non lugebimus. Si fortitudo eſt, qua beati ſunt, qui eſuriunt, oremus vt panis noſter cotidianus detur nobis hodie, quo ad plenũ ſimum facile peruenire poſſimus. Si conſilium eſt quo beati ſunt miſericordes, quoniã ipſorũ miſerebitur Deus, dimittamus debita, vt nobis noſtra debita dimittantur. Si intellectus eſt, quo beati ſunt mundo corde, oremus non induci in tentationem, ne habeamus duplex cor, temporalia & terrena ſectando, de quibus, tentationes fiunt in nobis. Si ſapientia eſt, qua beati ſunt pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, oremus vt liberemur à malo. Ipſa enim liberatio, liberos nos faciet filios Dei*, hæc ille. Multas autem alias expoſitiones, & quæſtiones circa hanc orationem dimitto cauſa breuitatis, quas ponit Alex. de Ales. in 3. par. ſummę, in tractatu de offi. miſſę, mẽbro 4. Procõcluſione verò dico ſecundũ S. Bonau. vbi ſupra, quòd in hac oratione petũtur ſeptẽ dona ſpiritus ſancti, de quibus habetur Eſa. 11. ad exterminanda in nobis ſeptem vitia capitalia: *Dicimus ergo ſanctificetur nomen tuum, quaſi dicamus, Da nobis ſpiritum ſapientiæ, id eſt, iucunditatem internam, vt guſtemus, quàm ſuauis es, & hoc generet in nobis pacem, & hoc contra luxuriam, quia non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Adueniat regnum tuum, id eſt, da nobis ſpiritum intellectus, quo mundati corde intelligamus te in præſenti regnare per fidem, vt in futuro videamus te regnare per ſpeciem, & hoc eſt contra gulam de qua dicitur: Vinum, & ebrietas aufert cor. Fiat voluntas tua, id eſt, da nobis ſpiritum conſilij, vt faciamus voluntatem tuam (maximè) miſericordiam, quæ perimit auaritiam, quatenus miſericordiam conſequamur, ſecundũ illud, beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sicut enim auaritia conſiſtit in acquirendo & retinendo, ita miſericordia in dando, & dimittendo. Quid autem prodeſt ſæpius dicere. Fiat voluntas tua: & nolle iuuare? Vult Deus apud te eſſe pauperes, vt per eos ſalueris, & corpore, & anima. Cum enim defuerunt vaſa, ſteriit oleum. Panem noſtrũ ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie, id eſt, da nobis ſpiritum fortitudinis, qui multiplici pane roborat animam, ne deficiamus in præſenti eſuriendo iuſtitiam, per quã expellemus accidiã, plena iuſtitia ſaturabimur*

In Dominica oratione ſeptẽ dona ſpiritus ſancti petuntur.

Dominicæ orationis, ſeptenarius numerus petitionũ, quomodo congruit ſeptẽ beatitudinibus.

Digitized by Google

rabimur in futuro, secundum illud, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et dimitte nobis debita nostra, id est, da nobis donum scientiæ, & virtutem iustitiæ, quo tam nostra quàm aliena peccata cognoscentes defleamus, vt nobis debita nostra dimittas, & ita consolationem habeamus aduersus inuidiam, quæ facit hominem de alieno bono tabescere. Et ne nos inducas in tentationem, id est, da nobis spiritum pietatis, & mansuetudinem spiritus, vt per spiritum pietatis, vincamus tentationem, exercendo nos ad pietatem, & per mansuetudinem vincamus iram, non reddendo malum pro malo, vt ita beati possideamus terram viuentium, quam per spiritum pietatis, & mansuetudinem obtineamus, quia beati mites &c. Sed libera nos à malo, id est, da nobis spiritum timoris, vt vincamus mala, & per virtutem paupertatis spiritus bona adipiscantur, quatenus exclusis vitijs, & contemptis terrenis habeamus æterna. s. beatitudinem regni cœlorum, quod Lucifer amisit per superbiam: hæc ille, & sic concordat cum Augustino in præcedenti auctoritate.

2. *Orationis vtilitas est, quod ipsa dæmones ac tentationes superamus.*

SEcunda vtilitas orationis dicitur superatiua scilicet dæmonum & tentationum. vnde Isid. in 3. de summo bono ca. 7. ait: *Hoc est remedium eius, qui vitiorum tentationibus æstuat: vt quoties quolibet tangitur vitio, toties Deo se subdat ad orationem recurrendo, quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit.* Hieronym. quoque ad Saluinianam de viduitate seruanda inquit: *Semper in manibus tuis diuina sit lectio, & tam crebræ orationes, vt omnes cogitationum sagittæ quibus adolescentia percuti solet, huiusce modi clypeo repellantur, Oratio enim contrariatur dæmonibus.* Vnde in legenda S. Bartholomæi legitur. Quòd quidam dæmon existens in corpore hominis clamabat: Bartholomæe Apostole, incendunt me orationes tuæ. & in figurâ, quòd per orationes dæmones superentur habetur Exod. 17. Quod donec Moyses tenebat in oratione manus extensas, populus Israël debellabat, & vincebat Amalech, qui interpretatur secundum Hieronym. gens bruta, & significat dæmones de quibus Virgil. in 6. Aeneidos, inquit: *Terribiles visu formæ.* Similiter 1. Reg. 7. Orante Samuele filij Israel d. bellauerunt Philistæos, per quos significabantur dæmones. Secundum enim Hieron. Philistæus idem est, quòd cadens, seu ruina, & conuenit dæmonijs de cœlo cadentibus. Ideo Tob. 6. Raphaël Angelus monuit Tobiam iuniorem, vt oraret, ne dæmones in eum haberent potestatẽ, vnde ait Isid. lib. 2. soliloquiorum cap. 6. *Immundus spiritus orationis instantia vincitur, dæmonia oratione deijciuntur, ac superantur.*

3. *Vtilis est oratio quia Deũ placat.*

TErtia vtilitas dicitur placationis. Nihil enim sic Deum placat, & furorem iustitiæ eius sedat, vt humilis, ac deuota oratio, vnde gloss. super Iud. 8. ait: *Oratio Deũ lenit.* Ideo Ouid. in 5. de Trist. inquit: *Sæpe Iouem vidi, cum iam sua mittere vellet Fulmina, thure dato sustinuisse manum,* & Horatius, in quadam epist. ad Cæsarem, ait: *Carmine dij superi, placantur carmine manes.* Et de hac admirabili virtute orationis habetur exemplum Exod. 32. vbi orante Moyse ad Dominum, valde iratum contra populũ Israël, ipse Dominus respondit dicens, *Dimitte me, vt irascatur furor meus in eos.* Quæ verba exponens gloss. inquit: *Deus se facetur Moysi orationibus teneri, qui postulat se ab eo dimitti.* O Sancta oratio, tu es illa, quæ vt ita loquar, Deum inuincibilem vincis. Et quem totus mundus superare non valet, tu ad tua vota inclinas. Ideo Leuit. 4. dicitur: *Orante pro eo sacerdote, propitius erit Dominus.* Sicut enim stimulus prouocat eum, quem pungit ad ambulandum, ita oratio promouet Deum ad miserendum. Est quoque oratio non solum stimulus, Deum incitans ad nobis benefaciendum, sed etiam vinculum ligatum tenens eius furorem, ne nos flagellet. Et ideo conqueritur propheta de negligentibus orare dicens Deo: Esa. 64. *Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te.*

4. *Vtilis est oratio, quia sterilium pariunt, vnde Isaac deprecatus est Dominum pro vxore sterili, & peperit duos filios.* Genes. 25. Anna orando Deum in templo pro filio habendo, obtinuit filiũ.

quia sterilium filios impetrat.

Samue-

Digitized by Google

Samuelem tam ſanctum. 1. Reg. 1. Heliſæus hoſpiti ſuæ filium oratione impetrauit, quem mortuum poſtmodum etiam oratione reſuſcitauit. 4. Reg. 4. O igitur ſteriles ſubmittite Dei ſeruos coram Domino, vt ſuis factis orationibus vobis filios impetrent.

5. Vtilis eſt oratio, quia à mũdi tribulationib' liberat.

QVinta vtilitas dicitur liberationis. Nihil enim ſic liberat à mundi tribulationibus, ſicut oratio. vnde Anna filia Raguelis per orationem liberata eſt opprobrio. Tob. 3. Item nihil ſic protegit ab inimicis temporalibus, ſicut oratio deuota. ideo Baruch. 4. cap. dicit Dominus: *Clamate ad me, & ego exaudiam, & eruam vos de manu principum iniquorum.* De hac virtute patuit exemplum 1. Machabæorum 11. In Ionatha Machabęo, qui videns, quòd omnes ſocij ſui (exceptis paucis) reliquerant eum pugnantem cõtra alienigenas, rogauit Dominum, & poſtmodum hoſtes cum illis paucis ſocijs vicit. Ideo dicit quædam gloſſa ſuper Iudith. 4. ea & Origenes, ſuper librum Numer. *Plus valet vnus homo orando, quàm innumeri homines præliando.* O tribulati prælijs: O anguſtiati annonis: O afflicti perſecutionibus, clamate ad Dominum in orationibus, & liberabit vos. Nam Numeri. 11. Per orationem Moyſis, ceſſauit ignis qui deuorabat caſtra murmurantium: & per eiuſdem orationem liberatus eſt populus à ſerpentibus, vt habetur Num. 21. & Ionę. 2. dicitur, Quod Ionas exiſtens in ventre ceti qui ipſum deuorauerat, per orationem ad litus maris adductus eſt. Suſanna quoque per virtutem orationis à turpiſſima morte, ac infamia eſt liberata. Daniel. 13. Quæ omnia conſiderans Auguſtinus in homilia. 10. ſuper Apocalyp. inquit: *Quoties perſecutiones irrogantur Eccleſiæ, ſanctorum orationibus, aut amouentur, aut temperantur.*

6. Vtilitas orationis eſt quia ſpirituales, ac corporales infirmitates ſanat.

SExta orationis vtilitas, dicitur ſanationis. ſ. ſpiritualis animæ, de qua ſanatione inquit Hieronymus: *Oratione ſanantur peſtes mentis.* Item corporalis, de qua Eccleſiaſt. 23. dicitur: *Fili in infirmitate tua ne deſpicias temetipſum, ſed ora dominum, & ſanabit te.* de hoc habetur exemplum Numer. 12. vbi dicitur, Quòd per orationem Moyſi, Maria ſoror eius, ſanata eſt à lepra. Prolongat etiam vitam oratio. Ideo dicitur Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, vngentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſanabit infirmum,* vnde Eſa. 38. dicitur, Quod ægrotante Ezechia rege Iuda, miſit ad eum Dominus Eſaiam prophetam dicentem: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Ipſe autem orauit ad Dominum cũ lachrymis, & ideo Dominus mutauit ſententiam, & miſit ad eũ eundem prophetam dicens: *Audiui orationẽ tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce adijciam ſuper dies tuos, annos 15. & ciuitatem iſtam cuſtodiam.* Narrat quoque Cæſarius, quòd quidam miles raptor, & prædo, iuſſu Frederici Imperatoris captus, & laqueo ſuſpenſus eſt, die autem tertia alter miles iuxta patibulum tranſiens, dixit famulo ſuo: Quã pulcher fuit homo ille: Cui reſpondit famulus: Domine, vir iſte conſanguineus veſter fuit. Accedentibus ergo propius, vt lepelirent eum, dixit qui fuerat ſuſpẽſus: Adhuc viuo, deponite me. & ſic depoſitus dixit: Ego peccator modicum obſequij impendi Deo, & ideo mei miſertus eſt. Singulis enim diebus tres Pater noſter ſanctę Trinitati dicere conſueui, Angelica ſalutatione præmiſſa: quinque etiam orationes cum Aue Maria, pro vulneribus Chriſti; ſimiliter vnum Pater noſter Angelo cui ſum commiſſus, & vnum corpori Chriſti, quod conficitur in toto mundo, vt in fine vitæ meæ tanto viatico merear eſſe dignus, quod & mihi ſua miſericordia præſtitit. Ideo rogo, vt mihi ſacerdotem vocetis, & ſic confeſſionẽ, & communione præmiſſa, mox ſpiritum cœlo reddidit.

7. Vtilis eſt oratio, quia illuminationis

SEptima vtilitas ſanctæ orationis, dicitur illuminationis, vnde dicitur Actuum. 11. *Erat Petrus in Ioppe orans,* vbi dicit Auguſtinus: *Oratione melius ſoluuntur dubia, quàm inquiſitione.* Et idẽ in ſermone 3. Apoſtolo-

Digitized by Google

ſtolorũ Petri,& Pauli,inquit: *Omnis ſanctus qui erat,ve inquens humilia, & terrena, in altum mentis extollitur, & in ſublime ſuſpenſus rapitur, & cogitatione ſancta cœlo efficitur vicinior.* vnde Salomon per orationẽ impetrauit ſummam ſcientiam, & ſapientiam, tertij Regum 3. Item beatus Bernardus(vt ipſe dicebat) in ſyluis, & locis deſertis orando plura didicit,quàm ſtudendo. Inſuper quarti Regum 1. dicitur, quod deſcendit ignis de cœlo ad orationem Heliæ; Apoſtoli quoque orantes inflammati ſunt Spiritu ſancto,Actuum.2. Sed quid vlterius dicam de oratione,cum intellectus humanus non valeat indagare, nec lingua enarrare immenſas eius vtilitates? De ipſa inquit Auguſtinus in lib.de ſalutaribus documentis: *Oratio eſt animæ vnctio, per orationes omnia nobis vtilia tribuuntur à domino, & cuncta noxia fugantur. Et ideo dico vobis illud Iacobi. 5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Nam Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oranit, vt non pluueret ſuper terram,& non pluit annis tribus, & menſibus ſex. Et rurſum oranit,& cœlum dedit pluuiam,& terra dedit fructum ſuum*, hæc ibi. Pro concluſione autem huius partis dico, quòd oratio eſt Deo placita, Angelo grata, diabolo inimica, & homini neceſſaria. Primo enim eſt Deo placita,quia eſt eius tributum,ſacrificium,& munus. De primo inquit Chryſoſtomus ſuper Matthæum: *De oratione eſt nobis ſermo, quam ſolam quaſi ſpirituale tributum anima offert Deo, de viſceribus ſuis.* De ſecundo ait idem Chryſoſtom. vbi ſupra: *Vis ſcire quàm preciosa ſit oratio? nulla iuſtitia thymiamati comparatur, niſi ſola oratio. Sicut enim thymiama bene confectum, delectat hominem adorantem, ſic oratio iuſti, ſuauis eſt ante Deum.* De tertio autem ait Hieronymus, ſuper Ezechielem: *Sicut hoſti murum opponitur, & aduerſario ex aduerſo venienti occurritur, ita ira Dei ſanctorum precibus frangitur.* Quæ verba dixit Hieronymus exponens illud Ezech. 13. *Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio,in die Domini.* Secundo dico, quòd oratio eſt Angelo grata. Cuius ſignum eſt, quòd eam deferat ſtatim in cœlum, cum ab ore noſtro proceſſerit. vnde Chryſoſtomus, vbi ſupra. ait: *Vis ſcire dignitatem orationis? Mox vt de ore tuo proceſſerit, aſſipiunt eam Angeli in manibus ſuis,& offerunt ante Deum.* Tertio dico, quòd oratio eſt diabolo inimica. Et hoc triplici ex cauſa. Eſt enim ſcutum Dei,& ſagitta,ac carbo eius. Eſt quidem ſcutum Dei,quo tentationibus inimici reſiſtimus. vnde Ambroſius inquit: *Bonum ſcutum oratio, quo omnia aduerſarij ſpicula repelluntur, Dicente pſalmiſta: Inimici mei detrahebant mihi, ego autem orabam.* Eſt quoque ſagitta Dei,& iaculum vulnerans dæmones. Et ideo cuilibet deuoto oranti dici poteſt illud pſalmiſtæ: *Emitte ſagittas tuas, & diſſipabis eas, fulgura multiplicabis, & conturbabis eas.* Eſt etiam oratio carbo Dei, quo diabolum incendimus. Vnde Tob.6. inquit Angelus: *Cordis eius particulam, ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, ſiue a viro, ſiue à muliere.* De orationibus ergo deuotis poteſt dici illud,Pſal. 119. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis.* Deſolantur enim dæmones. Quarto dico, quòd oratio eſt homini neceſſaria. Et ideo inquit ſaluator noſter Matth. 26. *Vigilate,& orate,ne intretis in tentationem.* Vbi ait gloſſa: *Ille ſolus ſuperatur à tentatione, qui neſcit orare.* Oratio quoque pacem, & quietẽ conſeruat.1.ad Tim.2. *Obſecro primo omnium, fieri obſecrationes,& orationes &c. vt quietam,& tranquillam vitam agamus.* Item docet quid ſit agendum,2.Paral.20. *Cum ignoremus quid agere debeamus,hoc ſolum reſidui habemus, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Oratio etiã eſt illa,qua acquirimus gratiam Dei, ſicut patet.Luc.18.vbi dicitur: Quòd publicanus humiliter orans,deſcẽdit iuſtificatus.Per orationem quoq; etiam gloriam nobis tribuit Deus, vnde Luc.23. ſcriptum eſt, Quod oranti latroni,& dicenti: *Memento mei Domine,dum veneris in regnum tuum.* Reſpondit Saluator noſter: *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiſo.* Et hoc ſufficit pro ſecunda parte noſtri Sermonis.

Oratio eſt Deo placita,Angelo grata,Diabolo inimica,homini neceſſaria.

Orationem Angelo gratã eſſe,oſtẽdit.

Diabolo orationem eſſe inimicam,triplici ex cauſa oſtenditur.

Orationem homini eſſe neceſſariã, hic oſtenditur.

DE

DE ORATIONIS MODIFICATIONE.

Qualiter, ac quomodo orare debeamus.

TERTIA pars dicitur modificationis. vt autem videatur qualiter debeamus orare, & quo modo debemus scire quod est scriptum in cap. vnico, extra de plus peti. & in §. plus autem. Instit. de acti. Quod homo potest petere aliquid inique, & inordinate quatuor modis, scilicet re, causa, loco, & tempore. Primo male petitur re, cùm debentur decem, & petuntur duodecim, vel viginti, & huiusmodi est petitio vsurarij. Secundo male petitur causa, cum promisi tibi decem, vt aliquid mihi facias, & tu illud non facis, & salarium petis. Tertio male petitur loco, cùm promisi tibi soluere decem in vno loco, & tu vis me soluere in alio. ff. de eo quod certo loco, per totum. Quarto, & vltimo malè petitur tempore, cum promisi tibi decem soluenda infra annum, & tu illa vis hodie: vel si promisi tibi sub conditione, & tu ante existentem conditionem petis. Ad hoc ergo, vt nostra oratio non sit iniusta, & inordinata, debet fieri cum dictis determinationibus. Et primo debet habere modificationem rei. Quæritur ergo, vtrum debeamus petere temporalia in orationibus nostris. Et videtur primo, quòd non, per glossam, super illud. Psalm. *Deum auribus nostris audiuimus, sic dicentem: Ad temporalia non exaudit Deus, vt ab eo desiderentur æterna.* Temporalia enim vilia sunt, & quasi nihil reputantur in comparatione æternorum. hinc Hierem. 4. dicitur: *Aspexi terram, & terra vacua erat.* Vnde refert Seneca, quòd Alexander cuidam petenti denarium, dedit vrbem. & cum ille diceret, Tantum donum mihi non conuenit: Non quæro, inquit Alexand. quid te deceat accipere, sed quid me deceat dare. vnde Chrysost. super Matth. inquit: *Illa pete à Deo, quæ tibi expediat accipere, & illum deceat dare. Quomodo enim tibi illa præstet libenter nō habenti, quæ si haberes adhuc rei, vt contemnas?* Sed contra hoc videtur esse sententia nostri saluatoris. Matth. 6. cap. vbi nos hortatur orare, & dicere: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Super quæ verba dicit Augustinus: *Panis quotidianus dictus est, qui huius vitæ necessitatem sustentat.* Ad hanc dubitationem respondit Alexander de Ales, in quarta parte summæ in tractatu de oratione, & Richar. in 4 quæst. 4. dist. 15. art. 4. q. 4. quod illa temporalia, quæ sunt necessaria ad vitæ sustentationem, à Deo peti possunt. Sicut etiam dicit Augustinus, libro 2. cōtra Faust. Sed debemus seruare illud quod dicit glossa, super illa verba Apostoli secundæ ad Corinth. 12. scilicet, *Ter Dominum rogaui*, dicens: *Quando autem temporalia petitis, cum modo petite, & cum timore illi committite vt si prosint det, si scit obesse, non det. Quod enim prosit, vel obsit, medicus nouit, non ægrotus.* Principaliter ergo debemus petere à Domino, vt nos mundet à vitijs, & virtutibus florere faciat, ac in sua gratia conseruet. Vt inquit Augustinus, in libro de salutaribus documentis, & vt nos fortes efficiat contra tentationes diaboli. Vt idem Augustin. ait in libro 2. de verbis Domini. Super omnia autem vitam æternam petere debemus, sicut faciebat Dauid. Psalm. 26. di. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Ideo Augustinus in libro 50. homiliarum, homilia 10. inquit: *Qui verè Christianus est, non ista temporalia petere debet, sed totum pondus orationis, & intentionis suæ ad expetendam æternam beatitudinem debet impendere. Ista enim temporalia bona, & quando Deus dat, & quando tollit, gratiæ sibi agantur. Quando enim voluerit illa tribuet, & quando voluerit tollet, tantum est: vt seipsum nobis non auferat*, hæc ille: Quæ omnia confirmat Grego. super illud Luc. 15. *hoc est præceptum meum* di. *Ecce alius in oratione petit vxorem, alius villā, alius postulat vestem, alius sibi dari deprecatur alimentum. Et quidem cum hæc desunt, ab omnipotente Deo petenda sunt. Sed meminisse comminùs debemus, quòd ex mandato eiusdem redemptoris nostri accepimus: Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et hæc itaq; petere à Iesu, non est errare, si tamen*

Homo potest aliquid iniuste, ac inordinatè petere quatuor modis.

An temporalia in orationibus nostris petere debeamus.

Argumēta pro parte falsa.

Argumēta pro parte vera.

Ad dubitationem responsio.

non nimiè petantur. Noſtras ergo petitiones videamus, fratres chariſſimi, & quòd ad ſalutem noſtram pertinet, à Deo petamus, gaudia ſalutis æternæ poſtulemus. hæc ille.

Orare non debemus, vt humanas laudes conſequamur, & ideo oratio noſtra debet eſſe modificata modificatione cauſæ, ſic.ſ. quod à congruenti cauſa moueamur ad orandum.

SECVNDA determinatio eſt reſpectu cauſæ. Non enim debemus ire ad orationem propter conſequendam laudem humanam. Talis enim oratio eſt iniuſta. Ideo dicit Dominus. Matth. 6. *Cùm oratis, non eritis ſicut Hypocritæ, qui amant in ſynagogis & angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* O quot inueniuntur tales Hypocritæ, qui vadunt ad Eccleſias, tenentes officia in manibus, fortiter legentes, vt ab omnibus audiantur: genua flectentes, vt videantur, & ſancti reputentur, pectus fortiter percutientes, figuras ſanctorum, ita anxiè tangentes, vt videantur eas de parietibus velle eripere, ſuſpirant, & fiere ex deuotione ſe ſimulant. Deinde ex vana gloria aſpiciunt, ſi aliquis eos videt. Talis oratio non eſt Deo grata. Cauſa autem nos ad orandum inducens, debet eſſe iuſta, ſcilicet ad obtinenda nobis, vel aliis neceſſaria, ad ſalutem animæ, vel corporis, & ad Dei gloriã, iuxta illud Apoſtoli præceptum 1. ad Corinth. 10. *Quicquid facitis, in gloriam Dei facite.*

An in omni loco ſit orãdum.

TERTIA determinatio orationis eſt reſpectu loci. Vnde quæritur, nũquid in omni loco ſit orandum? Et videtur quòd ſic, per illud prophetæ in pſalmo: *In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.* vbi dicit gloſſ. *Vbi non dominatur, ibi non benedicatur: vbique dominatur, vbique benedicatur. Nullus excuſatur. Sicut ergo nulla creatura, ſic nullus locus à laude Dei, excipitur.* hæc ibi. Vnde ſciendum ſecundum Thomam prima. 2. quæſt. 103. & 2. 2. quæſt. 83. Quod in oratione, & adoratione Dei duo conſiderari poſſunt. Aut Deus qui adoratur, & oratur, & ſic nõ eſt aliquis locus ad orandum neceſſarius. Quia vt dicitur Actu. 17. *Deus qui fecit mundum & omnia, quæ in eo ſunt, hic cæli, & terræ cũ ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus colitur indigens aliquo.* & 3. Regum 8. ait Salomon; *Si cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quã ædificaui tibi?* Si autem conſiderentur homines adorantes, & orantes Deum, ſic eis magis expedit adorare, & orare in vno loco, quàm in alio, rationibus infra dicendis. Et ideo dicit Iſidor. libr. 3. de ſummo bono: Quòd licet in omni loco poſſit orari, tamen locus ſecretus eſt aptior, quã publicus, quo ad maiorem quietudinem mentis. Inter omnia autem loca Eccleſia eſt magis apta, & idonea ad orationẽ, ſecundum Damaſcenum. lib. 1. cap. 16. & Alexand. de Ales. in 4. parte ſummæ in tractatu de oratione, & Thom. 2. 2. quæſt. 84. art 3. & Richar. in 4. diſtinct. 15. art. 2. quæſt. 5. Et hoc probare poſſumus quinq; rationibus. Primo ratione inſtitutionis. Ad hoc enim inſtituta eſt Eccleſia, vt ibi oretur. Et ideo 42. diſt. c. oratorium, & ca. in oratorio. dicitur: *In oratorio præter orandi, & pſallendi cultum, penitus nil agatur, vt nomini huic, & operæ ingiter impenſæ concordent:* Ea propter exclamat Dominus. Matth. 21. & Ioan. 2. & Marci 11. & etiam recitatur in Euangelio occurrentis feriæ, dicens illud, quod habetur, Eſa. 56. *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Secunda ratio dicitur incitationis, quia in Eccleſia vnus excitatur ex deuotione alterius. Vnde ad Colo. 3. c. hortatur Apoſtolus di. *Commonentes vosmetipſos in pſalmis, & hymnis, ac canticis ſpiritualibus, cantantes in cordibus veſtris Deo.* Tertia ratio dicitur deuotionis, quia Eccleſia eſt locus ad deuotionem prouocans: Vnde Chryſoſt. ſuper illa verba, *domus mea &c.* ait: *Ingreſſus Ieſus vrbem, primo templum adijt, dans formam religionis, vt quicunque intus, primo ad domum orationis, ſi ibi eſt, accedamus, vt per orationem Deo commendati, ſic ad negotia egenda tranſeamus.* hæc ille. Ex quibus verbis patet, quod Chriſtus iuit ad Eccleſiam, vt oſtenderet illum eſſe deuotiorem locum, & conuenientiorem ad orandum. Quarta ratio dicitur frequentationis. Ibi enim Angeli magis frequentant

In oratione & adoratione Dei, duo conſiderari poſſunt.

Eccleſia eſt magis apta ad orandũ quam quilibet alius locus, & hoc quinq; rationibus oſtenditur.

Digitized by Google

tant ob Dominici corporis reuerentiam, quod figuratum est Genes. 28. Vbi Iacob lapidem erexit in titulum in figuram Ecclesiæ. Et ideo exclamauit: *O quam terribilis est locus iste*, scilicet contra eos, qui ibi non stant deuoti, sed vagantes, & dissoluti. Sequitur: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam: & hic non est aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.* Ibi etiam vidit Iacob scalam erectã, vsque ad cœlos, cui Dominus inhærebat, & magnam multitudinem Angelorum ascendentium, & descendentium, per quod figurabatur, quòd in Ecclesia descendunt Angeli & postea ascendunt in cœlũ portantes orationes precantium in cõspectu Dei. Et hoc est quod inquit Dauid in Psal. *Præuenerunt*, id est Angeli, secundum gloss. coniuncti psallentibus, id est orantibus *in medio iuuenculatum tympanistriarum*, id est animarum sanctarum orantium, vel etiam sanctarum virginum, vbique cum eis aduenientium Quinta, & vltima ratio dicitur impetrationis. Faciliter enim in Ecclesia impetratur, quod petitur. Vnde tertij Regum. 8. scriptum est: Quod cum Salomon Deo ædificasset templum, orauit dicens: *Si populus agens pœnitentiam venerit, & adorauerit, ac deprecatus fuerit in domo hac, exaudi in cœlo. & dimitte populo peccatum*: Cui respondit Dominus, sequenti cap. dicens: *Audiui orationem tuam, & sanctificaui domum hanc, quam ædificasti mihi, erunt que oculi mei & cor meum cũcta diebus ibi.* Secundi quoque Paral. 7. dicitur: Quod apparuit Dominus Salomoni dicens: *Audiui orationem tuam, & eligi locum istum, mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero locustæ, vt deuorent terram, & misero pestilentiam in populum meũ. Conuersus autem populus egerit pœnitentiam, & me deprecatus fuerit in loco isto, exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorũ, oculique mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt, vt sit nomen meum ibi in sempiternum*, hæc ille. Dicit autem Albertus de natura planetarum, quod cælestes influẽtiæ plus influunt in vno loco, & tẽpore, q̃ in alio, secundum aspect⁹ magis directos vel indirectos. Et similiter sunt certa loca Deo dicata, & magis ei grata, & ad impetrandum diuinæ gratiæ influẽtiam opportuna, scilicet Ecclesiæ, & altaria. Et ideo psalmista inquit: *Adorate Dominum in atrio sancto eius.* Sicut enim sol, secundum Ptolomæum philosophum, in propria domo, id est in leone est maximæ virtutis, & influentiæ, vt patet in diebus canicularibus: Sic Deus in Ecclesia, quam pro speciali domo, & tabernaculo elegit, maximæ pietatis, & charitatis influenti am nobis effundit. *Sanctificauit nanque tabernaculum suum altissimus* Psalm. 45. Ad quatuor autem officiorum genera sanctificatur, & dedicatur Ecclesia. Primo vt sit medicinalium vnguentorum apotheca. In ipsa enim conferuntur sacramenta, quæ sunt, vt species aromaticæ in remedium omnium morborum, & defectuum spiritualium. Secundo dedicatur Ecclesia, vt sit cœlestium, & diuinorum donorum thesauraria. Nam in ipsa indulgentiæ, & gratiæ multę recipiuntur, quæ in ea, tanquam in scrinio Dei sunt reconditæ, atque Petro, & successoribus eius sunt traditæ, vt fidelibus populis dispensentur. Et ideo prælatis Ecclesiæ dicitur primæ ad Cor. 4. *Sic vos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Tertio dedicatur Ecclesia, vt sit moralium documentorum schola. In ea enim fiunt prædicationes, exhortationes, Missæ, ac alia diuina officia, & orationes deuotæ, quibus omnibus placatur Deus, & misericordia eius impetratur. vnde Ezech. 10. dicitur: Quod domus Domini impleta est nube, id est. doctrina salutari, & deuotione, quibus corda arida irriganturtur, & Deus mitigatur. Quarto dedicatur Ecclesia, vt sit omnium ad se recurrentium susceptrix tutissima. Constantinus nanque Imperator, vt legitur in historia sancti Syluestri, dedit hoc priuilegium Ecclesiæ, vt ad eam confugientes, non possent inde violenter extrahi: quod priuilegium per legem ciuilem, & canonicam fuit confirmatum, vt habetur in l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confu. & capitulo reum & c. diffiniuit. & capitulo constituimus. & c. metuentes. 17. q. 4. &

Ad quatuor officiorum genera sanctificatur, & dedicatur Ecclesia

2. *Dedicatur ecclesia*

3. *Dedicatur Ecclesia*

4. *Dedicatur Ecclesia*

Digitized by Google

capitu. inter alia, de immun. Ecclesia. Et ideo ipsa Ecclesia debet ab omnibus fidelibus cum deuotione frequentari, ac venerari maxime tribus rationibus. Primo propter diuinam maiestatem. Vt enim supradictum est, Deus protestatus est Salomoni, & promisit, quod oculi sui, & aures, ac cor semper erunt in templo. Oculi quidem pietatis ad parcendum, aures misericordiæ ad exaudiendum preces supplicantium in templo, & cor charitate plenum ad eos diligendum. Licet autem Deus sit vbique, tamen in templis, & Ecclesijs, specialius dicitur habitare, dicente psalmista: *Dominus in templo sancto suo.* Et propterea ipsa Ecclesia debet haberi in magna reuerentia, ratione diuinæ inhabitationis, quia de illa dici potest illud Apocal. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Debet quoque venerari propter præsentiam Christi. Nam in omni Ecclesia consecrata, semper debet teneri corpus Christi, capitulo. presbyter. de consecrati. distin. 2. Et ideo cum ibi sit in tanta gloria sicut est in cœlo, conueniens est, vt omnis honor ei exhibeatur, quem honorificant omnes Angeli, & beati. Et potest dari exemplũ illius rustici, cui per quoddam maleficium consultum fuit, vt si vellet fieri dines, in cera, & melle, corpus Christi deferret ad aluearia apum. Vnde cum se finxisset communicare, statim in ore accepta hostia, extraxit eam, & detulit ad præfatum locum. Apes vero protinus ecclesiunculam cum altari, & tabernaculo ei fecerunt. Veniens autem ille rusticus, vt mel extraheret de alueario, inuenit illud mirabile, & vidit regem apum, cum alijs apibus circumstantem cum cantu, & reuerentia. Propter quod stupefactus ad Episcopũ perrexit, & à populo, & clero illa Hostia cum artificio illo mirabili, ad Ecclesiam est delata. Honoranda quoque est etiam Ecclesia, propter præsentiam sanctorum, qui ibi quandoq; descendunt, vbi sunt eorum reliquiæ, & vbi est Ecclesia ad honorem sui nominis fabricata, sicut patuit de beata Agatha, quæ apparuit beatæ Luciæ ad sepulchrum suũ oranti. Descendunt etiam cum Angelis associantes corpus Christi in altari collocatum. Sicut enim Cardinales sequuntur Papam, & Camerarij dominum suum, ita sancti & Angeli Dominum Iesum Christum in sacramento altaris venientem, iuxta illud Dan. 7. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Et propter in Ecclesiam conuenientes Christiani, debent dicere ipsi Domino Iesu cum psalmista: *In conspectu Angelorum psallam tibi. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Secundo Ecclesia est frequentanda, & veneranda, propter nostram vtilitatem. In ipsa namque recepimus baptismum, & alia sacramenta, & in ea, vel in eius cœmeterio sepelientur corpora nostra, post mortem, Ibique permanebunt, vsque ad tempus resurrectionis. Et ideo dicere possumus cum Propheta. Psal. 47. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Et hinc est, quod Ecclesia fundatur cum præeminentia, quia nullus eam ædificare potest, nisi auctoritate dioecesani, qui debet ponere primarium lapidem, & figere crucem ac designare cœmeterium, & etiam petere dotem sufficientem assignari, sine qua consecrari non debet. c. nemo. & c. placuit. de conse. di. 1. Insuper Ecclesia cõsecrata amplius nõ debet reuerti ad secularem habitationem, & prophanos vsus. 19. q. 3 c. quæ semel &c. quoniam & 17. q. vltima c. quæ sitis. & de religi. domi c. Ad hæc & 12. q. 1 c. nulli licet, & de consecr. di. 1. c. ligna. & c. vestimenta. & de rerum permut. c. mancipia. & c. sequenti. & c. semel. de regul. iur. lib. 6. & ff. de reli. & sumpti. fu. l. si quis sepulcrum. §. 1. Ad declarandam autem vtilitatem maximam, quam consequimur ex frequentatione, & veneratione Ecclesiæ, est sciendum, quod licet multa sint, quæ ab hominibus desiderantur, tamen illa ad tria reduci possunt. Primo ad bona temporalia, sine quibus homo viuere non potest. Vnde in 2. de anima dicitur: *Ex eisdem nutrimur, & sumus.* Et propter hoc est tanta cura temporalium, vt patet in diuersis laboribus hominum. Nam aliqui laborant in scientijs,

Ecclesia tribus rationibus à fidelibus frequentari, ac venerari debet.

Debet venerari Ecclesia propter præsentiam Christi

Honoranda est Ecclesia propter præsentiam sanctorum.

2. frequentanda ac veneranda est Ecclesia propter nostrã vtilitatem.

tijs,alij in mechanicis artibus , alij vero in agricultura &c. Sed in nullo horum tantus fructus reperitur quantus reperietur,si in Ecclesijs esset debita commoratio,& veneratio. Ecclesia enim est vinea Dei. Vnde ipse ait Hiere.2. *Ego te plantaui vineam electam.* Et ideo,si eam videret à nobis bene cultiuari,& agrum suum bene coli, daret nobis fructus terræ in maxima abundantia,& non deficerent nobis aliqua necessaria,dicente ipso domino:Matt.6. *Primum quærite regnum Dei,& iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Verum, quia ecclesia male tractatur ab hominibus hodierni temporis, ideo Deus eos male tractat in temporalibus. De multis enim Ecclesiæ rectoribus dici potest Deo illud Hiere. 12. *Pastores multi demolierunt vineam tuam.* Et ipse Dominus de malo rectore Ecclesiæ ait,Iohelis 1. *Posuit vineam meam in desertum.* Ipse autem rector dicere potest, Cant.1. *Vineam meam non custodiui.* Omnibus autem dissipantibus bona Ecclesiæ , & eam non colentibus per deuotionem ait Dominus illud Esa.2. *Vos denastauistis vineam meam.* Ad istam autem Ecclesiæ vineam venit beata virgo Maria cum filio suo,vt videat,si bene fructificetur ea per deuotionem. Dicitque ei illud,Cant.7. *Veni dilecti mi,egrediamur in agrum,mane surgamus ad vineas. Videamus si vinea floruit: si flores fructus parturierunt, si floruerunt mala Punica.* Deuoto autem suo Ecclesiam frequentanti , dicit illud quod in eodem c immediate sequitur,scilicet ibi: *Dabo tibi vbera mea.* Inter bona autem temporalia cõputatur pax,& victoria de inimicis,& huiusmodi,quæ omnia concedit Deus frequentantibus Ecclesiam cum deuotione,& eam venerantibus. Sicut patuit de Constantino Imperatore, qui, vt habetur in c.futuram Ecclesiam.12.q.1. fabricauit Ecclesiam ad honorem duodecim Apostolorum , de quo etiam habetur in officio dedicationis Ecclesiæ , vbi etiã dicitur , quod in proprio Lateranensi palatio ædificauit ecclesiam ad honorem beati Ioannis Baptistæ,& Basilicam appeditiam iuxta in balneo caloris sui, ad honorẽ saluatoris.Et fuit primus inter principes Christianos qui ædificauit Ecclesiã. Similiter de Theodosio Imperatore,& de multis alijs hoc patuit , qui semper in prælijs victores extiterunt propter templorum venerationem. E contra vero recitat Orosius de magno Pompeio Romano,qui semper in prælijs victoriosus fuerat , quod dum capta Iudæa veniſſet ad templum Dei,omnes qui ad illud confugerant decapitari fecit, & ipsum templũ in stabulum equorum suorum conuertit. Vnde semper postea infelix fuit, & nunquam pugnauit, quin semper vinceretur, & tandem ab Aegypti rege decapitatus est. Similiter Iosephus Hebræus, cum Romæ oraret coram senatu ait: O Domini Romani,donec reuerentiam Deo exhibuistis,& templis eius, ipse Deus semper fuit vobiscum ad debellandum inimicos vestros; sed cum recessistis à veneratione eius & templorum, & ipse recessit à vobis,& ad inimicos vestros transiuit. Qua propter ò milites,O Capitanei, O Christiani omnes,veneramini templa,si vultis de inimicis vestris victoriam reportare.

Exempla ista vide de ecclesiã Dei contemnentibus.

Secundum desiderium hominum est sanitatis & vitæ,quæ maxime assequi possent, si templis debitum cultum impenderent, sicut patet de sanitatibus , quæ quotidie recipiuntur ab infirmis visitantibus deuote Ecclesias,maxime beatæ Virginis,vnde Matth.21.dicitur: Quod accesserunt ad Iesum cæci,& claudi in templo, & sanauit eos.E contra vero est de inhonorantibus templa diuina,sicut patuit,de Ieroboam rege Israel.3.Reg.13.cuius manus exsiccata est propter irreuerentiam quam exhibuit,volens prophetam in templo apprehendere.Filij quoq; Heli malè mortui sunt propter lasciuias, quas faciebant ante templum Domini 1.Reg.2.& 4.c.Ait enim Deus,1.Reg.2. *Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Tertium desiderium hominum est,boni spiritualis,scilicet gratiæ Dei,& remissionis peccatorum , quam quilibet deuote , &reuerenter visitans Ecclesias & in

2. *quod ab homine desideratur est sanitas & vita.*

3. *Quod ab hõibus desideratur, est gratia*

remissionis peccatorum

& in eis orans, recipiet, sicut promisit Deus Salomoni. Ipse enim Salomon, 2.Reg.8.& 2.Paral.6. petijt omnia prædicta a Deo dari Ecclesiam visitantibus dicens: *Quicunque orauerit in loco isto, exaudi in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris, & si populus fugerit inimicos suos, quia peccauit tibi, & agens pœnitentiam venerit, & adorauerit in loco isto, exaudies preces eorum, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Et si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in domo, ac pœnitentiam egerint, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terram. Fames quoque si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut erugo, aut locusta, aut rubigo. Et si afflixerit populum inimicus eius obsidens portas, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta denotatio ac imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo. Si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, exaudies in cœlo, & propitiaberis. Et si ingressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, & orauerint contra domum quam ædificaui nomini tuo, facies iudicium eorum, quod si peccauerint tibi, & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum suorum, & ibi agentes pœnitentiam orauerint contra viam templi, quod ædificatum est nomini tuo, exaudies in cœlo in firmamento solij tui orationes, & preces eorum; & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi, & dabis misericordiam coram eis, qui eos captiuos habuerint vt misereantur eis, & exaudies eos in omnibus, pro quibus inuocauerint te:* hæc ille. Cuius orationem Deus promisit ad plenum adimplere, vt in sequenti c. habetur. Tertio principaliter debent visitari, & reuereri templa propter exemplaritatem. Et primo gentilium, & paganorum, qui suorum idolorum templa diligentissime honorare studuerũt, & inhonorantes puniebant, vt refert Valerius lib.1. in rubrica de religione, & in rubrica de neglecta religione. Si ergo illi miram exhibere contendebant reuerentiam templis falsorum deorum, quanto magis reuerenter tractare debemus templa Dei veri? Nam, & Dominus Iesus in nullo ita seuerus apparuit, sicut dum in templo inuenit vendentes, & ementes, quorum mensas euertit, proiecitque pecunias, & flagello facto de funiculis, eos eiecit de templo. Matth.21. & Ioan.2. Secundo ad hoc inducimur exemplis fidelium, dimisso enim, quod in quauis natione etiam infideli, & hæretica, semper fuit, & est veneratio cultus Dei, Dico quod in omni ætate semper fuit aliqua oblatio sacrificiorum, facta Deo à fidelibus, & iustis, in signum subiectionis, & reuerentiæ ei exhibendæ. Primo enim Adam secundum Gregorium sacrificium obtulit, secundum illius temporis congruentiam, sed eius sacrificium non legitur, quia in ipso nominatur origo peccati, ne simul etiam in ipso significaretur sanctificationis principium, cum scriptum sit, Sap.10. *Sapientia eduxit illum à delicto suo.* Secundo, Abel sacrificauit de quo dicitur Gen.4. *quod obtulit Deo de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, &c.* Tertio: Noe de quo dicitur Gen. 8 *quod ædificauit altare Domino, & ei obtulit super illud holocaustum.* Quarto: Abraham qui *ædificauit altare Domino, & inuocauit nomẽ eius ibi.* Gen.12. Quinto Isaac idem fecit. Gen.26. Sexto: Iacob de quo dicitur Gen. 33. quod *erecto altari inuocauit super illud fortissimum Deũ Israel.* Septimo: Moyses *consecrauit tabernaculum Dei cum magna solemnitate,* Exod 33. Octauo: Aaron *obtulit sacrificium Deo in odorem suauitatis in tabernaculo,* vt dicitur Eccl.45. Nono: Samuel de quo legitur 1.Re.7. quod *ædificauit altare Domino, & obtulit ei super illud holocaustum.* Decimo: Dauid de quo dicitur Eccles.47. quod *stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modulos, & dedit in celebritatibus decus, &c.* Vndecimo: Salomon, qui *cum maxima solemnitate dedicauit templum, quod Deo construxerat,* vt habetur 3 Reg.8. & 2.Paral.7. Duodecimo, Zorobabel, de quo dicitur Ecclesia.49. quod *reædificauit domum Domini, & exaltauit templum sanctum Domino paratum in gloria sempiterna.* Multi quoque alij laudantur in sacra scriptura, quia Dei templum venerati sunt. Inter quos commendatur Iudas Machabæus, qui templum prophanatum a gentibus mundauit. 2.Machab. 10. Locus autem diuino cultui deputatus,

In omni ætate semper fuit aliqua sacrificiorũ oblatio.

9. Principaliter debent frequentari, ac venerari templa propter exẽpla tũ paganorum, tum fidelium.

Digitized by Google

deputatus, habet diuersa nomina, vt notatur per Archidiaco. in c.1. de consecr. Eccl. vel Altar. lib. 6. & in Clemen.1. de in integr. restitu: Quandoque enim dicitur Basilica. vt in c. non oportet. 42. dist. vbi Archidiac. dicit, quod Basilica dicitur palatium Regis. Basileus enim Græcè, Rex interpretatur Latinè. Vnde Basilica dicitur, quælibet Ecclesia, quia palatium est summi Regis, & in ea Regi Regum ministratur. De hoc etiam mentionem facit idem Archi. in c. fundamenta, de ele. lib. 6. Secundo dicitur templum, vt in c. & hoc diximus. 16. q. 7. Interpretatur autem templum, id est tectum amplum, secundũ Isid. 15. Etymo c. 4. & Archi. in dicto c. & hoc diximus. Quia populus ibi sub vniuste cti amplitudine continetur, & propriè templa sunt maiores Ecclesię. Vel dicitur templum à contemplando, quia hoc ibi fieri debet. Tertiò dicitur Ecclesia, vt de consecr. di. 1. c. Ecclesia, quæ interpretatur collectio, siue conuocatio. Vbi dicit Archi. quod ideò dicitur conuocatio, quia continet populum cõuocatum à Deo per operationem spiritus S. ad vnam fidem, & præmium futuri seculi Locus autem, vbi conueniebat populus Iudaicus, appellabatur synagoga, quæ interpretatur congregatio, quia ibi populus ad audienda verba legis veteris, quæ erant aspera, velut grex pecorum congregabatur. Quartò dicitur tabernaculum, vt in ca. 1. de sen. & re iudi. lib. 6. & ibi Archi. propriè autem tabernaculum dicitur militare habitaculum, vt de consec. di. 1. in prin. & per Archi. 16. q. 7 c. & hoc dicimus. Quia verò militia est vita hominis super terram. Iob 7. ideò Ecclesia in qua adunatur populus militans, dicitur tabernaculũ. & propterea psalmista inquit: *Quando transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei?* id est ab Ecclesia militante, vsque ad Ecclesiam triumphantem. Tabernaculum etiam dicitur à taberna, vt ait Albericus de Rosate, in suo dictionario, in verbo tabernaculum, per. l. tabernæ. ff. de verbo. sig. Taberna autem dicitur hospitium, in quo itinerãtes, & peregrini reficiũtur. Et ideò Ecclesia meritò tabernaculũ appellatur, in quo homines, qui in hoc seculo peregrinantur, & nõ habent hic permanẽtem ciuitatem, sed futuram inquirũt, ad Heb. vlt. reficiuntur pane verbi Dei. & esca celesti. s. Dominici Sacramenti. Quinto dicitur domus Dei, vt in c. decet. de immu. Ecclesiarum. lib. 6 Ipsa enim Ecclesia materialis ad similitudinem triumphantis decoratur diuersitate officiorum, ac ministrorum Deo seruientium, vt dicitur in c. singula. & in c. ad hoc 89. di. De quib. ministris, & ipsorum habetur in c. perlectis. 23. di. Et propter prædicta omnia dicitur in dicto c. decet. *Domum Domini decet sanctitudo.* Decet enim vt cuius in pace factus est locus, eius cultus etiam sit debita veneratione pacificus. Sit itaq. ad Ecclesias humilis, & deuotus ingressus. Sit in eis deuota conuersatio, Deo grata, & inspicientibus placida. Non immeritò autem dicitur domus Dei, quia in ea nihil potest malignitas diaboli. Et in signum huius, vt refert Grego. in lib. dial. cùm Romæ quædam Ecclesia ab Arrianis profanata consecraretur, diabolus sub pedibus hominum exiuit de ipsa Ecclesia in forma porci. Et dum B. Bartholomæus consecraret quãdam Ecclesiam, apparuit Angelus Domini tenẽs diabolum, in quo demonstratum est, quòd maligni spiritus ab Ecclesia consecrata fugiunt, & in ea contra homines potestatem suam exercere non possunt. Ingredi igitur hanc domum Dei, debent esse mũdi corde, ore, & opere, quod demõstratum fuit Exo. 3. vbi Dominus apparens Moysi in rubo, dum ille appropinquaret ad locum, dixit ei: *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Hoc etiam demõstrauit Deus, quando Exod. 30. præcepit, vt quotiescumque Aaron ingrederetur tabernaculum, lauaret se, quod etiam de Leuitis præceptum est, Num. 8. Sed ad cõfusionem Christianorum Saraceni, non nisi loti & discalceati templum intrant. Vnde etiam propter hoc Salomon antè templum ordinauit mare æneum, 3 Reg. 6. Ecclesia verò ordinauit aquam benedictam

Ecclesia quare Basilica nuncupetur.

Ecclesia quare vocetur domus Dei.

Ecclesia, quare vocetur tabernaculum.

ctam ad fores templi, vt vnusquisque ingrediens, prius s. illa aspergat. Dicit autem Augustinus ad confirmationem prædictorum in sermone dedicationis Ecclesiæ: *Quoties fratres charissimi aliam, vel templi festivitatem colimus, si fideliter, & diligenter attendimus & sanctè, ac iustè vivimus, quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione completur. Non enim mendacium est ille, qui dixit: Templum Domini sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti? Quibus meritis, ni si per gratiam Dei membrum fiet templum Dei? Et ideò quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne Deus noster in templo suo, hoc est in nobis ipsis aliquid inueniat, quod oculos suæ maiestatis offendat. Sed habitaculum cordis nostri euacuetur vitijs, & virtutibus repleatur, laudatur dextera, & aperiatur Christo.* Hæc ille. Debemus autem facere in omnibus necessitatibus nostris, sicut fecit populus Israel in tribulatione Holofernis, de quo dicitur Iudith. 6. *Conuocatus omnis populus intra Ecclesiam orauit, petens auxilium à Deo Israel.* Ad hoc autem faciendum hortamur Ezech. 44. vbi dicitur: *In vijs templi pones cor tuum*, & Dauid Psal. 28. di. *In templo sancto eius omnes dicent gloriam.* Qui etiam prædictas dignitates Ecclesiæ considerans, nos in 67. Psal. hortatur, dicens: *In Ecclesijs benedicite Domino, de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.*

An semper sit orandum

QVarta, & vltima modificatio orationis, dicitur respectu temporis. Vnde quæritur, quo tempore sit orãdum, & videtur, quòd semper. Ait enim Dominus Lucæ 18. *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Sed oportet necessitatem inducit. ff. de verbo. sig. l. verbum oportere. & ibi. glo. quæ allegat. l. cum hi. §. arbitratu. ff. de transac. ergo &c. Præterea scriptum est Psal. 23. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Sed contra Eccl. 3. dicitur: *Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa, tempus loquendi, & tempus tacendi.* ergo, & oratio habet tempus determinatũ, sicut & reliqua. Præterea ad impossibile nemo tenetur. l. impossibilium. ff. de reg. iur. Sed impossibile est semper orare actualiter, quia nos oportet pro magna parte temporis in alijs rebus occupari, maximè in necessarijs naturæ. ergò non videtur illud Domini præceptum posse seruari. ad hanc quæstionem respondet Alex. de Ales. vbi supra, & B. Th. in 4. di. 15. art. 2. q. 3. Quod illa verba Domini debent intelligi secundum expositionem glossarum. Vnde habemus glo. super illa verba Apostoli, 1. ad Thess. 5. c. *Sine intermissione orate.* di. *Non cessat orare, qui non cessat bene facere.* Ibi ergò accipit Dominus orationem pro bono opere. Alia glo. ibidem dicit: *Vnum æternum continuè desiderate, ipsum enim continuum desiderium boni, est oratio continua.* Et alia glo. inquit: *Sine intermissione orat, qui horis & temporibus statutis non desinit orare.* Alia glo. exponit, & est Aug. super Psal. 33. di. *Nunquid sine intermissione genua flectimus, corpus prosternimus, aut manum leuamus, vt dicat Apostolus: Sine intermissione orate; hoc putas fieri non posse? Est ergò alia ratio sine intermissione orandi, quæ est desiderium. Quicquid igitur agas, si desideras supernam quietem, non interrumpis orare. Si semper manet in te charitas, semper clamas. Si semper clamas, semper desideras, si semper desideras, semper oras.* Hæc ille. Alio modo exponit Aug. in li. 2. cõtra Maximianum. scilicet quod ad hoc, vt Deus propter peccata non flagellet mundum, oportet, vt semper ab aliquibus oretur. Vnde ipse dicit. ibidem c. 9. *Nullus dies, nulla hora, nullum momentum temporis inuenitur, in quo à sanctis orationes Deo aliquo in loco non fundantur, ab alijs hic, ab alijs ibi, ita quòd ab orationibus nullum tempus est immune, quandoquidem diebus ac noctibus, cùm alij cibo reficiuntur, alij quodlibet aliud agunt, seu dormiunt, non vtique desunt, quos sanctum desiderium orare compellat.* Hæc ille. Et licet quocumque tempore orari possit Deus, tamẽ secundùm Bernard. tria tempora magis sunt apta orationi. Primum est auroræ, iuxta illud Sap. 16. c. *Oportet præuenire solem ad benedictionem.* Nam sicut filij Israel manè colligebant manna, Exod 16. Ita dulcedo Spiritus sancti, tali hora degustatur. Idò cantebat Dauid in Psal. *Mane astabo tibi, & videbo:* Ea propter Iob. 8. c. nos hortatur dic. Si

Sine intermissione orare quid sit.

Argumẽta pro vtraq; parte proponuntur.

Tria tempora magis apta. s. in aurora in medio noctis, & in vespere.

Digitized by Google

dic. *Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te.* Hoc enim tẽpore animæ nostræ sunt adhuc iciunæ à curis exterioribus, & ideò sunt magis dispositæ ad orandum. Et de hoc dedit nobis exemplũ Christus Marci 1.c. vbi dicitur: *Quòd valdè diluculo surgens Iesus abijt in desertum locum, ibique orabat.* Secundum tempus est mediæ noctis, de quo Propheta ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* dicitur enim vulgariter, quòd nox est magistra consilij. Et de hoc dedit nobis exemplum Christus Matt.6.c. vbi dicitur: *Quod erat pernoctans in oratione Dei.* Quantum autem sit vtilis ista oratio noctis, demonstrat Dauid. Psal.76.di. *Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* O si videres seruos Dei in nocte ad orationem in cruce stantes? aliquos amaras lachrymas de passione Christi fundentes, alios peccata tua, mi populе deflentes, alios ex eleuatione mentis etiam à terra miraculosè corporaliter eleuatos, alios magnis splendoribus circumdatos, alios cum Domino nostro Iesu Christo, vel gloriosa Virgine Maria, aut alijs sanctis sibi in nocte apparentibus, eosque consolantibus, dulcia miscentes colloquia, profectò intelligeres veram esse illam sententiam prophetæ, in Psal.di. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te?* Ideò inquit Ber. in quadam epistola de religiosis loquens: *Multi vident cruces nostras, sed non vident vulliones.* Tertium tempus aptum ad orandum est vespertinum, quia tũc inuenimur ab impedimentis digesti. Vnde propheta in Psal.dicit: *Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.* de hoc dedit nobis exemplum Christus, de quo Matt.14.dicitur: *Quod dimissa turba ascendit in montem, vt oraret, vespere autem facto, solus erat ibi.*

2. *Tempus ad orationẽ aptum.*

3. *Tempus ad orationẽ aptum.*

CVM ergò Pythagoras philosophus dicat: *Duorum quippe temporum cura habenda est, manè quid acturi sumus, verò quid fecerimus.* Id.ò quilibet Christianus statim, vt à lecto surrexit, debet sibi facere signum crucis, quod facit fugere omnes dæmones, de quo Dauid in Psal. 85. dicit Domino: *Fac mecum signum in bono, vt videant qui oderunt me, & confundantur.* Si enim signum crucis debet poni in principio cuiuslibet inuentarij, l. fi. §. fin autem. el. 1. ver. vel si ignarus. C de iure de li. multo magis in principio actionum nostrarum debet esse primum, quod faciamus surgentes. Deinde gratias agere debemus Deo de omnibus beneficijs ab eo acceptis. ait enim Seneca ad Lucil. *Qui beneficiorum obliuiscitur, ingratissimus est.* Postmodum proponere debemus illo die abstinere à peccatis, & multa bona facere, ac si nunquam benè fecerimus, iuxta illud prophetæ in Psal. *Et dixi,* nunc cœpi. Imitarique debemus Seraphicum patrem nostrum Franciscum, de quo sanctus Bonauentura in legenda eius dixit, quòd proponebat quotidie se ingentia facturum. In serò autem cogitare debemus quid in die fecerimus, & si aliquod peccatum in nobis cõspicimus, de eo conteramur, & cogitet quisque, si aliquod in eo est mortale peccatum, dicens: Quid erit de me si hac nocte repentinus mihi, sicut multis accidit, veniret interitus? Deinde deuote, ac corde contrito roget Dominum, cum Dauid, Psal.50. dicens: *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam:* nostramque animam & corpus quotidie, maximè in mane, & in sero, Domino commendemus. Quod facientibus propitiabitur Deus noster, qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Quid sero debemus facere.

Digitized by Google

FERIA QVARTA POST PRIMAM Dominicam Quadragesimæ.

DE IMPEDIMENTIS orationis.

SERMO DVODECIMVS.

HABITAVIT *gloria Domini super montem Synai.* Exo. 24. & in prophetia occurrentis feriæ. Sæpè in sacro eloquio per montem sancta oratio figuratur. Sicut enim mons est altus & sublimis locus, ita oratio est quædam altissima, & excellens operatio, quæ nos altos facit per contemplationem. Ideò Theologi, in 4. di. 15. diffiniunt orationem dicentes, quod est elevatio, siue ascensus mentis Deum, quæ diffinitio fuit originaliter Damas. li. 3. c. 24. Sicut etiam difficile est ascendere in montem, ita difficile est ad altitudinem contemplationis & orationis peruenire. Et ideò in huius figuram dicitur Exod 19, *Non poterit ascendere vulgus in montem*, homines enim bestiales & somnolenti nõ possunt dulcedinem orationis degustare. Et sicut auis nimis pinguis & carnosa, non potest in altum se eleuare; ita sensuales & carnales non possunt ad cacumen contemplationis ascendere. Quemadmodum etiam in montibus descendit magna abundantia niuis, ita in orationibus venit ad animam gratia spiritus sancti, quæ per niuem figuratur. Sicut retulit gloriosa virgo Maria Liberio Papæ, vt refert sancta mater Ecclesia in officio miraculi niuis. Est ergò oratio mons, de quo Dauid. Psal. 67. ait: *Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem.* Licet enim aliquando non veniat in principio orationis, tamen si perseueretur, finaliter veniet. In monte transfigurationis est Dominus. Matth. 17. vt ostenderet, quòd homo carnalis in monte orationis, in spiritualem transformatur. Ad hunc montem orationis oportet peruenire illos, qui volunt saluari, iuxta illud Gen. 19. *In monte saluum te fac.* Ideò cuilibet nostrum dicit Dominus, Exo. 24. *Accede ad me in montem, & esto ibi.* Et ideò benè dicitur in verbis propositis: *Habitauit gloria Domini super montem Synai.* Secũdùm enim Hiero. Synai, interpretatur egressio tentationis. In monte ergò orationis ascendite, & egredientur ab anima vestra tentationes vestræ, & gloria Domini habitabit super vos, & dabit vobis lucem gratiæ suæ. Sed dicet quis, Ego frequenter ascendi montem orationis, & rogaui Dominum pro aliqua gratia impetranda, & nihil potui obtinere. Huic ego respõdeo illud quod inquit August. 16. q. 1. c. 10. *Benefacere semper Deus est paratus, sed hominum malitia prohibetur.* Vnde maligno peccatori dici potest, illud Tren 3. *Opposuisti tibi nubem, ne transeat oratio.* Et ideò in hoc sermone videbimus tria impedimenta, quibus Deus non exaudit orationes nostras. Primum dicitur iniustitiæ. Secundum nequitiæ. Tertium, & vltimum appellatur impatientiæ.

Oratio in sacra scriptura per montem figuratur.

Oratio quid sit.

Tria impedimenta sunt in oratione, propter quæ Deus ipsam nõ exaudit.

DE PRIMO IMPEDIMENTO orationis, quod dicitur iniustitiæ.

PRIMVM impedimentum dicitur iniustitiæ. Est autem triplex iniustitia, scilicet ex parte orantis, ex parte orationis, & ex parte eius, pro quo oratur. Primò ex parte orantis, pro cuius declaratione mouetur vnum dubium, scilicet, vtrum DEVS exaudiat peccatores in orationibus suis, & primò videtur quod non, per illud quod scriptum est Ioannis 9. *Scimus quia peccatores Deus non exaudit*, & Tren. 3. c. dicitur: *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus te, iccircò*

Triplex est impedimentum iniustitiæ in oratione. primum est ex parte orãtis

Digitized by Google

Argumenta pro parte negatiua.

iccirco tuus inexorabilis, & Dauid in Psal. dicit: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, nõ exaudiet Dominus.* Chrys. quoque super Matthæum, dicit: *Qui erat, & peccat, non erat Deum, sed deludit*, & talis est similis militibus Pilati, qui Christo genua flectebant, & alapas ei dabãt: & talis est fœnerator, qui ex vna parte orat, & ex alia fœnerare non cessat. Talis etiam peccator orans est similis illi, qui vellet à vulnere sanari, & ferrũ à plaga nollet amoueri, vnde Isidor. ait: *Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, si adhuc in eo sit ferrum; ita nihil proficit oratio illum cuius adhuc peccatum in mẽte, vel per odium manet in pectore.* Item talis est similis aui, quę vult volare inuiscata, vel mole carnis aggrauata, sicut est struthio, vel est laqueis irretita. Anima namq; inuiscatur per auaritiam, vnde Ambros. in libr. de bono mortis ait: *Dum aurum petimus, strangulamur, dum argentum quærimus, visco eius adhæremus, dum prædas inuadimus, alligamur.* Inflatur autem anima per superbiam. Vnde de superbis dicitur, Sapient. 4. *Disrumpet illos inflatos malleo.* Illaqueatur verò anima per luxuriam, vnde Eccl. 7. inquit Salomõ: *Inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius. Vincula sunt manus illius.* Laqueo autem capiuntur aues, sagena pisces, & vinculis ligantur homines. Mulier ergo cepit autem, quando decepit Dauid cælestia penetrantem. Cepit maximum piscem, quando decepit Samsonem tam fortem: cepit autem hominem rationalem, quando decepit Salomonem tam sapientem. Ad propositum verò redũdo dico, quòd ille debet peccata deponere, qui vult orationes suas Deo gratas esse. Nam peccatoribus dicitur, Esa. 59. *Non est aggrauata auris eius, vt non exaudiat; sed peccata vestra abscondunt faciem eius à vobis, ne exaudiret*, scilicet Deus, & Prouer. 15. dicit Salomon: *Longè est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet.* Pro hac parte facit, quod nullus indignus debet principẽ salutare. C. de veteranis, vbi glo. in l. cum introissent, li. 12. Maiori ergo ratione non debet salutari per orationem ille, de quo Philosophus dicit 12. Meta. quod solus est princeps in orbe terrarũ, scilicet Deus. Si enim seruus domini terreni, nõ reputatur dignus, vt preces porrigat Imperatori terreno. C. de preci. Imper. offer. l. Licet seruili, à fortiore peccator qui est seruus diaboli, & peccati, imò tot dæmoniorum quot vitiorum, non videtur dignus Deum deprecari. Propterea dicit Dauid in Psal. *Peccatori autẽ dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas?* Sed contra est auctoritas Chrysostomi, qui sic gloss. dictum Christi, Lucæ 11. *Omnis qui petit accipit, siue iustus, siue peccator*, & August. super Ioan. inquit: *Si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanum dixisset: Deus propitius esto mihi peccatori.* Respondeo secundum Alexand. de Ales in 4. part. summæ in tractatu de oratione, & beatum Thom. 2. 2. quæst. 83. quod orantes homines in triplici varietate possunt inueniri. Nam aliqui licet valde pauci, sunt iusti, sine mortali peccato, & oratio eorum potentissima est, iuxta illud Iac. 5. *Multũ enim valet deprecatio iusti assidua.* Et ideo in Psal. 33. canit Dauid: *Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos.* & Esa. 65. inquit Dominus de iustis: *Antequam clament ego exaudiam; adhuc illis loquentibus ego audiam.* Facit C. ipsi sacerdotes, 1. q. 1. Et idcirco conqueritur Deus de talibus, non orantib pro tribulatis dicens: Ezech. 22. *Quæsiui de eis virum qui interponeret semetipsum sepem, & staret ex opposito contra me propter terram, ne dissiparem eam, & non inueni, & effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos.* Alij sunt peccatores humiliati, qui licet quandoq; peccent, tamen non semper retinent propositum malæ voluntatis, sed timent Deum, & ob eius reuerentiam aliqua bona faciunt, hi in suis necessitatibus orantes Deum, possunt sperare, quod imperabũt, quod petunt, si eis vtile sit, ait. n. Augu. in c. Adhuc instat. de pœn. di. 3. Cur decuisset Dominus orantes dicere: *Dimitte nobis debita nostra*, nisi misericors ipse perseueraret, qui ab hac petitione non vult nos deficere. Alij sunt peccatores obstinati, & indurati, & isti nõ exaudiuntur in suis orationib. ideo dicit Dominus, Prou. 1 ca. *Vocaui & renuistis, & extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium*

Argumenta pro parte affirmatiua.

Responsio ad dubitationem.

meum, & increpationes meas neglexistis, idcirco ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos, cum vobis quod timebatis, aduenerit. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit. Quando venerit super vos tribulatio, & angustia, tunc invocabitis me & non exaudiam: mane consurgetis, & non invenietis me, eo quod exosam habueritis disciplinam, hæc ibi. Et si aliquando isti peccatores exaudiũtur in suis orationibus, hoc vertitur in eorum damnationem, & malum, iuxta illud Aug. in quodam sermone: *Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus.* Ideo dicit Paulus, ad Roman. 1. de talibus peccatoribus: *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* Sicut etiam exaudiuit dæmones petentes intrare porcos, Matth. 8.

Secunda iniustitia orationem impediens, est ex parte orationis, & est quando aliquid iniustum petimus.

SEcundum impedimentum iniustitiæ, est ex parte orationis, scilicet quando aliquid iniustum petitur, tunc enim illa oratio est iniusta, & non exaudibilis, vt potest colligi à sancto Bonauentura, in 3. sen. dist. 17. Ideo dicitur Iacob. 4. c. *Petitis, & non accipitis, eò quod male petatis.* Idcirco inquit Ouidius 9 Metamor. *Petite quod fas est*, vt enim ait Damascenus, *oratio est petitio decentium*, & Cato in tractatu de moribus, dicit: *Quod iniustum est petito, vel quod videatur honestum: Nam iustum petere est quod posiu iure negari*, vnde Valerius Maximus libr. 9. ait: *Socrates humanæ Sapientiæ, quasi quoddam terrestre oraculum, nihil vltra petendum à diis immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent, quia hi cæcum scirent, quod vnicuique esse vtile.* hæc ille. Facit quod scriptum est in l. Nec damnosa. C. de precibus Imperatori. offe. vbi dicitur, quod nullæ preces sunt audiendæ, nec Imperatori offerendæ nisi rationabiles, ideo Matth. 20. c. dicebat Dominus filijs Zebedæi non bene petentibus: *Nescitis quid petatis.* Deus ergo non concedit multoties ea quæ petimus, quia nobis nõ sunt vtilia ad salutem: vnde Prosper in libr. epigrammatum, epigrammate 99. ait: *Cum Deus effectum precibus non præstat iniquis, Multum concedit dum nocitura negat.* Sicut fecit Paulo quem exaudire noluit, rogantem liberari à tentatione, siue stimulo carnis, vt ipse testatur, 2. ad Corinth. 12. De quo venerabilis Beda ait: *Apostolus non in nomine Saluatoris petijt, vt tentatione careret, quam ob humilitatis custodiam acceperat; quia si hoc accepisset, salutem esse non posset*, & Augustin. inquit, *Exaudiebatur diabolus petens Iob enervandum, & non exaudiebatur Apostolus petens stimulum carnis amouendum. Exaudiuit Deus quem disposuerat damnare, & non exaudiuit quem volebat saluare. Nam & æger petit vinum à medico, & non dat. Medicus enim non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem.* hæc ille. Ad prædicta etiam facit exemplum quod habetur in vita sanctæ Petronillæ, quam sanctus Marcellus scripsit, scilicet quod cum ipsa filia esset sancti Petri Apostoli, & speciosa valde, Deo volente febribus laborare cœpit, discipuli autem Petri dixerunt ei: Cum omnes à te sanentur infirmi, quare Petronillam iacere permittis? Quibus Petrus respondit, quia sic expedit ei. Veruntamen ne putetur impossibilitas sanitatis eius, in nomine Iesu Christi illam sanabo, dixitque ei, surge Petronilla velociter, & ministra nobis. Quæ statim sanata surrexit, & ministrauit eis. completo autem ministerio Petrus dixit ei: Petronilla redi ad lectũ tuum. Quæ statim rediit, & vt prius febribus laborare cœpit. At vbi in Dei amore fuit perfecta, illam perfecte sanauit. Simile etiam est quod legitur in vita sancti Thomę Episcopi Cantuariensis. Cũ enim quidam, quem sanctus, dum viuebat, valde dilexerat, grauiter infirmaretur, iuit ad eius tumbam, & pro sanitate rogauit beatum Thomam, impetrauitque eam ad libitum. Sed dum sanus rediret, cogitare cœpit, quod illa sanitas forsan animæ suæ non expediret. Vnde iterum ad sepulchrum rediens sanctum rogauit, vt si sanitas illa non esset vtilis animæ suæ, continuò infirmitas rediret, statimque redijt sicut prius. Ideoque quicunque vult bene orare, omnia committere debet diuinæ voluntati. Deus enim (licet oratio non sit iniusta, nec petatur res inutilis) quandoque tamen non exaudit, vt nobis melius faciat, quàm petimus, vnde ait Isidor. in libr. de summo bono:

Scire quod aliqua sunt bona simpliciter, vt vita æterna, gratia Dei, & similia: & talia sunt simpliciter petenda, alia autem sunt bona differenter, et talia sunt cum conditione petenda, vt est sanitas, & huiusmodi.

Multi

Digitized by Google

Multi orantes non exaudiuntur; prouidet enim Deus illis meliora, quam petant.

Tertia iniuſtitia eſt ex parte illius, pro quo oratur: & eſt eum pro aliquibus, qui nō merentur, preces fundimus.

TErtia iniuſtitia eſt ex parte eius, pro quo oratur. Fiunt enim quandoque orationes pro aliquibus, qui non merentur beneficia Dei. Ideo Deus non exaudit ſeruos ſuos pro talib. orantes, vnde Hiere.7. dicit Dominus ipſi Hieremiæ de populo Iudaico peſſimo & obſtinato: *Tu noli orare pro populo hoc, ne aſſumes pro eis laudem, quia non exaudiam te*, & Hiere.15. iterum ait: *Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.* Vis ergo (populo mi) orationem quam facis, aut alij pro te faciunt, exaudiri? depone peccata, & efficiaris bonus. De tali enim oratione, quam facit quis ſine peccato, ait Dauid, Pſalm.33. *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum*, & Eccleſiaſt.3 dicitur: *Qui diligit Deum, orabit pro peccatis, & continuè ſe abſtinebit ab illis, & in oratione exaudietur.* Similiter, & oratio cuiuslibet ſerui Dei pro te facta à Deo acceptabitur, iuxta illud quod ait Dominus, Iob 42. *Seruum meum orabit pro vobis. Faciem eius ſuſcipiam.* Et hoc ſufficiat pro prima parte noſtri ſermonis.

DE SECVNDO ORAtionis, impedimento, quod dicitur nequitiæ.

Nequitiæ ſex inueniuntur, prima dicitur irremiſſibilitatis.

SECVNDVM principale impedimentum, dicitur nequitiæ. Sex autem nequitiæ inueniuntur. Prima dicitur irremiſſibilitatis. Quando orantes nolunt proximis ſuis, qui eos læſerunt, veniam petentibus indulgere, & offenſas remittere, ideo dicitur Eccleſiaſt. 28. *Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecantis tibi peccata ſoluentur, homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecabitur? Ipſe dum caro ſit, vā reſeruat, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro peccatis eius?*

2. nequitia dicitur rapacitas.

SECVNDA nequitia dicitur rapacitas. De qua Iſaiæ prim. cap. dicit Dominus, *Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt*, & Eſai. quinquageſimonon. *Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat: neque aggrauata eſt auris eius, vt non audiat, ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiat, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt, & digiti veſtri iniquitate. Labia veſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra iniquitatem fatur.*

3. nequitia dicitur inaudibilitatis.

TERTIA nequitia dicitur inaudibilitatis, de qua Prouerbior. 28. dicit Salomon: *Qui declinat aurem ſuam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Facit exemplum quod recitat Iacobus de Vitriaco, dicens: quod fuit quidam, qui nunquam volebat audire verbum Dei, vel loqui de Deo. Qui Dei iudicio mortuus eſt, & cum ad Eccleſiam delatus eſſet, ſacerdotibus, & alijs clericis facientibus officium, cantando, & legendo circa corpus, imago crucifixi, quæ erat de metallo, cunctis videntibus, manibus à cruce ſeparatis, cœpit obturare aures. Quod cum omnes circumſtantes aſpicerent, mirabantur. Tunc ſacerdos dixit ad populum: Scitis quale ſignum eſt hoc: Vos noſtis, quod iſte, qui hic iacet, nunquam voluit audire verbum Dei, & idcirco modo eſt in manu diaboli. Idcirco ſicut obturauit aures ſuas, ne audiret verbum Dei, ita Deus obturat aures ſuas, ne audiat preces, quas pro eo fundimus. Et ſic omnes ceſſauerūt orare, & ita ſepultus eſt ſepultura aſini.

4. Nequitia impedientis orationis effectum, dicitur crudelitatis.

QVARTA nequitia dicitur crudelitas, de qua Prou. 21. dicitur: *Qui obturat aurem ſuam, ne audiat clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* Facit exemplum, quod retulit mihi quidam ſocius meus, ſ. quod cum quidam valde diues, eſſet infirmus ad mortē in ciuitate Mediolani, ipſe cum patre Guardiano S. Angeli iuit ad viſitandum

Digitized by Google

fitandum eum, & dum hortarentur eum ad confitendum, & rogandum Deum, vt sibi remitteret peccata sua, ipse desperatus respondebat, quod erat damnatus, & quod Deus nolebat sibi parcere. Et dum diu prædicassent sibi de infinita misericordia Dei, ipse semper respõdebat, quod nõ erat amplius sibi vlla spes salutis. Vnde finaliter interrogatus quare hoc? Dixit. Quia ego durus fui pauperibus, & noluí eos exaudire clamantes in necessitatibus suis, ideo Deus mihi vult esse crudelis, & non exaudit preces meas, vt verificetur quod scriptum est: *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Iac. 2. ca. Et sic desperatus mortuus est. O crudelis, quomodo credis quod Deus debeat te exaudire in tuis orationibus, si tu non vis aurem præstare filijs suis. sc. pauperibus in tantis necessitatibus constitutis? Serua igitur illud, quod scriptum est Esa. 58. *Frange esurienti panem tuum, &c.* Sequitur: *Tunc inuocabis & ipse exaudiet; clamabis & dicet, Adsum.*

5. Nequitia quæ vagationis dicitur.

QVinta nequitia dicitur vagationis, de qua dicit Isido. in lib. 3 de summo bono. c. 7. *Longè est à Deo animus, qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus, tunc ergo veraciter oramus, quando aliud non cogitamus*, hæc ille. Ideo Bernar. inquit: *veritatem & vtilitatem orationis perdere, est aliud cogitare.* Nec esse est ergo ad hoc, vt fructum habeat oratio nostra, quòd animo fiat attento, secũdum Thom. in 4. di. 15. art. 2. q 5. & 2. 2. q 83. ar. 13. & Richardum in 4. di. 15. art. 4. q. 6. Et ideo conqueritur Dominus. Esa. 29. dic. *Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est à me.* Ideo metricè dicit Bernard. *Ante Deum stantes, ne stis corde vagantes: Cum cor non orat, in vanum lingua laborat.* Iccirco idem Bernard. ad fratres de monte Dei sic ait: *Debemus nosmetipsos in oratione coram Deo constituere, quasi facie ad faciem.* Oratio enim nostra, non debet esse vanis cogitationibus patens, (vt inquit Hieronymus) in c. Quisquis de consec. dist. 1. Ideo dicit Sapiens Ecclesiast. 18. capit. Iui libri: *Non impediaris orare semper, & ante orationem præpara animam tuam*, & Chrys. in cap. Quando, de conse. di. 1. *Quando autem stamus ad orationem, fratres charissimi, vigilare, et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio hominis carnalis, & secularis abscedat, nec quicquam tunc animus, quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo etiam sacerdos ante orationem, præfatione præmissa parat fratrum mentes dicens: Sursum corda, vt dum respondet populus: habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud, quod Deum cogitare. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, orationis tempore venire patiatur.* hæc ille. Licet autem aliquando nobis veniat animi vagatio in oratione, non tamen propter hoc debemus ab ea desistere, quia etiam sancti viri tales vagationes aliquando patiuntur. Vnde legitur, quod prædicante de hoc sancto Bernardo, vnus rusticus dixit, quod ipse diceret multas orationes sine vagatione animi. Tunc Bernard. ait: Si potes dicere vnum Pater noster, sine aliqua vagatione animi, volo tibi donare mulam meam. Incipiente igitur illo Pater noster, cum necdum venisset ad medium, venit sibi vna vagatio animi, vnde dixit Bernardo: Nonne dabis mihi etiam sellam eius? Et tunc Bernardus ait: Tu perdidisti mulam, quia non potuisti perficere Pater noster, sine animi vagatione. Cauere autem debemus, ne ex causa nostra istæ vagationes nobis in oratione adueniant, vbi supra. quod hæc est ratio, quare non exauditur oratio nostra, quia non attente oramus, sed vago animo. Debemus ergo facere, sicut faciebat ille cæcus, de quo scriptum est Lucæ 8. cap. Quod dum turba increparet eum, vt taceret, ipse multo magis clamabat. Super quæ verba dicit Gregorius in homilia: *Quanto maiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto ardentius orationi insistere debemus.*

Licet nobis aliquando animi vagatio veniat, non tamen propter hoc ab oratione desistere.

Cauere debemus, ne vagationis causa in oratione nostra.

SExta, & vltima nequitia dicitur infidelitatis. Multi enim petunt, sed non habent fidẽ, quod debeant obtinere, & istorum oratio non meretur exaudiri. Ait enim Seneca, in libr. tragœdiarum in Hippolyto, capitul. 6. *Qui tumidum rogat, docet negare*, & Bernardus, in quodam sermone: *Indignum*

Digitized by Google

ſignum cæleſti benedictione eſſe conuincitur, qui Deum dubio quærit effectu, & Auguſtinus libr. ſecundo, quæſtionũ Euangelicarum, quæſtione prima, inquit: *Nemo credat accipere, quod ſe accepturum eſſe deſperat.* Et facit ad prædicta quod ait Seneca, in quadam declamatione dicens. *Nihil magis prodeſt ægro, quàm confidere in eum à quo curari cupit*, quod patuit per exemplum cuiſdam medici, qui infirmum patrem ſuum curauit, & poſtea nouercam ſuam eadem infirmitate laborantem ſanare non potuit; & rationem aſſignauit, quia ipſa nouerca non erat eiuſdẽ affectionis, & confidentiæ erga ipſum, ſicut pater eius, Debemus ergo ſeruare conſilium Imperatoris Iuſtiniani, in lege prima, C. de vete. iur. enuc. dicentis: *Omnem ſpeciem noſtrã, ad ſolam referre debemus ſummæ prouidentiam Trinitatis, à qua mundi elementa proceſſerunt, ſine qua non eſt armis, vel ingenio confidendum.* Item conſilium Prophetæ dicentis, Pſalm. 36. *Spera in eo, & ipſe faciet*, ſcilicet illud quod petis, & deſideras. Ea propter dicitur Iacobi, primo capitu. *Si quis indiget ſapientia, poſtulet illam à Deo: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans*, & Dominus, Matth. 21. & Marc. 11. inquit: *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.*

DE TERTIO ORATIONIS impedimento, quod dicitur impatientiæ.

Leopardi natura.

TErtium, & vltimum principale impedimentum, dicitur impatientiæ. Multi. n. ſunt, qui faciunt ſicut Leopardus, cuius natura eſt, quòd ſi in vno ſaltu, vel duobus, aut trib. non arripit prædam, amplius non vult currere poſt eam. Sic faciunt quidam, qui ſi non exaudiuntur a Deo, vna oratione, vel duabus, ceſſant protinus ab oratione, & efficiuntur impatientes, & murmurant de Deo, & ad eum amplius redire nolunt, ipſum eſſe durum dicẽtes. Quib. ſonare debet vox Euangelica Chriſti dicentis, Luc. 11. *Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte dicens: Amice commoda mihi tres panes, quia amicus meus venit ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille de intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam clauſum eſt oſtium, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi, & ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico vobis, etſi non dabit illi inſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter importunitatem tamen eius ſurget, & dabit illi, quotquot habet neceſſarios. Et ideo dico vobis, petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.* Quæ verba Aug. in ſermone de verbis Domini in monte, exponit, adducendo exemplum alicuius hominis, qui ad aliquem locum pergere vellet, ſed infirmos pedes haberet, & viam neſciret, & loci illius ianua clauſa eſſet. Nam oportet primo, quòd in pedibus ſanetur. Deinde, quòd via ſibi demonſtretur, ne per deuia erret, & poſtmodum, quòd oſtium ſibi aperiatur: alias nihil valeret, nec ambulare potuiſſe, nec viam rectam tenuiſſe, nec ad locum peruenire. Peccator ergo, qui per viam præſentis exilij deſiderat ad patriam peruenire, quia habet infirmos pedes animæ per peccatum, vnde pſalmiſta in eius perſona ait: *Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum*, &c. Debet primo petere ſanationem, & eã accipiet, & hoc eſt quod ait Saluator; *Petite, & accipietis.* Dicat ergo Deo cum Pſalmiſta: *Sana animam meam, quia peccauit tibi.* Secundo, quia peccator ignorat viam quæ ducit ad Cælũ, iuxta illud quod de peccatoribus inquit pſalmiſta: *Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*, ideo debet quærere viæ directionem, & eam inueniet, & hoc eſt quod ſubdit Saluator: *Quærite, & inuenietis*, hoc autem facit gratia Spiritus ſancti. Vnde Pſalmiſta ait Deo: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam* Pſalm. 142. Tertio, quia porta Paradiſi eſt peccatori clauſa iuxta illud Matth. 25. *Et clauſa eſt ianua*, ideo debet pulſare, & petere eius apertionem, & ſic aperietur, & ideo ſubdit Saluator. *Pulſate, & aperietur vobis.* de Deo enim inquit Pſalmiſta: *Ianuas Cæli aperuit*: & Eſa. 45. ait ipſe Deus: *Aperiam ante eum ianuam: & portæ non claudentur.* Ea propter idem Saluator reprehendit negligentiam non petentium, dicens: Ioan 16.

Declaratur illud Lucæ 11. Petite & accipietis, &c.

Digitized by Google

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, & iterum ibidem ait: *Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*: vbi dic. Augustinus: *Non petitur in nomine Saluatoris, quod petitur contra rationem salutis.* Debemus ergo continue, saltem habitu Deum patrem deprecari, vt nobis vitam æternam tribuat amore filij sui, & hoc deuote facientes de nostra salute erimus securi. Si quis enim in curia Imperatoris haberet aliquem sapientem aduocatum, vel auxiliatorem solicitum, aut si fratrem Vterinum multum gauderet, & de impetranda gratia ab Imperatore quasi securus esset. Ipse autem Dei Filius in curia cœlesti apud Imperatorem æternum patrem suum, est noster aduocatus, de quo dicitur 1. Ioan. 2. *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum.* Item ipse ascendit Cœlum, vt esset noster auxiliator solicitus, ideo Deuterono. 33. dicitur: *Ascensor Cœli auxiliator tuus.* Item est noster frater Vterinus, quia carnem de nostra humana natura assumpsit, vnde dixit Magdalenæ Ioan. 2. *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum, &c.* quapropter Bern. inquit: *Fuit, quod me iam spernere non poterit os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Debemus itaque quotidie petitiones, & supplicationes nostras formare, & eas aduocato nostro dare, vt eas summo regi offerat, vnde Paul. ad Philip. 4. ait: *Petitiones vestræ innotescant apud Deum.* Item debemus nuncios orationum nostrarum ad auxiliatorem nostrum mittere, vt adiutricem manū suam nobis porrigat, & dicere ei cum psalmista: *Emitte manum tuam de alto, & libera me de aquis multis, &c.* Insuper eosdē nuncios debemus ad fratrem nostrum dirigere, vt post se nos trahat, & vnusquisque ei dicere illud Can. 1. *Trahe me post te.* Sed istæ orationes debent fieri cum deuotione, quia Augustinus super illud Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat, &c.* ait: *Sicut vox sine modulatione est quasi vox picarum, sic oratio sine deuotione est quasi mugitus bouis.* Item debent fieri cum instantia, iuxta illud Apostoli ad Roman. 12. *Orationi instantes.* Ille autem non instat orationi, qui primo quidem incipit orare feruenter, deinde repidè, & vltimo frigide orat, vt inquit Augustinus super psalmistam, & ideo dicitur Ecclesiast. 7. *Melior est finis orationis, quam principium*, oratio enim habet principium, medium, & finem, principium autem debet fieri feruenter, medium feruentius, & finis feruentissime. Sed multi faciunt cōtrarium, & peruertunt ordinem. Nam cum magno feruore incipiunt orare, sed repide mediant, & finem frigide consummant. Tales autem sunt similes Chimeræ, cuius prima pars depingitur vt leo, qui est animal calidum: Media vero vt capra, quæ est animal temperatum. Finis vero est serpentis, qui est animal frigidum. Debet igitur ille, qui vult aliquid à Deo impetrare, feruenter, & non frigide petere, & pro certo tenere poterit, quod quicquid bonum & salubre petierit, merebitur obtinere. Ipse enim Deus nos ad petendum inuitat. Pauci autem sunt, qui inuitant vt ab eis petatur, sed multi sunt qui fugiunt ne ab eis petatur: item multi sunt, qui petita concedere recusant. Vnde refert Seneca quod pauper Tynicus ab Antigono rege petijt talentum. Cui respondit rex, plus esse, quam Tynicus deberet petere. Tunc ille pauper petijt denarium. Cui ipse tyrannus respondit, minus esse quam rege deceret dare, & sic turpem viam excusandi inuenit, cum potuisset dare denarium tanquam Tynico, & talentum tanquam rex. Deus autem non se excusat, sed omnes ad petendum inuitat, vnde Aug. ait: *Non tantum hortaretur, vt peteremus, nisi dare vellet.* Erubescat humana pigritia, plus ille vult dare, quam nos accipere, plus ille vult misereri, quam nos a miseria liberari, dummodo nos, eum orando feruemus illud Ioan. 4. vbi ipse ait: *Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate*, & illud 1. ad Corinth. 14. *Orabo spiritu, orabo & mente*, item si studuerimus & consuimus perseueranter orare, quia perseuerantia continua in quolibet opere adueo vtilis est, & multum prodest, ideo ait Ouid. li. 2. de Ponto:

Ponto: *Per assiduo crebro saxa cauantur aquæ*, & li. 4. eiusdem operis: *Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo*, & in l. b. de arte amandi: *Quid magis est durum saxo, quid mollius vndâ? Dura tamen molli saxa cauantur aqua*, & Iob 14. *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur.* Oportet ergo nos esse feruentes in orationibus, & non pigros, & negligentes, ait enim Ouidius 8. meta. *Ignauis precibus fortuna repugnat*, & quamuis non ita cito habeamus, quod petimus, non propterea debemus diffidere, sed sperare debemus, quòd tandiu exaudiemur si perseuerauerimus, ait enim Saluator noster, Luc. 11. *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut pisces, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis de cælo, dabit spiritum bonum petentibus se?* Perseuerate ergo in oratione, ait enim Alexander de Ales, vbi supra, & Bonauentura, in 3. distinctione 4. & Richardus ibidem articulo 3. quæstione 1. & in 4. distinctione 15. articulo 4 quæstione 7. & Thom. 2. 2. quæ 83. art. 16. Quod quando oratio habet has quatuor conditiones sc. quòd fiat pro se, & de necessarijs ad salutem, ac deuote, & perseueranter, talis oratio exauditur à Domino.

Multis rationib. Deus statim non concedit, quod oratione petimus.

ET si quæratur, quare Deus non subito cõcedit quod petitur, Respondet beatus Thom. vbi supra, Quòd multis rationibus hoc agit. Primo vt crescat in nobis desiderium talis, rei, vnde Augustin. inquit: *Seruat tibi Deus, quod non citò vult dare, vt tu dissas desiderare*, quia iuxta Gregor. in quadam homilia, *Desideria dilatione crescunt*, ideo inquit Ouid. in epistola: *Nititur in vetitum semper, cupimusque negata.* Secundo, vt melius custodiatur donatum, & charius habeatur, ait enim Prosper in l. b. epigrammatũ, epigrammate 66. *Gratior est fructus, quem spes productior edit.* & Cassio. libr. 9. epistolarum epist. 44. inquit: *Habet hoc humana conatio, vt celeriter adepta fastidio sint dum omne pretiosum vilescit oblatum: dulcius aũt accipitur, quod sub aliqua dilatione præstatur.* Quando ergo Deus aliquid rare concedit, illud hominibus gratius esse solet, iuxta illud Senec. ad Lucil. *Quod gratum vis habere, rarum effice.* Omne enim rarum charum, vt dicitur in Authentico de consuli. §. 1. col 4. vbi etiam dicitur: Quod ea quæ rarò contingant, miracula sunt. Facit. C. de legi. hære. l. Si maior. ideo verificator fabularum Æsopi, fabula. 22. inquit: *Omne boni pretium nimis vile esset in vsu. Atque quod est rarum, charius esse solet*, quod etiam habetur in cap. legimus. §. sed dices. 93. dist. vbi dicitur, quod omne rarum est pretiosum, & in c. in sancta 2. quæstio. 7. dicitur: *Rarum est omne, quod magnum est.* Tertio differt Deus propter rationem, quam ponit Aug. super Ioannod. 1. *Quædam non negantur, sed vt congruo tempore cum ne differũtur.* Quod aũt differtur, non auferetur. ff. de arbi. l. Quamuis, & de iudic. l. restituisse. & Instit. de fin. reb. per fideicõmis. re. §. Quod si Dominus. ideò dicit Chrysostomus, super Matthæum, reprehendendo negligẽtes ad orationem: *Petentis negligentia reprehenditur, vbi de diuitis misericordia non dubitatur.* Credite ergò firmiter, quod si perseueraueritis in oratione, impetrabimus quod petimus, quãdo nobis melius erit vtile. Deus enim differt plerumque, propter maiorem vtilitatem nostram, vt congruiori concedat tempore. Idcircò inquit Hieronymus super Abacuc, *Sicut si ægrotus, & æstuans febribus, aquam frigidam postulet, & dicat ad medicum: Vinum patior, crucior, vror, exanimor, vsquequo medice clamabo, & non exaudies? Respondit sapientissimus, & clementissimus medicus: Scio quo tempore debeam dare, quod postulas. non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera, atque mensuras, interdum non exaudiet clamantem, vt eum probet, & magis prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum, rectiorem, & puriorem faciat.* Ad hoc autem vt nostra exaudiatur oratio, non est necessaria multitudo verborum, quia vt inquit Hieron. ad Phil. *Multitudine verborum non flectitur Deus.* ideo Saluator noster Matth. 6. c. O. ãtes monuit, nõ debere multũ loqui. Isido. quoq; in li. 3 de sũmo bono, c. 7. inquit: *Neque enim concilias Deũ multiplex oratio sermo, sed pura fides.*

Ad hoc vt nostra oratio exaudiatur, verborum multitudine non indiget.

ra ſincereq́ue mentis intentio, hæc ille. Sed ſi vis (populi mi) cito exaudiri, cum humilitate maxima, & reuerentia Deum deprecare, ſcriptum eſt enim Eccleſiaſtic. 35. *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat*, & Iudith. 11. *Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.* Et Pſalm. 101. dicit Dauid: *Reſpexit in orationem humilium, nõ ſprenit preces eorum.* Quam humilitatem cõcedat vobis Deus, vt per illam in hoc ſeculo ab eo impetretis gratiam, & in futuro æternam gloriam, Amen.

FERIA QVINTA POST PRIMAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE FIDEI DIFFINITIONE, declaratione, atque impeditione.

SERMO XIII.

O MVLIER, *magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.* Matt. 15. Quærunt ſacri doctores, vtrum fides reperiri poſſit maior in vno, quam in alio, & reſpondetur ſecundum Tho. 2.2.q.5.ar.4. quòd ſic, vnde inquit Franciſ. de Mai. ſuper miſſus eſt, & S. Bonauent. in 3. di. 25 ar. 2. q. 1. 2. & 3. Quod maior fuit, & eſt fides fidelium noui teſtamenti, quàm veteris. Fundamentum autem huius veritatis, quòd fides maior ſit in vno, quam in alio, ponit Philoſo. in 5. Ethic. dicens: *Vbicunque eſt reperire magnum, & paruum, ibi reperitur etiam magis, & minus, & æquale*; ſed in fide inuenitur magnum, & paruum, ergo patet propoſitum. De fide enim parua reprehendit Chriſtus, diſcipulos Matth. 8. dicens: *Quid timidi eſtis, modicæ fidei?* Et 16. eiuſdẽ Euangelij c. adhuc eos redarguit di. *Quid cogitatis intra vos modicæ fidei?* Et 14. c. iterum reprehẽdit Petrum inquiens: *Modicæ fidei quare dubitaſti?* De magna autem fide laudabat Dominus Centurionem, Matt. 8. di. *Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael.* De hac etiam ampla fide commẽdauit idem Saluator noſter Chananæam mulierem, de qua legitur in Euangelio hodierno, quod cũ rogaſſet Dominũ pro liberatione filiæ ſuæ dæmoniacæ, & bis ab eo habuiſſet repulſam, illa non ceſſauit eum rogare, illũ veraciter credẽs poſſe ſaluare filiam ſuam. Ad quam conuerſus miſericors Dñs ait: *O mulier*, &c. Debemus ergo & nos eſſe magni in fide, & non parui, & ideo nobis omnib. dicitur, 2. Mach. 1. *Deus det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ, corde magno, & animo volenti.* Et hãc eandem fidem altam habuit Aug. qui in lib. quæſt. noui & veteris teſtamenti inquit: *Deus eſt hoc, quod nulla attingit cogitatio, plus enim eſt quàm quicquid dici, vel cogitari poteſt*, & in libro de vero cultu idem ait: *Si quæras quid ſit Deus: Deus eſt quoddam bonũ increatum, omnem intellectum excedens.* Quid eſt Deus? Deus eſt quędam poſſeſſio ſanctorum interminata, & infinita. Quid eſt Deus? Deus eſt quoddam bonũ, cui cõparata omnia alia bona, mala ſunt. Quid eſt Deus? Deus eſt quædã dulcedo, & caritas infinita. Quid eſt Deus? Deus eſt quoddam ſummum bonum, in ſe cõtinens omne bonum, extra quod nullum eſt bonum. Quid eſt Deus? Deus eſt quoddam bonum infinitũ, ſatians, & replens omnem rationalem appetitum. Quid eſt Deus? Deus eſt quoddam bonũ, de quo plenè loqui nulla lingua poteſt, & nullus intellectus percipere, & ideo Dauid hoc cõſiderans, dicebat Pſal. 41. *Quemadmodum deſiderat cervus ad fõtes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Anſelmus quoq; in eadem fide fundatus, in li. Monologion, ait Deo: *Credimus te eſſe quoddam ſummum bonũ, quo nihil maius cogitari poteſt.* De hac igitur magna fide tractaturi, tres ſubtiles cõſiderationes faciemus. Prima dicetur,

Diffi-

Digitized by Google

Diffinitionis. Secũda Obligationis. Tertia, & vltim. appellabitur, Impeditionis.

DE DIFFINITIONE fidei.

QVo ad primam noſtri ſermonis partem, quæ dicitur diffinitionis, quia vt dicit Phi. 1. li. Ethi. *Qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili decipiuntur*, & vt inquit Iſido. in lib. Etym. *Niſi nomen rei ſcieris, cognitio rerum peritt*, propter quod inquit iuriſconſultus in l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iure. *iuri operam daturum priùs noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat.* & in l. 1. ff ſi cer. peta. etiam dicit: *Bene eſt, priuſquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ipſius ſignificatione tituli referre*: Idcircò eſt primò ſciendum ſecundùm Hoſti. in ſumma, & Alex. de Ales. in 3 parte ſummæ in tractatu de fide. & ſanctum Bonau. in 3. diſt. 23. in quæſtionibus circa litteram, quòd fides duodecim modis accipitur. Primo modo pro Sacramẽto baptiſmali. vt in c. de Iudæis. 45. di. & extra de bap. c. Debitum. Secundo modo pro caſtitate coniugalis thori. 27. q. 2. c. omne itaque. Tertio modo pro ſecuritate conuentionali, quæ etiam infideli ſeruanda eſt. 23. q. 1. c. noli. Quarto modo pro conſcientia, extra de præſcrip. c. quoniam omne, vbi dicitur quod omne quod non eſt ex fide, id eſt ex conſcientia, peccatum eſt. & ita exponit gloſſa. ibi. Et idem ponitur in c. litteras, de reſti. ſpo. vbi poſt illa verba omne, &c. ſubditur: *Et quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam.* Et in ſ. ex his el. 2, 28. q. 1. ſic dicitur: *Illud Apoſtoli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, non ita intelligendum eſt, vt quicquid ab infidelibus fit, credatur eſſe peccatum, ſed quod omne quod contra conſcientiam fit, ædificat ad gehennam.* & in ſ etſi fides. de pœniten. diſt. 3. exponitur, *omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, id eſt omne quod fit contra conſcientiam, peccatum eſt. Deeſt ergò fides cùm non ſubeſt conſcientia.* Hęc ibi. Quinto modo accipitur pro credulitate, quia credimus quod non videmus, fides enim eſt de re non viſa. de pœni. di. 4. c. in domo. & ita exponitur illud Catonis, *Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur.* Et illud Montanarij in Luna celeri: *Multis fidem pauca adimunt mendacia*, & illud Ouidij. in 3. de Triſtib. *Tarda venit dictis, difficilnque fides.* Sexto modo pro legalitate, quæ dolo eſt contraria, extra de depo. c. bona fides. & de iſta fide poteſt exponi illud Lucani, in 1. *Nulla fides regni ſocijs, omniſque poteſtas Impatiens conſortis erit.* Et illud Iuuenalis, li. 1. Satyra. 3. *Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei.* Septimo modo accipitur pro iuſta ſponſione, ſiue promiſſione. Inſti. de rerum diui. ſ. vendit. & de iſta etiam dicit Apoſtolus, 2. ad Ti. 5. *Primam fidem irritam fecerunt.* & Richard. in lib. de nuptijs. c. 37. de ipſa ait. *Quis bonum abſque fide?* Æſopus quoque, fabula 31. dicit: *Expedit infido, non irritare fidem*, & Ouidius in 4. de Ponto: *Quis labor eſt puram non temerare fidem?* Octauo modo pro ſimplicitate, & innocentia, ac bonitate. Et hoc modo accepit Luc. dicens libro 10. *Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur, &c.* In communi etiam ſermone dicitur: Eſt homo bonæ fidei: id eſt, nõ duplex, non malitioſus, ſed innocens & bonus, & ita accipitur in c. innocens. 22. q. 4. Et de hac etiam fide exponitur illud Hiere. 7. *Periit fides, & ſanctum de terra.* Nono accipitur pro probabili ignorãtia. ff. de acquir. re. do. l. quæ bona fide. Decimo pro æquitate actionum, extra de excep. c. cum venerabilis. Vndecimo pro veritate theologica, de qua ait Paulus ad Heb. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Duodecimo, & vltimo pro obiecto fidei, ſecũdum quod dicitur in ſymbolo Athanaſij. *Hæc eſt fides Catholica, &c.* Et iſto modo dicitur fides articulorum. 24. q. 1. c. hæc eſt fides. De quibus duobus vltimis modis tractare in præſentiarum volentes, quia vt ait Tullius. in 1. de offi. & Plato in Timæo. ac Ariſto. in 1. poſte. *ad tradendam, & habendam intelligentiã, ac cognitionem alicuius rei, oportet primo præmittere, & præcognoſcere, quod ſit illud, de qua eſt tractandum.* Ideò eſt notandum, quòd fides diuerſimode diffinitur, ſeu deſcribitur à doctoribus, quia *vnius rei eſt tantum*

Fides duodecim modis accipitur. 1.

vna diffinitio, secundùm Philosophum. 6. Topi. Quod intelligitur respectu eiusdē. Nam secundùm diuersas causas, & respectus, potest idem diuersimodè diffiniri, vt patet in 2. de anima, vbi philo. diuersimode diffinit animam secundum diuersas causas. Vnde dicit idem philoso. in 8. Meta. quòd diffinitiones quædam sunt per materiam, & quædam per formam. Quædam verò per vtrumque, & illæ tantùm sunt perfectæ.

Fidei diffinitio, quam ponit Paulus ad Hebr. 2. exponitur ac declaratur, quoad singula verba & 1. illud, quòd dicitur, fides est substantia.

DImissis autem diuersis diffinitionibus seu descriptionibus fidei, maximè illa, quam ponit Augustinus super Ioannem sermone 34. dicens: quòd *fides est virtus quas creduntur, quæ non videntur*: Solum me extendam in illa perfecta diffinitione omner alias comprehendente, quam Paulus Apostolus posuit ad Heb. 11. di *Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Sed fortè dicet aliquis: Hæc est valdè difficilis diffinitio, & multum subtilis, nimia autem subtilitas est vitanda. l. Sancimus. C. ad Trebel. l. Sicut. §. Si debitori. ff. quibus mo. pi. vel. hypo. solui. & l. fi C. de iure. do. Item nimia obscuritas est tollenda. l fi. §. Sed cùm antiquitas. C. de cura. furio. Vnde dicit Aristot. 6. Ethi. *Oportet diffinientem, & demonstrantem, planissima interpretatione vti, & non obscura.* Et idcò hanc diffinitionē vobis clarissimè declarabo. Fides enim debet declarari verbis simplicibus & claris, non obscuris, vt inquit glo. in c. 1. de summa tri. & fi cat. Et de hoc tex. in c. Qui episcopus. 23. dist. & in c. quando & 4. di. Similiter lex debet dari verbis claris, & non obscuris. c. Erit autem lex. 4. di. vnde dicitur, quod quando reperitur scriptura obscura, debet haberi pro non scripta. ff. de his quæ pro. non scri. ha. l. 2. Alibi dicitur, quòd probationes debent esse luce meridiana clariores. C. de probatio. l. fi. Pro huius diffinitionis declaratione: sciendum, quòd inquit Alex. de Ales, in 3. par. summę in tractatu de fide Et S. Bonau. in 3 di. 23. ar. 2. q 5. & Ric. 22. di. ar. 4. q 1. & B Th. 2. 2. q. 8. art. 1. Quòd quando dicitur, quod fides est substantia, non significatur, quod sit in prædicamēto substantiæ, quia est in prædicamento qualitatis, secundùm Philosophum in libro prædicamentorum. Sed idcò dicitur esse substantia, pro eo, quòd sicut substātia est subiectum omnium accidentium, & causa existentiæ eorum, sine qua accidens esse non potest per naturam, vt inquit Arist. 1 de generā. di. *Accidens nullum erit, substantia non existente.* Et in 1. Physi. etiam dicit: *Accidens nullum potest intelligi sine substantia.* & in 6. Meta. *Accidentia non stant sine subiecto, nec sunt entia, nisi quia entis.* Et in prædicamētis etiam inquit: *Impossibile est aliquod accidens esse vnquam sine subiecto, in quo est, vel à quo.* Et eadem sentētia habetur ab eodem Philosopho. 2. de genera. 6. Topi. & 2. Metaphi. Ita a simili, fides est totius ædificij spiritualis fundamentum, & dispositio. Omnes enim virtutes procedunt ab ea, vt inquit Alex de Ales, vbi supra in tractatu de fide informi. q 1. Homo enim ideò sperat habere beatitudinem, quia credit eam esse, & dari virtuosè viuentibus. Item diligit Deum, quia credit quod sit summe bonus, & timet eum, timēdoque à peccatis abstinet, & de præteritis pœnitet, quia credit eum esse iustum, & in futuro iudicio peccata puniturum. Rectè ergò fides dicitur esse substātia omnium virtutum. Virtutes enim omnes habent suum principium, sicut & cæteræ res, quia in omni genere causarum est deuenire ad aliquod primū in illo genere, à quo omnia illius generis descendunt, vt inquit Arist. 2. Meta. Cùm ergò fides sit primum generatiuū omnium virtutum, vt inquit Alex. de Ales, vbi supra, meritò appellatur substantia. Quia sicut substantia dicitur esse primum ens, à quo omnia alia dependent, vt dicit Philosophus. 4. Meta. & 7. Met. Idem Philosophus inquit vna cum commentatore super 2. de anima: Quod substantia prior est omni accidēte, cognitione, diffinitione, & tempore. Ita fides est prima, quæ debet esse in anima, ad hoc, vt cæterę virtutes superædificari valeant. Remota enim substātia fidei, necesse est omnes alias virtutes superædificatas amoueri.

Nam.

Digitized by Google

Nam in quolibet genere, qui non habet priora, nō potest benè habere posteriora, vt inquit Philosophus in 1. priorum. Et ideò nō est possibile aliquem seruare diuina præcepta, nisi fidem habuerit, & hoc est, quod inquit Eccle. 32. c. di. *In omni opere tuo habeto fidem. Hæc est enim conseruatio mandatorum.* Vbi glo. inquit: *Nisi diuinam fidem in te habueris, præcepta diuina vsque in finem nunquam seruabis.* Ideò inquit Aug. in lib. de fide ad Petrum: *Fides est bonorum omnium fundamentum: sine qua nullus poterit vnquam ad filiorum Dei numerum peruenire,* & Paulus 1. Cor. 3. c. ait: *Vt sapiens architectus fundamentum posui.* (fidem. Et paulò post ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est.* Super quæ verba dicit Greg & ponitur 1. q. 1. c. cùm Paulus: *Vbi non est fides fundamentum, nullum potest esse boni operis superædificium.* Chrysostomus quoque (super Matthæum) inquit: *Fides est Christianæ religionis, cunctarumque virtutum, primum & stabilissimum fundamentum.* Aug. etiam in lib. de verbis Domini, ait: *Fides est substantia totius boni spiritualis, sine qua nihil est, quod bonum sit,* & super Ioannem idem inquit: *Quicquid gratiæ, quicquid meriti, quicquid virtutis, quicquid beatitudinis nos anima susceptura est, totum ex fides substantia fundamentoque procedit.* Diony. insuper in sententijs suis dicit: *Fides est manens credentium fundamentum, atque substantia collucans eos in virtutes.* Ex quibus omnibus patet prima diffinitionis fidei, qua Apostolus inquit, quòd *fides est sperandarum substantia rerum.*

Fidem esse argumentū hic declarat.

SEcundo dicit Paulus in prædicta diffinitione, *quod fides est argumentum.* Vnde sciendum est secundum Bonau. & Tho. vbi suprà, quòd argumentum dupliciter accipitur, Propriè, & trāsumptiuè. Argumentum propriè sic diffinitur à Boetio in 1. Topi. & à Petro Hispano in sua dialectica, & a Ioane Versorio doctore Parisiense in commento Dialectice: *Argumentum est ratio, res dubie faciens fidem,* id est medium, probans conclusionem. Vnde dicitur argumentum, quasi arguens mentem ad credendam conclusionem. Et hoc modo fides non dicitur argumentum. Alio modo dicitur argumentum transumptiuè, quicquid illud sit quod mentem arguit, & illuminat ad videndum aliquid occultum. Et hoc modo fides dicitur argumentum non apparentium. Sicut enim præmissæ in syllogismo gignunt notitiā conclusionis, secundùm Philoso. primo Posterio. Quia cognitis illis, nihil dubitatur de conclusione: Ita fides Dei facit intellectum assentire primæ veritati, & articulis fidei. Vnde dicit Alex. de Ales, in 3. par. summæ in tractatu de fide informi: *Quòd cùm Deus habitum fidei inspirat, sic mens nostra cogitur credere omnibus articulis, sicut primis principijs. Vnde sicut quis contra conscientiam negaret illud: de quolibet dicitur esse, vel non esse, & de nullo ambo simul; vel illud, omne totum est maius sua parte, quia vt dicitur 1. Topic. Vnumquodque primorum principiorum est simpliciter fides, ita contra conscientiam quis negaret articulum fidei. Vnde B. Ignatius cùm cogeretur ab infidelibus, vt Christum negaret, respondit se non posse, quia nomen eius habebat scriptum in corde. Quapropter ad probandum, qualem impressionem faciebat fides in mente, post mortem eius inuenium est Christi nomen scriptum literis aureis in corde eius.* Hęc ille. Hic ille autem Ignatius scripsit literas virgini Marię, & beata Virgo rescripsit ei. Et dum esset Episcopus in Antiochia, Romā perductus compellebatur à Traiano Imperatore horribilissimis tormentis ad negandum fidem. Ipse vero reuelans, respondebat vt suprà dictū est. Quapropter volens Imperator videre, vtrum verum dixisset, post mortem eius fecit aperiri corpus suum, & inuenit, vt prædictum est, in eo scriptum mellifluum nomē Iesu: & vt legitur in legenda eius, cùm in diuersis partibus cor scinderetur, in qualibet parte inueniebatur scriptum dictum nomen. Ex quibus patet, quod nō immerito fides dicitur argumentum, quia arguit & illuminat mentes nostras ad credendum inuisibilia, & non apparentia. Vnde dicit Augustinus super Ioannem, sermone 24. *Fides est virtus qua creduntur, qua non videntur.* Dicitur etiam argumentum, quasi arguens mentem infidelium qui non habēt eam. Quapropter semper sunt tristes,

Vide de B. Ignatio.

Argumentū dupliciter accipitur.

& me-

Digitized by Google

& melancholici. Quia, vt inquit Alexander de Ales, vbi supra, habent conscientiam cauteriatam. Vnde August. lib. soliloquiorum ait: *Tu fisti Domine: & ita est, vt omnis animus inordinatus sit pœna sibi ipsi*, & Esa. 59. dicitur: *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.*

Fides est de non apparentibus. & vt hoc melius intelligas, vide Scotum, & alios in 3. d. 24. vbi quærit, an de eodem possit esse scientia & fides, & Fran. de Mairo. 3. d. 23. art. 6.

TErtio dicit Paulus, Quod *fides est de non apparentibus*, quia si de articulis fidei haberemus claram visionem, non haberemus fidei meritum. Dicit enim Gregor. in homilia Paschali: *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.* Si enim articuli fidei possent per syllogismum demonstratiuum probari, tunc de eis non esset fides, sed scientia. *Scire enim est rem per causam cognoscere. Et quoniam ita est, & non contingit aliter se habere.* vt inquit Ari. primo posteri. qui etiam dicit, Quòd *scientia est habitus conclusionis demonstratæ.* Et in 6. Ethicorum etiam ait: *Scientia est habitus demonstratiuus alicuius rei, qui ex necessarijs necessaria concludit.* Fides ergò est de inuisibilibus, & non apparentibus. Vnde Augustinus in libro de videndo Deo, dicit: *Præsentia videntur, & credunur absentia*, & Greg. in homilia Paschali ait: *Quæ videntur, fidem non habent, sed agnitionem.* Sed contra Ioannis 20. c. vbi dicit Dominus: *Quia vidisti me Thoma, credidisti.* Respondeo secundum Augustinum & Gregorium super prædictis verbis, & Richardum in 3. dist. 24. art. 10. q. 4. & sanctum Bonauent. ibidem art. 1. q. 1. quòd Thomas vnum vidit, & aliud credidit. Vidit enim solam humanitatem Christi, & eius credidit diuinitatem, di. *Dominus meus, & Deus meus.* Stat ergò firma sententia Pauli, Quòd *fides est de non apparentibus.* Et licet de articulis fidei non habetur scientia demonstratiua, habetur tamen vera certitudo per fidem, non minor qualibet demonstratione scientiali, quo ad credulitatem in his, in quibus est vera fides. Et de hoc est exemplum, quod legitur in historia Constantini Imperatoris, videlicet, quòd tempore ipsius quidam magnus Philo. redarguens ipsum Imperatorem pro eo, quòd se Christianum fecerat, dixit se velle disputare cum Alexandro Constantinopolitano Episcopo, viro vtique perfecto, & sancto, scientiæ tamen ignaro, asserens, quòd eum conuinceret, pro eo quòd scientia sua erat scientia vera & certa, fides verò Christianorum erat per omnia incerta & bestialis. Quo audito, Imperator fecit prædictum Episcopum aduocari, qui confidens in Domino venit. Philosophus autem interim se præparauit ad bellum, iaculis acutis scientiarum suarum. Mox autem, cùm vellet incipere disputare, Alexander Episcopus dixit sibi: Scito philosophe, quòd vnus articulus fidei est necessarius, certior in intellectu humano, qualibet scientia naturali. quod cùm Philosophus negaret, dixit Alexander: Præcipio tibi in virtute nominis Iesu, vt credas quæ dico, & taceas. Cui cùm Philosophus non acquiesceret, sed vellet loqui, statim os eius retro collũ versum est, nec vlterius loqui valebat. Ex hoc ergò exemplo patet, quòd fides nostra est optimum argumentum, melius quàm argumenta Aristotelica ad dandam nobis cognitionem de inuisibilibus. Et ideò dicit Richardus de S. Victore, in lib de Trinit. *Vtimur in attestatione credendorum, signis pro argumentis, prodigijs pro experimentis.* Et omnia supradicta confirmat gl. super epistolam Pauli ad Gala. di. *Fides argumentum est non apparentium, quoniam est firma inuisibilium certitudo.* Ex quibus patet, quàm subtiliter, & eleganter diffinierit Paulus fidem, vbi supra di. *Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*

DE DECLARATIONE Articulorum fidei.

SECVNDA pars nostri sermonis, dicitur declarationis. s. articulorum fidei. Sed pro maiori omnium intelligentia, sciendum, quòd secundùm sentẽtiam Alex. de Ales. in 3. parte summæ in tracta. de fide informi. quæstio. 1. & sanctum

Digitized by Google

ctum Bonauenturam. in 3. diſt. 25. articul. 1. quæſtio. 1. & Richard. in eã. di. articul. 2. quæſtio. 1. Duodecim Apoſtoli volentes poſt Aſcenſionem Domini, & receptionem ſpiritus ſancti, per diuerſas mundi partes, ad prædicandum Chriſti fidem proficiſci, fidem prius compoſuerunt ſymbolum fidei, id eſt, Credo paruũ, in quo poſuerunt articulos fidei, qui ſunt duodecim pro eo, quod quilibet Apoſtolorum vnum poſuit. Credendum eſt, quòd beata Virgo Maria erat præſens, & reſidebat in medio eorum, tanquam ipſorum magiſtra. Articulus autem ſecundũ Alex. de Ales, vbi ſupra, Diffinitur à Richardo de ſancto Victore ſic: *Articulus eſt indiuiſibilis de Deo, arctans nos ad credendum.* Vnde dicitur articulus, ab arctando, hi autẽ duodecim articuli figurati ſunt, ſecundũ Alexãdrum vbi ſupra, duodecim lapidibus fundamenti muri ciuitatis Hieruſalem, Apoc. 21. Quia iſti duodecim articuli, ſunt fundamenta Eccleſiæ Dei. Item ſecundum eundem Alexandrum ſunt figurati in myſterio duodecim ſtellarum, quæ erant in corona mulieris, Apocal. 12. Mulier enim ſignificat Eccleſiam, corona fidem. Duodecim ſtellæ, duodecim articulos ab Apoſtolis radiatos. Figurati etiam fuerunt Ioſuæ 4. vbi dicitur: Quod *duodecim viri perfecti portauerunt de medio Iordanis alueo duodecim lapides, & poſuerunt in loco, vbi caſtrametati ſunt.* Per duodecim namque viros de ſingulis tribus, præfigurabãtur duodecim Apoſtoli, per duodecim verò lapides, duodecim articuli. Partes ſymboli quæ ſunt firmæ, & immutabiles, ex medio Iordanis alueo accepti ſunt, id eſt ex ſacræ ſcripturæ teſtimonio, vt infra patebit. Dicunt autem prædicti Theologi, quod licet reſpectu Apoſtolorum componentium articuli fidei dicantur ſolum duodecim, tamen reſpectu rum in eis comprehenſarum, poſſunt in quatuordecim diſtingui, quia comprehendunt in ſe quatuordecim veritates. Quæ poſſunt ſic declarari, ſecundum prędictos Theologos. Nmnis enim fidei noſtræ veritas, aut eſt de Deo ratione propriæ naturæ in ſe, aut de Deo ratione humanæ naturæ ſibi vnitæ. Si primo modo, aut illa veritas exprimit veritatem eſſentiæ, & ſic eſt iſte articulus: *Credo in Deum:* cuius ſenſus eſt talis formando explicitam enunciationem. ſ. Credo quod Deus eſt vnus: Aut reſpicit perſonam patris, & ſic eſt alius articulus. ſ. *Credo in patrem omnipotentem.* Et ſi ex hoc formetur enunciatio, erit iſte ſenſus: Deus eſt pater omnipotens. Aut reſpicit perſonam filij, & ſic eſt alius articulus. ſ. *Credo in Ieſum Chriſtum, filium eius vnicum Dominum noſtrum.* Aut reſpicit perſonam ſpiritus ſancti, & ſic eſt iſte articulus: *Credo in ſpiritum ſanctum* Aut reſpicit operationem Dei, per quam res produxit in eſſe naturæ: Et ſic eſt iſte articulus: *Credo in Creatorem Cæli & terræ.* Aut reſpicit operationem, per quam Deus dat nobis eſſe gratiæ, & ſic eſt iſte articulus: *Credo ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionẽ, remiſſionem peccatorum.* Aut reſpicit operationem Dei per quam dat nobis eſſe gloriæ. Et ſic eſt iſte articulus: *Credo carnis reſurrectionem, vitam æternam, Amen.* Ex quo poteſt formari hæc enunciatio: Deus reſuſcitabit carnem noſtram, & dabit nobis vitam æteram. Ergo à contrario ſenſu bene concluditur, quod dabit malis mortẽ æternam. Si autem ſecundo modo talis veritas, quæ eſt articulus, ſit de Deo ratione humanæ naturæ ſibi vnitæ, ſic etiam ſunt ſeptem alij articuli. Primus quorum reſpicit Chriſti conceptionem, & tangitur cum dicitur: *Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto.* Secundus, eius de Virgine Natiuitatẽ. Qui tangitur cum dicitur: *Natus ex Maria Virgine.* Tertius eius paſſionem, cum dicitur: *Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus.* Quartus, deſcenſum eius ad inferna, cum dicit: *Deſcendit ad inferos.* Quintus reſurrectionem tertia die factam, cũ dicitur: *Tertia die reſurrexit a mortuis.* Sextus ad Cœlum Aſcenſionem, cum dicitur: *Aſcendit ad Cœlum, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Septimus vero Aduentum Chriſti ad iudicium, cum dicitur: *Qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos.* Et ſic patet, quod quantum ad veritates in ſe contentas, ſym-

Articulus fidei quomodo diffinitur.

Articuli fidei ſunt duodecim reſpectu Apoſtolorum componentium, tamen poſſunt quatuordecim diſtingui.

symbolum fidei habet quatuordecim articulos. Sed duodecim dicuntur per respectum duodecim Apostolos. Et iste numerus duodenarius, qui cōstat ex numero ternario, quatuor vicibus cumulato significat fidem Trinitatis, in doctrina quatuor Euangeliorum. Ideo autem hæc collectio, & compositio duodecim articulorum appellata est symbolum, secundum Alex. de Ales, vbi supra, quia in philosophia, symbolum dicitur conuenientia, iuxta illud Arist. in 2. Phys. In habentibus symbolum facilior est transitus. Hæc autem collectio facta est, vt omnes nationes in vnam religionem, & fidem conuenirent. Alia etiam ratione appellata est symbolum, à syn, quod est cum, & bule quod est idem, quod sententia, quasi multorum Apostolorum in simul sententia. Omnes enim hos articulos approbauerunt, & in eandem sententiam conuenerunt, vel idem dicitur symbolum, quia verba ei⁹ ex diuersis sacræ scripturæ sententijs collecta sunt, Ait enim Aug. in lib. de symbolo: *Ista verba per diuersas scripturas sparsa sunt, sed tamen collecta, & ad vnum redacta; ne tardorum hominum laboraret memoria*, hæc ille. Sed dicet quis: Fac me cognoscere, quæ dicis, & quo in loco singulæ articulorum fidei partes, in sacra scriptura collectæ sunt? Audi articulum primum, qui qui fuit Petri di. *Credo*. Et hoc habetur Eccles. 2. vbi dicitur: *Qui timetis Dominum, credite illi*. In Deum, Deut 6. *Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est*. Patrem. Hiere. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis*. Omnipotentem Gen. 17. *Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus*. Creatorem cœli & terræ: Gen. 1. *In principio creauit Deus Cœlum, & terram*: Secundus articul⁹ fuit Andreæ, qui dixit: *Et in Iesum*. Quod habetur Abacuc. 3. c. vbi dixit propheta: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo*. Christum, Abac. vlt. *Egressus es in salutem populi tui, in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo*. Filium eius vnicum: Psalm. 2. dicit Christus: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te*. & Psalm. 88. *Ipse invocabit me, Pater meus es tu. Et ego primogenitū ponam illum excelsum præ regib. terræ*. Dominū nostrum: Psal. 23. *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo*. Et Psal. 2. Dixit Deus Pater filio, quem volebat mittere ad incarnādum: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea*. Tertium articulum posuit Ioan. di. *Qui conceptus est de spiritu sancto*. Et hoc habetur Esa. 63. vbi dicitur: *Spiritus sanctus ductor eius fuit*. Natus ex Maria Virgine; Esa. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus*. Quartus articulus fuit Iacobi maioris di. *Passus sub Pontio Pilato*. Et hoc habetur Esa. 5. vbi inquit Christus: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me*. Crucifixus. Iob 7. *Suspendium elegit sibi anima mea*, & Psal. 21. *Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea*. Mortuus Esa. 53. *Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est*: Et sepultus Esa. 11. *Et erit sepulchrum eius gloriosum*, Dixit propheta, videns in spiritu Christum de sepulchro resurgentem cum gloria. Quintum articulum posuit Iacobus minor di. *Descendit ad inferos*. Et hoc habetur Zach. 9 Vbi propheta loquitur, dicens futura velut præterita, more prophetico; vnde ait: *Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua*. Anima enim Christi descendens ad inferos, inde liberauit sanctos Patres. Sextū articulum posuit Thomas dicens: *Tertia die resurrexit à mortuis*. Ose. 6. dicebant mortui, qui debebant resurgere cum Christo, postquam intellexerūt illum esse mortuum, fortè per annunciationem Angelicam: *Vt uificabit nos post duos dies, tertia die suscitabit nos*, & sic se inuicem cōfortabant. Septimus articul. fuit Philippi, qui dixit: *Ascendit ad Cœlos*. Et hoc habetur, Psal. 46. vbi dicitur: *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*. Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*. Octauum articulum posuit Bartholomæus, dicens: *Inde venturus est iudicare vivos, & mortuos*. Et hoc habetur Esa. 3. vbi dicitur:

Digitized by Google

citur: *Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui,& principibus eius*, Et Psal.97. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia,& populos in equitate* Nonus articulus fuit Matthæi, qui ait: *Credo in spiritum sanctum*, & hoc habetur Ioel 2.c. vbi dixit Deus de spiritu sancto, quem debebat mittere in die Pẽtecost.s: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri.* Decimum articulum posuit Simon dicens: *Sanctam Ecclesiam Catholicam*, s.esse vnicam per totum mundum c.1.§.vna vero,de summa Trinitate,& extra quam nemo potest saluari,de qua Sophoniæ vlt.dicit spiritus sanctus: *Reddam populis labium electum, vt vocent in nomine Deum & seruiant ei humero vno.* Omnes enim Christiani dicuntur esse vnum corpus Ecclesiæ.Iuxta illud Pauli ad Rom.2. *Multi vnum corpus sumus in Christo.* Et eadem sententia habetur 1.Cor.2. licet per alia verba.Sanctorum communionem.Sap.7. *Sine inuidia communico,dicit quilibet sanctus.* Et Psal.121.dicit Dauid Domino: *Particeps ego sum omnium timentium te,& custodientium mandata.* Vndecimus articulus fuit Thadæi dicentis: *Remissionem peccatorum.* Et hoc habetur Ezech, 26.vbi dicit Deus de aqua baptismali: *Effundam super vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

AD istum autem articulum cum præcedenti potest applicari remissio, quæ fit nõ solum in absolutione cõfessoris,sed etiam illa, quæ datur per indulgentias Ecclesiasticas.Indulgentia autem hoc modo accepta, est quædam remissio pœnæ debitæ pro peccatis,post contritionem habitam de eis,vt colligitur ex notatis in c.quod autem.de pœni. & remis. Sed hic quæri potest, vnde procedat quòd indulgentiæ Ecclesiæ tantũ valent, vt sine alia pœnali satisfactione, aliquãdo ab omni pœna ipsis peccatis debita liberetur,faciens quod in forma indulgẽtiæ continetur.Et dimissis diuersis opinionibus Theo.maxime Richardi, & Thomæ,ac Bonau.in 4.dist.20.& Alex. de Ales,in 4.parte summæ in tractatu de indulgentijs,& canonistarũ in d.c. Quod aut. de pœn.& remis.& in c.indulgẽtiæ.eod. tit.lib.6.& in Clem vnica.de reli.& ve.sanct. Dico secundũ Francisc.de Mairo.in tract. de indulgentijs,Quod solum hoc procedit ex merito Christi, & passionis eius, cuius minima gutta sanguinis, vel sudoris sufficeret ad expiationem omniũ peccatorum,quæ vnquam fuerunt perpetrata,aut perpetrabũtur. Quia eius respectu nihil sunt omnia. vt in c. Dãnamus. circa fi.de summa Tri.& fi.cath. Vere etenim ipse portauit dolores nostros.Esa. 53. & c. cum Marth. de cele. mis.Cui' thesauri dispensario tradita est super terram ei, qui curam habet mystici corporis,& clauem totius Ecclesiæ militantis,Matt. 16. & 18. & c.quanto.de translati. & c. quodcunque 24.q.1.Et sic nõ obstat,si dicatur,quod non est discipulus super magistrum, nec Apostol' maior eo,qui misit illum. Io.13. Et quod inferior non habet auctoritatem in bonis superioris.c.inferior. cum si.21. di. Vnde non potest inferior absoluere à pœna imposita à superiori.d. c. inferior. Et ideo videtur,q̃ nulla pura creatura habeat auctor.super merita Christi, & passionis eius:& consequẽter nec Apostoli. Cumq; cuiq; peccato sit à Deo imposita, & assignata debita pœna,& ẽt post cõtritionem,videtur,q̃ nullus sacerdos(etiã si sit summus Pontifex) possit dictam pœnam remittere, & indulgere. Quia respondetur,quod Ecclesia, siue prælatus Ecclesiæ, facit hoc auctoritate Christi, qui concessit suo Vicario auctoritatem dispẽsandi rationabiliter thesauros meritorum passionis suæ, qui fuerunt sufficientes ad infinitos homines redimendos,cum essent infinitæ virtutis; Et ideo de hac superabundantia conferuntur indulgentiæ ab Ecclesia;Et ad argumentum de superioritate respondetur;quod inferior potest absoluere à pœna imposita à superiori auctoritate eius.Ar.in cap. vltimo. 93. & 94. dicto capitulo primo. Quod autem Vicarius Christi habeat hãc auctõritatem ab ipso, probatur quadruplici via,seu ratione. Prima est talis. Quandocunq; aliquis princeps committit alicui Vicario suo plenitudinem po-

Papam hãbere omnẽ auctoritatẽ dandi indulgẽtias,hic ostenditur.

testatis suæ, nullam ponens in commissione exceptionem, ille potest secundum formam commissionis sibi factę, in omni materia relaxare, & restringere, cum habeat potestatem vniuersaliter sibi commissam, & nullatenus coarctatam. Sed B. Petro Vicario Christi, fuit ab eo collata potestas huiusmodi vniuersalis, & generalis, dum ei dixit: *Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in Cælo &c.* Matth. 16. Et similiter etiam alijs Apostolis talis potestas fuit ab ipso concessa, Matth. 18 nulla penitus facta exceptione, Ergo Vicarius Christi potest culparum pœnas relaxare. Qui enim totum dicit, nihil excludit. l. à procuratore. vbi gl. C. man. & c. solit. de maio. & obed. cum si. Secunda ratio est talis: Quicunque princeps committit alicui, quod maius est, etiam intelligitur committere, circa eandem materiam illud quod est minus. Et ideo dans auctoritatem sententiandi, dare etiam intelligitur auctoritatem inquirendi de causa c. præterea. de offic. dele. & l. 2. ff. de iur. om. iud. Sed circa materiam peccatorum maius est absoluere à culpa, quam à pœna, quia maius malum est ipsa culpa, quã pœna. Ergo cum princeps Ecclesiasticus habeat plenam potestatem absoluendi à culpa, multo magis habet potestatem absoluendi á pœna, quæ est minus malum, cuius signum est, quia redditur pœna pro culpa à Deo, qui semper dat minora pro maioribus. Tertio ratio est talis: Cuicunque committitur relaxatio maioris pœnæ circa eundẽ processum, videtur, quod non sit ei neganda relaxatio minoris, quia non debet, cui quod plus est, licet, ꝙ minus est non licere l. non debet. ff. de reg. iur. & c. cui licet. eodem titul. lib. 6. Et ideo habens potestatem à principe dimittendi mortem, intelligitur etiam habere potestatem dimittendi mutilationem, vel exilium. Sed Christus dedit Ecclesiæ plenitudinem potestatis remittendi obligationem ad pœnam æternam, vt patet in absolutione peccati mortalis, cum sacerdos dicit confitenti: *Ego absoluo te ab ijstis, & ab omnibus peccatis tuis mortalibus, & venialibus, &c.* Ergo multo magis dedit ei potestatem remittendi obligationem ad pœnam temporalem purgatorij. Nam quicunque habet potestatem super antecedens, habet etiam super consequens, quod non sequitur, nisi ex illo antecedẽte. Sicut si mors non posset euenire, nisi præuia infirmitate, quicunque posset tollere omnem infirmitatem, posset etiam tollere omnem mortem. Vnde cum in ciuilibus actio nascatur ex obligatione, ex quo communiter dicitur, quod obligatio parit actionem. Insti. de act. circa princ. & ff. de procu. l. licet in popularibus. Quicunque potest tollere actionem, potest tollere obligationem. Et ideo cum pœna sit subsequens ad culpã, sicut actio ad obligationem, cum acceperit Ecclesia plenitudinem potestatis ad tollendam instrumentali er culpam, profecto etiam accepit potestatem ad dimittendam ipsam pœnam. Quarta ratio est talis: Omnis princeps iustitiæ debet esse promptior ad remittendum, quam ad puniendum, dicente Domino; Ezechielis 18. *Non est voluntatis meæ mors impij, sed vt magis conuertatur, & viuat.* Et facit lex Arianus. ff. de action. & obligation. Illa autem ad quæ magis est promptus, quilibet facilius committit. Cum ergo Christus commiserit Ecclesiæ potestatem obligandi ad pœnam, ergo multo magis ei commisit potestatem absoluendi ab illa pœna. Nam Ioan. 20. dixit discipulis suis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Non enim potestatem habent sacerdotes retinendi peccata, quo ad culpam, sed solum quo ad pœnam; aliter possent aliquem inuitum retinere in peccato mortali, quod est falsũ. Verba ergo Christi intelligũtur de retẽtione, & remissione pœnæ. Quæ quidem remissio fit per indulgentias. Ex quo patet propositum. Si autem quæratur, qui possint concedere indulgentias, respondeo, vt potest colligi ex dictis Richardi, in 4. distinctione 20. articulo 5. quæstio. 3. & sancti Bonauenturæ. eadem di. artic. 2. quæstione 2. & beati Thom. in 4. scripto

Digitized by Google

pto distinct.20. artic.4. quæstio.2. & 3. & Francisc. de Mair. vbi supra, Quòd solus Papa potest dare indulgentias plenarias in toto orbe, quia ipse solus assumptus est in plenitudine potestatis. cap. Cum ex eo. de pœni. & remiss. & d. cap. Quodcunque. 24. quæst. 3. potestasq; eius indeterminata. 2. quæst. 6. cap. Qui se scit. & extra de aucto. & vsu pall. c. Ad honorem. Legati verò Domini Papæ possunt de iure facere perpetuas indulgentias in terminis suæ legationis, sicut & perpetua statuta,, de offi. legati. c. vlt. in & in glossa. Archiepiscopi etiam in sua prouincia, & Episcopi in sua diœcesi, dū modo non excedant summam quadraginta dierū, siue sit pro aduersario Ecclesiæ, siue pro alia causa, In dedicatione tamen Basilicę, possunt concedere vsque ad summam vnius anni, & non plus, siue dedicetur ab vno Episcopo, vel Archiepiscopo, siue à pluribus, vt in d. c. ex eo. & c. nostro, eodem titul. & dicit Car. in Cle. 2. de pœ. & re: Quod si excedant hūc numerum, non valent, vt in cap. Indulgentiæ. eodem titul. lib. 6. Quod intelligendum est secundum glossam ibidem, quo ad excessum, nō quo ad numerum concessum. Limitata enim est eis potestas à Papa, ne per immoderatas concessiones, claues Ecclesiæ contemnerentur, & pœnitentialis satisfactio euacuaretur. d. cap. Cum ex eo. Item quia facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi. cap. Est iniusta 23. quæst. 4. & cap. vt clericorum mores. de vita & ho. cle. Alij autem prælati inferiores, vt Abbates, Priores, & huiusmodi, nō possunt dare indulgentias, vt notat gloss. in d. cap. Nostro, nisi ex speciali concessione, & priuilegio, vel ex præscriptione, & huiusmodi causa eis competat, vt in cap. Accedentibus. de excess. prælato. Sacerdotes verò alij (etiam parochiales) similiter non possunt date indulgentias publicas, & generales. Tamen secundum Aluarum, quem refert Car. in clem. religiosi de priuil. in foro pœnitentiali possunt dare indulgentiam illis, quos possunt absoluere. Ar. in cap. Deus qui. de pœni. & idem tenet glossa in cap. Mensuram. de pœni. d. 1. & Panorm. in c. Sicut dignum, de homi. & allegat capitulum. Quem pœnitet. de pœni. d. 1. & idem tenet Inno. & Bernar. in cap. Quod autem de pœnit. & re. Sed de quanto nō determinatur, nisi quòd Aluarus dicit, quod possunt dare indulgentiam annorum, vel dierum, sicut eis videbitur, dummodo discrete faciant. Et idem tenet Innoc. refert & sequitur Archi. in d. cap. Indulgentiæ de pœni. & re. libro 6. Et ideo consilium est, quòd confessor semper intendat dare confitenti omnem illā indulgentiam, quam ei dare potest. Dicit autem Richar. vbi supra. quæstio. 1. & Thom. vbi supra quæstio. 4. Quòd etiam malus Episcopus potest dare indulgentias, quæ quidem conferuntur per potestatem, & iurisdictionem prælatis Ecclesiæ traditam, malitia autem nō tollit potestatem, vel iurisdictionem, sed solum bonitatem. Item prælatus non dat indulgentias, nec remittit pœnam ex vi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauro Ecclesiæ. Sicut ergo malus Episcopus potest à peccato absoluere subditum, etiam potest ei indulgentiam conferre, vt etiam tenet Hosti. in summa dicens: Quòd indulgentiæ, quas talis dat, valent, quàm diu ab Ecclesia toleratur. Et facit c. Dictum est 1. quæst. 1. Notandum est autem secundum Alexand. de Ales. in quarta parte summæ in tractatu de indulgentijs, & S. Thom. in 4. distinct. 20. art. 3. quæst. 2. & B. Bonau. vbi supra. quæst. 4. & Franc. de Mair. in tract. de indulgentijs. Quod indulgentiæ dantur ad supportandam infirmitatē, & declarandam diuinam benignitatem, cui dicitur Sap. 11. *Misereris omnium*, &c. Dantur ergo indulgentię pro Dei gloria, & laude, quæ præcipue relucet in sanctis eius, vt dicunt communiter doctores. Sancti verò honorantur maxime in constructione basilicarum, & commemoratione virtutum suarum. Et ideo rectè dātur indulgentiæ celebrantibus eorum festa, vel his qui intersunt prædicationi-

Vide quomodo secūdum aliquos, particularis sacerdos potest dare aliquas indulgentias.

Digitized by Google

bus, vel visitantibus eorum Ecclesias, aut porrigentibus manus adiutrices earum constructioni, vel reparationi, & huiusmodi. Similiter dantur indulgentiæ pro communi vtilitate, & defensione fidei, vel terræ sanctæ. Item pro promotione studij sacræ scripturæ, & Theologiæ, & huiusmodi, quæ ordinantur ad prædicta. Nec dare aliquid pro hac causa, vt habeatur indulgentia, committitur simonia, quia temporalia non considerantur vt temporalia simpliciter, sed vt ordinata ad spiritualia, secundum Bonau. vbi supra. dicit autem idem doctor, & similiter Alexand. de Ales. vbi supra: Quòd sicut fit incorporalibus, & temporalibus, ita fit suo modo in spiritualibus. In rebus autem corporalibus videmus, quòd thesaurus regis à thesaurario solet exponi duplici ex causa, scilicet vel ad gloriam, honorem, & magnificentiam ostendendam regiæ dignitatis, ac maiestatis, sicut faciunt quandoque reges liberales: vt habetur de Assuero, Hester. 1. vel propter indigentiam communitatis, vt quando thesaurus exponitur ad dandum militibus, qui exponunt se pugnæ pro defendenda communitate, ne ab hostibus lædatur. Et similiter spiritualis thesaurus Ecclesiæ pro supradictis duabus causis debet exponi. Notandum est etiam, quòd indulgentia rite concessa, non expirat morte concedentis, sed perdurat secundum Innoc. in cap. quod translationem. de offic. lega. & Panormit. in cap. fin. eodem titul. Ad hoc autem vt indulgẽtia valeat, plura requiruntur. Vnde dicit Franciscus de Mair. vbi supra, quòd multa sunt quæ impediunt ne indulgentia proficiat. Primum impedimentum est infidelitatis. Vt enim dicit Augustin. primo de doctri. Christiana; *Christus ita dedit claues Ecclesiæ, vt qui non crederent sibi peccata dimitti, non dimitterentur eis; & qui crederent, indulgentiam perciperent*, hæc ille. Et ideo cuidam religioso dicenti mihi: Ego non credo, quod per istas indulgentias homo euadat pœnas purgatorij, nisi opera pœnitentiæ fecerit: Ego respondi, Tibi non proderunt, quia in eis non habes fidem. Sed bene mihi. Quia firmiter credo per eas euadere pœnas pro peccato debitas. Et in huius signum dicitur Lucæ 7. *sicut credidisti, fiat tibi*, & ibidem: *Fides tua te saluum fecit*, & Matth. 15. *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Secundum impedimentum est defectus contritionis, quando scilicet quis de aliquo peccato mortali à se commisso non est contritus. Tũc enim secundum eundem doctorem, & Richardum in 4. distinct. 20. arti. 4. quæst. prima. & Thom. eadem distinct. articul. 5. quæsti. 1. non potest percipere fructum indulgentiæ. Quod probatur sic. Non potest fieri remissio pœnæ, manente culpa, cum intentio principis sapientis non sit, vt thesaurus suus inimicis suis, sed amicis dispensetur. Existens autem in peccato mortali, pro tunc est inimicus Dei, & Ecclesiæ, de pœniten. distinctio. 3. capitul. charitas. §. neminem. Cum ergo ei non remittatur culpa, per consequens nec pœna. Talis enim non est susceptibilis thesauri charitatis, quæ est indulgentia, cum sit extra gregem charitatis. Vnde sicut membrum ab aliis membris præcisum, non recipit influentiam eorum: Quia, vt ait Philosophus. 2. de anima: *Omne quod nutritur, necesse est, quod habeat vitam.* Sic qui est in peccato mortali, quasi membrum mortuum, non suscipit indulgentiam ex meritis membrorum viuorum. Tertium impedimentum est ratione excommunicationis, quando enim quis est excommunicatus, non est capax indulgentiæ, quia est à gremio Ecclesiæ sequestratus. Vnde non prosunt ei Sacramenta Ecclesiastica. cap. si celebrat. de cle. excommuni. mi. Et facit ad hoc quod notatur in capit. quicunque. 24. quæstio. 1. & in cap. præsenti. de sentent. excommun. libro 6. Sicut enim membrum à corpore separatum, nõ suscipit beneficia corporis; ita nec excommunicatus beneficia Ecclesiæ, quia est separatus à corpore Christi. capitul. Engeltrudam. 3. quæstio. 4. Similiter nec illis.

2. *Impediens indulgentiæ ne cõsequantur.*

3. *Impedimentum ne indulgẽtiæ cõsequantur.*

Digitized by Google

illis prosunt indulgentiæ, qui non sunt de iurisdictione eius, qui dedit eas. capitul. quod autem. de pœnit. & re. Et per hoc non excluduntur illi, qui sunt de prouincia Metropolitani dantis indulgentiam, licet non sint de eius Diœcesi. dicto capitulo nostro eodem titul. Dicit tamen Innocen. in dicto capitu. quod autem: Quòd habens licentiam à proprio Episcopo, potest accipere indulgentiam in diœcesi alterius Episcopi. Alij vero, cum quibus transit Hostiens. dicunt, quod etiam sufficit ad hoc licentia sui parochiani. Guil. vero in Specul. dicit, quod tutius est habere licentiam ab Episcopo proprio, vel Metropolitano, qui eam potest concedere, dicto capitul. nostro. Et facit ad prædicta de licentia Episcopi, capitulum, Significasti. de foro compe. Quartum impedimentum est defectus confessionis. Licet enim quidam dixerint, quòd ille, qui in Pascha fuit confessus, & postea cecidit in peccatum mortale, si habeat contritionem de eo, cum proposito confitendi tempore ab Ecclesia deputato, habebit indulgentiam: Quam opinionem tangit Panorm. in cap. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & re. & Ioannes Andr. in dicto capit. quod autem. & gloss. in Cle. vnica. de reli. & ve. san. & Card. ibidem hoc tenet. Tamẽ tutius est, quòd confiteatur, maxime cum vix sciant seculares bene conteri. Item quia communiter in indulgentiarum concessione ponitur contritis, & confessis. Si autem sufficeret sola contritio, frustra adderetur confessis. Verba autem nõ debent intelligi inaniter posita. capit. ad audientiam. de decimis. Et ideo à forma priuilegij, non est recedendũ. cap. porro. de priuileg. Si quis tñ non posset cõfiteri defectu confessoris, vel alia rationabili causa, non posset plenè, & sufficienter confiteri, credo quod in hoc casu sufficeret cõtritio, cũ proposito cõfitendi, habita opportunitate. Quintum impedimentũ dicitur indispositionis corporalis, vel temporalis. Quando enim dãtur indulgẽtiæ, sub modo, & limitatione, vtputa visitantibus aliquam Ecclesiam, vel porrigentibus manus adiutrices, & huiusmodi: tales indulgentias consequuntur solum illi, qui actualiter visitant, & manus adiutrices porrigunt. Infirmi autem, & debiles, qui non possunt ipsam Ecclesiam visitare, & pauperes, qui non possunt Ecclesiæ manus adiutrices porrigere, licet habeant bonam voluntatem visitandi, vel manus adiutrices porrigendi, si possent: & propter hanc bonam voluntatem in conspectu Dei non parum mereantur: tamen beneficium indulgentiarum non consequuntur. Cuius ratio est: Quia quamuis voluntas benefaciendi reputetur pro facto quantum ad præmium essentiale, non valenti operari. §. Item illud propheta, d. pœniten. dist. 1. Non tamen reputatur pro facto quo ad præmium accidentale, quod datur solum operi facto, cuiusmodi sunt indulgentiæ. Vnde dicit beatus Thom. in 4. distinct. 20. Quod non extante conditione, non potest quis consequi, quod sub conditione conceditur. nec obstat, quòd Deus respicit bonam voluntatem. 14. 5. cap. si quid. quia verum est, quantum ad augmentum gratiæ, & gloriæ, sed non quo ad accidentalia præmia requirenda, opus, cuiusmodi est remissio pœnæ. Valet tamen per accidens talis bona voluntas, quia in quãtum augmentat gratiam, per consequens & contritionem auget. Et ita operatur ad remissionem pœnæ. Dicit autem Richar. vbi supra arti. 3. quæstio. 2. Quòd si pauper offerat vnum denarium, & habeat indulgentiam, tamẽ diues offerens solum vnum denarium, non consequetur ipsam indulgentiam, quia non decet eum ad opus tam pium, & fructuosum, tã parum dare, sicut non deceret regem alicui homini auxilium præstare, si ei obolum daret. Intelliguntur ergo dari indulgẽtiæ, offerentibus secundum facultatem, & statum suum, quando dicitur, quòd cõceduntur porrigentibus manus adiutrices. Et hæc opinio etiam est sancti Bonauen. & Thom. in 4. distinct. 20. Si autem indul-

4. Impedimens ne indulgentiæ consequantur.

5. Impedimentum ne indulgẽtiæ consequantur.

Digitized by Google

indulgentia daretur omni offerenti aliquid: tunc secundum Franciscum de Mairo. vbi supra, quilibet aliquid offerens; consequeretur ipsam indulgentiam quàtum ad remissionem pœnæ. Quia, vt ipse ait: *Indulgentiæ non prosunt principaliter ex merito operis, sed ex auctoritate, & intentione dantis.* Tamen secundum Richar. vbi supra, magis prosunt plus offerenti, quantum ad augmentum gratiæ. Dicit autem sanctus Bonau. vbi supra. Quòd licet homo non faciat, quod iniungitur in indulgentia, secundum quod eum decet: Non tamen debet propter hoc dimittere quin faciat illud, quod sibi placet. Quia quamuis nõ recipiat tantum de indulgentia, quantũ reciperet si offerret, vel faceret secundũ suam facultatem, & condecentiam, tamẽ plus habebit de remissione pœnæ pro tali opere, quàm haberet pro alio simili (cæteris paribus) facto, vbi non datur talis indulgentia. Posito autem, quòd duo offerentes non faciant, quod eorum status, & facultas requirit, licet non recipiant indulgentiam plenariam, vel temporalem integram, sicut alij, quando dicta indulgentia concessa est offerentibus secundum facultatem suam, vel porrigentibus manus adiutrices, tamen vt dictum est, recipient aliquam indulgẽtiam plus, vel minus, vnus altero, secundum quantitatem oblationis. Plus tamen aliquando indicatur illud, quod realiter est minus. Et hoc propter maiorem affectionem, & deuotionem dantis, & propter minorem eius facultatem, vt patuit in vidua, quæ offerens duo minuta, plus reputata est à Domino misisse in gazophylacium, quam alij, qui erant diuites, & multum obtulerant cum minori affectione, & dispendio suo. De qua habetur Lucæ 21. & Marc. 12. Vnusquisque igitur debet studere offerre, & facere cum deuotionis affectu, omne illud, quod continetur in concessione indulgentiæ. Quia secundum Tho. in 4. distinct. 20. *Tantum valet indulgentia, quantum sonant ea verba, quæ debent impleri.* Ar. in cap. cum & plantare, de priui. An autẽ concedens indulgentiam, si faciat illud, pro quo ipsam concessit, habeat eam? Licet Vincentius, in cap. cum ex eo. de pœni. & remi. & Guil. in spec. & Archi. in cap. indulgentiæ, de pœn. & remis. libr. 6. dixerint quòd non, allegantes legem vnicam. C. ne quis in sua causa, & legem inquisitio. C. de iolu. Tamen Theologi maximè Richar. & Thom. in 4. distinct. 20 dicunt: Quod licet aliquis prælatus non possit sibi ipsi primo, ac principaliter, & directe dare indulgentiam, tamen postquam eam dedit, & concessit generaliter, potest ea vti sub eadem forma. Aliter ipse esset peioris conditionis, quàm alij. Quod secundum eos videtur inconueniens. Et hanc opinionem tenet Gaspar de Calderinis, in cap. nostro. de pœn. & re. & Gemi. in d. cap. indulgentiæ. Vtrũ autem indulgentia possit accipi pro alio, Respondet Thom. in 4. distinct. 45. Quod non, etsi concedens indulgentiam exprimat, quòd vult eam posse accipi pro alio. Quia tunc ille, qui pro alio facit illud qꝫ continetur in forma concessionis indulgentiæ, obtinebit eam. Et concordat Alanus, vt etiam habetur in summa confessio. lib. 3. tit. 44. quæst. 188. An vero accipi possit pro illis qui sunt in purgatorio? Respondent multi Theolog. in distinct. 20. & Hosti. in summa, Quod indulgentiæ non prosunt illis, qui non sunt de iurisdictione illius qui eas concessit, d. ca. quod autem de pœni. & re. Illi autem, qui sunt in purgatorio, non sunt sub iurisdictione prælatorum Ecclesiæ: Quia dixit Dominus Petro, Matth. 16. *Quodcunque solueris super terram*, &c. quasi diceret, quòd super mortuos non haberet iurisdictionem. Indirectè tamen ipsis mortuis prosunt indulgentiæ tales, in quantum existentes in hac vita faciunt pro eis illud, quod continetur in forma Indulgentiarum, quando concedens expressit, quòd vult, vt etiam accipi possit indulgentia pro defunctis. Dicunt tamen prædicti doctores, quod cum, vt supra dictum est, ipsi mortui non sint de foro Ecclesiæ, non consequuntur remissionem pœnarum ex vi indulgẽtiæ, sed bona opera quibus quis meretur.

Indulgentiæ an accipi possint pro existentibus in purgatorio.

Digitized by Google

retur indulgentiam, vt eleemosynæ, & peregrinationes, valent eis, ſicut alia ſuffragia Eccleſiæ, vt in ſumma confeſſorũ, vbi ſupra quæſt. 191. ſed Thom. in 4. diſt. 45. art. 3. quæſt. 2. & 2. 2. q. 191. dicit. Quòd non eſt aliqua ratio quare Eccleſia non poſſit trãsferre merita communia Eccleſiæ, quibus indulgentiæ innituntur, in viuos & mortuos, nec tamen ſequitur quod prælatus Eccleſiæ pro ſuo arbitrio animas poſſit a purgatorio liberare, quia ad hoc quod indulgentiæ valeãt, requiritur cauſa conueniens indulgentias concedendi. Albertus etiam dicit, quòd indulgentiæ multum proſunt defunctis, ſi hoc in litteris remiſſionis ponitur. Et idem tenet Innocen. in cap. Quod autẽ de pœni. & re. Gloſſa vero Raymũdi dicit, quod licet non habeat ligare, neq; ſoluere, niſi ſuper terram, ſi tamen faceret talem indulgentiam, quæ prodeſſe haberet etiam defunctis, non debemus ponere os in cœlum, de plenitudine poteſtatis eius temerè dubitando. Et idem dicitur in ſumma confeſſorum vbi ſupra. Et dicit Auctor ſuppl. menti in verbo. indulgentia: *Certe non videtur ratio, quare ad defunctos poſſit transferri meritum bonorum operum, & non meritum paſſionis Chriſti, & miſericordiæ Eccleſiæ.* Hanc etiam opinionẽ, quòd Papa poſſit huiuſmodi indulgentias concedere pro mortuis, tenent multi doctores alij, vt refert Card. in Cle. 2. de pœni. & re. & idem tenet Auguſti. de Ancona, in lib. de poteſtate Papæ dicens: Quod Papa poteſt de theſauro Eccleſiæ per coruſcationem indulgentiæ ſubuenire exiſtentibus in purgatorio, ſi hoc explicet in conceſſione indulgentiæ, videlicet: Quod ille qui fecerit talem eleemoſynam, vel viſitauerit talem Eccleſiam pro ſe, vel pro alio viuo, vel mortuo, habeat tantum de indulgentia, quam conſequatur ille, pro quo accipitur. Et ad illud dictum Euangelij: *Quodcunque ſoluerit ſuper terram.* &c. Reſpondetur (ſecundum Thom.) dupliciter. Vno modo, vt li. ſuper terra referatur ad ſoluentem, vt ſit ſenſus: Quodcunque tu exiſtens ſuper terrã ſolueris, &c. Nõ. n. Papa mortuus poteſt ſoluere, vel ligare, ſed viuus. Mors enim aufert auctoritatem eius, quæ omnia ſoluit. §. deinceps in authen. de nup. Alio modo referatur li ſuper terram, ad abſoluendos etiam poteſt intelligi de exiſtentibus in purgatorio. Cum enim omnes purgandi ſint intra, vel circa terram, poſſunt dici ſuper terram, quia non ſunt in cœlo. Sciendum tamen, quòd ad hoc, vt Indulgentia valeat pro alio, requiritur, quòd tam ille, qui accipit, quam ille pro quo accipitur, ſit in ſtatu gratiæ. Alias non valet neque per modum indulgentiæ, neque per modum ſuffragij. Ad confirmationem autem prædictorum, quòd indulgentia poſſit accipi pro alio etiam defuncto, quando conceden. hoc intendit poſſe fieri, poſſumus adducere exemplum de indulgentia portiunculæ noſtræ, quæ in perpetuum perdurat omni anno, die ſecundo Auguſti, in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Angelis apud Aſſiſium, quã Chriſtus ore proprio conceſſit patri noſtro ſancto Franciſco ad interceſſionem gloriosæ virginis matris ſuæ. Venetijs enim quidam clericus, cum omnia paraſſet, quæ ad iter neceſſaria erant, vt indulgentiam prædictam adiret, grauiter infirmatus deuenit ad mortem; ſed prius rogauit quendam amicum ſuum, vt ſi eum mori contingeret, ipſe acceptis, quæ parauerat, prædictam indulgentiam pro ſe petere vellet, votum quod pro hoc fecerat adimplendo. Ille autem reſpondit quòd libentiſſimè hoc ageret. Cum autem mortuo illo clerico, ipſe amicus eius eſſet negligens ad eundum, apparuit ei in ſomnis prædictus clericus defunctus, eumque de negligẽtia, & infidelitate ſua redarguit, & vt promiſſum impleret admonuit, atque rogauit. Ille autem amicus eius expergefactus ad ipſam indulgentiam perrexit. Cumque indulgentia accepta reuerteretur, apparuit ei in via ille clericus, multa luce clariſſimus, atq; gratias ei retulit, di. Dominus tibi benedicat pro labore, quem pro me cepiſti. nam hora, qua Eccleſiam intraſti, omnem

Ad hoc quod indulgentia valeat pro alio, quid requiratur.

pœnam purgatorij liber euasi, & vado ad gloriam Paradisi. Ista autem indulgentia portiunculæ, est excellentior, & dignior omnibus indulgentijs mundi triplici respectu. Primo respectu conferentis: Nam aliæ indulgentiæ collatæ sunt à Vicario Christi Summo Pontifice, & puro homine; hæc autem (vt diximus) fuit collata immediate ab ipso Christo Dei filio. Secundo respectu impetrantis, quia aliæ indulgentiæ impetratæ sunt ab aliquo viatore, in hac vita mortali adhuc existente. Et hoc mediante aliquo emolumento temporali, & transitorio; sed ista impetrata est à Regina cœli præsentibus Angelis, ipso beato Fráciſco eſprecesporrigente solum pro salute animarum, & non pro aliquo, vel minimo subsidio temporali. Tertio respectu sigillantis. Quia aliæ indulgentiæ obtinent vigorem, & auctoritatem ex bullis, & sigillis Apostolicis: hæc aût sine aliqua bulla scripta, & plumbo sigillata, sed, vt infra dicetur, charta ipsius fuit beata virgo Maria, testes fuerunt Angeli, sigilla fuerunt stigmata beati Francisci: plumbator vero fuit Christus. Et ideo est super omnes alia authentica, & digna. Ad quorum euidentiam est sciendum, quòd vt legitur in chronicis ordinis nostri, & in conformitatibus beati Fráciſci, cum ipse beatus Franciscus semel in cella sua apud sanctã Mariam de portiuncula feruentissime oraret Deũ pro peccatoribus, apparuit ei Angelus Domini, dicens: Quod iret ad Ecclesiam, quoniã Christus, & beata virgo, cum magna multitudine Angelorum expectabant eũ. Quo cum perrexisset, & Christum cum matre vidisset, quæ stabat à dextris eius cũ multitudine Angelorũ, cecidit in faciem suam præ timore & reuerentia. Dominus aût Iesus ipsi beato Francisco sic in terram prostrato, dixit: Francisce, multum solicitus es cum tuis socijs pro salute animarum. Postula ergo quod vis circa salutem animarum, & honorẽ, ac reuerentiã Deitatis, quia datus es in lucem gentiũ, & reparationem Ecclesiæ. Ipse aût iacebat quasi raptus in cõspectu Deitatis. Et randẽ reuersus ad cor, & cõfortatus dixit: Sanctissime pater noster, supplico ego peccator, quatenus digneris facere hanc gratiã humano generi, scilicet cõcedere omnibus, & singulis venientibus ad locum istum, & introeuntibus in Ecclesiam istam, veniã, & indulgentiam omnium peccatorũ suorum vniuersaliter, & generaliter, de quibus confessionem fecerint sacerdoti, & mandatũ susceperint. Et supplico beatæ virgini Mariæ matri tuæ, aduocatę humani generis, vt pro hac petitione impetranda me adiuuare dignetur, apud tuam pijssimã, & clementissimam maiestatẽ intercedẽdo. Ipsa autem Regina cœlorum inclinata benignè precibus beati Fráciſci, statim cœpit supplicare filio suo, dicẽs: Altissime Deus omnipotens, supplico humiliter Deitati tuæ, & intercedo, quatenus dignetur se inclinare precibus huius famuli tui. Ipse vero Dominus respõdit, dicẽs: Satis grande est quod petisti, sed maioribus dignus es, frater Francisce, & maiora habebis. Admitto igitur orationem, & supplicationem tuam, sed volo, quòd vadas ad meum Vicarium, cui dedi potestatem ligandi, atque soluendi in cœlo & in terra, & petas ab eo ex parte mea dictam indulgentiam. Duodecim autem socij beati Francisci, qui erant in cellis suis, omnia prædicta audiebant, videntes lumen magnum in Ecclesia, & multitudinem Angelorum in circuitu, sed timore perterriti, non audebant intrare Ecclesiam, nec cellas exire. Cum autem Dominus Iesus cum matre, & multitudine Angelorum ascendisset in cœlum, beatus Franciscus mane sequenti ad dominum Papam Honorium, qui tunc Perusij erat, se contulit, coramq; eo se præsentans, humiliter petiit, vt ad honorem virginis Mariæ dignaretur in ipsa Ecclesia portiunculę ponere indulgentiam plenariam sine oblationibus, quod non posse se facere, respõdit, quia oportet vt qui vult indulgentiam, eam mereatur ponẽdo manus adiutrices. Interrogauit autem Pontifex beatũ Franciscum, quot annos vellet ibi poni de indulgen-

Portiunculæ indulgẽtia est alijs excellẽtior triplici ratione.

Digitized by Google

dulgentia. Qui respondit se non velle annos, sed animas, id est vt quicunque dictã Ecclesiam intrarent contriti, & confessi, plenam consequerẽtur remissionem omnium peccatorum suorũ a culpa & à pœna, quæ peccata cõmisissent à die baptismi, vsq; ad diem, & horã introitus in Ecclesiã. Addens, q̃ nõ ex se hoc petebat, sed ex parte Christi, qui eum miserat. Tunc Papa annuit, & quod postulauerat cõcessit. postmodum verò ad petitionem Cardinalium, eam solũ ad vnam diem naturalem, singulis annis in perpetuum extẽdi declarauit. Egrediente aũt beato Francisco palatium, vocauit eum dominus Papa, di. O simplex homo, quid portas de hac indulgentia? Vbi habes bullam? At ille respondit, Sufficit mihi verbum vestrũ. Nullum.n. de hac re volo instrumẽtum, sed sit beata virgo charta, Notarius Christus, & Angeli testes. Si.n. opus Dei est, ipse illud manifestabit. In his autem omnibus, non habens beatus Franciscus idem determinatũ, tali modo ipsum obtinuit. Quadam enim nocte tẽpore hyemali, cum oraret in dicta cella sua, venit ad eum sata di. Francisce, cur te tantũ affligis per pœnitentiam, cum adhuc sis iuuenis, & aliam pœnitentiam facere possis? Tunc beatus Frãciscus exspoliauit se vestibus, & nudus exiens cellam, intrauit per quandam sepẽ grossam, & spinis plenam, quæ erat iuxta dictam Ecclesiam sanctæ Mariæ, & ingressus est siluam durissimam, & spinosam ibi adiacentem. Cumq; staret in ea cum carne sanguinolenta, ac spinis lacerata, vt sic afflictus, passionem Christi maiori cõpassione meditaretur, & diabolicis blandimentis non cõtentiret, apparuit in medio siluæ lumen maximum, & licet esset tunc maximum gelu quia erat de mense Ianuarij, rosæ tamen pulcherrimę apparuerunt ibi, viditque beatus Franciscus Angelorum multitudinem maximam, tam in silua, quàm Ecclesia. Qui dixerũt ei, vt cito pergeret ad Saluatorem, & matrem eius, qui in Ecclesia erant. Statim autem beatus Franciscus inuenit se inuentum vestibus nouis, vtaq; serico tecta, & ornata videbatur, & accipiens duodecim rosas rubeas, & duodecim albas, fuit ad ecclesiam, posuitq. eas super altari, vbi reperit Christum cũ matre sua, & magno cœtu Angelorum, statimq; locutus est, di. Sanctissime Domine, placeat maiestati vestræ determinare diẽ prædictæ indulgentiæ. Ipse aũt Dominus ordinauit, vt ipsa indulgentia inciperet prima die Augusti, in qua celebratur festum sancti Petri ad vincula, & duraret à primis Vesperis illius diei, vsq. ad Vesperas secundæ diei, in qua celebratur festũ portiun. culę, qua determinatione habita, beatus Franciscus adiuit summum Pontificem cum prædictis rosis, petẽs vt etiam ipse diem præfatum eidẽ indulgentiæ assignaret, qui eam cõfirmauit, scripsitq; septem Episcopis S. Assisij, Perusij, Fulginei, Spoleti, Tuderti, Eugubij, ac Nuceriæ, vt in die dedicationis eiusdem ecclesiæ publicarent ibi cum beato Francisco ipsam indulgentiam. In illo igitur die beatus Franciscus pulpitum ascẽdens coram magna hominum multitudine, publicauit ipsam indulgentiã plenariã præsentibus dictis Episcopis. Qui cũ vellent cõtradicere, & dicere, quod nõ esset plenaria in perpetuũ omni anno, sed aliquas limitationes vellent ei assignare, miraculosè impediti, nihil aliud dicere potuerunt, nisi idem quod dixerat beatus Franciscus, affirmãtes eam esse perpetuis singulis annis duraturam, & sic postmodũ eius notitia per orbẽ terrarum, & de generatione in generationẽ diffusa est. Quã indulgẽtiam, vtq; hodie cum maiori deuotione, & cocursu, frequentant populi Christiani, quàm multas indulgentias, Papalibus bullis munitas, hęc enim, vt diximus, cœlestis regis sigillo fuit roborata. Scieodũ est igitur, quod quãdo concessa est indulgentia plenaria ab eo qui eam concedere potest, & ex rationabili causa cum debitis modis est indulta, quilibet obseruans ea, quæ in forma indulgentię cõtinentur, ipsam consequitur, & si tunc moreretur, statim euolaret ad cœlũ sine aliqua pœna purgatorij, secundum Franciscum de

Digitized by Google

Mairo. & Augustin. de Ancona, vbi supra. Doctores tamen assignant quatuor causas, quare recipientes indulgentiam plenariam aliquando retardantur ab ingressu paradisi. Prima est indulgentiæ taxatio, vt si dicatur in forma indulgentiæ, indulgentiam sibi plenariam omnium peccatorum suorũ, de iniunctis sibi pœnitẽtijs cõcedim.us. Tunc enim si moreretur, non statim euolaret ad cœlũ, quia maior sibi pœnitentia fuerat iniungeda, quam fuerit iniuncta, & vigore indulgentiæ nõ sibi remittitur, nisi pœna sibi iniuncta à confessore, pro illa ergo parte pœnã, quę plus sibi debebat iniũgi in foro pœnitẽtiæ, luet in purgatorio. Secundum retardans, est alicuius peccati omissio per negligentiam, vel oblitionem ex suo defectu procedentem, quãdo in forma indulgentiæ dicitur, quod habeat remissionem omnium peccatorum, de quibus cõtritus fuerit, & confessus. quia indulgentia nõ extenditur ad peccata non confessa ex tali negligentia. Tertium est alicuius peccati mortalis post acceptã indulgentiam perpetratio. de illo enim, licet postea confitetur, non habet indulgentiam. Verum autem si reuertatur ad indulgentiam, & faciat illud, quod continetur in forma indulgentiæ, iterum illam habebit, respondet Thom. in 4. dist. 20. Quòd quando est temporalis, vtputa à primis Vesperis, vsque ad secundas, vel vsque ad octo dies, solum semel habetur, etiam si decies iteretur, & fiat quod in forma indulgentiæ continetur, nisi expresse dicatur in ea quod possit recipi totiens, quoties visitetur Ecclesia, vel tale quid fiat. Si autem, indulgẽtia est perennis, & perpetua, sicut est Romæ in quibusdam ecclesijs, quoties quis vadit, toties indulgentiam consequitur. Et ista distinctio ponitur etiam in summa confessorum, libro 3. tit 34. quæst. 183. Et idem tenet Cal. qui allegat capitulum primum de filijs presby. libro 6. & sequitur Io. An. & Gemi. in d. cap. indulgentiæ. de pœn. & re. li. 6. Matthæus autem de Matheſilonis, vt recitat Cal. in Cle. 1. de priui. dicit: Quòd etiam, quando indulgentia est temporalis, potest recipi toties quoties fit illud, quod in indulgentia continetur. & idem tenet ipse Dominus Car. ibi & in Cle. 2. de pœn. & remiss. cuius opinione data pro vera, sequitur, quòd quis non solum semel, sed pluries potest accipere indulgentiã, non solum pro se, sed etiam pro alijs viuis, & mortuis, quando ad ipsos forma indulgentiæ extenditur, si modo singula vice, & pro singula persona faciat, quod in ipsa forma iniungitur. Credo tñ quod si quis postquã semel accepit indulgentiam, faciat vnum peccatũ mortale sub spe iterum redeundi ad ipsam indulgẽtiam, non suffragari sibi postea ipsam indulgẽtiam temporaliter datam: & ita potest vtraque opinio concordari. Quartum retardans, est culpæ venialis expurgatio, quando quis moritur cum peccato venia li, de quo non est contritus, sed fixus in affectione eius, stant enim venialia cũ gratia. Quia enim pœna non remittitur, remanente culpa, ideo per indulgentiã non videtur remitti pœna, quo ad ipsa peccata venialia, remanente in anima voluntate, & affectu, acculpa ipsorũ. vnde talis decedẽs cũ ipsis venialibus, pœnã ipsorum perferet in purgatorio. Non. n. est intẽtio ecclesiæ, seu Vicarij Christi parcere, siue remittere pœnã alicuius peccati, de quo quis non sit male contentus, imo affectet in illo perseuerare. Dicit autem Richar. in 4. di. 16. quòd si quis staret cẽtum mille annis cum complacẽtia vnius peccati venialis, totidem annis staret exclusus à patria cœlesti. Dicit aũt Franciscus de Mairo in tractatu de indulgentijs. Quòd ex indulgentijs proueniunt nobis varia bona. Primo augmentatio gratiæ, quia cum præsupponant hominem in gratia existentem, opera autem bona hominis in gratia existentis mereantur gratiæ augmentationem, & eius charitas mereatur augeri; sequitur, quòd lucrum indulgentiæ quod fit mediantibus operibus meritorijs, non potest fieri sine augmento gratiæ. Secundum bonum est accumulatio gloriæ, quia cum nullus possit lucrari in-

2. *Retardãs ingressum paradisi.*

3. *Retardãs ingressum paradisi. qui post fit recipere bis eandem indulgentiam.*

4. *Retardãs ingressum paradisi.*

Ex indulgentijs varia nobis proueniũt.

ri indulgentiam, nisi habeat fidem cui promittitur visio diuinæ essentiæ (vt patet ex primo de trini.) ideo cum lucrum indulgentiarum augmẽtatur, necessario felicitatis supernę gloria nobis augetur. Tertium bonum est dimissio, siue absolutio pœnę. Si enim in indulgentiæ forma dicatur: Remittimus tot annos, vel dies, de iniunctis pœnitentijs, accipiens ipsam indulgentiam, est absolutus à pœnitentia quam tenebatur facere ex impositione confessoris, vel canonis per tot annos vel dies. Si vero simpliciter dicatur: Damus tot dies, vel annos de indulgentia, est varia opinio Theologorum in 4. di. 20. Aliqui enim dicunt quod accipienti ipsam indulgentiam remittuntur tot dies, vel anni de pœnitentia, quam tenebatur facere in hac vita pro peccatis suis. Alij autem dicunt, quod remittuntur illi tot dies, vel anni de pœnitentia & pœna, quam pertulisset in purgatorio pro suis peccatis. Alij vero dicunt, quod talis post acceptam illam indulgentiam, perinde est ac si voluntarie egisset in hoc mundo pœnitentiam tot dierum, vel annorum pro suis peccatis, pœnitentia autem (etiam parua) in hoc mundo pro peccatis voluntariè peracta, liberat à magna purgatorij pœna, secundum Richar. in 4. di. 15. Ergo indulgentiarum (quantumcunque temporalium, & paucorum dierum) vtilitas est maxima. Ex quibus omnibus patet, quomodo in Ecclesia Dei, secundum quod dicit vndecimus articulus fidei, fit remissio peccatorum. Duodecimum articulum posuit Matthias dicens: *Carnis resurrectionem.* Et hoc habetur Ezech. 37. Vbi dicitur à Domino mortuis resurrecturis: *Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & dabo spiritum in vobis, & viuetis vitam æternam.* In quibus verbis continetur virtualiter, vt prædictum est, etiã æterna damnatio peccatorum, per argumentum ab oppositis, vt dicunt Theologi in 3. distin. 25. Et iste articulus habetur, Danielis. 12. vbi dicitur: *Qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij vero in opprobrium sempiternum.* Istos autem articulos, non omnes Theo. attribuunt eo ordine, quem assignauimus ipsis Apostolis, sed quem nos attribuimus Ioanni, ipsi attribuunt Andreæ, vel Iacobo maiori, & sic de alijs, sed hoc nihil importat, quia scriptura authentica de hoc non habetur, vltra autem symbolum Apostolicum, sunt alia duo symbola sanctorum patrum, centum quinquaginta in Concilio Nicæno secundum aliquos, sed melius in Concilio Constantinopolitano congregatorum, vt in capitulo. Canones 15. di. Et hoc factum fuit contra Manichæum, & Macedonium negantes, spiritum sanctum esse æqualem patri, & filio, ac cantatur in missa. Aliud vero quod cantatur in prima in Dominicis diebus, & fuit factum contra Arium, negantem filium esse patri æqualem, compositum fuit ab Athanasio excellentissimo doctore, Episcopo Alexandrino; vnumque istorũ fuit editum ad declarationem primi scilicet Apostolici, contra hæreticos illud malè exponentes. Primum tamen est dignius, tum propter compositorum excellentiam, tum quia omnes articulos fidei plenius continet, & est magis sententiosum, quam hoc alterum, vt dicunt Theologi. in 3. distin. 25.

Si in bulla indulgẽtiarum dicatur, Damus tot dies vel annos de indulgentia, an debeat intelligi de pœnis iniunctis vel iniungendis.

12. Articulus fidei ex quibus non habetur locus sacræ scripturæ elicitur.

Alia duo symbola sunt præter Apostolicũ, à quibus auctor, & cuius gratia facta sint, lege hic auctorem.

ISTI sunt duodecim articuli fidei catholicæ, quos quilibet Christianus debet scire, & in nullo eorum errare. Nam Iacob. 2. c. dicitur: *Qui seruauerit totam legem, offenderit autem in vno,* scilicet articulo (secundum sanctum Bonauent.) *factus est omnium reus.* Et Salomon, Ecclesiast. 8. ait: *Qui offendit in vno,* scilicet articulo, *multa bona perdet.* Augustinus etiam in lib. de moribus Ecclesiæ inquit: *Etiam si perseueraueris in omnibus fidei bonis, deficias autem in vno, iustitia Dei iudicabit te, ac si nullum vnquam feciſſes bonum.* Et ideo inquit Athanasius, in symbolo suo: *Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem. Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit.* Ea propter quærunt Theologi, vtrum quilibet Christianus teneatur scire omnes articu-

Quilibet Christianus an teneatur explicite scire omnes articulos fidei.

los fidei explicite. Et respondet Seraphicus doctor sanctus Bonauentura in 3. di. 25. art. 1. q. 3. in corpore quæstionis, & Richard. in eadem di. & Alexand. de Ales, in 3. parte summæ, in tractatu de fide, quod omnes Christiani post aduentum Christi, tenentur credere omnes articulos. Tripliciter autem possunt credi, scilicet aut omnes implicite, aut quidam implicite, & quidam explicite: aut omnes explicite, credere omnes implicite, & in confuso, est fidei diminutæ, quia non sufficit sic solum in generali credere, q̃ sancta mater Ecclesia credit, vt quidam ignorantes faciunt, peiores infidelibus & Iudæis, qui non ignorant legem suam. Adeo enim clara est quorundam articulorum notitia, quod nullus, habens vsum rationis, potest illos ignorare, nisi per maximam, ac crassam ignorantiam, & culpam, quando inter Christianos est enutritus. Et ideo de tali fide implicita dicit Ber. in sententijs suis: *Quilibet verus fidelis tenetur habere de Deo magnam fidem, & de Domino Iesu Christo: ne. debet habere paruam, quia apud Deum, & Christum, quod parum est, non reputatur.* Credere quosdam implicite, & quosdam explicite, est fidei ad salutem necessariæ: potest enim ad simplicium salutem sufficere. Ad illos enim articulos explicite credendos tenentur, quos manifestat eis prædicatio aut vsus Ecclesiasticus, sicut est de Vnitate essentiæ diuinæ, & Trinitate personarum, quæ omnia possunt cognosci ex ipso actu signationis. fe. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Dum dicitur: In nomine, & non in nominibus, vt significetur vnitas Deitatis, & postea nominantur tres personæ. Similiter articulus de incarnatione Christi, & natiuitate, passione, & resurrectione, atq; ascensione eius, potest cognosci ex solennitatibus, quas celebrat Ecclesia. Articulum etiam de remissione peccatorum, potest quilibet cognoscere ex sacramento pœnitentiæ, & ex sacra confessione, & similiter ex Baptismo, quod videt in Ecclesia frequentari. Articulum etiam de spiritu sancto potest aliqualiter intelligere ex solennitate Pentecostes. Alios autem articulos sufficit simplicibus & alijs communibus personis credere implicite, ita quod nulli dissentiant. Credere autem omnes explicite, est fidei distinctæ, & iam prouectæ. Et hoc non est de generali fidei necessitate. Sed tantum ad illos pertinet, qui officiũ prædicandi in populo habent, vel curam animarum suscipiunt. Tales enim debẽt esse periti 38. di. c. Qui Ecclesiasticis. Et in c. Si quis & 38. di. c. Ignorantia. Illi ergo qui habent curam animarum, vel prædicandi officium, tenentur ad fidem explicitam, quia debent scire omnes articulos fidei declarare. Vt etiam inquit Thom. 2. 2. q. 2. ar. 6. vbi dicit, quod sicut reuelatio diuina fit inferioribus Angelis per superiores, vt inquit Dionysius 4. c. cælestis Hierar. ita explicatio fidei debet peruenire ad minores homines per maiores, id est prædicatores, & prælatos, ex sententia Alexandri de Ales in 3. parte summæ in tractatu de his, quæ pertinent ad rectitudinem intentionis. q. antepenultima. Et allegat illud 1 Petri 3. c. *Paratus ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe.* O quot sunt prædicatores, animarum rectores, qui cum teneantur alios instruere de articulis fidei, ipsi eos ignorant, aut non bene intelligunt. Et ideo dicit Cœlestinus Papa in c. Ordinatos. 59. di. *Debet ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod dicit.* Credite ergo omnes articulos fidei, & illos intelligere procurate. Ait enim Augustinus super Ioannem: *Quam magnum vas fidei attuleris quis ad fontem gratiæ, tantum implet de gratia.* & Bern super Canti inquit: *Parua siquidem fides, parua meretur præmia.* Omnes ergo Christiani debent symbolum Apostolicum scire. Ait enim Augustinus in quodam sermone: *Nescio quatuer Christianum se esse dicat, qui paucos versus symboli, & orationem Dominicæ dissimulat.* Præcepit enim Ecclesia Curatis, vt doceant subditos suos symbolũ orationem Dominicam, & symbolum c. Domini Deus qui. iuxta glossam. de pœn. & re. Et cum eratio extra de vita & honest. cle. c. Vt quisquis, mem.

Quilibet Christianus tenetur scire symbolũ & orationem Dominicam.

Christianus rationem Dominicæ dissimulat.

& ibi

& ibi glossa. Ergo etiam ex consequenti præcipit rudibus, vt addiscant. & tenentur obedire c. Si qui presbyteri. 81. di. Similiter illis, qui leuauerunt puerum de baptismo, præcipit vt eum doceant symbolum, & orationem Dominicam; quam & ipsi tenentur scire. c. Vos ante omnia de conse. di. 4. Item præcipit omnibus adultis baptizatis, vt ipsum symbolum addiscant. in c. baptizandos eadem di. Sed multi sunt ita rudes, & pusilli animi, quod putant impossibile eis esse prædicta addiscere. & tamen longas fabulas, & cantilenas indelebili memoria retinent. vnde accidit, quod quidam confessor astutus, cum audisset in confessione quendam valde rudem, sed diuitem, pro pœnitentia suorũ peccatorum voluit ei dare, vt certis diebus diceret Pater noster. Cui ille respondit, quod illud ignorabat, & nunquam illud addiscere posset, quia non habebat bonam memoriam. Tunc confessor illũ interrogauit, quam artem faceret. Cui ille respondit: quod vendebat blada, & frumentum, & legumina. Ipse vero confessor iterum interrogauit ipsum, si aliquãdo vendebat prædicta ad credentiam. Et ille respondit quod sic, imo quasi semper, quia aliter bene vendere non posset. Tunc confessor dixit: Quomodo potes nomina, & cognationes illorum, quibus vendis memoria retinere, cum nescias scribere? cui ille respondit: Bene hoc memoria teneo, alter male facerem facta mea. Non credatis, quod talium obliuiscar, res enim mea agitur. Audiens autem hoc confessor, dixit: Saltem pro pœnitentia tuorum peccatorum, volo quòd commodes vsque ad annum quibusdam pauperibus certam mensuram frumenti amore Dei. Ille vero respondit; hoc faciam libentissimè, quia facere possum. Tunc ille confessor inuenit certos pauperes, & informauit eos, vt ad illum mercatorem irent, & amore Dei, & sui peterent mutuo frumentum, vsque ad annum, singuli prout necesse habebant. & si ille mercator interrogaret de nomine eorum, & de cognatione, tenerent hunc modum, quod vnus iret post alium ordinatim, & primus interrogatus de suo nomine, diceret, quod vocatur, Pater noster. & si diceret, qualis appellatur tua cognatio? responderet quod appellatur. Qui es in Cœlis. Secundus autem diceret quod vocatur, Sanctificetur nomen tuum & tertius, quod sua cognatio appellatur, Adueniat regnum tuum: & sic singuli facerent vsque ad complementum Pater noster. Cum ergo ad illum iuissent, & habito tritico interrogarentur de nominibus suis, atque prædicta respondissent, ille dixit: Quæ extranea nomina sunt ista? Nunquam audiui talia, nec similes cognationes, & postea dicebat intra se; Reuadit pro me, si obliuioni trado ista nomina, vnde quasi continue ruminabat in mẽte prædicta nomina, & dicebat: Primus sic vocatur, & eius cognatio est talis. Secundus autem sic appellatur, & sicut de singulis. Transactis autem aliquibus mẽsibus ille cõfessor eum inueniens, interrogauit, si commodauerat frumentum illis pauperibus, & ipse respondens quòd sic, addidit; O qualia nomina habent, & difficilia ad tenendum in memoria: tamẽ quia nolo amittere frumentum, nunquã fui oblitus eorum, sed in recenti memoria habeo. dixit autem confessor: Dic mihi ista nomina. At ille cœpit dicere: Primus vocatur Pater noster, & eius cognatio dicitur. Qui es in cœlis, &c. Tunc cõfessor ait: Dimittas nominare primũ vel secundum, sed solum recita nomina, & cognationes singulorum per ordinem. Ille vero statim, & celeriter cœpit dicere: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum &c. vsque in finem. cõfessor autẽ cœpit ridere. & ille ait: Quid ridetis? Tunc confessor dixit, Rideo quia didicisti Pater noster. Tunc ille exclamauit, dicens: Potest facere Deus, quod hoc sit Pater noster? Profecto nunquam credidissem, posse illud addiscere. Est autem mihi magis gratum hoc didicisse, quam si haberem decem aureos in manu mea, & ideo ipsis pauperibus elargior frumẽtum,

Digitized by Google

tum, quòd eis commodaui amore vestri, qui me tali modo fecistis addiscere pater noster. O quot huic similes reperiuntur, qui pro lucris temporalibus etiam difficilia quæque memoria commendãt: sed pro lucro animę, & sua salute, dicunt, non posse addiscere, vel in memoria retinere symbolum fidei, & alia necessaria ad salutem.

DE TRIBVS VITIIS IMpedientibus fidem, scilicet Luxuriæ, Auaritiæ & Superbiæ.

TERTIA pars nostri sermonis dicitur impeditionis. Tria enim sunt principalia vitia quæ impediunt veram fidem. Primus est voluptatis, siue luxuriæ. O quot à fidei fœdere recesserunt, luxuriæ vinculo attracti. Nam Ecclesiasti. 30. scriptum est: *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.* Filij Israel per vitium gulæ, & luxuriæ decepti sunt à Balaach, Numer. 24. & ad infidelitatis cultum attracti. Ibi enim dicitur, quod fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, & illi comederunt, & adorauerunt deos Moabitarum. Quis decepit sapientissimum Salomonem, vt templa idolis ædificaret, & adoraret ea, vt habetur. 3. Reg. 11. nisi hoc excæcatum vitium luxuriæ? Nam cum iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt adoraret Deos alienos. O quot infideles fecit hoc maledictum vitium, vt dicant non esse aliam vitam præter hanc. Et ideo immundissimus Mahom tus, vt ad sectam suam multos attraheret, frena omni voluptati laxauit, vnde in Alchorano suo dicit suis cultoribus; vxores vestræ, terræ vestræ sunt, arate eas sicut vultis. O Diabolice & iniquissime vir, quantos his verbis ad falsissimam sectam tuam perduxisti? scriptum est enim secundi Esdræ. 4. capitul. *Fortiores regibus mulieres*, & ideo de hac impurissima luxuria scriptum est in figuram 3. Reg 18. cap. Quod Iezabel vxor regis Achab interfecit, siue occidi fecit prophetas Dei Iezabel autem (secundum Hieronym,) interpretatur cohabitatrix, sine sterquilinium, & significat luxuriam, quæ cohabitat in corporibus hominum, & adeo est fœdita, vt omnium putredinum, & sterquilinij fœtores superet. Hæc ergo vxor Achab. a Diaboli, voluptas, & luxuria multos, qui videbantur columnæ in Ecclesia Dei; prostrauit, & a fide deiecit, aut à religione sua apostatare fecit. si enim centum exeunt ab obseruantia alicuius bonæ religionis, nonaginta nouem discedunt propter hoc abominabile vitium luxuriæ, licet apostasiam suam diuersimode palliare studeant. & hoc est quod dicitur de muliere impudica, Prouerb. 7. *Fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* & quod peius est, qui voluptati, ac luxuriæ se dederunt, difficile ad Deum reuertuntur, iuxta illud Osee. 5. *Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationis in medio eorum*, & tales figurantur per illum, qui dixit Luc. 14. *Vxorem duxi, & ideo non possum venire*, quapropter hortatur Salomon, Prouerb. 5. ad fugiendas mulierum conuersationes, maximè religiosos di. *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.* Et rationem assignat Augustin. in quodam sermone di. *Quia nones Samsone fortior, nec Dauide sanctior, nec Salomone sapientior.* Omnes enim hi à mulieribus corrupti sunt, & ad peccata perducti. Ideo Eccles. 7. dixit ipse Salomon, post quam deceptus fuit à vanis mulieribus: *Mulierem inueni amariorem morte, laqueus est venatorum*, id est, dæmonum, *& sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet eam, qui autem peccator est, capietur ab ea.*

Primum vitium fidem impediens est Luxuria

SEcundum vitium est auaritiæ. dicit enim Apostolus 1. ad Ti. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas.* quis enim induxit Balaam vt doceret Balaach., vt deciperet filios Israel? Nunquid non auaritia? vtique vt ha-

2. vitium est auaritia.

Digitized by Google

vt habetur.Num.24.Hoc maledictum vitium fuit illud,propter quod Iudas vendidit Christum. Matth. 26.c. Et hoc est est quod detinet Iudæos , ne credant in Christum, ne amittant diuitias male acquisitas.Hinc est quod Antichristus propter diuitias decipiet multos, & multi propter auaritiam adhærebunt ei. quia Daniel.8.prophetatum est , *In copia eorum occidet plurimos*,& 11.c.scriptum est. *multiplicabit gloriam,& dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito.* Hinc etiam Osex 10. scribitur : *Secundùm multitudinem fructus sui, multiplicabit altaria. Iuxta vbertatem terræ suæ exuberabit simulacris.* Quæ omnia confirmãtur per Esaiam.1.c.dicentem : *Hierusalem, principes tui infideles.*Et reddens causam subdit:*Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.* O quot inueniuntur iudices,qui falsas dant sententias, & fidem non seruant his,pro quibus se daturos sentẽtiam promiserant, ab altera parte munera accipientes.Ait enim Henricus Samariensis libro 1.parte 2. *Deuiat à vero corruptus munere iudex: Falsidicumq; facit impia gaza pium.* Et propterea dicit Dauid Psal.25. *In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.* & Iuuenalis lib.1.Satyra.3. inquit: *Quantum quisque sua nummorum seruat in arca, Tantum habet & fidei.* Exodi quoque 23. & Deut 16.dicitur: *Quòd munera excæcant oculos sapientum,& immutant verba iustorum.*ideò exclamat Esaias c.34.sui libri di.*Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferetis ab eo.*Hæc ergò maledicta auaritia,& amor pecuniæ,est illa iniquitas, quæ facit homines etiam Deum negare. Et de hoc habetur exemplum,quod ponitur in compendio Theo. Quod ab aliquibus,Alexan.de Ales approbatur. Ibi enim dicitur lib.1.c.2. Quod in Hispania quidam leuis homo ludebat ad ludum taxillorũ, & ludo procedente , cœpit pecuniam suam amittere. Dolens ergò de amissione, corde orabat Deum, vt eum vincere faceret, vel saltem amissam pecuniam recuperare.Et quanto plus Deum rogabat, plus amittebat,etiam quando apparebat, quòd deberet vincere,& habebat bonum ludum:ita quòd omnes mirabantur,quòd talem ludum amitteret. Amissa autem in ludo tota pecunia quam habebat, vestes quoque quas portabat,vsque ad camisiam amisit. Tunc valdè confusus, & contra Deum infidelis factus ex auaritia , quia eum non exaudierat,totus furibundus ad domum suam accessit, armaturasque suas & omnia bona munimenta sui corporis quæ habebat,accipit,ac totus armatus, ac si campum duelli intrare deberet,equum ascendit, & ad plateam, vbi multi erant homines congregati,venit, & vniuersis astantibus voce furibunda dixit: Si quis est amicus & fidelis Dei , qui dicat Deum esse aliquid,vadat,& armet se, quia ego reddam eum mortuum,& victum. Ego enim dico, & teneo , quod Deus non est. Attoniti autem fuerunt singuli, qui aderant,verba tam iniqua audientes; nullus tamen ei tamquam furibundo voluit respondere.Sed cui non respõdit homo, respondit Deus.Nam Deus flagellauit Pharaonem,opponẽtem se diuinæ potentiæ, & eum puniuit per muscas. misit vnam muscam (licèt esset tempus hyemis) quæ eum sic in facie inuasit,& inter galeam & faciem se potẽs tam acriter cum aculeis suis læsit,quod oportuit eum galeam deponere,& in terrã proijcere.at vbi musca liberum habuit accessum , sic eum in facie feriebat,quod se defendere nõ valẽs, nimis fatigatus de equo ad terram cecidit,& faciem versus terram, vt se posset à musca tueri,posuit. At musca fortius eum inuasit,nec cessauit,quousq; publicè blasphemiam quam ore profano protulerat, omnibus audientibus cum cordis gemitu reuocauit: dixitq; quòd verè Deus est,& solus est omnipotẽs,qui voluit infaniam suam,& blasphemiam ad maiorem suam confusionem,per vnam muscam confundere,atq; eum per tam minimum animal superare,quo dicto,statim musca recessit. Et ille qui propter auaritiam amiserat fidem, hoc diuino flagello ad fidelitatem rediit.O quot auari sunt infideles, qui totam fidem ac spem suam posuerunt in pecunia & thesauris. & idcò dicit Paulus

Quid eueneris cuidã Deum negauti.

Digitized by Google

ad Ephe. 5. Quòd *auaritia est idolorum seruitus.* Facit enim hominem apostatare à Deo. Nam sicut idololatra se habet ad idola, & omnem suam confidentiam habet in in eis; ita auarus se habet ad pecuniam, & mundi diuitias, vt inquit Nicol. de Lyra, super prædicta verba Pauli, & cõsequenter efficitur multoties infidelis.

3. Vitium fidem impediens, dicitur superbia, qua volumus sapere plus quã debemus sapere.

TErtium & vltimũ vitium impediens fidem, dicitur elationis, & superbiæ. Dum enim curiosi ea quæ fidei sunt, volunt perquirere, & non valent attingere propter ipsorum altitudinem, ruunt in diuersos errores. & tunc superbi & tumidi, quod suis fabricauerunt phãtasmatibus credentes, magis sapientibus credere nolunt. ideò contra istos, exclamat Dominus Hiere. 49. dicens hæretico superbienti. *Arrogantia & superbia tua decepit te,* vbi glo. inquit: *Omnis hæreticus arrogans, quia superbia facit hæreticum, non ignorantia,* vt etiam inquit Rich. in 4. di. 13. ar. 4. q. 4. Necesse est ergo illis, qui volunt esse fideles, vt simpliciter credant, & non quærant probare per rationes ea, quæ sunt fidei, quia vt inquit Ari. 2. Meta. *Demonstrationem de omnibus fieri est impossibile,* quærẽtes enim rationes ad credendos articulos fidei, dum non inueniunt, hæretici & infideles fiũt. ideo Lactan. in 2. diuinarum institu. aduersus gentes ait: *Si credis, cur ergò rationem requiris, quæ potest efficere vt nõ credas?* De hac habetur exemplum de quodam sapiente Philosopho, qui cum ratione demonstratiua probare non posset, quod mortui deberent resurgere cum eodem corpore, non credebat resurrectionem mortuorum futuram, ad mortem verò veniens, molestatus ab affinibus suis, vt crederet mortuos debere resurgere, non valens amplius sustinere eorum infestationem, respondit: Ego benè credam, sed videbitis, quod nõ erit verum, quòd mortui resurgãt. Simpliciter ergò credamus, quod tenet sancta mater Ecclesia. Scriptum est enim de conse. di. 4. c. venit sacerdos: *Non per signa & rationes, sed per simplicem fidem veritas colligenda est.* Item glo. super illud Apostoli ad Rom. 12. *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem,* ait: *Superbæ naturæ, speciem humilitatis, quod est sincera fides, sine alia visibili ratione debuit præponi, vt à superbia ad humilitatem transeam.* Non enim est possibile, quod intelligamus per rationem naturalem essentiam diuinam. Nam inquit Dionysius in lib. de mystica Theo. *Deus, qui est omnium gloria, est inuisibilis, & inaccessibilis, omnemque intellectum, ac omnem rationem excedens,* & Grego. super illa verba Iob. 26. c. *Cùm vix paruam stillam audierimus,* inquit, *Totum quicquid de Deo potest humanus intellectus intelligere, est quasi quædam stillæ liquoris,* &c. Iob. 11. c. loquẽs per antiphrasim dicit istis curiosis: *Forsitan Dei vestigia comprehendes, & vsque ad perfectũ omnipotentem reperies. excelsior est cœlo, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?* & 20 c. eiusdem libri inquit, *vbi inuenitur sapientia.* s. increata? *& quis est locus intelligentiæ?* s. vt ipsam increatam sapientiam quis intelligat? & sequitur: *Abscondita est ab oculis omnium viuentium.* Plato quoque in Timæo inquit: *Deus est summum bonum super omnem substantiam, omnemque naturam.* Paulus quoque 1. ad Timo. 6. ait: *Deus lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vnquam vidit.* Auicenna quoque 6. Naturalium, inquit: *Res Dei altissimas & subtilissimas, non potest intellectus humanus comprehendere,* quia excedunt eum. Quod autem diuinam maiestatem non valeamus comprehendere, probatur ratione proportionis. Inter potẽtiam enim & obiectum debet esse proportio. 3. de anima, & 10. Ethi. Sed maiestas diuina est infinita, iuxta illud Psal. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Et quicquid in Deo est, æternum est (vt ait Plato in Timæo.) Ergò ab intellectu humano, qui est finitæ potentiæ, nõ poterit comprehendi, finiti enim ad infinitum nulla est proportio. 1. Meta. 3. & 8. Physicorum, & primo de cœlo & mundo. Infinitum enim de se est nobis ignotum. 1. Physico. & impossibile est infinita pertransire, primo Posterio. Dicit autem Philo. 2. Meta. Quod sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic se habet intel-

Facilè esset responsio ad hoc argumẽtum, distinguendo de proportione entitatiua & obiectiua, & ad auctoritates Ari. dicas, ipsum intelligere indefinite

In quãtitate, & non in virtute, & ideò dico quod Deus à nobis naturaliter potest cognosci: secus autem est de Deo trino & vno.

intellectus noster ad ea, quæ sunt manifestissima in natura. Non ergò debemus curiosè inquirere de articulis fidei, quia sicut volens respicere curiosè contra solem, amittit visum; sic volens per rationem comprehendere sacramenta cœlestia, fiet cæcus mentaliter, & infidelis. Scriptum est enim Prou. 25. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.* Ideò dicitur in capitulo primo de summa trinit. & fi. ca. Quòd simpliciter est credendum. Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter, vt scribitur Prouerb.11.propterea Ambro.in lib.de Trinit.inquit: id quod recitat Magister sen.in 3. dist.22.di. *Auferantur argumenta, vbi fides quæritur. In his, quæ sunt fidei piscatoribus creditur, non Dialecticis.* hæc ille. Habeamus ergò, & teneamus sanctam fidem catholicam, licet eam per argumenta mundanæ sciẽtiæ probare non valeamus, nec quæramus ea, quæ sunt super intelligentiam nostram. Ait enim Vlpianus iurisconsultus in l. Si fideiussor. §. Quædam.ff. mandati. *Bonæ fidei non congruit de apicibus iuris disputare.* Et potest moraliter duci ad propositum. Et idem notatur.ff.ad l.Aquil. l. ita vulneratus in fi. Et est textus Iuliani iurisconsulti. Idcircò Cato moralis ait in suis documentis: *Mitte arcana Dei cœlumque inquirere, quid sit: Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.* Quæramus ergo intelligere conscientiam nostram, & vitam, & si mala est, emẽdemus per pœnitentiam, & tantam habeamus fidem, vt pro ea mori parati simus. Vt cuilibet nostrum dicere possit Saluator noster: *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.*

id est habeas gratiam meam
in hoc seculo, & vitam
æternam in fu-
turo. A-
men.

FERIA SEXTA
POST PRIMAM Dominicam Quadragesimæ.

DE REPROBATIONE sectæ Pagani, Machometi, & Iudæi.

SERMO XIV.

In fide tantum Christi possumus saluari, & non in alia lege vel fide. Ideo hic auctor quorundam opinionem reprobat, asserentium quẽlibet propria fide posse se ipsum saluare

VIAE vestræ prauæ sunt. Ezechielis 18. Fuit quorundam hæreticorum falsissima opinio, dicentium: Quòd quilibet potest saluari in sua lege, & fide. Quam erroneam opinionem reprobant oẽs Theologi, maximè Alex de Ales.in 3 par.summę in tractatu de fide, & S.Bonau.in 3.dist.23.& Richard.ibidem.artic.4.quæst.3.& B.Thom. 2.2.quæst.4.artic.6. Et potest sic probari, quòd non sit nisi vna vera fides. Nam inquit Philoso 2.de generatione: *Idem manens idem, semper aptum natum est facere idem.* patet in luce semper emittente splendorem. & nunquam tenebras; & in melle, à quo nunquam procedit amaritudo, sed semper dulcedo. Et in igne, qui semper emittit calorem, & nunquam frigus. Sed Deus semper manet idem, & inquit auctor in lib.de causis: *Causa prima existit in omnibus reb. secundùm dispositionem vnam.* & Plato in Timæo dicit: *Prima causa est sine vlla variatione*, & Philosophus 12. Metaphysicæ ait: *Deus est actus purus, simplex & immobilis, & æternus*, & semper vna & simplici delectatione gaudet, vt testatur idem Philoso.7. Ethicor. Vbi etiam dicit: *Simplicis, & immutabilis naturæ semper vna, & eadem est actio.* hoc præsuppositio, dico, quòd virtus fidei in anima cuiusque, procedit à Deo, vt inquit Augusti. in libro de libero arbitrio. Et ponitur de consecrati. 4 c. Gratia, vbi dicitur quòd *fides est* DEI *donum:*

Digitized by Google

Ideò Sapien. 3. dicitur, *Dabitur ei fidei donum.* Cùm ergò fides sit à Deo, & Deus sit semper manens idem inuariabiliter, ergò necessariò infundit in animabus vnam solam fidem, & non diuersas. Et potest adduci ad hoc propositum illud, quod dicit Philosop. 8. Politico. inquiens: *Quoniam vnus est finis ciuitatis omnium, ideò necessarium est ad eius finis conseruationem (aliàs, consecutionem) esse vnam disciplinam, & eandem omnium.* Paulus quoque ad Ephesios. 4. c. inquit: *Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma.* & August. in lib de verbis Domini ait: *Vna sola est fides Deo grata, & hominibus salutifera, in qua omnes saluantur, qui saluari debent, & extra quam saluari impossibile est.* hæc ille. Et confirmantur prædicta. Nam secundùm Philosophum. 1. Posteriorum & 4. Phi. *Affirmatio, & negatio nunquam sunt vera de eodem.* Ergò nõ est possibile, quòd Saraceni, Iudæi, Pagani, & Christiani, possint omnes dicere verum de eodem obiecto credito, scilicet Deo, cùm diuersa sentiant & credant. Ergò necesse est, vnam tantùm esse fidem veram in omnibus hominibus. Hæc autem est fides catholica & christiana, de qua dicit Scotus in 3. di. 25. q. 1. Quòd nullus vnquam saluatus est, etiam de his qui fuerunt in veteri testamento, sine fide Iesu Christi, saltem implicita, antè eius incarnationem. Et idem dicit Hugo de S. Victore in 1. de Sacramentis, addens, quod sicut nullus potest esse sine creatore, ita nec reparari sine redemptore. ergò sicut fides de creatore semper fuit necessaria ad salutem, ad Heb. 10. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est*, vt inquit Paulus. & Eccl. 1. dicitur: *Vnus est altissimus creator omnium omnipotens.* ita post lapsum fuit necessaria fides de mediatore, & idem dicit Aug. lib. contra Pelagium. Imò ita fuit necessaria fides Christi incarnandi, & passionandi, quòd Angeli, qui remanserunt in cœlo, & pugnauerunt cum Angelis malis, non aliter habuerũt victoriam, nisi in virtute mediatoris, & passionis eius. Vnde Apoc. 12. scriptum est. *Factum est prælium magnum in cœlo, Michael, & Angeli eius præliabantur cũ draconc, & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui.* Dicit quoque B. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 7. Quod ministerium incarnationis, & passionis Christi oportuit omni tempore credere (vt colligitur etiã ab Apostolo ad Gal. 3. c.) & hoc est quod dicitur Act. 4. *Non est aliud nomen sub cœlo datũ hominib. in quo oporteat nos saluos fieri.* Et ideò diuersis nationibus varias sectas habentibus, & in Christo nõ credentib. dicit Dominus verba pręposita, *viæ vestræ prauæ sunt.*

Sola via fidei catholicæ vera, certa, & constantissima, ea propter indubitanter tenenda est: hocque aliquib. rationibus ostenditur. prima quarum à prophetica prænunciatione accipitur.

SOla autem via fidei catholicæ est vera, certa, & infallibilis, atque indubitanter tenenda, quod probari potest multis fundamentis, quæ ponit doctor subtilis Ioannes Scotus, & alij Theologi minoristæ, in prologo primi sen. Et primo propter prænunciationem propheticam. Nihil enim est in articulis fidei Christianæ, quod non fuerit prius à sanctis prophetis diuino spiritu prænunciatum, vt patere potest ex dictis in sermone præcedẽti parte 2. & dicendis in hoc sermone parte 3. Vnde Act. 10 dicitur de Christo. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, &c.* Et 2. Petri 1. ait Apostolus: *Habemus firmiorem propheticum sermonem. Cui benefacitis attendentes. Hoc ipsum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia. Sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Cùm ergò futurorũ contingentiũ sol⁹ Deus sit cognitor: vnde dicitur Esa. 46. *Annunciate quæ ventura sunt, & sciemus quia dij estis.* & in c. 1. 26 q. 5. scriptũ est: *futura est præscire solius Dei est.* Sequitur ꝙ omnia, quę ad fidẽ nostram pertinent, sunt verissima, quia à sola infallibili veritate diuina fuerunt prophetis intimata, & ab eis prænunciata. & cùm prædictæ prænunciationes, & prophetię, licèt in maxima numerositate essent, iam fuerint pro maiori parte adimpletæ, non est dubitãdum, quòd etiam reliquæ adimplebuntur, vt ait August. 11. de ciuitate Dei. Sicut est de aduentu Christi ad iudicium, & de æterna retributione bonorum & malorũ. vnde Greg. in homilia primæ Dominicæ de aduentu inquit: *Cùm multa prænunciata iam completa sint: non est*

Digitized by Google

non est dubium, quin etiam sequentur pauca, quæ restant, quia sequentium rerum certitudo, est præteritarum adimpletio.

2. Ratio desumitur à scripturarũ concordia.

SEcundum fundamentum, quod ponit doctor subtilis, est ex scripturarũ concordia, vnde vbi supra sic arguit. In non euidentib. ex terminis, nec ex principijs, etiam euidentiam habentib. ex terminis, non consonant dispositi diuersimode, & multiformiter, nisi à causa superiori eorum intellectus ad cõsensum inclinetur. Sed scriptores canonis variè, varioque tempore, & loco, dispositi ad scripturam, & fidei doctrinam consoni fuerunt Quæ tamen nõ habet euidentiam ex terminis, nec etiam ex principijs euidentiam habẽtibus ex terminis. Igitur patet propositũ.

Duplex est propositionum euidentia.

Ad cuius fundamẽti declarationẽ est sciendum, q̃ duplex est propositionum euidẽtia. Quædam enim habetur ex terminis tantum, & talis est euidentia primorum principiorũ, quæ sunt ex se nota, vt illud, *De quolibet dicitur esse, vel non esse, & de nullo ambo simul*, & illud, *omne totum est maius sua parte.*

Vltra tamẽ has duas euidentias posset pari euidentia ex fide, quæ re tamẽ & ista euidẽtiam non enumerauit, dicas, quia nõ est ad propositũ, vel quia non est propriè euidẽtia secundũ aliquos.

Quædam vero est euidentia, quæ habetur non solum ex terminis, sed etiam ex principijs habẽtibus euidentiam ex terminis, vt est euidentia propositionũ demonstrabiliũ: sicut est illa propositio, omnis homo est risibilis, quæ habet euidentiam ex præmissis, & demõstratur ab eis sic arguendo: Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis. Dicit ergo Scot. In non euidẽtibus, &c. quasi dicat: Quandocunque sunt aliquę propositiones, quæ non sunt euidentes primo, aut secũdo modo prædicto, non est possibile, quod multi diuersimode dispositi cõsonent & concordẽt simul in talibus propositionibus, nisi illa euidentia infundantur ipsæ propositiones eis, vel declarentur à causa superiori, puta ab ipso Deo, & hoc est manifestũ. Si enim tales propositiones sunt omnino ineuidentes, & obscuræ, quomodo poterunt tales diuersimode dispositi habere à seipsis eandem euidẽtiam, & decisionem de prędictis propositionibus, & maxime cum homines faciles ad dissentiẽdum. l. Item si vnus. §. item si in duos. ff. de atbi. Et ratio potest assignari, quia diuersitatem corporum, sequitur diuersitas animorum: c. quia diuersitatem de consec. præben. Et ideo dicitur, *quot capita, tot sensus* &c. sicut in sacris, de consec. di. 4. & quod vnaquęq; prouincia abundat in sensu suo. c. 1 de sepul. & c. vtinam. 76. di. Præterea si philosophi qui de naturis rerum creatarum multa scripserunt, habentes eadem principia, in multis tamen dissentientes inter se fuerũt, vt patet eorum libros intuentibus, de quibus etiam inquit Lac. in primo diui. instit. *Cum inter se magna concertatione dissideant, secumque ipsi plerunque discordent, eorum apparet iter nequaquam esse directum*, profecto nõ est possibile quod de supernaturalibus, & his, quę non habent aliquam euidentiam ex terminis, vel principijs, vt sunt illa, quæ ad fidem Catholicam pertinẽt, scilicet, quod Deus sit trinus, & vnus, & huiusmodi homines in diuersis regionibus nati, & demorantes, à seipsis euidẽtiam, & certam determinationem habere potuerint, & simul in eandem sententiam conuenerint. Ait enim Albumasar libr. 1. coniunctionum, differentia. 4 quod lex Christianorum veritates affirmat difficiles ad imaginandum, & humanam notitiam transgredientes: & ideo cum nostri scriptores Catholici, maxime q̃ vtrunque testamentum sacræ paginę descripserũt, licet in diuersis temporibus, & locis, fuerint varie dispositi, tamen in tam multis propositionibus, facultatẽ totius humanæ naturæ excedentibus, concordauerint, clarissimum est quod à prima causa, sc. Deo, eorum intellectus ad consentiendum talibus, & simul conuenrendum fuit inclinatus, & cõsequenter eorum doctrina est verissima, & ad hoc argumẽtum facit Aug. 18. de ciui. Dei, reprobando alias sectas ratione diuersitatis, & discordiæ scribentium, & illarum auctorum.

3. Ratio desumitur à sanctimonia.

TErtium fundamẽtum quod ponitur à doctore subtili vbi supra, est scriptorum sanctimonia. Cum. n. *in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Deutero. 19 & Matth. 18. transumptiuè in c. 12. q. 4. & c. licet

Digitized by Google

cet vniuersis de testi. Quanto prædicti testes sunt maioris auctoritatis, & sanctitatis, tãto maior fides est illorum dictis adhibenda. §. in criminali. ver. Item testium. 4. q 3 & leg 2. ff. de testi. Quo facto fundamento, sic procedit prædictus doctor subtilis dic. *Aut libri sacræ scripturæ sunt illorum auctorum, quorum esse dicuntur, an non. Si sunt eorum, cum mendacium in fide, & moribus cum tanta severitate condemnent, quomodo verisimile est eos fuisse mentitos, dicendo sic ista esse, cùm aliter fuisse cognoscant?* Nam qui considerat quantæ sanctitatis fuerit Moyses, quomodo potest dubitare ipsum in scriptura sua fuisse mentitũ? de quo dicitur Ecclesiast 46. *Dilectus Deo, & hominibus Moyses*, & Psalm. 102. ait Propheta dẽ Deo : *Notas fecit vias suas Moysi*, & ipse Deus inquit de Moyse Num. 12. *Ore ad os loquor ei, & palam non per ænigmata, & figuras videt Deum*, & Exod. 33. etiam dicitur : *Loquebatur Moyses cum Deo facie ad faciem, sicut loquitur homo ad amicum suum*, præterea quis dicere posset Esaiam, Hieremiam, Danielem, Ezechielem, cæterosque Prophetas fuisse mentitos? de quibus inquit Augustinus libro 22. contra Faustum : *Dico illorum hominum non tantùm linguam, verum etiam vitam fuisse propheticam*, &c. Quis Ioannem Baptistam in vtero matris sanctificatum, Lucæ 1. sicut fuit Hieremias, vt habetur sui libri 1. ca. credet mendacia protulisse? quo quidem Ioanne, *non surrexit maior inter natos mulierum.* Matthæi 11. quique tantæ fuit sanctitatis, vt ipse Messias, & Christus esse putaretur. Ioannis 1. Quis hoc credet de Petro, & Paulo, Ioanne Euangelista, ceterisque Apostolis? de quibus ait Augustin. sermone 2. de Epiphania : *Apostoli velut alij cæli enarrauerunt nobis gloriam Dei*, cur ergo non agnoscamus eos cœlos, qui facti sunt sedes Dei, sicut scriptum est: *Anima iusti sedes est sapientiæ*, per hos enim cœlos ille cœlorum fabricator, & inhabitator intonuit, quo tonitruo mundus tremuit. Sanctitas ergo istorum testium authenticam reddit fidem nostram, quia fuerunt testes omni exceptione maiores, de quibus tractatur l. optima in fin. C. de contrahen. & commit. sti. tales enim vocantur illi, qui nulla possunt exceptione repelli, secundum glo. Bar. in ca. 1. consan. & affi. quod si cõtra prædicta dicatur, non istos fuisse mẽtitos, sed potius deceptos, respondet doctor subtilis, *quod asserere dubium, tanquam verum, & certum, reputatur mendacium, vel non longè à mendacio* : quod etiam asserunt omnes Theologi in 3. dist. 38. & August. in lib. Enchiri. & transumptiuè in ca. is autem 22. q. 2. vbi ait: *Nec liber est à mendacio, qui ore nescientis verum loquitur.* Non igitur testes fidei, & auctores sacræ scripturæ tanta assertione loquuti fuissent propter vitandum mẽdacium, quod summopere condemnarunt, nisi de dictis suis perfectam notitiam habuissent per claram visionem, & ideo dicebat Ioan. Bapt. Ioan. 1. *Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Ioannes Euangelista inquit, sui Euangelij, cap. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis*, & in prima sua canonica epistola cap. 1. Iterum dicit : *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, hoc testamur & annunciamus vobis*, & Actuum 10. inquit Petrus : *Nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum, & in Hierusalem, qui manducauimus, & bibimus cum illo, postquam surrexit à mortuis*, & 2. Canonicæ epistolæ suæ, 1. cap. iterum ait : *Non indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria; hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cũ essemus cum ipso in monte sancto.* Quia ergo vera, omnes testes fidei nostræ de visu locuti sunt, ideo dubia pro certis non asseruerunt. Quòd si forte iterum dicatur, quod propter temporalia lucra mentiti sunt, respondet prædictus doctor, hoc esse falsissimũ, quia hi omnes temporalium contemptores fuerunt. In quorum persona dicitur Matthæi 19. *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. & Paulus ad Philippenses 3. pro se, & omnibus alijs ait : *Omnia arbitramur esse vt stercora*,

Digitized by Google

flercoræ, vt Christum incrisacerem. Imò pro veritatis testimonio non solum temporalia, sed etiam vitam perdere, & innumera mala tolerale voluerunt, de quibus ait Apostolus ad Hebræos 11. *Alij distenti sunt: Alij vero ludibria, & verbera experti. Insuper, & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ, & hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt:* & Hieronymus in epistola à Pammachium, & Oceanum inquit: *Esaias serra secatur: Daniel leonibus deputatur, Ioannes Baptista capite truncatur, &c.* & infra: *Et hoc totum, vt nos à peccatis sua doctrina reuocarent*, hæc ille. Si autem dicatur, quod libri sacræ scripturæ non sunt istorum sanctorum; sed eis falsò sunt adscripti, dicit doctor subtilis, quod hoc asserere graue est, & inconueniens valde videbitur esse, quia sic negabitur quicunque alius liber fore illius, cuius dicitur fuisse. Præterea aut isti, qui eorum nomine libros descripsisse dicuntur, non fuerunt Christiani, aut sic: Si dicitur, non fuisse Christianos, non videtur verisimile, quod voluerunt tales libros conscribere, & alijs intitulare, atquè sectam, & ritum viuendi magnificare, cuius contrarium ipsi credebãt, & obseruabant. Si vero dicantur fuisse Christiani, quomodo credendum est, quod tales libros mendaciter descripserint, cum lex Christiana mendacium tam seuere persequatur, Propheta Dauid Psalm. 5. attestante, qui ait Deo: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Quomodo etiam isti libri, ita authentici extitissent, atq; ita diuulgati esse talium auctorum, nisi fuissent eorum, & ipsi auctores authentici? Quia ergo fides nostra, tot, & tales habuit dignissimos testes, & scriptores authenticos, ideo verissima est.

4. Ratio desumitur ab eximinantiã perscru

QVartum fundamentum, quod ponit doctor subtilis vbi supra, est examinantium perscrutatio, & diligentia. Scriptura enim sacra ita fuit à patribus antiquis examinata, quòd nisi liquido perspexissent eam à Spiritu sancto processisse, nunquam eam approbassent, & canonizassent. Quapropter prædictus doctor sic arguit: Aut nulli credes de contingentibus, quæ non vidisti, & ita non credes mundum fuisse factum ante te: nec locum fuisse in mundo, vel esse in quo non fueris: nec istum esse patrem tuum: nec illam esse matrem tuam, & talis incredulitas destruet totam vitam politicam. Si autem vis alicui credere de contingentibus. quod tibi non fuit euidens: maxime credendum est illis, quæ tota communitas approbat (præsertim si communitas illa famosa sit & honesta, & cum maxima diligentia, & examinatione recepit approbata.) Talis autem est sacræ scripturæ canon. Tanta nempe apud Iudæos de libris habendis in canone solertia fuit, & tanta apud Christianos de libris recipiendis, tanquam authenticis, quod de nulla scriptura pro authentica habenda tanta solicitudo vnquam est inuenta. Et ideo tenenda est tanquam verissima, & præcipuè cum tam solennes communitates de scripturis istis curam gesserint, tanquam de continentibus necessaria ad salutem: de quibus Augusti. diffuse loquitur in decimo oct. de ciuitate Dei. Et ideo cuncti debent fidem adhibere sacræ scripturæ canonicæ, & per Ecclesiam approbatæ ca. ego solis, & c. si ad scripturas, & cap. quis nesciat, nona distinct. Et à tam excellentissimis doctoribus declaratæ, tam Græcis quàm Latinis, de quibus habetur in cap. sancta, 15. distinct.

tatione, ac diligentia.

5. Ratio desumitur ab honestorum & rationabilium continentia.

QVintum fundamentum est honestorum, & rationabilium continentia, & quantum ad ea, quæ nobis credenda proponuntur, & quantum ad illa, quę nobis faciẽda præcipiuntur, vt patet singula discurrendo. Et ideo de lege Euangelica, ait Dauid Psal. 18. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, &c.* Et de Christo latore ipsius dicitur Iob 30. *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus est ei similis in legislatoribus.*

Sextum

Digitized by Google

6. ratio accipitur à martyrum testimonio, & tolerantia.

SExtum fundamentum est martyrum tolerantia. Fides enim nostra multum redditur authentica martyrum testimonio, qui non solùm verbis, sed proprio sanguine, vsque ad mortem, ipsam defendere voluerunt. Quia enim, vt ait Hieronymus, martyrium non est humani meriti, nullatenus dubitandum est, nõ ista potuisse vllo modo proferre, nisi supernaturaliter, & diuinitus adiuti fuissent. Tanto autem magis præclara fuerunt fidei nostræ testimonia, quanto innumerabiles pœnæ fuerunt martyrum pro ipsa sanguinem suum effundentium. Ait enim Hieronymus in prologo martyrologij, quod nullus est dies in anno, exceptis Kalendis Ianuarij, in quo Ecclesia non possit festum quinque millium martyrum celebrare, de quibus etiam scribit August. 18. de ciuit. Dei, cap. 52. & super Psalm. 118. di. Massa martyrum ex omni populo, tribu, & lingua, ex vtroque sexu, & ex omni ætate collecta est, &c. Et hoc valde mirabile fuit, quod in toto orbe terrarum, tanta multitudo hominum, diuersorum idiomatum pro eo, quem nunquam viderat se tantis cruciatibus exponeret, & mortem libenter sustineret. Inter quos martyres fuerunt quamplurimi viri sapientissimi, vt Paulus, Dionysius Areopagita, Cyprianus, Isidorus, Cosmas, & Damianus, & alij multi, vt hæc tolerantia martyrij, ignorantię nõ posset adscribi. Fuerunt quoque inter eos plurimæ illustrissimæ personę, vt Catharina, vxorque Maxentij Imperatoris, ac sancta Sabina Romana, & sanctus Hermes, Eustachius, Chrysantus, Tyburtius, & alij plurimi. Item viri fortes, & in prælijs valorosi, vt Machabæorum legio, & sanctus Christophorus, & similiter de omnibus hominum statibus. Et ideo beatus Maximus, considerans eorum mortem fuisse fidei nostræ firmamẽtum, ait in sermone martyrum: *Veneremur ergo inter tantos Christi milites fidem nostrã, in qua isti illustres athletæ subscripserunt sanguine, mortem iurauerunt, &c.*

7. Ratio accipitur ab Ecclesiæ stabilitate.

SEptimum fundamentum est Ecclesiæ stabilitas, & permanentia. Nam fides Christiana, & Ecclesia Catholica innumeras passa est persecutiones, non solùm hæreticorum plurimorum, qui conati sunt diuersimode destruere fidem Catholicam, de quibus habetur in capit. quidam autem, 24. quæst. 3. Vbi fere centum hæreses enumerantur, quæ ex suis auctoribus, vel ex causis nomine proprio nuncupantur, sed maxime passa est tribulationes, & persecutiones ab infidelibus tyrannis, Regibus, & Imperatoribus, & non ab vno, vel duobus solum, sed a plurimis, & per vniuersum orbem, vt à Nerone, Domitiano; Traiano; Antonino; Seuero; Galieno; Decio; Valeriano; Diocletiano; Maximiano; Maxentio; & alijs multis, & tamen nunquam potuit prosterni, nec annihilari, licet persecutiones habuerit, non solum in temporalibus, & corporibus bonis, sed etiam in spiritualibus. Imò magis semper creuit. Et ideo per hoc apparet, quòd à Deo ordinata fuit iuxta illud, quod ait Gamaliel sapientissimus Iudæorum, Actor. 5. loquens de fide Christi, & dic. *Si ex hominibus erit consilium hoc, aut opus, dissoluetur. Si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, &c.* Ea propter inquit August. super Psalm. 40. *Occisi sunt martyres ad multiplicandam Ecclesiam, valuit sanctus sanguis effusus seminationi fidelium, multiplicati sunt magis magisque Christiani,* & in 18. de ciui. Dei, idem ait: *Inter horrendas persecutiones, & varios cruciatus, ac funera martyrum, prædicatum est in toto orbe Euangelium, contestante Deo signis, & ostentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti muneribus, vt populi gentium credentes in eum, qui pro eorum redemptione Crucifixus est, Christiano amore venerarentur sanguinem martyrum, quem diabolo fuderunt. Ipsique reges quorum legibus vastabatur Ecclesia, eius nomini salubriter subderẽtur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt, et falsos Deos imperent persequi, quorum causa cultores Dei veri antea fuerant persecuti,* hæc ille.

Ecclesiæ stabilitas.

OCtauum fundamẽtum est captiuitas, & dispersio Iudaica, de qua dicemus in 3. parte huius sermonis. Et ideo hic solum dico, quod propter persecutionem, *8. Ratio desumitur à captiuitate et dispersione Iudæa.* quam fecerut Iudæi Domino Iesu, ipsum ne Iudæa cruci-

Digitized by Google

crucifigi facientes perdiderunt regnum ſuum nũquam illud amplius habituri: & cum Iudaica natio eſſet nobilior, atq; excellentior omni alia natione, facta eſt inter omnes abiectiſſima, viliſſima, turpiſſima & ignominioſiſſima, quod cõſiderans Rabbi Moyſes Iudæus, ſcripſit ſummo magiſtro Iudæorum, dic. *Nunc Domine mi parce, quod illud peccatũ, propter quod ſumus in hac deſolatione, illud peccatum ſuper quo locutus eſt Dominus per Amos 2. cap. dic. Super tribus ſceleribus Iſrael conuertam (alias, transferam,) & ſuper quartum non transferam, eo quod vendiderunt iuſtum pro argento. Dicunt enim Chriſtiani, quibus pro ſtudio librorum ſanctorum, videtur eſſe traditum à Deo, quod primum in quatuor ſceleribus Iſrael, fuit venditio Ioſeph à fratribus ſuis, & ſecundum fuit adoratio vituli in Oreb. Tertium verò, occiſio Prophetarum, propter quæ fuimus captiuati in Babylone: & dicunt quod quartum ſcelus fuit, venditio iuſti Ieſu, qui ad literam fuit venditus poſt tranſmigrationem de Babylone, propter quod ſumus nunc in captiuitate, de qua loquitur Dominus, & comminatur, quod non reducet nos vltra in terram promiſſionis, cum dicit: Et ſuper quartum non transferam, quia vendiderunt iuſtum pro argento, & apparet nobis, quod nos ſuper iſto quarto peccato venditionis iuſti, ſumus puniti, iam ſunt mille anni, in quibus nihil profecimus inter gentes, nec eſt ſpes proficiendi amplius,* hæc ille. Et hoc eſt certiſſimum ſignum, quod Chriſtus fuit verus Meſſias in lege promiſſus, quo adueniente debebat ceſſare regnum Iudaicum, vt probat Auguſtin. in ſermone de aduentu, & nos declarabimus in dicta parte 3. huius ſermonis.

9. Ratio accipitur à miraculorum efficacia.

NOnum fundamentum, eſt miraculorum efficacia. Miracula enim facta per Chriſtum, & alios ſanctos in nouo teſtamẽto, fuerunt ſufficiens argumentum fidei noſtræ. Et ideo dicebat ipſe Dominus Iudæis Ioan. 10: *Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.* Et iterum: *Si mihi non vultis credere ſaltem operibus credite,* & Matth. 11. volens in fide ſua confirmare diſcipulos Ioannis, remiſit eos ad miracula, dic. *Euntes, renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, &c.* & Ioan. 15. etiam ait de Iudæis: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent,* per iſta enim opera miraculoſa oſtendit ſe eſſe æqualem patri æterno, vnde inquit. Ioan. 5. *Pater in me manens, ipſe facit opera,* & ibidem: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor,* & iterum: *Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius, quos vult viuificat.* Dicit igitur B. Thom. in 3. parte ſummæ, q. 43. ar. 4 Quòd miracula quæ fecit Chriſtus, erant ſufficientia ad confirmandam fidem. Primo propter eorũ ſpeciem, quia excedebant omnem poteſtatem virtutis creatę. Et ideo non poterant fieri, niſi virtute diuina, vnde cęcus illuminatus dicebat, Ioan. 9. *A ſeculo non eſt auditum, quòd quis aperuerit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.* Secundo propter modum faciendi, quia propria virtute miracula faciebat, nõ autem orando, ſicut alij, vnde Lucæ 6. dicitur, quòd virtus de illo exibat, & ſanabat omnes, per quod oſtendebatur, ſecundũ quod ait Cyrillus, quòd nõ accipiebat alienam virtutem, ſed cum eſſet Deꝰ naturaliter, ſuper infirmos propriam virtutem oſtendebat. Et propter hoc innumerabilia miracula faciebat, vnde ſuper illud Matth. 8. *Omnes malè habentes curauit,* dicit Chryſoſto. *Intende quantam multitudinem curatam tranſtulit Euangeliſta, non vnumquemque curatum enumerantes, ſed in vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes.* Hæc igitur miracula ſufficienter reddebant doctrinam ſuam authenticam, vnde ſtupentes Iudæi dicebant, Marc. 1. *Quænam doctrina hæc nouæ, quia in poteſtate ſpiritib. immundis imperat, & obediunt ei?* Non ſolum autem expellendo dæmones faciebat miracula, ſed generaliter in omnibus creaturis oſtendebat ſuam diuinitatẽ per opera miranda, vnde Greg. in hom. Epiphaniæ inquit: *Omnia quippe elementa ſuum factorem ſuum venire teſtata ſunt, Deũ enim hunc cœli eſſe cognouerunt, quia ſtellam protinus miſerunt. Mare cognouit, quia ſub planta eius ſe calcabile præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucem ſuæ radios abſcondit. Saxa, & parietes agnouerunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Inferni* cogno-

Miracula quæ Chriſtus fecit, erant ſufficientia ad confirmandam fidem.

cognouit, *quia hos, quos tenebat mortuos reddidit*, &c. De ipsius aũt miraculis inenarrabilibus, inquit Ioannes Euangelista, sui Euangelij capitulo vltimo: *Multa alia signa fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum mundum arbitror capere posse eos, qui scribendi sunt libros.* Dedit quoque Apostolis suis potestatem faciendi miracula, vt patet Matthæ. 10. & Luc. 9. Imò etiam omnibus in se credentibus vt patet Marc. vlt. vnde ait, Ioan. 14. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*, sc. me auxilium præstante, *quia sine me nihil potestis facere*, Ioan. 15. Quod autem maiora facta sint miracula, manifestum est. Nam ad vmbrã transeuntis Petri sanabantur infirmi, vt habetur Act. 5. Quod maius videtur, quam sanari ad tactum Christi, vel ad vocem eius. Pertranseo autem innumerabilia prodigia, quæ facta sunt, & quotidie fiunt a Christi fidelibus, quia nimis esset prolixũ ea recensere. Cum igitur in nulla alia secta fiant vera miracula, sed solũ in fide Christi, quia licet quando Iudæi tenebant fidem do aduentu mediatoris, tunc inter illos fiebant prodigia, tamen post aduentum eius deficientib. eis à fide ipsius cessauerunt etiam omnia miracula, profectò constat fidem Christianam esse certissimam & verissimam. Et ideo Augustin. in libr. 2 de Trinit. ait: *Domine si decepti sumus, non nisi à te decepti sumus. Nam sunt tot, & tantis signis firmata, quæ nisi per te fieri potuerunt.* Decimum fundamentum est fundantium Ecclesiam in potentia, sc. Apostolorum, qui erant idiotæ, &c. De quo vide in secunda parte huius sermonis Christi. Ad maiorem autem prædictorum confirmationem, in hoc sermone confutabimus tres sectas. Prima est Paganı. Secunda Machometi. Tertia Iudæi.

DE SECTA PAGAnorum, siue Gentilium.

Paganorum secta hic cõfutatur.

PRIMA secta est Paganorum, qui antiquitus colebant multos pro dijs videlicet; Saturnum; Iouem; Mercurium; Herculem; Iunonem, Proserpinam; Palladem, Deam vestem; Cererem; Vulcanum; Bacchum, siue Liberum: Ianum; Quirinum; AEsculapium; AEolum; Dianam; Veneré; Mineruam; Apollinem; Plutonem; Martem; Phœbum, Neptunum; ac multa alia idola manu facta, pro opinione quorum allegant quidam illud Apostoli, 1. ad Corinth. 8. vbi inquit: *Siquidem dij sunt multi, & Domini multi.* Quibus respondet Scotus, in 1. dist. 2. Quod Apostolus loquitur secundum opinionem idololatrarum, vnde in eodem, capit. reprobat eorum sectam dic. *Nam etsi multi sunt, qui vocentur dij, siue in Cœlo, siue in terra, nobis tamen est vnus Deus. Omnes autem dij gentium, dæmonia*, Psalm. 95. potest etiam dici, quod Apostolus loquitur de illis, qui aliquid amant, plus quam Deum, & in eo ponunt finem suum Hoc enim est eis pro Deo, iuxta illud Augu. in quodam sermone dicentis; *Hoc pro Deo ab homine colitur, quod ab eo præ cæteris diligitur*, vnde de gulosis inquit idem Apostolus, ad Ephesios 3. *Quorum Deus venter est.* Prima tamen expositio est melior contra gentiles ac paganos, adorantes statuas manu factas pro Deo, qualis erat statua aurea Nabuchodonosor, Dan. 3. Cõtra quos inquit Dauid in Psalm. 113. *Simulacra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum: Os habent, & non loquentur, & oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Talia tamen simulacra, gentiles sapientes deridebant, vnde refert Ambros. li. 2 de Virginibus, quod Dionysius tyrannus, cum intrasset in templum Iouis, amiculum aureũ, quo eius operiebatur simulacrum, detrahi iussit, & imponi lancum, & dixit: *Aurenm hyeme est frigidũ, æstate verò onerosum.* Deum autem suum sic irrisit, vt nec onus ferre posset, nec frigus portare. Item cũ AEsculapij vidisset barbam auream, tolli eam imperauit, dicẽs: Incongruum esse ipsum barbam habere, quam Apollo eius pater nõ haberet. Item simu-

fatetur, quæ plures Deos adorabat.

Gentiles sapientes deridebant, modo simulacra deridebant.

Digitized by Google

ſimulacris tenẽtibus patinas aureas, ademit eas, allegãs, ſe accipere debere, quod Dij darẽt. Et ſubdit Ambroſ. *Ita ludibrio habiti ſunt, vt neq; Iupiter veſtem ſuam defendere potuerit, nec barbam Æſculapius, nec Apollo pubeſcere adhuc cœperit, nec omnes qui dicuntur dij, defendere potuerunt pateras, quas tenebant.* Apparet autem ſtultitia paganorum, qui, vt refert Salomon, Sap. 13. putauerunt eſſe rectores orbis terrarũ & Deos, Solem, aut Lunam, aut Stellas ſiue aerẽ, aut aquam, vel ignẽ. Nam nulla rationabili cauſa ad hoc moueri poterant, ſed inſipientia. Sicut Chaldęi, de quibus legitur in quadam hiſtoria Scholaſtica, quod cum ipſi adorarent ignem, quem appellabant Deum Deorũ, ad ad hoc etiam alios cogebant hoc modo: Offerebãt enim quibuſcunq; negantibus ignem eſſe Deum, & alium Deum colentibus pugnam. Ita quod ſi Deus eorum ab aliquo vinceretur, eius culturam admitterent. Si vero ignis eorum Deus aliorum idola conſumeret, illi ad ignẽ ſemper colendum ſe obligarent. Quapropter Canopæi qui idolum belli adorabant, de capite idoli ſui coronam auream. & ſuper caput eius quoddam vas teſteum poſuerũt, & illud foraminib. perforauerũt, & cum cera obturauerũt, & illud aqua impleuerunt. Venerunt igitur Chaldæi ad illud idolum examinandum, & poſuerunt in ignem. Statimq; in foraminib. cera liquefacta deſcendit aqua, & ignem extinxit, & ſic prævaluiſſe creditum fuit idolum Canopæi cuiuſdam ciuitatis Aegypti, Deo Chaldæorum. Hæc etiam gentilium ſecta reprobatur duplici ratione: Prima dicitur irrationabilitatis. Quid enim hac fide demẽtius? Quid hac cultura peius? Quid ve hoc errore irrationabilius? O inſania peſſima. O demẽtia iniqua. O cæcitas conſummata, paganorum & gentilium idola non Deum colẽtium. Hanc enim inhoneſtam ſectam reprobauerũt omnes Philoſophi naturales firmiſſimis, & naturalib. rationibus. Hanc etiam fidem reprobauit Socrates Philoſopus maximus Athenienſis, qui vt habetur in libro de morib. Philoſophorũ, & recitat Valerius maximus, lib. 7. Quia prædicabat Athenienſibus, ne colerẽt Apollinem pro Deo, ab eis veneno eſt occiſus. Dicebat aũt Socrates, quòd potius canem quàm idola coleret. Quia canis eſt factura Dei, idola autẽ vana ſunt factura hominum. Et hoc refert Aug. in li. de vera religione. Quid dicã de maxima ſtultitia paganorum, & gentilium, qui ad tantam dementiam deducti erant, quod non tantùm idola colebant, in quibus dæmones communiter habitabant, & eis reſponſa dabãt, ſed vltra hoc eis filios proprios immolabãt, & in eorum honorem occidebãt, dicente Propheta, Pſal. 105. *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.* O nefandiſſima cultura. O fides diabolica. O lex omnino deteſtanda.

Hæc Paganorum ſecta duplici ratione reprobatur. 1. dicitur irrationabilitatis.

2. Hæc paganorũ ſecta reprobatur, ex hoc quod plures Dij eſſe nequeant.

SEcunda ratio quare reprobanda eſt hęc ſecta gentilium, dicitur eſſe impoſſibilitatis. Impoſſibile eſt. n. quòd ſint plures dij, vt probant Theol. maxime Alexan. de Ales, in 1. parte ſummæ in tractatu de eſſentia diuina, & Franc. de Mairo. in cõſtatu. di. 2 & B. Tho. in ſumma contra gen. l. 1. c. 42. & Richar. & S. Bonau. ac Petrus de Aquila, & Ioan de Ripa. in 1. ſententiarum, d. 2. & Scotus doctor ſubtilis ibidem, & 2. Metaph. ſuæ, q. vlr. & Anto. Andr. de Aragonia in quæſtionibus ſuis. Et Dominus Petrus de Candia: Alexander Quintus 1. ſententiarum, diſt. 2. artic. 3. Et hoc probatur quadruplici ratione. Primo ratione diuinę omnipotẽtiæ, ſic arguendo: Quam impoſſibile eſt duos eſſe omnipotẽtes eſſentialiter diſtinctos, tam impoſſibile eſt duos eſſe Deos. Conſequentia iſta patet, quia quicunq; eſſet omnipotens, ille eſſet Deus. Scriptum eius, Ex quo dicit Ambr. & recitat Magiſter ſententiarum, in 1. di. 3. inquiens: *Facmihi tale Cœlum de nihilo, & talem terram, & dicã quòd es Deus.* Ex quo demõſtratur, quòd omnipotẽtia arguit Deitatem, quia quicquid eſt omnipotẽs, eſt Deus. Et ſic patet maior. Sed primũ eſt impoſſibile, videlicet duos eſſ. omnipotẽtes, eſſentialiter diſtinctos. Nam ſi hoc eſſet, vterq; eorum poſſet, quicquid vellet, aliter non eſſet omnipotens. Et tũc alter poſſet alterũ deſtruere. Et ſic ille, q poſſet ab altero

Digitized by Google

destrui, non esset Deus. Et cum vterque posset ab altero destrui, & annihilari, nõ esset omnipotens. Et sic sequitur quòd neuter eorum esset Deus. Et si nullus eorum posset alium destruere, nullus ipsorum esset omnipotens, & consequenter nec Deus verus. Ex quo sequitur, quòd si plures essent dij, nullus esset verus Deus, quod est impossibile. Et ista est argumentatio S. Bonauẽturæ, vbi supra qui ait: *Stat ista sententia, quòd Deus sit omnipotentissimus, ergo poterit facere, quòd omnis alia potentia à sua nihil possit, ergo si sunt duo dij diuersi in natura, hoc potest facere vnus de altero, quòd alter nihil possit, & econuerso. Sed cui potentia potest auferri, non est Deus, ergo non sunt duo, nec plures dij.* Petrus vero de Aquila, vbi supra ait: *Ponatur, quòd sint duo dij, & vnus velit Petrum producere, & alius non. Aut Petrus producetur, aut non. Si sic, ergo ille qui non vult, non erit omnipotens, quia non potest impedire productionem illius, & consequenter non est Deus. Si non producetur, ergo ille qui vult eum produci, non erit omnipotens, quia non potest eum producere, & consequenter non est Deus.*

2. ratio qua probatur multitudinem Deorũ esse impossibilem, desumitur ab infinitate.

Secunda ratio fundatur in diuina infinitate sic: Quàm impossibile est duo actu esse infinita, tam impossibile est duos esse Deos. Consequentia ista patet, quia cum Deus est infinitus actu. Si essent duo, vel plures dij, essent duo, vel plura infinita actu, tam quo ad esse, quàm quo ad posse, & nosse, ac velle, & operari Deus enim est infinitæ actiuitatis 12. Meta. Quo dato sequeretur innumerabilia inconuenientia, quæ causa breuitatis non scribo. Sed primum est impossibile, scilicet duo, vel plura esse actu infinita essentialiter, & realiter distincta. Ergo, & secundum est impossibile, videlicet duos, vel plures esse Deos, quod aut m impossibile sit, plura esse infinita actu essentialiter distincta, probatur sic: Si essent duo infinita essentialiter distincta, aut vnum esset in alio, aut non. Si non, habeo propositum, videlicet quod illud non est infinitum, cum sit dare aliquid in quo non esset, & sic non impleret. De Deo enim dicitur Psalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Item Deus dicit Hiere. 23. *Cœlum, & terram ego implebo.* Vnde vbique est Deus per essentiam, potentiam, & præsentiam, vt per Thomam prima parte summæ, quæstione 40. Si autem sic esset vnus in alio, ergo posset eum annullare, quia in eo haberet potentiam, & ei essentiam dedisse per creationem, hoc enim modo dicitur Deus esse vbique per essentiam, & potentiam: ergo alius non esset Deus scilicet in quo taliter esset. Si verò esset in alio, alio modo, aut sicut accidens in subiecto, & sic dependeret ab illo, tam in esse, quam in conseruari, & sic non esset Deus, cum dependere dicat imperfectionem in eo quod dependet. Aut esset in alio, sicut totum in partibus, vel sicut pars in toto, aut aliquo nouem modorum positorum ab Aristotele in prædicamentis, & qualitercunque esset, diceret imperfectionem, & sic non esset Deus.

Duo infinita actu essentialiter, distincta esse nequeunt.

Tertia ratio fundatur in summa Dei delectatione. Nam si essent duo dij essentialiter distincti, cum felicitas æterna Deorũ plusit ipse Deus secundum Theologos, in quarta distinctione 49. ergo duę essent felicitates essentialiter distinctæ. Vterque enim Deus ab alio essentialiter diuersificatus haberet vnam, aut ergo dicis, quòd vnus eorum non sentit, nec habet felicitatem alterius: ergo non est perfectè beatus, quia deest sibi vna felicitas. Beatitudo enim est, vbi nihil deest aliquid boni, secundum Augustinum, in 22. de ciuitate Dei. Et est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt inquit Boetius 3. de conso. Aut dicis, quod vnus sentit felicitatem alterius: & tunc, aut vnus fruitur alio, & è contrario, aut vnus vtitur alio, & è contrario. Si vnus fruitur alio, ergo sequitur, quòd beatificatur in alio, & sic eius beatitudo dependet ab illo alio. Et sic alius posset facere, quòd iste non esset beatus, subtrahendo se sibi, aliter ipse non esset omnipotens, & sic ille non esset beatus. Et idẽ posset argui de alio respectu istius, quo dato sequitur, quod si sunt duo dij, non sunt duo dij, quod implicat

3. Ratio qua probatur multitudinem Deorũ esse impossibilem, desumitur ab infinitate.

contra-

Digitized by Google

contradictionem. Si verò dixeris, quod neuter fruitur altero, sed solùm vtitur illo, tũc sequitur, quod ille, qui vtitur Deo. & non fruitur, est peruersus, & habet in sua voluntate magnam peruersitatem, quod de Deo nefas est sentire. Et probo consequentiam per dictum Ambrosij dicentis: *Magna voluntatis peruersitas est, vti fruendis, & frui vtendis.* Temporalibus enim, & creaturis solùm vti debemus, frui autem solo Deo, & non vti. Vtimur enim creatis, tamquam vtilibus ad finem consequendum in beatitudinem, quæ non est in eis. Frui autem, est soli Deo adhærere propter seipsum tantum, & in ipso beatificari. Vt inquit Aug. in lib. de doctrina Christiana, & recitat magister. in 2. dist. 1.

Plures non posse esse Deos probatur rationib. fundatis, in debita, ac sempiterna ordinatione rerum ad extra.

QVarta ratio fundatur in rerum ad extra, debita & sempiterna ordinatione, sic: Si essent duo dij essentialiter distincti & vterque eorum haberet voluntatem liberam, à volũtate alterius essentialiter distinctam, & nullo modo ab ea dependentem. Et sic vnus posset aliquando velle pluuiam, & alter serenum; vnus frigus, alter calorem; vnus ventos, & alter non; & vnus posset velle mundum destruere, alter conseruare; vnus istum mori, alter viuere. Sicut dicunt poetæ de Iunone, quæ volebat Troianos perire. Venus autem volebat eos saluare. Item Iuno volebat secundùm eos, quod Turnus occideret AEneam, & vxorem haberet Lauinam filiam regis Latini. Econtra verò Venus, vt patet per Virgil. 1. 2. 9. & 10. AEneidos. Et potest congruè recitari oratio Iunonis ad AEolum, & responsio eius & oppositio Neptuni cum verbis iniuriosis contra ventos & AEolum, quæ habentur. 1. AEneidos. Et sic sequeretur confusio, & destructio ordinis vniuersi, cuius oppositum ad experientiam videmus. Nam ordine mundum Deus, & ratione gubernat. Et propter hoc Philosophi deuenerunt in notitiam vnius, & solius Dei. vnde Philo. 12. Meta. in fine sic concludit: Quia igitur res nolunt malè disponi, non est bona pluralitas principum, vel dominorum, vnus est ergò princeps, & 8. Eth. iterum ait: *Melius est esse vnum in vniuerso principe, quàm plures.* Regnum enim non capit duos, vnde Hieronym. ad Rusticum, & habetur in c. in apibus. 7. q. 1. inquit: *In apibus principes sunt. Grues sequuntur vnam ordinem litterato. Imperator vnus. Vnus iudex prouincie. Roma vt condita est, duos fratres simul reges habere non potuit, & parricidio dedicatur,* vnde L. ucan. ait: *Fraterno primi maduerunt sanguine muri. In Rebecca vtero Esau & Iacob bellantur. Singuli Ecclesiarum Episcopi. In naui vnus gubernator. In domo vnus Dominus. In quouis gradu, & exercitu, vnius signum expectatur.* hæc ille. Multo ergo magis ad regimen mundi, vnum solum omnium gubernatorem esse oportet. Si enim essent plures dij diuersæ naturæ, cùm diuersitas naturarum causet varietatem animarum. c. quia diuersitatem. de concess. præben. inter se nõ conuenirent, nec essent concordes, iuxta illud Lucani in 1. *Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit.* hinc Lactan. in 1. diuinarum Instit. c. 3. inquit: *Sicut enim, si in vno exercitu, tot fuerint Imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ, primùm nec instrui poterit acies, vnoquoque periculum recusante, nec regi facilè, aut temperari, eò quòd suis consilijs proprijs vtantur omnes, quorum diuersitas plùs noceat, quàm profit. Sic in hoc rerum naturæ imperio, nisi vnus fuerit ad quem totius summæ cura referatur, vniuersa soluentur, & corruent.* hæc ille. Confirmat hæc omnia. S. Bonau. in 2. sententiarũ di. 1. ar. 1. q. 1. *Omnes,* inquit *res mundanæ habent vnum principium productiuum, tum propter rerum varietatem, quia multitudo, & pluralitas habet ortum ab vnitate, tum propter rerum mutabilitatem, quia omne mutabile est ab immutabili, tum propter rerum ordinem, quia ordo habet ortum à primo.* hæc ille.

Diuine essentiæ vnitas probatur ex infinitatis ratione.

POtest quoque diuinæ essentiæ vnitas probari ex infinitatis ratione. Nam infinito non est dare maius 3. Physicorum. Sed si plures essent dij essentialiter distincti, singuli haberent infinitatem ab alio separatam; quia vt dicitur Psalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magni-* *ratione, quia infi-*

Digitized by Google

Vltra nihil potest dari maius.

tudinis eius nō est finis, & per consequēs dato quolibet eorū posset assignari maior infinitas. s. ex adunatione omnium Deorum simul. Et confirmatur hoc argumentum per dictum Anselmi. in lib. proslo. ca. 2. vbi ait: *Quòd Deus est quoddam summum bonum, quo aliquid maius non potest cogitari.* Sed si essent plures Dei, quilibet eorum aliquid maius cogitari posset, quia illi plures simul aliquid maius essent, quàm vnus solus. Item (secundùm Damascenum) si plures essent Dei: singuli eorum essent vniuersaliter perfecti. Aut ergo illi omnes simul ponerent maiorem perfectionem intensiue, vel extensiue, aut non; si sic: sequitur, quod nullus eorum est vniuersaliter perfectus, & per consequens non est Deus. Si ergò non sunt essentialiter distincti, sed potius vnum & idem, sicut diuinæ personæ, quæ simul non ponunt maiorem perfectionem, quàm vna illarū. Item quodlibet superlatiuum de vno solo dicitur, vt nota. in l. vbi autem non apparet. ff. de verborum obligatio. & in l. Si quid. § fi. ff. de ædili. edic. & in c. Metropolitano. 63. di. 8 superlatiuum enim idem est quod super omnia latum. Sed esse optimum, est superlatiuum. Ergò vnus solus, s. Deus est optimus. Et hoc est quod ait commentator super 1. Ethic. commento. 67. vbi inducit hanc cōtradictionem, dicens: *Si plura sunt optima, nihil est optimum, quia optimum est quod vni soli conuenit*, hæc ille. Et propterea inquit B. Tho. in summa contra gen. li. 1. c. 42. *Impossibile est esse duo summè bona, quia quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit. Sed Deus est summum bonum, ergò est vnus solus.* Et ex prædictis tollitur argumentum, quòd potuisset fieri sic. Plura bona sunt paucioribus meliora. 3. Topic. Sed plures dij sunt plura bona; ergò melius est esse plures, quàm vnum. Quia respōdet S. Bonau. in 1. di. Quod dictum philosophi habet veritatem in bono creato, & finito, quod ratione suæ finitatis recipit bonitatis augmentum per additionem alterius boni. Nō autem intelligi potest de bono infinito, quod augeri non potest. Potest quoque vnitas essentiæ diuinæ probari

Argumenti eiusdem solutio probantis plures Deos esse posse.

auctoritatibus diuersis. Et primo gentilium philosophorū. Nam Arist. in 8. Physic. ait: *Oportet esse vnum principium, & non multa*, & Plato in Timæo, inquit: *Mundus est vnus, quia iuxta vnū exemplar est formatus.* Arist. quoq; in 1. de Cœlo & mūdo dicit: Quod sicut mundus nō potest esse nisi vnus, ita & à fortiori primus motor nō potest esse nisi vnus. & probatur sic: Si possent esse plures motores, stante mundi vnitate, vel ambo mouerent idem mobile, vel vnus tantum. Si ambo, cùm vnus sufficiat, alter superfluit. Quia *frustra fit per plura, quod æquè bene fieri potest per pauciora*, vt notatur in l. 1. in princip. C. communia de lega. Si vnus tantum, sequitur, quod alter permanet otiosus: vel si nollet esse otiosus, requiret alium mūdum, & sic oporteret, quòd duo essent mundi, quod est cōtra Philosophos omnes naturales. Quæ omnia confirmat Lac. in 1. diui. inst. & etiam ait: *Sit igitur nostri operis quæstio illa consequens, atque secunda: Vtrum potestate vnius Dei mundus regatur, an multorum. Nemo est qui Deum sapiat, rationemq; secum putet, qui non vnum esse intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem qua condidit virtute, moderetur. Quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum, nisi fortè arbitremur si plures sint, minus habere singulos neruorum, atque virium, quod quidem faciunt hi, qui multos esse volunt, quia necesse est imbecilles esse. Siquidem singuli, sine auxilio reliquorum tantæ molis gubernacula sustinere non possunt. Deus autem, qui est æterna mens, ex omni vtique parte perfecta consummataque virtus est: quod si verum est, vnus sit necesse est. Potestas enim vel virtus absolute retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum est æstimandum, cui nihil decidere, idq; perfectum, cui nihil possit accedere.* hæc ille. Qui etiam ibidem ait: *Poetæ (quamuis Deos carminibus ornauerint) sæpissimè tamen confitentur vno spiritu, vel mente vna contineri, regique omnia.* Idem quoque doctor postquam opiniones multorum gētilium de Deo enumerauit, concludit dicens: *Horum tamen sententia, quamuis sit incerta, eorum spectat, vt prouidentiam esse vnam consentiant.* & Philos. 8. Physic. dicit prædicta confirmando: *Vnum meneus magis, quàm multa oportet existere.* Aug. autem in 8. de ciuit. Dei, inducit Platonem

qui

qui ait: *Deus eſt vnus verus, & optimus, qui cuncta præcellit.* Auicenna autem in 1. Meta. c. 6. inquit: *Impoſsibile eſt ei, quod eſt, neceſſe eſſe, ſit compar aliud neceſſe eſſe:* hęc ille. Vocat autem Deum neceſſe eſſe. Vt etiam aſſerit Greg. Signanter autem dixit aliud, quòd denotat diuerſitatem eſſentiæ, & nō alius, quæ dictio denotat diuerſitatem perſonalem, ſecūdùm Auguſt. in li. de fide ad Petrum. Tryſmegiſtus etiã ad Aſclepium ſcribit, *Quia vnus eſt mundus, vnus eſt Deus.* Sibyllæ quoque idem proteſtantur: De quib. Lac. vbi ſupra inquit: *Omnes Sibyllæ vnum Deum prædicant.* Ari. etiam 12. Meta. ait: *Deus eſt vnum æternum, & nobilis infinitæ nobilitatis.* Auctoritatibus quoque fidelium probãtur prædicta. Nam Pſ. 85. ait Dauid Deo: *Tu es Deus ſolus.* & ipſe Dominus ait Eſa. 44. *Abſque me non eſt Deus.* & Mala. 2. dicitur: *Nunquid non Deus vnus creauit nos?* & Eccl. 1. dicitur: *Vnus eſt altiſsimus Creator omnium omnipotens, rex metuendus nimis,* & Iudith 9. dicitur Deo: *Tu es Deus, & non eſt alius præter te*, quod cõfirmat Dauid Pſal. 17 dic. *Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?* & Eccle. 36. dicitur Deo: *Non eſt alius Deus niſi tu?* & Eſa. 45. ait ipſe Deus: *Ego Dominus, & non eſt alius, & extra me non eſt Deus.* & idem habetur in c. 1. de ſumma Trini. & fide catho. & 33. di. c. Qui Epiſcopus. & 45. di. c. De Iudæis: & 1. q. 1. c. hi qui. & c. Paulianiſtæ. & 1. q. 3. c. ad menſam. & 22. q. 4. c. ſi quis & 24. q. 1. loquitur. & 26. q. 6. c. non licet. & 23. q. 5. c. puto. & 24. q. 3. c. quidam. & 26. q. 7. c. Nō obſeruetis. & de pœni. di. 1. c. Deus qui. & de cõſe. di. 2. c. Acceſſerunt. & 2. q. 1. c. Deus noſter omnipotens.

Inſipientiſſimi eſt, nõ eſſe Deum, arbitrari.

EX prædictis igitur patet, illum eſſe inſipientem, qui putat nō eſſe Deum, de quo Propheta inquit Pſal. 13. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Nam vt ſup. claruit, oportet eſſe vnum rectorem vniuerſi orbis: aliter omnia ad nihilum tenderẽt, & confuſa eſſent: vnde Claudianus lib. 1. in Rufinum ait: *Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem: Curarent ſuperi terras: an nullus ineſſet Rector, & incerto fluerent mortalia caſu. Sed cùm diſpoſiti quæſiſſem fœdera mundi, Præſcriptoſq; moris fines; annique meatus, Et noctis lucisque vices, tunc omnia rebar Conſilio firmata Dei, qui lege moueri Sydera, qui fruges diuerſo tempore naſci; Qui variam phœben alieno ſuſſerit igni Compleri, ſolemque ſuo, porrexerit vndis Littora, tellurem medio librauerit axe.* de ipſo etiam Deo inquit Ariſtot. 1. de Cælo & mundo: *Deus eſt apud quem eſt vita fixa, ſempiterna in ſæcula ſæculorum, quæ nec finitur, nec deficit,* & Auicenna 8. Meta. dicit: *Deus eſt bonitas pura in deſiderio omnium.* & 5. Meteo. ait Philoſophus: *Ordinatio eorum, quæ ſunt in mundo, eſt ex diſpoſitione primi principij,* quod eſt Deus gloriosus. & in li. de bona fortuna, dicit, *Deum dignificamus Dominum exiſtentem, vt diſtribuat bona & mala.* Et in lib. de regi. principum: *Deo nihil eſt difficile, & ſine eo non eſt poſsibile.* Et primo de Cœlo & mundo inquit: *Diuinum eſſe, neceſſe eſt eſſe intranſmutabile, primum, & ſummum* hæc ille. Pro concluſione autem huius partis dico, quòd eandem ſectam gentilium, dicentium, plures eſſe Deos, reprobant aliæ innumeræ auctoritates ſacræ ſcripturæ. De quibus aliquas ſolum cauſa breuitatis allegabimus. Prima habetur, Deut. 6. vbi dicitur: *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.* Secunda, Exod. 3. vbi dixit Dominus: *Ego ſum qui ſum.* non dixit, nos ſumus, qui ſumus. Tertia. Pſa. 25. *Dominus omnipotens nomẽ illi.* Quarta, Ioan. 10. *Ego, & Pater, vnum ſumus*, dicit Saluator noſter. Quinta, Deuter. 32. *Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.* Sexta Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Non erunt tibi dij alieni præter me* Et in Pſalm. etiam inquit: *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* Septima. Matth. 23. *Vnus eſt enim pater veſter, qui eſt in cœlis.* Octaua. 3d Ephe. 4. *Vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & in omnibus nobis.* Et Imperator. in lege ſecunda. C. de ſumma Trinitate & fide catholica inquit: *Vnius & ſummi Dei nomen, vbique celebretur.*

Digitized by Google

DE SECTA Machometi.

Machometus fuit Ismaelita, siue Saracenus.

SEcunda secta iniqua est Machometi, qui fuit Ismaelita, & Idumæus, quod idem est. Saraceni enim descenderũt ab Agar ancilla Abrahæ quæ ei genuit Ismaelem, & ideò deberent appellari Agareni, sed faciunt se appellari Saracenos à Sara vxore eiusdem Abrahę, de quorum progenie fuit Mahumeth, qui fuit idololatra, vnde in Alchorano suo dicitur, quod Deus dixit ei: *In errore idololatriæ diu manssisti, & inde eduxi te.* Hic ergò ipsam gentem Saracenorum & Turcarum, atq; multas alias decepit nationes: dans eis legem bestialem, & inhonestam, spurcitia, ac libidine plenissimam. Hęc autem secta diabolica reprobari potest 1. ratione falsitatis. Nam ipse impurissimus Machometus ponit felicitatem in delectationibus corporis, velut in gulositate, luxuria &c. & promittit suam legem seruantibus, quòd in alia vita luxuriabũtur, & comedent res delicatas. Dicit etiam, quòd in paradiso habebunt tria flumina, scilicet vnum lactis, aliud mellis, & aliud vini optimi aromatici, quibus quando eis placuerit, poterunt vti, & multa huiusmodi. Quæ secta demonstratur esse falsissima, etiam à Philosophis paganis. Nam Arist. in 1. Ethicorum demonstrat, quòd felicitas nõ consistit in delectationibus corporis, sed animæ, & ideò Auicenna, qui fuit de secta Machometi, despicit omnes eius promissiones, & ponit finem nostrum esse alium, quàm eum, in quo ipse diabolicus Machometus dicit esse, & consistere felicitatem nostram. Vnde in 9. Meta. suæ capitul. 9. inquit: *Lex nostra, quam noster Machometus dedit, ostendit perfectionem felicitatis circa ea, quæ sunt secundùm corpus; sed alia est promissio, quæ solùm apprehenditur intellectu. & ideò sapientibus magis fuit cupiditas ad ostendendam animarum felicitatem, quàm corporum. quæ quamuis daretur eis, non tamen attendũt, nec appreciant eam in comparatione felicitatis, quæ est coniunctio primæ veritatis.* hæc ille. Ex quibus verbis innuit Auiconna, quòd Machometus errauit. & sic ipse Auicenna concordat cum sententia Christi, Ioan. 17. dicentis: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Falsissima ergò est lex Machom. di. quòd sui sectatores habebũt in alia vita plures vxores, quàm nũc habent. Concessit enim suis sectatoribus habere quatuor vxores, tot concubinas quot pascere possunt: & dixit quòd post hãc vitam habebunt vxores Virgines pulcherrimas, quæ tamen non intrabunt Paradisum, nisi quãdo ipsi volent cum eis commisceri, sed stabunt extra paradisum ibi prope: & semper quando ingredientur, vt cum eis commisceãtur, efficientur Virgines. Dixit quoque ibi, quòd nulla mulier intrabit paradisum, nisi eo modo quo dictum est, causa scilicet libidinis virorum sociandæ, & allegat quandam fatuam causam, quare Deus non vellit, quòd mulieres intrent Paradisum; quam omitto causa breuitatis. Hoc autem est falsissimum, quia Deus non facit differentiam sexus in datione regni cœlorum. §. hinc aut nobis in authen. de mona. Falsissimum etiam est illud, quod inquit de vxoribus. Nam hoc est contra dictum Christi in Euangelio. Matt. 22. & Marc. 12. ac Lucæ 10. vbi inquit, quòd *in resurrectione, neque nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.* Item quod inquit de comestione, est falsissimum. Nam *regnum Dei non est esca, vel potus*, vt ait Apostolus ad Rom. 14. Si autem esset verum quod dicit Machometus, oporteret Paradisum repleri sterquilinijs, aut ex digestione cibi Cœlum ipsum fœdari stercoribus. Ratio autem quare Machometus permittebat suos cultores luxuriari, vt infrà patebit, est, quia ipse erat totus libidini deditus, incestuosus, & stuprator, ac adulter. Vnde quando violabat alterius vxores, ne maritus aliquid diceret, & ne populi eum interficerent, dicebat quòd Angelus Gabriel præceperat ei ex parte Dei quòd sic faceret, quia debebant nasci ab eo multi prophetæ, & homines valorosi. Ex quib. patet eius diabolica malitia, &

Machometi secta impugnatur 1. ex hoc quia ponit felicitatem in delectationib. corporis.

populi

populi credentis ei ſtultitia. Præterea, fidem Machometi eſſe nequiſſimam, patet ex modo quo facta eſt: facta enim fuit per auxilium brachij ſecularis, & per fallaciam. Nam habebat Machometus columbam albam, cui nunquam dabat comedere, niſi poſitis granis milij in auribus ſuis, & ipſa inde excipiebat cibum cum roſtro, & vbicunque eum videbat, ad aures eius volabat, intus ponens os, vt extraheret cibum. Qua ſic inſtructa, cùm eſſet coram populis, in loco eminẽti faciebat occulte ab aliquo ſuorum dimitti dictam columbam, & ipſa volante ad aures eius dicebat, quòd erat ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ, quæ eum alloquebatur, cuius conſilio cuncta faciebat. Item cum caderet morbo caduco propter eius luxurias, & ebrietates, ac innu[illegible] beſtialitates, dicebat, quòd tunc erat raptus, [illegible]bat, qui tunc apparebat ſibi Archangelus Gabri[illegible] eum informans de lege quam daturus erat, multiſ[illegible] illos beſtiales populos decepit. Inter alia dicitur in Alchorano eius, quod in die iudicij ipſe transformabitur in forma arietis valde pilosi, & omnes eius legem ſeruantes, in forma pulicum, & intrabunt eius pellem pilosam, & tunc ipſe cum eis ſaliet in Cœlum, quæ eſt ſtultitia, & fatuitas magna. Vt autem hæc porcina ſecta non deſtrueretur, præcepit ipſe fraudulentus Machometus, quòd ſi aliquis contra legem ſuum prædicare, vel loqui præſumpſerit, vel eam negare auſus fuerit, protinus occidatur. Sciebat enim ipſe diabolicus Machometus, quod lex ſua eſt contra omnem legem, non ſolum moralem, ſed etiam naturalem, & diuinam cõcedens omnia venerea, & voluptuoſa, in tantum quod etiam licentiauit vitium Sodomiticum contra naturam, vt dicit Euſtachius, ſeptimo Ethicor. commento. nono. De qua ſpurciſſima lege prædixerat Ouidius, qui fuit poſt annos. 600. & plus ante ipſum Machometum, dicens in tertio de vetula: *In quaſi liceant quæcunque licere putantur: Scripta licet nondum ſuper hoc lex inueniatur.* In quibus verbis oſtendit, quod debebat venire vna ſpurciſſima ætas in qua ipſa lex vitioſiſſima, concedens ſcelera nefandiſſima, daretur. Et ſi quæratur quomodo Ouidius paganus hoc ſciuit, reſpondetur quod forte legerat illud Pſalmiſtæ: *Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt*: vel forſitan Deus per gratiam gratis datam hoc illum intelligere fecit, ſicut & de alijs paganis dicit Richardus in prima, diſtinctione tertia, quod multa cognouerunt de Trinitate, iuxta illud Apoſtoli ad Roma. primo, *Deus illis manifeſtauit*. Prohibuit ergo Maumeth diſputari de ſua lege, quia quicunque rationis capax eam nequiſſimam eſſe & irrationabiliſſimã, poſſet demonſtrare.

Fides Chriſti non per potentiam, nec huiuſmodi ſapiẽtiam, ſed ab Apoſtolis infimis, & idiotis fundata.

FIdes vero Chriſti fundata eſt non per potentiam, aut ſapientiam mundanã, ſed ab Apoſtolis infimis, & vilibus ſecũdum ſeculum, atque idiotis. Ideo exclamat Bernard. in ſententijs ſuis, dic. *O ſtupendum miraculum ſuper omnia miracula. Eccè quod minor ſupereſt maiori, & maior ſubeſt minori, cum omnes reges terrarum ſe Apoſtolis infimis, modicis, atque deſpectis ſubmittunt: ſtupendum valde fuit imperitos piſcatores abſque litteris omnes ſcientificos conuicſſe, ac tam paucas perſonas totum mũdum ad vnam fidem adunaſſe.* & hoc eſt quod inquit Apoſtolus 1. ad Cor. 2. *Infirma mundi eligit Deus, vt confundat fortia.* Et ibidem inquit idem Apoſtolus: *Non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, prædicamus, vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Magnum profectò videretur miraculum, ſi duodecim ſerui abiectiſſimi alicuius Imperatoris totum imperium eius ſine armis debellarent, ac illud ditioni ſuæ ſubijcerent: magnum etiam & ſtupendum videretur miraculum, ſi aliqui pauci homines idiotæ, & illiterati, omnes Logicos; Philoſophos; Theologos: atque Aſtrologos, ſuæ opinioni, atque ſententiæ acquieſcere facerent. Maximum etiam, atque ſtupendũ videretur miraculum, ſi aliqui pauci homines inermes vniuerſum mundum ſibi ſub-

Digitized by Google

bi subiectum, & obedientem facerent. sed mirabilius est, quod duodecim Apostoli vniuersas mundi nationes diuersarum linguarum, cum ipsi essent vnius linguæ fecerint, relictis suis ritibus, & culturis, & relicta antiqua fide, fid m per eos prædicatam accipere. Et si dicatur, quod hoc fecerunt propter miracula per eos facta, quia scriptum est Matthæi vltimo, quod Apostoli profecti sunt vbique prædicantes, *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*, ego respondeo, quod ex hoc fides nostra redditur authẽtica, quia vt dicit Augustinus in libro de vtilitate credendi, miracul um est opus arduum, super facultatem admirantis naturæ, & non potest fieri verum miraculũ, nisi per virtutem diuinam, vt inquit Thom. secunda secundæ, quæstione 159 & Alexander de Ales in tractatu de miraculis. Si v. rò quis dicat, quod mundus conuersus est sine miraculis, dico quod hoc etiam reddit fidem nostram valde authenticam. vnde Augustinus, libro 22. de ciuitate Dei, capit. quinto. ait: *Si ista miracula in fide Christi facta non creduntur, saltem nobis vnum grande miraculum sufficit, quia iam totus orbis terrarum sine vllis miraculis credidit, & fidei Christianæ se jubiecit.* hæc ille. In fide autem Maumetica nullum vnquam factum est miraculum, nisi illud miraculum reputetur, quod accidit cuidam Ianuensi, qui in partibus illis existens, desideransque videre, quid facerẽt illi Saraceni, siue Mauri in templo suo, quod Moscheam appellant, in quo quilibet Christianus intrans aut occiditur, aut fidem Christi negare constringitur, expositi se periculo, & latenter intrauit. Cùm autem ibi esset in medio maximæ multitudinis, & nõ posset exire, necessitasque ei veniisset superfluum pondus corporis deponendi, stercorizauit in femoralibus, cum autem fœtor esset in illa Moschea, omnes circumspiciebant quis huius fœtoris causa fuisset. Inueneruntque ipsum Ianuensem, quem volentes occidere, ille qui forte linguam eorum sciebat eis dixit, vel per interpretem mendacium, hoc significauit, scilicet, quod cum ipse non posset per longum tempus habere beneficium ventris, intrauit templum, vt machometo se recommendaret, & statim habuit beneficium ventris. Hoc autem audientes, & credentes illi homines bestiales, acceperunt fœmoralia illa stercore infecta, & suspenderunt in Moschea, clamantes, miraculum, miraculum.

Lege, ridicu losum enim est hoc.

De tempore quo Machometus dedit legem suam, quæ tota est secundum carnis delectationes.

SI quis autem quærat quo tempore Machometus dedit legem suam, respondeo quod fuit anno Domini 662. Aliqui tamen dicunt quod fuit circa annum 615. Et alij paulo post scilicet in 621. ab incarnatione Domini regnante Heraclio Imperatore Romanorum, qui inuenit Crucem Domini, translatam in Persiam per Coiroen regem, quem debellauit, & ipso stea ex detestissimo principe Nestorius est hæreticus. Et sic istæ opiniones possent verificari, si dicerentur referantur ad tempus Natiuitatis eius, & prima ad tempus legis per eum datæ. Tempore autem maledicti Machometi, iam mortui erant doctores Ecclesiæ, scilicet Ambrosius; Hieronymus; & Augustinus, ac Gregorius. Nam si post eum fuissent, eius diabolicã sectam suis in operibus reprobassent. Mortuus est autem perfidus Machometus morbo epileptico, anno ætatis suæ 63. & detrusus cum diabolo in inferni profunda. Alia quoque ratio impugnat fidem Machometi, & co roborat fidem nostrã. Nam lex Machometi ideo habuit sectatores, quia permittit omnia delectabilia huius vitæ, ad quæ omnes naturaliter inclinantur. Gen 8 capitul. omnis ætas. 12. quæstio. prima. & capit. procliuus. 20. q. 3. vbi dicitur, *Procliuus est cursus ad voluptatem, & imitatrix est natura vitiorum.* Vnde dicit beatus Thom. in principio libri contra gentiles: *Lex Mahumeth tota est secundum delectationes carnis, ad quas homines proni sunt, & ideo à multis accepta est, sicut & doctrina Epicuri, de quo Lactan. 3. diuin. institu. ait: Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, non quia veri aliquid afferret, sed quia multos ad popularе nomen voluptatis.*

Alia quæ ratione impugnat Machometi, nostraque corroborat.

Digitized by Google

pœnis inuitat, nemo enim nõ inuitus pœnas eſt, hęc ille. Sed ò fides Chriſtiana, quomodo cõ uertiſti ad te mundum? nunquid per permiſſionem bonorum temporalium & delectationem? certe non, imo prohibens luxuriam, & omnes mundi delicias inordinatas, & ſolum promittis beatitudinẽ in alia vita, & facis homines relinquere temporalia, quæ vident & cognoſcunt pro inuiſibilibus, & futuris. Et patet, quod hæc lex eſt alijs omnibus melior, imo nulla eſt bona præter ipſam; hæc enim fieri non poſſent, niſi ex dono ſpeciali diuinæ gratiæ. Ideo Auguſtinus, in quadam Epiſtola ait: *Quis tantam hominum multitudinem ad peccata pronam, ad legem Chriſti, carni, & ſanguini contrariam, ſeruandam vnquam induceret, niſi Deus?* Et hoc idem inquit ipſe Auguſtinus. libro 22. de ciuit. Dei. cap. 5. Præterea apparet veritas fidei noſtræ, quæ non eſt fundata per coactionem, ſicut lex Machometi. Nam Machometus cum eſſet falſiſſimus, & doloſus, ac luxurioſus, per operationem diaboli, traxit ad amorem ſuum quandam reginam viduam, in tantum, quod accepit eum in maritum, quo regno adepto poſtea per vim, & pugnas, ſubegit multas nationes: quas etiam partim per vim, partim per hypocriſim, & deceptiones multas acquieſcere fecit legi ſuæ, maxime adiutus à quodam monacho Chriſtiano falſo, qui exiſtens prælatus in Eccleſia Dei, miſſus eſt à ſede Apoſtolica ad prædicandum illi genti, apud quas cum eſſet in deuotione, indignatus eſt contra ſummum Pontificem, quia noluit ei dare quandam dignitatem. Vnde adunatus Machometo, eum prædicauit vt maximum prophetam à Deo miſſum, vt nouam legem daret, ſicque populos illos beſtiales decepit. Alij autem dicunt, quod iſte monachus, qui appellabatur Sergius, fuit Romæ condemnatus de hæreſi, & excommunicatus. Vnde ad partes Arabiæ fugiens, ibique Machometo ſe fœderans vna cum quodam Iudæo maligno, compoſuit legem Machometi, & eam prædicauit vt bonam. Ipſe enim Machometus erat ignarus literarum nam fuerat primo cuſtos, ſiue dux camelorum, licet poſtea per fallaciam, & artem magicam peruenit ad regnum. dicunt etiam quidam, quod ipſe Machometus ducendo mercantias per diuerſas partes orbis, conuerſabatur cum Chriſtianis, & Iudæis, à quibus didicit multa, tam de nouo, quam de veteri teſtamento. Et poſtea fingens ſe prophetam à Deo miſſum, dixit, quòd ideo Deus eum miſerat, vt legem mitiorem daret, quam eſſet lex Euangelica, vel Moſaica, affirmans quod erant nimis duræ ad obſeruandum, & ſic multos decepit fallacia ſua diabolica, nam per artem magicam mutabatur in facie, & multa faciebat, quæ videbantur prodigia, & à dæmonibus ferebatur hinc inde, quocunque volebat. Dicebatque Iudæis, ſe eſſe Meſſiam eis promiſſum, & ſic plurimos eorum ad ſe traxit, omnibuſque concupiſcentijs frena laxauit, vt ſic beſtiales homines ad beſtialem ſuam ſectam pertraheret, nec mirum, ſi ſic illos decepit: nam, & prius erant idololatriæ dediti, & à diabolo poſſeſſi. Fides autem noſtra non ſic eſt fundata, ſed ſanguine martyrum, quod eſt valde mirabile. Cum enim *vltimum terribilium ſit mors.* 3. Ethicorum Et cum etiam *ferociſſimæ beſtiæ fugiant pœnas, & mortem*, vt ait Philoſophus 6. Ethico. & Boëtius in 3. de conſo. dicit: *Omne animal ſalutem tueri deſiderat; mortem vero perniciemque deuitat*, Et Iob 2. dicitur, *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet, dabit homo pro anima ſua*, id eſt, pro vita tuenda; & tamen tot millia hominum in principio Eccleſiæ ne amitterent fidem, potius paſſi ſunt mortem & horribiliſſima tormenta. nam Petrus crucifixus eſt: Paulus decapitatus; Bartholomæus excoriatus; Laurentius aſſatus; & alij multi, & quaſi innumerabiles tam diris pœnis ſunt cruciati, quod ſi fides hæc non eſſet vera, profecto illas nunquam ſuſtinuiſſent. Ideo dicit beatus Maximus in ſermone plurimorum martyrum: *Nunquam enim hanc vitam tã conſtanter expenderent, niſi eſſe aliã incõparabiliter beatiorẽ perfectã diffinitiõe ſeu rẽ.*

Digitized by Google

O sancta fides catholica. O fides firmissima, & stabilissima. O fides nulli hominũ dubitanda, quis tibi non credat, nisi penitus amens, & stultus? O Beata Catharina: O Agnes: O Lucia: O Agatha: quare mortem tam alacriter subijstis pro fide: nisi est verissima? O sancte Iacobe interciſe, quare permisisti te membratim incidi: nisi quia verissimam fidem Christi negare noluisti? Et ideo exclamat sanctus Maximus contra dubitantes de fide nostra, dicens in sermone vbi supra: *Noluerimus itaque, quia non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus.. Magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post martyrum vulnera, veterem fidem, quasi nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces, in errore permaneas, & post morientium sudores, otiosa disputatione contendas.*

DE INIQVISSIMA, & obstinata secta Iudæorum & ipsius confutatione.

TErtia secta est Iudæorum. Iudæi enim insensati, & rudes, nouum testamentum condemnant. Quorum pertinaciam confutare volumus ostendendo, quod Christus fuit verus Messias, quem ipsi expectare se dicunt. Quod autem Christus eis promissus fuerit, patet Gen. 22. c. vbi dixit Deus Abrahæ: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, hoc autem nunquam verificatum fuit, nisi in Christo, qui Natiuitate sua totum orbem benedictione repleuit: sicut prędixerat Dauid Psal. 71. dicens: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.* Promissus quoque fuit Christus Dauid. 2. Reg. 7. c. vbi ei dixit Deus: *Cum fuerint completi dies tui, & dormieris cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te.* Quod non potest intelligi de Salomone, vt voluerunt Iudæi, quia natus non fuit post mortem Dauid, sed ante multos annos, quinimo per Dauid patrem suum constitutus fuit rex, antequam Dauid moreretur 3. Reg. 1. Sequitur ibidem: Quod *semen egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum.* Quod etiam non potest intelligi de Salomone, quia regnum eius non fuit stabilitum vsque in sempiternum, quoniam à filio Roboam fuit diuisum, quando decem tribus constituerunt supra se regem in Samar. Ieroboam regem Israel, nec filio Salomonis remanserunt, nisi duæ tribus. 3. Reg. 12. c. Sequitur ibidem: *Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem meam.* Quod etiam non intelligitur de Salomone, qui inueteratus amore mulierum alienigenarum, fecit templa idolis, & coluit ea, tertij Reg. 11. Nec verificatur de domo sua, quia quasi omnes reges fuerunt idololatræ vique ad Ezechiam, cuius filius Manasses impleuit templum Domini idolis, 4. Regum. 21. Sed nec illud quod sequitur, de Salomone verificatur. 1. *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Sed recte ista prophetia verificatur de rege nostro Christo: de quo inquit Deus per Dauid in Psalmo 88. *Ipse inuocabit me: Pater meus es tu, & ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.* Regem hunc magnum, regem Iudęorum quæ fierunt tres reges dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Matt. 2. Propter has ergo promissiones, patres veteris testamenti expectabant cũ maxima anxietate Saluatorem. Ideo magnus patriarcha Iacob in obitu suo, descensurus ad limbum, dicebat Deo, Gen. 49. *Saluare tuum expectabo Domine,* & Moyses Exod. 4. *Obsecro Domine, mitte quem missurus es,* & Dauid. Psal. 16. *Emitte Domine dominatorem terræ,* & Psal. 41. *Rorate Cœli desuper, & nubes pluant iustum. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem,* & Psal. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & saluare tuum da nobis.* & 143. *Inclina Domine Cœlos tuos, & descende.* Ideo quasi tædiatus de mora Messiæ, dicebat: *Dormitauit anima mea præ tædio.* Psalm. 119. Et causam huius tædij assignat, Psalm. 68. dic. *Tu vero reputasti Christum tuum.* Esaias quoque dicebat, cap. 62. *Vtinam disrumperes Cœlos, & descenderes,* & Abacuc. 1. c.

Quod Christus promissus fuit Iudæis.

Vsque

Digitized by Google

Vſque quo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor vim patiens, & non ſaluabis? Propterea Deus oſtendit ibi incarnationem Chriſti futuram, vnde dicebat capitu. 2. ſui libri idem propheta: *Adhuc viſus procul, & apparebit in finem. ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Qui autem erit incredulus, non erit recta anima eius in ſemetipſo.* Omnes etiam alij ſancti patres clamabãt dicentes: *Veni, veni Domine, & noli tardare.* Similiter ſynagoga, quæ erat ante aduentũ Chriſti, clamabat illud Canticorum primo capitul. dic. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, quaſi diceret. Iã ſatiata ſum Patriarchis, & Prophetis, veni ſponſe mi, vt te videã incarnatum. Quorum omnium deſideriũ adimpletum fuit per incarnationẽ Chriſti. Vnde ipſe Dominus noſter, Lucæ 10. dicebat diſcipulis ſuis: *Beati oculi, qui vidẽt, quæ vos videtis. dico enim vobis, quòd multi prophetæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & nõ audierunt.* Abraham quoque videns in ſpiritu incarnationem Chriſti lętatus eſt, de quo Saluator noſter, Ioannis 8. dixit Iudæis: *Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum; vidit & gauiſus eſt.*

Præcipua, at potiſſimæ de Chriſto Domino noſtro prophetiæ.

VERVM, quia ſcriptum eſt Amos tertio, capit. *Non faciet Dominus verbum* ſcilicet incarnari, *quin prius loquatur ad prophetas ſuos.* Ideo videamus principales prophetias loquentes de Chriſto, vt cum patuerit eas eſſe verificatas, credamus eum verum fuiſſe Meſſiam: per illam ſententiam Nicolai de Lyra, in ſuo opuſculo contra Iudæos, dicentis: *Quotieſcunque aliqua ſcriptura denunciat aliquid eſſe futurum, & determinat tempus, locum, & modum; ſi omnia prædicta ſimul concurrant, & veniant, manifeſte patet, quod illud quod prædictum fuerat, verißimum eſt.*

1. Prophetia de Chriſto, eſt Gen. 49. Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda &c.

PRIMA ergo pphetia habet: Gene. 49. vbi Iacob patriarcha dixit: *Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda, neq; Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt*, & ſecundũ trãslationẽ Chaldaicam habetur, *donec veniat Meſſias.* Sequitur, *& ipſe erit expectatio gentium.* quia gentiles eius fidem recepturi erãt, & hoc quoque prophetatum fuerat Dan. 9. vbi dicitur: *Cum venerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra*, quod patet eſſe adimpletum. O Iudæi, dicite mihi vbi habetis regem? antiquitus enim reges vngebantur, vt habetur. 1. Reg. 9. cap. Vbi eſt imperium veſtrum? vbi eſt dominatio terræ promiſſionis, quam promiſit vobis Deus dimittere in perpetuum, ſi ſeruabitis legem eius, & fidem? Clarum ergo eſt, quòd non eſtis eius fideles. Si expulſi aliquando fuiſtis à regno propter veſtra peccata, poſtea etiam reuerſi fuiſtis poſt aliquos annos. Nunc verò ſunt mille quadringenti anni, & plus, quòd, expulſi eſtis, & habetis nunc minorem ſpem redeundi, quam in principio. Amiſiſtis quoque regnum veſtrum circa tempus Natiuitatis Chriſti. Ablatum enim fuit vobis ab Herode Aſcalonita, qui fuit Idumæus, & auxilio Romanorum debellauit Antiochum regem veſtrum, qui deſcenderat à Machabæis, & prolem regiam occidit, & libros de genealogia combuſſit, ne in poſterum eijceretur ipſe, vel filij eius tanquam alienigenæ: & interfecit etiam legis doctores, qui dicebant in populo illud, Deuterono. 17. *De medio fratrum tuorum pones ſuper te regem.* Tempore huius Herodis Aſcalonitæ natus eſt Chriſtus, & ideo audiens Magos dicentes *vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* turbatus eſt, Matth. 2. Ipſe enim Herodes vidit ſibi regnũ Iudaicum, anno incarnationis, ſeu Natiuitatis Domini. Ex quibus patet, quòd verificata eſt hæc prophetia.

2. Prophetia de Chriſto eſt Deu. 18. Prophetã ſuſcitabo eis &c.

SECVNDA prophetia per modũ promiſſionis habetur Deuter. 18. vbi dixit Moyſi Deus: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam.* hoc autem fuit adimpletum, cum Iudæis non recipientibus Chriſtum, Deus fecit tam horribilem vindictam, quòd (vt inquit Ioſephus in libro antiquitatum) & Beda (in libro de temporibus) poſt

Digitized by Google

mortem Christi procuratam, à Iudæis, punitionem tanti sceleris, misit DEVS Titum, & Vespasianum, eius Patrem Imperatores Romanos, qui funditus subuerterunt Hierusalem, in qua periere de Iudæis, Vndecies centena millia fame, & gladio, præter mulieres, & paruulos. Reliqui verò venundati sunt triginta pro denario, quia ipsi vendiderunt Christum pro triginta argenteis. Matth. 26.

Obiectionis solutio.

QVOD si dicãt Iudæi, quod dicta prophetia, vel promissio impleta fuit in Iosua, vel in alio Duce, aut Rege; dico quòd falsum loquuntur. Ibi enim loquitur DEVS de quodam magno propheta, qui debebat ex ore DEI illis dare præcepta legis, quod adimpletum fuit in nullo, nisi in Christo datore legis Euangelicæ, & ideo, vt Moyses ostenderet eum esse illum Prophetam, de quo locutus ei fuerat Deus, in transfiguratione Christi, apparuit cum illo in monte Thabor, vt habetur Matth. 17. vbi dicitur: *Et ecce apparuerunt eis Moyses & Helias loquentes cum Iesu.*

3. Prophetia de Christo, est Esa. 7. Ecce Virgo cõcipiet. &c.

Tertia prophetia scilicet, quod Christus debebat cõcipi, & nasci de Virgine, habetur Esa. 7. vbi dicitur: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus,* & Ezech. 44. dicitur: *Vidi portam in domo Domini clausam, & dixit Dominus ad me; Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa principi.* Quæ verba exponens Augusti. in quodam sermone inquit: *Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quòd Virgo Maria semper erit imaculata? Et quid est, homo non transibit per eam, nisi quia spiritus sanctus fœcundauit eam, & Dominus Angelorum nascetur per eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi, quod Maria Virgo sit ante partum, Virgo in partu, & Virgo post partum?* Hæc ille, & eadem prophetia habetur Psalm. 71. vbi dicitur: *Descendet sicut pluuia in vellus,* super quæ verba inquit Nicolaus de Lyra. *Sicut pluuia in vellere recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris, sic Christus fuit conceptus, & natus, absque corruptione Virginis.*

4. Prophetia de Christo est Here. 31. Nouã faciet Dominus, &c.

Quarta prophetia, quod Christus in instanti suæ cõceptionis debebat esse perfectus, & habere corpus organizatũ integre, & non organizandum per successum temporis, sicut est de alijs hominibus, habetur Here. 31. vbi dicitur: *Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum,* super quæ verba inquit Nicolaus de Lira: *Quod fuit impletum in Maria, quæ Christum virum perfectum scientijs, & virtutibus ab instanti incarnationis in vtero suo circundedit.* hæc ille. Et hanc eandem sententiã ponit Frãciscus de Maio. super illa verba Luc. 1. *Ecce ancilla Domini,* & Greg. super illud Cantic. 2. *Ecce iste venit saliens,* & Richar. in 3. dist. 2. art. 2. q. 4.

Quinta prophetia, quòd debebat nasci de nocte, vt patet Lucæ secundo. habetur Sapien. 18. vbi dicitur: *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine, à regalibus sedibus venit.*

Sexta, quòd debebat nasci in Bethlehẽ: habetur Micheæ. 5. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.*

Septima, quòd debebat nasci prope bouem, & asinum, habetur Abacuc 3. vbi ait propheta Dño Iesu: *Audiui auditum tuum, & timui,* & sequitur causa: *In medio duorum animalium cognosceris,* Et Esa. 1. vbi dicitur: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognouit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis.*

Octaua, quòd debebat recipi à gẽtibus fides Christi, habetur Esa. 9. vbi di. *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnã. ambulãtibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* & postea sequitur: *Paruulus datus est nobis, & filius natus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.* & hæc auctoritas (secundum translationem Caldaicam) intelligitur de Messia, vnde in ipsa translatione dicitur:

Digitized by Google

tur: *Et vocabitur nomen eius permanens in ſæcula, Meſſias.*

Nona, quòd debebat refutari à Iudęis, habetur Hiere. 4. vbi di. *Negauerunt Dominũ, & dixerunt. Non eſt ipſe, neq; veniet ſuper nos malum,* ſcilicet ex eius negatione. Et 14. eiuſdem libri dicit Dñs: *Stultus populus me non cognouit,* & Danielis. 9. *Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt.* Et ſi quæratur, quare Iudæi cum legant prophetias, & ſint docti litteras veteris teſtamenti, non cognoſcunt Chriſtum, fuiſſe verum Meſſiam: dico, quòd propter eorum nequitiã, & malignitatem, iuſto Dei iudicio tenetur eorum intellectus, vt nõ intelligant ſcripturas niſi carnaliter, & non ſpiritualiter, ſicut intelligi debent. Et hoc prophetatũ fuerat Eſa. ſexto. vbi eis dicitur: *Audite audientes, & nolite intelligere; videte viſionem, & nolite cognoſcere.*

Decima ꝓphetia, habetur Hier. 23. vbi di. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiẽs erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. Et hoc eſt nomẽ, quod vocabũt eũ, Dominus iuſtus noſter.* Quod aũt hæc propheta loquatur de Meſſia, patet per tranſlationem Chaldaicã, quæ dicit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid, Meſſiam iuſtũ.* Si ergo voluerimus dicere, quòd adhuc nõ venit Meſſias, neceſſe eſt dicere, ꝙ propheta fuit mẽtitus, & Deus, qui loquebatur per eũ, cùm dixerit quod dies Meſſiæ cito venturus erat. Et ſimiliter mentitus fuiſſet Eſa. 14. ca. ſui lib. dic. *Propè eſt, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, miſerebitur. n. Deus Iacob, & Iſraël ſaluabitur.* & Malach. 3. c. di. *Statim veniet ad templũ ſanctũ ſuũ dominator, quẽ vos quæritis: & Angelus teſtamenti, quẽ vos vultis.* & loquitur de præſentatione Chriſti in templo, quæ habetur Luc. 2.

Vndecima prophetia habetur Aggęi 2. vbi dicit pater, per os prophetæ: *Adhuc vnum modicum, & mouebo Cœlum, & terram, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* & ſecundũ Hebræos intelligitur de Meſſia. Vnde trãslatio Chaldaica dicit: *Et veniat Meſſias.* Cum igitur Aggæus dixerit hoc verbũ ſecundo anno Darij regis Perſarum, ab illo autem tempore vſque nunc fluxerunt anni 1674. ſecundum computationem Iudæorum, & plures ſecundum computationẽ noſtram. Aut eſt neceſſe dicere, quod propheta mentitus eſt, qui dixit, ꝙ non erat niſi adhuc vnum modicũ vſq; ad aduentũ Meſſiæ, cùm tantũ temporis non dicatur vnum modicũ; aut neceſſe eſt concludere veritatẽ. ſ. ꝙ Meſſias venit, q fuit Chriſtus.

Duodecima prophetia habetur Zach. 9. vbi dicitur: *Exulta ſatis filia Sion: iubila filia Hieruſalem: ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & Saluator, & ipſe pauper, & ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum aſinæ.* Et ſecundũ gloſſas Hebręorum ſuper illud Cantico. 1. *Exultabimus, & lętabimur in te* &c. prædicta auctoritas Zachariæ intelligitur de aduentu Meſſiæ, & & ſic veriſſime locutus eſt propheta de Chriſto: qui in die palmarum intrauit in Hieruſalem ſuper pullum aſinæ, vt habetur Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. & Ioan. 12.

Tertiadecima prophetia, quòd Meſſias deberet habere nomen Ieſus: habetur Abacuc. 3. vbi dicit propheta: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Item, quòd appellaretur Chriſtus, ibidem habetur, vbi dicit propheta Deo patri: *Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cũ Chriſto tuo.*

Quartadecima, quod debebat adorari à Magis cum muneribus, & habetur Eſa. 60. vbi loquitur de ſtella, quę apparuit in natiuitate Chriſti: id qua prophetatum fuerat, Num. 24. vbi dicitur: *Orietur ſtella ex Iacob,* & c. quæ ſtella duxit Magos in Hieruſalẽ, vt habetur Matth. 2. Dicit ergo propheta, vbi ſupra: *Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.* Et infra: *Inundatio Camelorũ operiet te dromedarij Madian, & Epha. Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.* Et Pſal. 71. dicitur: *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerẽt, reges Arabum, & Saba dona addẽt.* Venerũt aũt iſti Reges, à Tharſis vſq; ad portum proximum Hieruſalẽ per naues: quia verò per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuã, moni-

Digitized by Google

monitu diuino, Matth. 2. Ideo Herodes comburi fecit naues eorum, & ita intelligitur illa prophetia psalmistæ; *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*, secundũ Nicolaum de Lira.

Decimaquinta prophetia de fuga Christi in Aegyptum habetur Esaiæ 19. vbi dicitur: *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.* Et de eius reuersione habetur Oseæ 11. vbi dicit Deus: *Ex Aegypto vocaui filium meum*, & Num. 23. *Deus ex Aegypto vocauit eum.*

Decimasexta prophetia de mirabili sapientia Christi habetur Esaiæ. 11. vbi dicitur: *Egredietur virga de radice Iesse*, quæ fuit virgo Maria, *& flos de radice eius ascendet*, scilicet *Christus, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus; spiritus consilij, & fortitudinis; spiritus scientiæ, & pietatis; & replebit eum spiritus timoris Domini.* Hoc autem impletum fuit in Christo, vt habetur Luc. 2. vbi dicitur: *Stupebãt autem omnes super prudentia, & responsis eius*, & Ioannis 7. dicitur: *Nunquam locutus est sic homo in Israël.*

Decimaseptima prophetia habetur Esaiæ 35. de miraculis Messiæ vbi dicitur: *Ecce Deus noster veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Hoc enim adimpletum est in Christo, vt habetur Matth. 11. vbi dicitur: *Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis*, ad certificandum eos de prophetia Esaię impleta *ait illi: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus?* Et respondens Iesus ait illis: *Euntes renunciate Ioanni, quæ vidistis, & audistis. Cæci vident: Claudi ambulant: Leprosi mundantur: Surdi audiunt: Mortui resurgunt: Pauperes Euangelizantur, & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Et quod ipse Dominus plura miracula fecerit, & diuersa, patet. Nam Matth. 4. dicitur: *Circuibat Iesus villas, & castella sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis oppressos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos omnes.* Similiter habetur Luc. 4. vbi dicitur, quòd omnes, qui habebant infirmos varijs lãguoribus detentos, afferebant eos in Hierusalem, & curabantur ab eo. Item Luc. 6. dicitur, quòd virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Decimaoctaua, quòd Messias cognosceret secreta cordis, habetur Sapi. 6. vbi dicitur: *Omnes cogitationes noxias ipse scrutabitur*, quod adimpletum fuit in Christo, vt habetur Luc. 7. vbi dicitur, quòd cognouit murmurationes Simonis leprosi, quę faciebat in corde suo.

Decima nona prophetia de tentationibus Iesu Christi, habetur Zachar. 3. vbi dicitur: *Vidi Iesum sacerdotem magnum.* Et sequitur, *Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.* & hoc impletum fuit in Christo Matt. 4. vbi dicitur: *Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.*

Vigesima de paupertate eius habetur Psalm. 87. vbi dicit Dauid, *Pauper sum ego.* Qp non potuit verificari de ipso, cum esset diues, quãdo dixit prædicta verba. & Psal. 68. iterũ ait: *Ego sum pauper, & dolens.* Et hoc verificatum fuit in Christo, qui pauper fuit, & habuit discipulos, qui omnia dimiserunt. Matth. 16. Elegit quoq: ad Apostolatum pauperes piscatores, quibus dixit Matth 4. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*, & hoc prophetatũ fuerat Hiere. 16. vbi ipse prædixerat: *Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos.*

Vigesimaprima prophetia, quòd Messias debebat viuere in terra sine domo, & habitatione propria, habetur Hiere. 14. c. vbi dicit prophetia de Deo incarnando: *Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad meridiem? Quare futurus es velut vir vagus?* Et hoc adimpletum fuit in Christo, qui de seipso dixit, Matth. 8. & Lu. 9. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius aũt hominis non habet, vbi caput suũ reclinet.*

Vigesimasecunda prophetia de iustitia Messiæ habetur Esa. 11. vbi di. *Erit iustitia cingulum lumborum eius*, & Hierem. 23. *Faciet iudicium, & iustitiam in terra*, & hoc adimpletũ fuit in Christo dicente Matth. 22. *Reddite*

quæ

Digitized by Google

quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo, & Matth. 21. c. vbi cum magna iuſtitia eiecit ementes & vendentes è templo.

Vigeſimatertia prophetia de humilitate, & mãſuetudine Meſſiæ habetur Eſa. 42. vbi dicit Deus: *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum. electus meus, cõplacuit ſibi in illo anima mea. dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet, non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris, non erit turbulentus, & legem eius inſulæ expectabunt.* Et hoc adimpletũ eſt in Chriſto, qui Matth. 11. dixit diſcipulis: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*

Vigeſimaquarta, quòd debebat prædicare Iudæis, & ab eis contemni prædicatio eius, habetur Eſa. 65. vbi dicitur: *Tota die expandi manus meas ad populum, contradicentem mihi*, & Hierem. 7. cap. *Non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam.* Hoc enim verificatum fuit in Chriſto, quando dixerunt Iudæi, Ioannis 9. *Tu teſtimonium dicis de te ipſo, teſtimonium tuum non eſt verum.*

Vigeſimaquinta de multiplicatione fidelium, & imperio Chriſtianitatis habetur Eſa. 9. vbi dicitur: *Multiplicabitur eius imperium, vſque in ſempiternum*, & Dan. 2. capit. *In diebus illis ſuſcitabit Deus cæli regnum aliud, quod non diſſipabitur in æternum.* quod nõ poteſt intelligi de aliquo imperio temporali, ſed ſolum de imperio Chriſti, qui dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*, Matth. vlt.

Vigeſimaſexta, quòd debebat conuerſari inter homines, habetur Baruch. 3. cap. vbi dicitur: *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum, hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* De hoc quoque ait Dominus, Eſa. 52. *Propter hoc ſciet populus meus in die illa nomen meum, quia ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum.* Quod autem Iudæi teneantur dimittere ritus antiquos teſtamenti veteris, & accipere cæremonias legis nouæ Euangelicæ, ſtatim poſt illa verba ſubinfert Baruch propheta, in principio ſequentis capituli: *Hic liber mandatorũ Dei*, ſcilicet datus ab iſto Deo incarnato, de quo ſupra dixit: *Et lex eſt in æternum*, ſcilicet Euangelica, *omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam, qui autem dereliquerint eam, in mortem. Conuertere Iacob, & apprehende eam.* hęc ibi. Multæ ſunt aliæ prophetiæ, de paſſione, & morte ſaluatoris, quæ in die paraſceues ponentur.

Vigeſimaſeptima, quòd debebat inſtituere ſui corporis, & ſanguinis ſacramentum, vt patuit Matth. 26. Lucæ 22. & Marci 14. habetur Eſa. 25. vbi dicitur: *Faciet Dominus in monte hoc*, ſcilicet Sion, *conuiuium cunctis gentibus*, & Zachariæ 2. dicitur: *Quid eſt bonum, & quid eſt pulchrum, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* & Sap. 6. *Sapientia ædificauit ſibi domum, miſcuit vinum, & poſuit menſam*, &c.

Vigeſimaoctaua, quòd debet prædicare, & docere de regno Dei, vt patuit Matth. 4. & Lucæ 8. habetur Eſa. 2. vbi dicitur: *Venite aſcendamus ad montem Dei, & docebit nos vias ſuas.* quod adimpletum fuit in ipſo Domino docente in monte, Matth. 5. Prædicatio quoque eius prænũciata fuerat Eſaiæ. 61. vbi ait propheta in perſona eius: *Spiritus Domini ſuper me ad annunciandum manſuetis miſit me*, &c.

Vigeſimanona de eius aſcẽſione ad cœlos habetur Pſal. 46. vbi dicitur: *Aſcendit Deus in iubilatione* &c. & Pſal. 67. *Aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem*, & Micheæ 2. *Aſcendit iter pandens ante eos.* Ipſe enim Dominus, qui aſſumptus eſt in cœlum, vt habetur Matth. 28. & Act. 1. dicit Apoſtolis ſuis, Ioan. 14. *Vado parare vobis locum.*

Trigeſima, quòd debebat mittere ſpiritum ſanctum ſuis fidelibus, vt patet Actuum 1. habetur Pſalm. 113. vbi illi inquit Dauid: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* & Ioelis 2. ipſe ait: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri.* Multas alias prophetias pertranſeo cauſa breuitatis: Maxime de reſurrectione eius, de qua dicã in die ſuo, & de ſacramentis ab eo inſtitutis, inter quæ baptiſmus obtinet principatum. De aqua enim baptiſmali ipſe prædixerat Ezechielis. 36. vbi ait: *Effundam ſuper vos aquam mundam,*

dam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

VERVM quia Iudæi indurati, nolunt conuerti ad legem Euangelicam, nec eam apprehendere, ex supradictis prophetijs moti, dicamus eis illud, quod canit Ecclesia in sequentia natiuitatis Domini dicens: *Si non suis vatibus credant, vel gentilibus, Sibyllinis versibus, hæc prædicta.* Dicit ergo beatus Thom. 2. 2. quæst. 2. artic. 7. quòd multis gentilium facta fuit reuelatio de Christi incarnatione, de quibus aliqua dicemus in 7. parte Marialis nostri, sermone 1. & 5. in fine. Vnde Iob, qui fuit de populo gentili dicit. 19. c. sui libri: *Scio, quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum; quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Et loquebatur Iob more prophetico de futuris, tanquam de præteritis, maxime quia debebāt in proximo fieri. Dixit quoque beatus Thomas vbi supra, inueniri in historijs Romanorum, quod tempore Cōstantini Augusti, & Irenæ matris eius, inuentū fuit quōddam sepulchrum, in quo iacebat homo laminam auream habens in pectore, in qua scriptum erat: *Christus nascetur de Virgine, & credo in eum. O sol, Irena, & Constantini temporibus iterum me videbis.* In Chronicis quoque regum Castellæ dicitur, quòd apud Toletum sub quodam saxo inuentus est liber vetustus, qui scriptus erat littera Hebraica, Græca, & Latina, & in illo dicebatur: *Christus filius Dei nascetur de Maria Virgine, & pro salute hominum patietur.*

Multis gētilibus fuit reuelata incarnatio Christi.

NVNC ad Sibyllas veniamus, quarum dicta recitat Augustinus. 19. de Trinitate, & aliqua tangit. 18. de ciuitate Dei. Et Lactan. 4. diui. insti. aduersus gentes. Et etiam in primo de Sibyllis mentionē facit, eas enumerando. Et fuerunt duodecim. Prima Persica, dixit: *Ecce bestia cōculcabitur, & gignetur Dominus in orbe terrarū, & grege Christo.*

Perſice Sibyllæ dictū de Chriſto.

mium virginis erit salus populorum, & pedes eius in valetudine hominum, inuisibile verbum palpabitur. Secunda Libyca dixit: *Ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condensa tenebrarum; & soluetur nexus Synagogæ, & desinent labia prophetarum, & videbunt regem viuentium, & tenebit illum in gremio virgo, domina gentium, & regnabit in misericordia, & vterus matris eius erit statera cunctorum.* Tertia Delphica, quæ ante Troiana bella prophetauit, sic ait: *Nascetur propheta, absque matris coitu, ex virgine.* Quarta Erithrea in Babylonia orta, sic dixit: *In vltima ætate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina, vnietur humanitati diuinitas, tacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur Deus, & homo. figura autem præcedens apud apud Iudæos: Mulier vetustissima, cilice. Elisabeth puerum concipiet, stella orbis mirabitur, & ducatū præstabit, scilicet Magis, ad ortum scilicet Christi. hic habens pedes id est, annos 33. eliget sibi de piscatoribus, & electis hominibus numerum duodenarium, vnumque diabolum scilicet Iudam, non in gladio bellone, Aeneadum vrbem, regesque subiciet, sed in hamo piscatoris, deiectione, & pauperie superabit diuitias, & superbiam conculcabit.* Et hoc prædictum etiam fuit Esa. 26. vbi dicitur: *Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, & gressus egenorum.* Sequitur Sibylla: *huic quatuor animalia,* id est euangelistæ, *surgentium testimonium; huic contradicetur à bestia,* scilicet Antichristo. *Erit autem bestia horribilis,* scilicet Maumeth. *ab oriente venient, cuius rugitus vsque ad gentes Punicas audietur.* hæc Sibylla. Quinta fuit Samia, à Samo insula sic dicta; quæ inquit: *Ecce venies dies, & nascetur de paupercula, & bestia terrarum adorabunt eum, clamabunt & dicent: Laudate eum in atrijs cælorum.* Sexta Cumana, quæ fuit tempore Tarquinij Prisci, dixit illud, quod ponit Virgilius in Bucolicis, dicens: *Vltima Cumæi, venit iam carminis ætas. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies, cælo demittitur alto. Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum Desinet, ac toto surget gens aurea mundo, Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.* Septima fuit Hellespontina in agro

Libyca Sibyllæ dict.

Delphicæ Sibyllæ dictum.

Erithræa Sibyllæ dictum.

Samiæ Sibyllæ dictū de Chriſto.

Cumanæ Sibyllæ dictum.

Helleſpontiæ Sibyllæ dictum.

Digitized by Google

agro Troiano nata dicens : *De excelso cælorum habitaculo respexit Deus humiles suos, & nascetur in diebus nouissimis, de virgine Hebræa in cunabulis terræ.* Octaua Phrygia inquit : *Flagellabit Deus potentes terræ, ex Olympo excelsus veniet, & firmabitur consilium in cælo, & annunciabitur virgo in vallibus deserterum.* Nona Tiburtina dixit : *Nascetur Christus in Bethlehem, annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro pacifico, & fundatore quietis*, id est secundum glossam, Octauiano, qui habebat taurum pro insigni; & appellatus est pacificus, quia multis annis in magna pace mundum rexit, cuius tempore Christus natus est. Sequitur Sibylla : *o felix illa mater, cuius vbera Christum lactabunt.* Et in hoc concordauit cum Marcellina, pedissequa sanctæ Marthæ, quæ, vt dicitur, fuit illa mulier, quæ exclamauit, dicens Christo : *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Lucæ 11. Decima Sibylla, scilicet Europea ait : *Ecce veniet ille, & transibit montes, & colles, & latices Olympi, ac regnabit in paupertate, & dominabitur in silentio, & egredietur de vtero virginis.* Vndecima Agrippea dixit : *Inuisibile verbum palpabitur, germinabit vt radix, siccabitur vt folium, non apparebit venustas eius, circundabit eum aluus materna, & flebit Deum laetitia sempiterna, & ab hominibus consulcabitur. Nascetur ex matre, vt Deus, conuersabitur vt peccator.* Duodecima Sibylla appellata est Chimica, in Italia nata, quæ fuit tempore Numæ Pompilij, secundi regis Romanorum, quæ sic ait: *In prima facie virginis, ascendet puella facie pulchra, capillis prolixa, sedens super sedem stratam, puerum nutriens, dans ei ad comedendum lac de cælo missum.* hæc illa. Quæ etiam clarius dixit : *In diebus illis, exurget mulier de stirpe Iudæorum nomine Maria, & habebit sponsum nomine Ioseph, & procreabitur ab ea sine commixtione viri, de spiritu sancto, filius Dei, nomine Iesus, & ipsa erit virgo ante, & post partum. Qui vero ex ea nascetur, erit verus homo, sicut omnes prophetæ prædicauerunt.* O igitur Iudæi increduli, accipite fidem Christianam, sic authenticam, & amplius non permanete in vestra duritia. Et vos fideles christiani gaudete, & Deo gratias agite, qui vos fideles suos fecit; & permanentibus vobis in obseruatione fidei, dabit in præsenti gratiam suam, & in futuro gloriam tribuet sempiternam. Amen.

Phrygie Sibyllæ dictum.

Tiburtine Sibyllæ dictum.

Europeæ Sibyllæ dictũ de Christo.

Agrippeæ Sibyllæ dictum.

Chimicæ Sibyllæ dictum.

POST REPROBATIONEM sectæ Iudaicæ, non inconueniens erit subnectere consilium, quod alias feci contra Iudæos, quod tale est.

IVDÆI in dominio Illustrissimi ducis Mediolani commorantes, apud prædictum principem accusati sunt, quòd in libris suis, quibus vtuntur, maxime in diuinis eorum officijs, & orationibus, quas in secreto faciunt, & in synagogis suis, Dominum IESVM blasphemant, & matrem eius, multa vituperosa verba contra eos dicentes; quodque Christiano populo maledicunt, & principibus eius, & omnium Christicolarum exterminium imprecantur. Qua ex re sciens præfatus princeps, quod ea, quæ cum consilio fiunt, fructu non carebunt l. humanum. C. de legibus. l. dubium non est, C. de repu. meum super hac causa consilium requisiuit. Cuius piæ morem volens gerere voluntati, (quia vt inquit Aristoteles in primo Topi. *potentes ad vtranque partem dubitare, in singulis speculabimur verum, & falsum*, & in 2. de cœlo & mundo, *opposita iuxta se posita magis euidescunt.* quia etiam vt inquit gloss. in l. 3. C. de summa Trinitat. & fid. cathol. dubitare in singulis non erit inutile : nam disputando melius veritas inuenitur, iuxta quod notatur in l. munerum. §. missa. ff. de mu. & ho.) Ideo primo ponam argumenta in fauorem Iudæorum, vt per cognitionem falsitatis oppositæ facilius veritas innotescat. Cognito

enim vno ex contrarijs, cognoscitur & reliquum.l.1.cũ similib.ff. de his qui sunt sui,vel alieni iuris.

Defensio Iudæorum, quam adducere possent.

AD defensionem igitur Iudæorum adduci potest,quòd secundum leges Iudæi non sunt grauandi , vel exaggerandi,seu molestandi.vt in l.nullus.C.de Iudæis. Imò non sunt perturbandi in suis solennitatibus , licet Christianis moribus non conueniant,vt in l. die Sabbato. C.eod.titul.& 45. distinct. capitulo , qui sincera,& cap.Iudæi de testi. Nec debent offendi in personis aut in bonis suis,sine Iudicio recto terrenæ potestatis, l. nullus.C.de Iudæis & cap. sicut, extra.e. Nõ debent etiam inuiti trahi ad fidẽ. c. licet. de Iudæis c.quis sincera c. sicut.45. dist. quin potius blandis exhortationibus, & rationibus,vt conuertantur,sunt inducẽdi,& ex eorum codicibus veritas eis est intimanda,vt in dictis iuribus in c.qui de mensa.35.di. Nec debent Christiani eos impedire in restaurandis synagogis suis antiquis,quin potius in obseruantijs suis eos tolerare,capitulo Iudæi & c. Consuluit.de iudæ.& l.fi.C.eo.tit.Et ideo Christiana fides sustinet eos habitare inter Christianos,vt in c.& si Iudæos,de Iudæis.Vt impleatur verbum Domini,quo dicitur: *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Matthæi 24. Debent enim Iudæi in fine mundi conuerti ad fidem, Malachiæ vltimo. Et idcirco mandauit Deus eos non occidi, vt dicitur in l.Christianis. C. de sacri. paga. Quod præceptum habetur Psalm. 58.vbi inquit Christus populo suo Christiano : *Deus ostendit mihi super inimicos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei : disperge illos in virtute tua* &c. Dispersio enim Iudæorum , & ablatio regni eorum, efficacissimum præstat fidei nostræ testimonium , scilicet quòd Christus noster fuit verus Messias in lege promissus,de quo Genes. 49. dixit Iacob Patriarcha: *Non auferetur sceptrum de Iuda, neque dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Quamuis autem Ecclesia permittat Iudæos ritus suos obseruare,tamen per hoc non peccat, vt ait Hostien. in summa, in tit.de Iudæ.§.in quibus.ver.fi. Quia per hoc non approbat,sed tantum permittit. Quod autem permittimus,nolentes concedimus,quia malorum hominum voluntatem ad plenum prohibere non possumus capit. hac ratione 31. quæstio. 1. Si igitur Ecclesia catholica , licet præsupponat eos esse blasphemos, vt in cap.1. de Iudæ.tamen tolerat eos, vt in dicto.c. & si Iudæos,extra eod.tit.Ergo,& nos tolerare ipsos debemus, quia nõ decet à capite membra discedere ca.1.12.di.& c.hæc est fides.24.q.1.Nõ debent ergo Christiani exigere à Iudæis coacta seruitia , quæ non sunt consueti facere.c.sicut,de Iudæis.Nec contra eos exactionem insolitam facere,vt inquit beatus Thom.in quadam epistola ad Ducissam Lotharingiæ, & Ioannes Andr.in additio. ad Specu. titu. de Iudæis.super rubrica , & Innocen. ac Panormita.in cap. quòd super his, extra de voto.Similiter sepulchra Iudæorum non possunt impune violari, nec eorum cœmeteria perturbari.cap.sicut, de Iudæis. Nec debent in Sabbato eorum , vel alijs solennitatibus suis ad iudicium trahi, vt in l.die Sabbato. C.de Iudæ.in cap.sicut extra eod.titul. Non etiam debent impediri vendere bona sua, sicut nec Christiani.l.nemo.C.eod.Nec debent priuari bonis suis iustè acquisitis, vel eis competẽtibus.Et si ablata eis fuerint,debent officiales Christiani eis facere restitui. cap. Iudæi.el.2.extra de Iudæ. Et prædicta facere debent,vt bonum habeant testimonium etiã ab eis,qui foris sunt, id est extra fidem,primæ ad Timoth.3.Ne nomen fidei Christianæ blasphemetur c. de Iudæ.45. distinct.Iudæi igitur obedientes, sunt ab Ecclesia sustinendi,quantum fieri potest,sine contumelia creatoris.cap.Iudæi,de testibus, cap. dispar. 23.quæstio.8.

Quia de Iudæis conuersis Ecclesia fundata fuit. 33. quæst. 4. c. recurrat, & capit. nono. 2. dist.

Quod

Digitized by Google

Iudæi asserunt, se non viuere cum contumelia inter Christianos.

QVod autem Iudæi non viuant inter Christianos cum contumelia Christi, asserunt ipsi, & eorum defensores dicentes quod ille Christus, de quo in libro eorum qui dicitur Talmuth, tot vituperia scripta sunt, non est Dominus noster Iesus Christus, quia ille Iesus, de quo ibi scriptum est, dicitur fuisse filius Mariæ Magdalenæ, quem habuit à quodam, qui dicebatur Papo. Item describitur fuisse idololatra, & occisus fuisse in ludo, & lapidatus fuisse, & habuisse quinque discipulos, qui etiam occisi sunt, quæ non conueniunt nostro Domino Iesu Christo. Item in eodem libro dicitur ille Iesus occisus fuisse tempore Ioannis summi sacerdotis, qui fuit p multa tempora ante aduentum Christi: imo plusquam per centum annos ante. Fuit enim ille Pontifex tempore Alexandri regis, vt ponit Iosephus. 7. libro de bello Iudaico. Cum igitur Iudæi dicant se non intendere loqui de nostro Iesu, in dictis blasphemijs, non videntur debere puniri, quia blasphemia solum dicitur, inquantum refertur ad Deum, & sanctos. c. 1. & 2. & ibi docto. extra de male. & per Barto. in l. item apud Labeonem. §. sed quod addicitur. ff. de iniu. Si enim voluntate, ac proposito maleficia distinguuntur l. qui iniurię. ff de fur c. cum voluntate de sent. excō non videtur quibusdam, eos debere mulctari, licet vituperosa dicant de Iesu, non intendentes verum Iesum blasphemare. Ait enim beatus Thom. 2. 2. quæst. 13. quod si intentio non respondet blasphemiæ, non est mortalis. Adduci etiam potest ad prædicta, quod cum fuerint plures, qui hoc nomine vocati sunt, quorum vnus, vt Iudæi asserūt, malefactor merito fuit ad mortem condemnatus, licet ipsi maledicant nomini Iesu, non debent propter hanc ambiguitatem condemnari, sed absolui, per ea, quæ in simili volunt Bal. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. pos. Et per notata per Bart. in l. demonstratio falsa. ff. de cōditio. & demonstrati. Ad hoc enim vt possit quis de iure condemnari, necesse vt clare constet de eius delicto, vt inquit Bar. in l. fi. ff. de quæsti. Nam ex solis suspicionibus nemo debet puniri; sed sanctius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnari. l. Absentem. ff. de pœnis. Et ideo nisi Iudæi confessi, vel conuicti fuerint in dictis nominibus blasphemiæ intendere de nostro Iesu, nō debent tanquā blasphemi puniri, iuxta notata, in l. qui accusare. C. de eden. & in l. sciant. C. de proba. vbi etiam dicitur, quod in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, quod etiam habetur in capitulo Epiphaniam. 5. q. 6.

Sequitur alia Iudæorum excusatio.

PRæterea dicunt quidam, quod etiamsi in dicto libro Talmud. ac alijs libris Hebræorum, scripta essent opprobria saluatoris, eisque Iudæi vterentur, non videntur propter hoc debere puniri. Prædictus etenim liber secundum eos factus est ante compositionem Codicis, & decretorum, atque decretalium, & imperatores de eo notitiam habuerunt, ac summi pontifices, & Romæ vbi sedes Apostolica est, sunt tales libri, & tales fiunt orationes, & tamen nihil aduersus Iudæos propter hoc intentatur, nec intentatum fuit secundum eos, tam multis elapsis temporibus. Et ideo videntur excusari ex tali antiquissima tolerantia, & consuetudine, cum præscripta consuetudo habeat vim legis c. fi. de consuet. l. de quibus. ff. de legi. facit. l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcend. ibi. *Vetustatem vim legis tenere*, & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff de aqua quoti. & æsti. & c. super quibusdam. §. præterea, extra de verb. sig. Vbi dicitur quod vsus tanti temporis cuius memoria non est in contrarium, vicem priuilegij, concessionis seu dispensationis obtinet. Facit ad prædicta textus in c. cum iam dudum in fin. de præbend. & digni. *Ibi cum multa per patientiam tolerentur*, facit. l. 1. §. penult. ff. de tribu. & extra de cogna. spi. c. super

c.super eo. ibi. Verum si de consuetudine habetur, ibi in Ecclesia tua dissimulare poteris, &c.

Alia Iudæorum excusatio.

INsuper excusari videntur prædicti Iudæi, quia ipsi non composuerunt præfatos libros, sed iam antiquissimis temporibus editos à patribus suis receperũt, & in eis eruditi, tanquam in lege sua fuerunt. Et ideo in ius, & mores maiorum suorum succedentes, probabilem ignorantiam, seu excusationem habere videntur. l. qui in ius alterius. ff. de reg. iur. Vnde etiam probato vsu, & lectura talium librorum, nihil eis videtur de iure posse impingi, argumento eorum, quæ in simili voluit glos. & Bald. in l. fi. C. si minor se. ma. dixe. vbi inquit, quod si quis probauit per falsos testes, quos credidit veros, non punitur de falso, quia non sequitur; sunt falsi testes, ergo producens commisit falsum, quia potuerunt produci ab eo, qui credidit capitula esse vera, & veros esse testes. Ad idem faciunt notata per eundem Bald. in l. fi aduersarius in fi C. de fide instru. & in l. fi. C. si ex fal. instru. facit text. & ibi Bald. in l. si falsos. C. de fal. vbi inquit, quod licet ex fabricatione falsi quis de falso teneatur, secus tamen ex ratione simplicis vsus, quia sufficit, quod desistat ab vsu, & ita videtur in casu isto, quod sufficiat Iudæos de cætero abstinere ab vsu librorum talium, quibus per ignorantiam hactenus vsi sunt, putantes se licite illis vti posse, cum ab ipsis fabricati non fuerint.

Alia Iudæorum excusatio.

AD defensionem quoque Iudæorum adduci potest, quod quæcunque causa (etiam iniusta) dummodo sit colorata, excusat à dolo, & consequenter à pœna, ita vt criminaliter contra aliquem procedi non possit, vt not. in l. igitur. ff. de libe. caus. & in l. 1. ff. de abige. & in l. plagij criminis accusatio. C. ad l. Flau. de plagi. & per gloss. & Dd. in l. 1. §. fi. ff. si quis ius di. non ob. Et per Angelum notabiliter in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. oblig. Sed in occurrenti casu subest, non iniusta causa, sed rationabilis secundum quosdam, excusans Iudæos ab vsu & lectura talium librorum, vt prætactum est, videlicet successio in ius alterius, & probabilis ignorantia causata ex antiquitate, & superiorum tolerantia, & priuilegiorum concessorum auctoritate, de quibus infra. Ergo videtur eis non debere imputari, nec contra eos posse criminaliter procedi.

Alia Iudæorum excusatio.

PRæterea prædicti Iudæi habent priuilegia Illustrissimi Ducis Mediolani, quibus conceditur vti posse libris suis consuetis, tam quò ad eorum officium quàm quo ad studium. Cum igitur priuilegium iuris obtineat auctoritatem c. priuilegia. 3. di. videntur esse excusandi ratione dictorũ priuilegiorum. Nam priuilegium, seu voluntas principis, dicitur lex, quandoque auctoritatis, vt in l. 1. C. de his qui ven. æta. impe: & in l. 2. C. de adop. Quandoque dispensationis. vt in l. quidam consulebant ff. de re iudi. & in l. Barbarius. ff. de offi. Præto. & formaliter omnes virtutes legis possunt attribui rescriptis principis. l 1. & ibi Bald. in fi. colum ff. de Const. principum. Et ideo cum per ipsa priuilegia sit eis permissum, talibus libris impune vti: iniustum nonnullis videtur, eos ex vsu illorũ debere puniri, quia quod fit lege, vel principe permittente, pœnam non meretur l. iancimus. C. de admi. tut. l. nemo damnum cum ibi not. ff. de reg. iur. in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adul. Imo si princeps eos puniret de his quæ fecerunt ex sui permissione, & concessione, videretur teneri actione de dolo. l. si cum mihi cum ibi no. per Bal. post Nico. Matharelli ff. de dolo. Fides enim seu fidentia data per principem, etiam hosti seruanda est. l. 1. cum ibi no. maxime per Bal. ff. de pac. Bar. & post eum Ioan. de Imo. in l. is qui reus. ff. de publi. iud. & quod not. Bal. in l. si seruus. ff. de verb. ob. & in sua dispu-

Digitized by Google

disputatione incipiente, *Lucane ciuitatis statuto cauetur.* Absonum ergo, & inconueniens quibusdam videtur, prædictos Iudæos fretos auctoritate principis, & priuilegiorum, ante eorum reuocationem, & intimationem eis factam, contra eorum tenorem decipi, & mulctari l. 1. & ibi Bald. C. de his qui ve. cta. imp. maxime emanatis prædictis priuilegijs ex certa scientia principis, & de plenitudine potestatis. Quicquid enim principi placuit, legis habet vigorem, vt in iuribus allegatis, & in §. Sed quod principi. Insti. de iur. na. gen. & ci. & maxime quando fit ex certa scientia, quæ operatur, vt sic concessum non possit in dubium reuocari. l. 2. C. de legi. l. 1. de offic. Præfec. Præ. c. 1. & 2. extra de confir. vtil. vel inutil. Bar. in l. conficiuntur. § codicilli ff. de iure codic. Bal. in titulo de pace Constantiæ in verbo, Si quis autem per Panor. in c. inter dilectos, de fide instru. & c. ad hæc. de postul. præla. & præsertim cum datur de potestatis plenitudine, & nihil obuiat, vt per Bal. in c. bonę. el. 2. extra de postu. præla. maxime autem videntur excusandi prædicti Hebręi, quia cum alias accusati fuissent de similibus apud prędictum principem, ipse faciens deferri ad se præfatos libros, & examinari, ac videri, tandem absoluit ipsos Iudæos, imponens perpetuum silentium super prædictis libris, ita vt illos in posterum tenere possent, & illis vti impune, & hoc fecit per litteras Ducales. Cũ igitur ista causa sem'el sopita sit, non videntur præfati Iudæi amplius debere inquietari, quia habent exceptionem litis finitæ. Et sic vlterius non est procedendum iuxta ea, quæ habentur in c. 1. de litis contesta. in 6. & per Bald. in l. post quam litem. C. de pac. & ideo videtur nihil vlterius esse attentandum, cum sint muniti priuilegio principis, iuxta nota. per Bald. in l. 3. C. si contra ius, vel vti. pu. maxime cum hoc fecerit princeps ex certa scientia, vt supra, ex quo non est inuestigandum, cur ita fecerit, vt aiunt quidam iuxta not. per Bald. in extrauagan. de pace Constantiæ in verbo, Non admittimus. Præterea, quod præfati Iudæi non debeant per Ecclesiam puniri propter prædicta, vel alia delicta, allegari potest illud dictum Apostoli. 1. ad Cor. 5. *Quid enim de his mihi, qui foris sunt iudicare? nam eos, qui foris sunt iudicat Deus.* quod etiam habetur in c. Qui sincera, & in c. de Iudæis. 45. di. & in c. inter verba. 11. q. 3. & in c. Gaudemus. de diuor. Et ideo dicit Richard. de media villa, in 4. sen. di. 17. ar. 2. q. 1. quod Vicario Christi non fuit concessa directe potestas super his, qui sacramentum baptismi non susceperunt. Ex quibus omnibus videtur quibusdam nihil à Christianis iudicibus contra Iudæos debere intentari, præcipue propter imputationem blasphemiæ, & maledictionis Christi, & beatæ Virginis, atque Christianorum. Nam textus in c. Statuimus, de maled. qui loquitur de punitione blasphemantium, & maledicentium, loqui videtur tamen de blasphemia publice prolata, cuius contrarium ipsi se facere testantur, quia blasphemias suas in orationibus secretis dicunt, vel in synagogis suis à Christianis separatis.

QVibus omnibus non obstantibus, in contrarium est veritas, scilicet primo, quod Iudæi vere sunt obnoxij, & culpabiles criminum blasphemiæ, & maledictionis, de quibus imputantur. Secundo, quod debent puniri. Iustitia enim exigit, & iubet scelera puniri, & quod delicta non remaneant impunita. l. Si longius. ff. de iudi. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. l. Stichum. & Pamphilum. ff. de solut. vt pœna vnius metus sit multorum. l. aut facta. ff. de pœnis, & ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. 23. q. 4. c. Est iniusta, & de vita, & ho. cle. c. vt clericorum cum si. De quorum Iudæorũ punitione tractare volens, quia clerici abstinere debent à sententia sanguinis, propter irregularitatis periculum c. clericus,

ricus.& c.sententiam sanguinis,extra ne cle.vel mo.&c.Ex litteris de excess. præl. &c. Sicut 2.q.7. Ideo in omnibus in hoc consilio scriptis , & scribendis semper sub intellectum haberi volo,me vllo pacto non intendere, quod propter scripta mea procedatur ad sentẽtiam sanguinis; Sed intendo solummodo loqui de pœna pecuniaria,vel exilij,qua prædicti perfidi Iudæi de partibus istis eijciantur,iuxta demerita eorum. Sunt enim adeo perversi contra Christianos,quod si in partibus istis ipsi regnarent, Christianos omnes,vt creditur,protinus eijcere festinarent. De his igitur duabus pœnis tantum determinare intendo, etiam si in aliqua lege hic allegata directe,vel indirecte de pœna sanguinis fieret mentio. Quamuis etiam doctores hoc consilium approbantes,eos corporaliter, & pœna sanguinis determinent debere puniri, quorum dicta hic inseruntur.Pro maiori autem declaratione huius quæstionis,dico, quod principes Christiani tenentur facere, ꝙ Iudæi seruent ea, quæ de eis in iure pro honore fidei Christianæ, & salute Christianorum constituta sunt,& præuaricãtes punire debent, & similiter officiales principum,& communitatum, aliter ipsis negligentibus imputabuntur omnia peccata indiscussa ab eis,& impunita.2.q.7.c.Sicut inquit. Faciunt nota.per Bar.in l.Si iudices.ff.de vari.& extra.cog.& per Angelum suo consilio. 938. quod incipit visis. Agentes enim & consentientes pari pœna puniuntur l.Item mella.§.Si alius.ff.ad l.Aqui.l.3.§.Diuus. ff. de sepul. vio.c.1.extra de offi.dele. Prohibere igitur debent Iudæis, & interdicere,ne habeant assiduam conuersationem cum Christianis,maximè simplicibus , & ne trahant eos ad sua conuiuia,vel simul cũ eis habitent.c.Nullus,& c.omnes, 28.q.1. nec permittere debent, quod Christiani seruiant Iudæis in domo eorum, nec etiã extra domũ,quando propter hoc esset nimia familiaritas, & quasi continua conuersatio cũ Iudæis.c. Ad hæc,vbi Panor. extra de Iudæ.Ideo mulieres Christianæ non debent permitti,nutrire filios Iudęorũ in domib.eorũ d.c.ad hæc. nec etiam extra domũ,quãdo nimia familiaritas,& conuersatio ex hoc contraheretur, & ita limitari potest dictũ gl.ac Panor.& Ioan. An.& Ant.de But.in d.c.ad hæc. Nec debent Iudæi mederi Christianis, nec dare eis medicinas præparatas.c. omnes & c. nullus.& ibi glo.28.q.1. Quæ tamen intelliguntur,nisi in casu necessitatis, quãdo alium medicum habere non possunt, quia tunc necessitas facit licitum,quod alias non liceret,vt in c consilium,de obser.ieiu.& c.quod nõ de reg.iur. *Necessitas enim non habet legem.*l.1.ff.de consu. 81.d.c.si diac.l.aliquãdo.ff.de off.procõ. Item debent Christiani principes prohibere, ne Iudæi in publicum procedant sine habitu distincto, vel signo, quo à Christianis discernantur,vt in c.in nonnullis de Iudæ.Et hoc tam in masculis, quam in fœminis.& debet esse patens signum , non sub plica,vel mantello, secundum doct. in d.c.in nonnullis. Nec debent eis permittere,ostia aperta,vel fenestras tenere in triduo ante Pascha,maxime in die Veneris sancti,aut in publicum prodire. c. Quia super his. c. in nonnullis,extra eo. Nec possunt Iudæi nouas synagogas erigere vt in c. consuluit.de Iudæ.Nec præfici potest quisquam Iudæus alicui publico officio inter Christianos,nec dignitatem aliquam,seu præeminentiam,vel honorem adipisci.c.constituit.17.q.4.l.fi.C. de Iudæ.& 45.d.c.nulla.Nec possunt Iudæi cum Christianis in eodẽ balneo balneari.c.nullus 28.q.1.Nec dicere testimonium contra Christianum. c. Iudæi. de testi.Imo repelluntur ab omnibus actibus legitimis.2.q.7.c.alieni. Quæ omnia ordinata sunt,propter maximã malignitatẽ,quam habent prædicti Iudæi cõtra nomẽ Christi,& eius omnes cultores. Et ideo beatus Ambr.prohibuit eos habere permanentẽ habitationẽ in ciuitate Mediolani. Prohibentur quoq; prædicti Hebræi exigere vsuras à Christianis,& exactas.

Principes Christiani tenentur facere quod Iudæi seruent ea quæ eis in iure pro honore fidei Christianorum sunt constituta.

Iudæis interdici debet ne cum simplicibus Christianis assiduam cõuersationem habeant.

Iudæi prohibentur

exigere vsuras à Christianis.

ctas debent cogi restituere per principes Christianos. c. post. miserabilem, de vsu. Quod si non faciũt principes terreni, debent per iudicem Ecclesiasticum cogi ad idem, vt dicit Host. & Ioan. An. in nouella. in d. c. post miserabilem, facit. c. postulasti. & quod ibi notatur, extra de Iudæ. Vnde principes terrarum peccãt non cogendo eos ad restituendũ vsuras, & Christiani, post quam admoniti fuerint, ne cõtrahant, siue habeant commercium cum Iudæis nolentibus restituere vsuras, si cõtra fecerint, debent excommunicari dicto. c. post miserabilem. Item debent puniri Iudæi, si contra Catholicam fidem aliquod intentent detestabile. c. & si Iudæos, extra. eo. Similiter si præsumerent aliquem circumcidere, qui non sit suę nationis, aut sectę, etiam si sit eorum seruus, debẽt puniri pœna perpetui exilij l. vnica. C. ne Christianum man. Nec possunt Christianas in vxores accipere. l. ne quis. C. de Iudæ. Quod si fecerint, tamquam adulteri puniantur, vt ibidem habetur. Item si catholicam fidem peruerso dogmate impugnent, nullatenus debent a christianis principibus tolerari, sed puniri. l. hac victura. C. eo ti. Item si aliquem ex suis, qui vult christianus esse, saxis, vel alio furoris genere intentent, debent acriter mulctari. l. Iudæis. C. e. Similiter quotiescunque peccauerint contra legem naturalem, vel veteris testamenti, possunt per Ecclesiam puniri, vt inquit August. de Ancona in lib. de potestate Papæ, & debent cogi per Papam, & alios principes ad laborandum manibus propriis, vel aliqua licita exercitia facẽdum, alias Papa, & prædicti principes participes erũt turpis lucri, & peccatorum, quæ faciunt, vt prædictus doct. inquit vbi supra. Quod autem dicitur Ecclesiam non iudicare de his qui foris sunt, intelligitur quo ad puniendum ipsos Iudæos, vel alios infideles, si præcepta Ecclesiæ nõ seruent. Non autem si offendant Christianos, vel si faciant contra legem Dei, vt inquit Oldra. de Lau. consilio. 21. faciunt no. per glo. 17. q. 4. c. constituit. & 28. q. 1. c. Iæpè, & per doct. in cle. 1. de testi. & per Ioan. An. in c. Christianos, de hære. lib. 6. & in c. gaudemus. de diuor. & Innoc. in c. quod super his, de voto. & Arch. 2. q. c. multi. & quod no. in c. fi. 8. di. & in c. Iudæi. de Iudæ. & per Bal. in proemio decretalium.

Iudæi blasphemantes Christum, nullo modo ferendi.

Dico ergò prædictos Iudæos blasphemantes Christum, nullo modo esse tolerandos, ne ingrati ex tolerantia, reddant Christianis pro gratia cõtumeliam, & de familiaritate contemptum; & iuxta vulgare prouerbiũ: Sicut mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, hospites suos reddant dolentes, vt dicitur in c. & si Iudæos, extra de Iudæ. Et valdè inconueniens est, & non paruum vituperium principibus Christianis, eius dissimulare iniuriam, & opprobria, qui probra nostra diluit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apoc. 1. Et ideò omnes ad eius iniuriam vindicandam debemus insurgere, vt inquit summus Pontifex, in d. c. in nonnullis. Si ergò etiam ex vna sola blasphemia debent puniri. c. statuimus extra de male. Quanto magis maiori pœna plectendi sunt, qui facinorosis labijs pijssimum redemptorem ex fornicatione natum, & damnatum esse, & in inferno cruciari, asserunt quotidianis orationibus suis, diabolica iniquitate ac malitia illum blasphemantes? Et quòd possint puniri, expresse habetur in dicto c. statuimus, vbi non solum blasphemans Deum puniri præcipitur, verum etiam si quis linguam in blasphemiam contra aliquem sanctorum relaxauerit. Nec mirum secundum Host. ien. in summa, quia socij Dei æquali gaudent priuilegio, argumento. in l. Quæ religiosis. ff. de rei vendicatione, & in capitulo. Quanto, extra de iudi. Quali ergò dicemus pœna plectendos, nefarios Iudæos, sacrilegos, & maledictos, qui sacratissimam Dei matrem, cuius puritati, secundùm Ambro. nulla etiam purissima creatura (licet angelica) potest comparari, ore coinquinato meretricem appellare non verentur.

Digitized by Google

Nam si iuxta dignitatem personæ iudicatur iniuria maior vel minor §. atrox. insti. de iniu. cum illorum, de sen. Et profectò talis iniuria contra matrem Dei, & gratiæ, quæ maior est, & dignior cunctis, vt in c. noua quadam de pœni. & remiss. non potest nisi tanquam maxima iudicari. vt in c qui contra pacem. 24. q. 1 Et cum ipsa sit mater misericordiæ, vt canit Ecclesia, profecto diuina misericordia se reddit indignum, qui eius dissimulat iniuriam. Econtra verò, qui eius innocentiam prædicant, & defendunt, quive eam elucidant, vitam æternam habebunt. Eccle. 24.

Manifestũ est, Iudæos blasphemijs afficere Christum, eiusque genitricem Mariam.

QVod autem Iudęi blasphement Christum, & eius genitricem, manifestum est ex lectione libri eorum, qui dicitur ab eis Mazor. In quo libro continentur officia eorum, & ipsi se eo vti confessi sunt, & vt probatum est per fide dignos testes, scientes legere in libris Hebræorum, maximè per vnum, qui fuit Iudæus, & stetit in synagogis eorum per decem, & octo annos, celebrans officia eorũ, & hoc anno est conuersus ad fidem, & baptizatus. In dicto libro continentur multa enormia contra fidem Christi, & ad vituperium eius. & sicut patet per testimonium multorum, à Iudaismo conuersorum. In festo Mardochæi Iudæi deferunt ollas ad synagogam, & illas conterunt, dicentes: Sicut contritus fuit Aman: sic regnum Christianorum subitò conteratur Et quando transeunt iuxta Ecclesiam Christianorum, dicunt, Domus superborum, prosternat te Deus. & in quadam sua oratione, dicunt: Maledicantur illi, qui adorant, & flectunt genua antè suspensum. Quando verò transeunt per cœmeteria Christianorum, dicunt: Erit verecunda, & repudiata mater vestra, quæ vos peperit, quia finis christianorum vermis est. Et hæc verba dicunt mortuis ibi sepultis, ostendentes eos, non esse resurrecturos ad vitam sempiternam. Similiter in die maledicunt Christum Iesum, & eius discipulos, ac principes Christianos. Item in quadam antiphona dicunt: omnes hæretici, id est, discipuli Nazareni subitò pereant. Similiter vt patet in multis libris Hebræorum, quibus vtuntur; & per testes idoneos probatum est, dicunt, quòd Iesus Nazarenus est natus de fœmina immũda. Et quòd est condemnatus in profundo inferni, in dolio pleno feruentium stercorum, vt dicitur in Talmud. Item in quadam oratione dicunt: Sint maledicti, qui adorant lignum marcidum, & Dei cultum tribuunt suspenso. Item dicunt quòd illi, qui sequuntur legem Iesu Nazaræi, possunt absq; peccato à Iudæis occidi, & omnia mala illis fieri. Item orant quòd nomen Iesu deleatur: & dicunt, quod Iesus Nazarenus fuit instigator malorum, spurius, sceleratus, & crudelis. & asserunt panem consecratum esse panem venenosum, & Euangelium esse plenũ falsitate, & mendacijs, & quòd christiani ponunt spem suam in vno corpore fœtido, & quòd Christiani adorant mortuum, qui non est Deus, sed fuit creatura. & dicunt quòd Iesus volut ostendere, quòd ipse esset Messias, & quòd mortuus est propter iustitiam, & multa alia horribilia asserũt contra fidem nostram, & honorem Domini nostri Iesu Christi, ac immaculatæ matris eius, quæ breuitatis causa pertranseo; & sunt tam in alijs libris Hebræorum, quam in libro Thalmud, propter quas blasphemias possunt, & debent puniri à Christianis principibus, secundùm glo. in c. In nonnullis. in verbo animaduersionis, extra de Iudæ. quam glo. sequũtur omnes Doc. max. Abbas Siculus tenuit etiam hoc. glo. in c. Statuimus de male. quem sequitur Hosti. in summa in titulo de Iudæis. §. In quibus, & in tit. de mal. dicis. §. Qualiter tenuit, & hanc opinionem Anto. de Butrio, & Henri. Boic & Panor. in d. c. statuimus. Si enim maledicens Papæ, est puniendus, vt in c. 1. de male. Quanto magis omnipotenti Deo, & eius glorioſę matri maledicens? quia vt dicit textus in authen. Gazaros. C. de hære. & in c. vergentis, extra. e. ti. grauius est æternam, quàm tempora

lem

lem lædere maieſtatem. Et elegantiſſime dicit Imperator in authen. vt non luxu. contra naturam col.6. *Si enim contra homines factæ blaſphemiæ impunitæ non relinquuntur, multo magis, qui ipſum Deum blaſphemat, dignus eſt ſupplicia ſuſtinere.* Et infra, *propter talia enim delicta, fames, ac terræmotus, & peſtilentiæ fiunt, & propterea admonemus abſtinere ab huiuſmodi illicitis, vt non ſuas perdant animas.* hæc ille. Et in hoc eſt notabile, quod cùm in cauſa propria nullus ſit idoneus teſtis, aut iudex, vt in c.1.& 2.& in c. Acculatores. 3.q. 5.& in l.1.C.ne quis in ſua cauſa, tamen in deteſtatione blaſphemiæ, & maledictionis, poteſt Papa ſibi maledicentibus pœnam imponere, & iniuriam ſuam vindicare, vt nota. in dicto c.1. de male. Facit capitulum olim de iniu.& capitulũ grauis de reſti. ſpoli.

Non eſt permittendum Iudeis, cũ Chriſtianorum iniuria inter eos degere.

EX quibus omnibus apparet, quod licet Hebræi bene viuentes, & iniuriam fidei noſtræ non facientes, ſint fauorabiliter tractandi, tamen per hoc permittendum non eſt eis, cùm iniuria Chriſtianorum inter Chriſtianos degere. Et quamuis tolerentur in ceremonijs legis antiquæ, non tamen ſupportare debent Chriſtiani illos, ceremonias legis Euangelicæ, ſimul cum Chriſto, & omnibus chriſticolis blaſphemare. Imò propter hoc ſpiritualiter admonentur, ne ex aliqua indiſcretione forſitan contra chriſtianos intoleſcant, vt inquit Imperator in l. nullus. C. de Iudæ. Nec in ipſa ſola admonitione conſiſtit. ſed vlterius ad punitionem procedit idem Imperator, varijs pœnis affligendo dictos Iudæos, chriſtianæ fidei iniuriam facientes, vt notatur in l. Iudæi, & in l. Iudæorum, & in l. Iudæos. C. eo. ti. Similiter Inno. Papa inquit in c. & ſi Iudæos, extra e. *Multa Iudæi deteſtanda, & nefanda, ac inaudita contra fidem catholicam committunt, propter quæ cauendum eſt fidelibus, ne diuinam indignationem incurrant, cùm eos perpetrare permittunt, quæ fidei Chriſtianæ confuſionem inducunt.* & in c. in nonnullis. eo. ti. idem ait: *Illud autem diſtrictè inhibemus Iudæis, ne in contumeliam creatoris profilire præſumant, præcipientes huiuſmodi præſumptiones per principes ſeculares animaduerſionis adiectione compeſci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare præſumãt.* hæc ille.

Ad ſupradictas rationes pro Iudæis adductas reſpondetur.

NON obſtat ergò, quod ſupra dicebatur. ſ. Eccleſiam reputare eos eſſe blaſphemos, & ſupportare, vt in c. 1. & c. Cum ſit, de Iudæ. quia reſpondetur quod ibi accipitur blaſphemus large, ex eo quòd non ſunt Chriſtiani. Nam qui non eſt mecum, contra me eſt, vt ait Saluator. Lucæ 11. Et ſic loquitur textus in l. cœlicolarum. C. de Iudæ. vbi dicitur, quòd quidquid deuiat à fide Chriſtiana, cenſetur contra fidem Chriſtianam. Non igitur Eccleſia tolerat blaſphemias Iudæorum, ſed eas punit, etiam ad hoc inuocando brachium ſeculare, vt patet in d.c. ſtatuimus de male. & in c. In nonnullis, de Iudæ. Non obſtat etiam quod dictum eſt ſupra. ſ. in Thalmud, non blaſphemari noſtrum Ieſum, ſed alium, & hoc propter prædictas differentias circumſtãtiarum, quia reſpondetur quod de nullo alio loquitur Thalmud, niſi de noſtro Domino Ieſu, dum dicit, eum fuiſſe ſuſpenſum in ligno, & damnatum, &c. Nam Rabi Salomon appellat eum ibi Nazarenum. Et idcò in prædicto libro, & in alijs libris Iudæorum Chriſtiani appellantur Nazareni, ſiue Hannozeri, quod idem eſt. Et hoc eſt proprium eorum nomen, & particulare. & dicunt Iudæi, quod chriſtiani traxerunt hoc nomẽ à dicto Ieſu Nazareno. Cùm igitur in dicto lib. Thalmud non fiat mentio de alio Ieſu Nazareno, niſi de illo qui fuit ſuſpenſus, à quo dicti ſunt Nazareni eius diſcipuli, nec alius vnquã fuerit, qui reliquerit poſt ſe adoratores ſuos, qui ab eo denominati fuerint, conſtat expreſſe, quod loquitur de Saluatore noſtro, & non de alio. Non obſtat modò, quòd ille Ieſus, de quo ibi, dicitur fuiſſe tempore Ioannis, ſiue Ianei ſacerdotis, quia reſpondetur quòd illi qui cõpoſuerunt librũ Thalmud fuerũt plus quã quadringen-

Ad aliam rationem de Thalmud.

dringentis annis ante passionem Christi, & possibile est, quòd propter antiquitatem temporum errauerint in computatione annorum, & alijs circumstãtijs circa generationem, & vitam, ac passionem Christi. Euangelistæ verò qui scripserũt historiam recentem, quam viderant, vel audierant ab his qui præsentes fuerant, non errauerũt in computatione temporis, & alijs circumstantijs. vel melius loquendo, respondeo quod illi, qui composuerũt Talmud, imitantes vestigia patrum suorum, & odio habẽtes Christum, scientesque quod propter peccatum crucifixionis Christi destructa erat Hierusalem, & ipsi erant dispersi per orbem, volentes remouere à posteris hanc causam destructionis sui regni, & ostendere, quòd Iesus non fuerit verus Messias, post cuius aduentum citò debebat annihilari regnum Iudæorum, dixerunt Iesum Nazarenum præcessisse destructionem Hierusalem per centum annos & plus, & illum mortuum esse sub Ioanne summo sacerdote, & ita propter peccatum occisionis eius nõ fuisse templum & ciuitatem destructum. Et hoc patet per ea quæ habentur in quadam chronica Hebraica antiqua, in qua postquam descripta sunt gesta Iesu Nazareni filij Mariæ, de quo in Talmud fit mentio, sic dicitur: *Secundùm eos qui scribunt historias Hierusalem, Iesus Nazarenus filius Mariæ, & papos, qui fuit suspensus, fuit tempore Ioannis summi sacerdotis, sed secundùm illos qui scribunt historias gentium & nationum, fuit tempore Octauiani Imperatoris, natus sub Herode, mortuus sub Archelao filio eius, & sub Imperatore Tyberio, & sic differunt in computatione temporis, plus quam per centum annos, & potest esse quod illi qui describunt memoriam nationum, describentes res suo modo, dicunt Iesum Nazarenum fuisse tempore Herodis, pro causa destructionis domus Dei & Hierusalem assignent mortem eius, quia destructio Hierusalem fuit facta non multum post mortem eius.* Hæc ibi. Ex qua chronica Hebraica apparet vnam & eamdem personam fuisse illum Iesum, quem Talmud dicit fuisse tempore Ioannis sacerdotis, & quem dicunt Christiani fuisse tempore Herodis, & quòd Talmud anticipauit tempus, vt remoueret veram causam destructionis Hierusalem, quam assignant Christiani, videlicet mortem Christi. Item in eadem chronica dicitur, quòd Constantinus qui dilatauit fidem Christi, & fundauit Ecclesias Christianorum siue Nazaræorum, fuit secundùm illos qui scribunt memorias gentium post trecentos annos à Iesu Nazareno. Ex quibus patet, quòd idem Iesus est ille quem nos Nazaræi, id est Christiani adoramus, & quem in Talmud Iudæi blasphemant. Nec obstat, quòd ibi dicitur filius Mariæ Magdalenæ, siue Magdalæ, ex papos fornicatione generatus, quia compositores prædicti Talmud, volẽtes improbare Euangelium & fidem Christi, & vituperare matrem eius, & ostendere, Dominum Iesum non esse natum de Spiritu sancto, talia finxerunt, scientes Mariam Magdalenam fuisse peccatricem, & ideò dixerũt eam fuisse matrem eius. Non etiam obstat, dum ibi dicitur, quòd fuit lapidatus, & postea suspensus, quia verum est secundum quosdam deuotos doctores, quòd Iesus antequam crucifigeretur, fuit lapidatus a Iudæis, scilicet quando ab Herode fuit tamquam demens reputatus, quia nihil sibi respondere voluerat, & vestibus albis indutus, per ciuitatem vectus a populo fuit, luto & lapidibus inuatus. Item vt legitur Ioan. 8. c. Iudæi voluerunt Iesum lapidare, & tulerunt lapides vt iacerẽt in eum, & propter hoc dicitur in Talmud eum fuisse lapidatum, quia hoc fuit verum, quo ad intentionem Iudæorum. Sed melius loquendo, dico quòd Iudæi compositores Talmud finxerũt eum lapidatum fuisse, vt ostenderent eum fuisse sceleratissimum. Non obstat etiam dum dicitur ibidem, quòd habuit quinque discipulos, quia nõ negatur quin habuerit plures, quia si habuit septuaginta duos discipulos, habuit & quinque. In maiori enim summa minor inest. l. diem. §. si plures. ff. de arb. l. 1. ff. de in. l. iu. & l. 1. item quæritur in princ. ff. de pecu. Similiter

Digitized by Google

de Iudæis inquit Dominus, Matth. 7. *Ex operibus eorum cognoscetis eos.* Si igitur attendamus, quid fecerint per præteritum perfidi Iudæi cõtra fidem Christi, & Christianos, & quid quotidie faciant, cognoscemus eos non ex ignorantia, sed malignitate peccare: multos enim occiderunt Christianos in cõtumeliam Christi. Imo vt dicitur in libro, qui dicitur Fortalitiũ fidei, quolibet anno aliquem Christianũ, si eum habere possunt, occidũt in die Veneris sancti. Et vt in eodem libro habetur, plures occiderunt in Frãcia, propter quod, & alia multa scelera, eiecti sunt a partibus Franciæ per Philippum regem, & ibi habitare non possunt, etiam vsque in hodiernum diem. Ibidem etiam habetur, quomodo alios occiderunt similiter in Alemania, Hispania, Italia, & alijs prouincijs, & de eorum multis sceleribus perpetratis, & quæ perpetrant in orationibus suis, & in medicinis datis Christianis cum veneno. Taceo de beato Simone, paucis annis elapsis ab eis tam crudeliter perempto, & de quamplurimis alijs maleficijs, quæ dietim in Christianos exercent.

Respondetur ad aliud adductum pro Iudæis, quod f. Pontifices summi, ac Imperatores habuerunt notitiam libri Talmud.

qui dixerit iniustum, iustum, abominabilis est apud Deum, blasphemiæ, enim & homicidia, & alia similia delicta, quæ committunt Iudæi contra Christianos, & fidem Christi, non possunt bono animo fieri excusatore, de regu. in. Quod autẽ dicitur, Imperatores ac summos Pontifices habuisse notitiam libri, qui dicitur Talmud: respondetur quod licet habuerint generalẽ cognitionem, non tamen particularem, sc. de abominationibus particularib. contra fidem nostram in eo contentis, cum sit scriptus litera Hebraica quam ipsi ignorant, & similiter de alijs libris: vel melius dicendũ, quod dictus liber alias fuit per Ecclesiam cõdemnatus, vt inquit Oldra. de Lau. in quodam cõsilio suo. Non ergo tolerat Ecclesia Romana, nec Imperatores, quod Iudæi prædictis libris vtantur contra fidem Catholicam, sed si deprehensi quandoque fuerunt, puniti sunt per principes Ecclesiasticos, & seculares, vt patet in dicto fortalitio fidei, & per Ioan. And in c. & in si Iudæos, de Iudæ. vnde Papa Greg. & Inno. iusserunt comburi tales libros, vt plenos hæresibus, & blasphemijs. vt refert Innoc. in c. quod super his, de voto.

EX quibus apparet, quãto odio habeant Christum, ob cuius contumeliam prędicta suis cultoribus faciunt. Cum enim dicat Aristotel. 2. Meta. si propter vnumquodque tale, & illud magis: apparet manifeste quòd si possent, iterum Dominum Iesum crucifigerent, & cum eo omnes Christianos. Si igitur semel malus, semper in eodem genere delicti præsumitur malus, l. si cui. §. idem. ff. de accu. l. Cassius & ibi Bart. ff. de sena. l. 3. §. idem erit. ff. de suspec. tu. Quid dicemus de istis maledictis Iudæis toties in istis blasphemijs deprehensis, & conuictis? profecto qui dicunt eos benefacere & bona intentione, timere debent diuinam sententiam Esaiæ 5. dicentem: *Væ qui dicitis malum bonum, ponentes tenebras lucem, &c.* Quod etiam habetur in capitulo: Si quis hominem, & capitulo, Væ vobis, 11 quæst. 3. & ibidem in capitulo Si quis dixerit, scriptum est: *si*

Non excusantur Iudæi ex longa consuetudine blasphemandi, imo magis sunt puniendi.

ET posito, sine veri præiudicio, quod vsque in hodiernum diem fuissent tolerati in talib. blasphemijs, & sceleribus, dico quod ex tali longa tolerãtia, & consuetudine blasphemandi nõ excusantur, quia consuetudo peccandi maximè cum tanta malitia, & iniquitate, non alleuiat, sed aggrauat peccatum, iuxta illud poeticum: *Auget, non minuit mala consuetudo reatum.* Quod etiam not. in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis. l. desertorem. §. si plures, & l. non omnes. §. desertor. ff. de re. mi. l. nemo. C. de Epis. au. &c. non debet de consan. & affini. c. fina. de consu. & de eo qui dũxit in ma. quam po. per adul. capitulo. cum haberet. malæ enim consuetudines nullo tempore conualescunt, capitulo mala. 8. distinct. & in authentic. vt nulli iudi. §. 1. colum. 9. & de senten. & re. iu. capitulo causa, & ca. cum tanto. de consue. & l. si. C. quæ sit lon. consue. in.

Digitized by Google

sue. In nullo igitur excusari possunt Iudæi propter talem consuetudinē blasphemandi Christum, & Christianos, & cætera faciendi, contra decreta Ecclesiæ, quia consuetudo quæ sacris obuiat institutis, nullius debet esse momenti, ca. ex literis. & c. cum venerabilis, extra de consue. & de viu. pa. c. Tuarum, & de officio Archi. cap. cum satis. & de iura. c. cæterum, ac de vita. & ho. cle. c. cum decorem. & de statu mona. capit. ea quæ. & de simo. cap. in tantum, & cap. tua nos, & de consue. cap. consuetudinem, libr. 6. & de censi. cap. quamquam. in 6. licet enim iudex sciens quem esse furem, non tamen statim eum suspendi faciat, sed multis annis differat sententiam, non potest ille fur propter hanc tolerantiam excusari, si in furto perseueret, imò magis acriter debet puniri ab ipso iudice, qui iuxta Valerij Maximi sententiam, tarditatem supplicij, debet pœnæ grauitate compensare: & secundum Hieronymum super Hiere. Prophetam, maior debet esse pœna peccati, quod nec longitudine temporum potuerit edomari. Ita de Iudæis, tanto tempore in blasphemijs perseuerantibus est dicendum.

Respondetur ad illud, quod dicitur, Iudæos, qui nunc sunt, non composuisse dictos libros.

Ad illud vero quod dicitur, Iudæos qui nunc sunt, nō composuisse dictos libros, respondetur verum esse: sed ipsi quod à patribus, & antiquis suis scriptum est de blasphemijs Christi, & Virginis beatæ, atque iniuria Christianorum, opere compleuerant, peiores dictis compositoribus effecti, & quanto iuniores, tanto sceleratiores, vnde appellari merito possunt genimina viperarum, vt inquit Saluator Matthæi vigesimotertio. Nec quia à patribus suis prædictos libros receperunt, & in eis sunt instructi, excusari possunt ex ignorantia; Aliter excusati essent omnes infideles, quia ipsi non composuerunt librum legis Maumethis, vel aliarum legum, sed ab antiquo editos receperunt, & in eis instructi, & eruditi fuerunt. Quæ tamen ignorantia eos non excusat. Et ideo nec Iudæos, imò minus, cum ipsi habeant notitiam prophetarum, & scripturarum, quæ de Christi natiuitate, vitaque ac passione eius loquuntur, & de imperio Christiano. Et licet de Iudæis, qui erant tempore passionis Christi, fuisset prophetatum, quod non debebant intelligere scripturas propter eorum duritiam & cæcitatem, iuxta illud Esa. 6. *Audite audientes, & nolite intelligere, videte visionem, & nolite cognoscere*: Tamen de Iudæis qui nunc sunt, potest dici, quod vel nolūt intelligere scripturas, vel intellectas ex malitia nolunt adimplere, cum videant, & cognoscant fidē Christianam, per totum orbē dispersam; & tantis martyrib. pro ea coronatis mirabiliter fundatam; & prophetias eorum in Christo adimpletas: vnde sunt in ignorātia crassa, & supina, quæ non excusat in delictis, vt inquit glossa, & ibi Bal. in ca. 1. qui b. mo. feu. amit. Est autem ignorantia crassa, & supina, quando factum publicum omnibus, ab aliquo ignoratur, quæ neminem excusat. Et ideo Iudæi dicuntur non excusari, quia Christum adhuc venisse ignorant, 1. quæst. 1. §. vltim. & 12. quæst. 2. cap. qui diuinis, & 23. quæst. 1. cap. paratus. & 11. q. 1. c. Cure. & 8 quæst. 1. cap. Licet ergo. & di. 20. cap. Si decreta, & cap. Quod dicitis. 16. di. Et ideo cum non habeant aliquam causam verisimilem ignorantiæ, quare dictas blasphemias in dictis libris legant, vel legi faciant, non possunt excusari de dolo, quia lata culpa æquiparatur dolo. leg. Quod Nerua. ff. depo. Ex quo possunt condemnari.

Respondetur ad illud, quod dicitur pro Iudæis, sc. ipsos habuisse priuilegia.

Ad illud vero quod dicitur, prædictos Hebræos habere priuilegia quib. impune vti possunt præfatis libris Respondetur quod ipsa priuilegia, & quęcunque alia, habuerūt à Christianis, & ideo offendendo Christianos, omnia prorsus corruunt, quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. §. Nos autē, in authentica. de tabe. & l. quisine. ff. de neg. gest. & c. vbi. 74. di. l. Iudæos. C. de Iudæ. & c. priuilegium. 11. q. 3. ex quo non possunt prędicti Hebræi defendi virtute ipsorum priuilegiorum, argumento in ca. Tuarum cum si. extra de priui. Cum igitur

igitur perfidi Iudæi ex culpa sua in perpetuam seruitutem sint redacti, & donum libertatis quod à Christiana pietate acceperant, per ingratitudinem perdiderint, vt notatur in dicto c. Et si Iudæos, de Iudæ. per ea quæ habentur in c. fi. de dona. & in cap. Octaua discussio. 12. q. 2. & in l. fi. C. de remo. do. tãquam serui ipso iure sunt omnibus priuilegijs, gratijs, & bonis spoliati, iuxta legem, iure ciuili. ff. de condi. & demon. Et propter hoc inquit Alexan. de Ales, in 3. part. summę in tractatu de septimo præcepto Decalogi, quæstio. 5. Quod Iudæi possunt expoliari à principibus Christianis, omnibus præter quam necessarijs.

Cum concessum fuit Iudæis, quod vti possint libris suis impune, nõ intelligitur quod vti possint in cõtumeliam Christi.

PRæterea posito, sine veri præiudicio, quod non essent propter prædicta omnibus priuilegijs priuati, dico quod in illa generali concessione, quod possunt vti libris suis impune, non intelligitur quòd vti possint in cõtumeliam Christi, & matris eius ac Christianorum, in generali enim concessione non intelliguntur concessa ea quæ in speciali non concederentur c. in generali, de regu. iu. libr. 6. Et hoc etiam patet, quia concessiones, & priuilegia intelliguntur fieri sine alterius iniuria. l. 2. §. Si quis à principe, &, §. merito. ff. Ne quid in loco pu. & l. Si decem. ff. de statuli. l. fi. C de sta. & ima. l. cũ filius. ff. de mili. testam. l. fin. ff. de aqua plu. ar. præterea dici potest, Iudæos non posse ipsis priuilegijs vti, quia sunt subreptitia. Licet enim in litera ducali diceretur, quod princeps fecit videri & examinari dictos libros, & postea concessit quod Hebræi illis vti possent impune, hoc est falsum, Nam licet delati fuerint prædicti libri, vel aliqui eorum, non tamẽ fuerunt examinati, nec determinatum fuit, quod in eis non essent blasphemiæ Saluatoris & Christicolarum. Et hoc ego certissimè scio, qui fui commissarius in dicta causa. Sed quia Iudæi dicebant, in illis libris non contineri illa de quibus imputabantur, prædictus princeps concessit quod libere vti possent ipsis libris. Cum ergo significauerint falsum, & hoc priuilegiũ datũ fuerit illis, quia princeps credebat sibi verum annunciatum esse, constat prędictum rescriptũ, tanquã subreptitiũ non tenere, nec Iudæos excusare, iuxta nota. per Ioan. And in c. dudum, de priuileg. & per Bald. in capit. 1. per quos fiat inuesti. Fuit ergo error scriptoris, qui quia viderat libros Iudæorum delatos fuisse, videns postea principem absoluere Iudæos de imputatis ratione librorum, credidit libros ipsos esse examinatos, & approbatos.

Iudæis etsi cõcessum esset priuilegium, vt vti possent suis libris, tale priuilegium esset nullũ, cum tot enormia cõtra Christum in ipsis includantur.

SED posito, sine veri præiudicio, quod prædictus princeps proprio motu, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis concessisset Iudæis, vti posse impune dictis libris, dicens illos ab eo examinatos, imponensq; perpetuum silentium super imputatione dictorum librorum. Respõdeo quod hoc priuilegium est nullum, & non potest Iudæis adiutoriũ præbere, quia etiamsi Imperator vel Papa hoc priuilegium fecisset, cum in dictis libris sint tot enormia contra Christum, & beatã virginem, & fidem Catholicam, atque contra Euangelium, ipsum priuilegium esset nullum, & dispensatio vana, quia Papa non potest dispensare contra fidem, & Euangelium, seu contra legem diuinam 25. q. 1. cap. Sunt quidam. Tale ergo priuilegiũ principis nullius esset penitus momenti, quia lex siue ordinatio contraria bonis moribus, nullum habet vigorem c. non licet, & quatuor capitulis sequentib. 10. distinct. Sed absit dicere de hoc Christianissimo principe, quod voluerit per tales literas concedere Iudęis, vt vti possint prædictis libris in cõtumeliam creatoris. Per verba enim generalia non intelliguntur concedi expresse prohibita l. ex testamento. ff de nuli. testa. l. nam si miles vbi Bal. ff de iniusto ruptoq; te. Angelus in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. cum ergo verba generalia non includant illicita l. si procurator. ff. de condi. inde. & l. Paulus. §. penul. ff. ad muni. Imò nec includãt odiosa. l. 3. §. si procurator. ff.

Digitized by Google

tor.ff.quod quisq; iuris,& ibi Bart.l.si pater. ff. de his quæ in fraudem cre. & C. de mune.& ho.leg.1.lib.10. profecto constat prædictum principem non intellexisse quod Iudæi ex suis priuilegijs prædicta scelera cõmittere possent impunè, quod etiam si facere intendisset, eius concessio non habuisset robur, nec vigorem. Non enim valet statutum, vel decretum, quo ordinatur, vt iustitia non fiat, vt inquit Bal.in c.quæ in Ecclesiarum,de consti.

Respondetur ad aliud quod dicebatur pro Iudeis, de fide seruanda à principe.

AD illud vero quod dicitur de fide seruanda à principe, vt non puniantur Iudæi, qui vsi sunt libris secundũ concessionem eius; Respondetur,quòd imò vsi sunt contra eius voluntatem, vt patet ex prædictis. Et posito,sine veri præiudicio quod illis concessisset vti ipsis libris absque limitatione,& contra ordinationem Ecclesiæ, dico ipsum non teneri ad obseruantiam prædictæ concessionis, etiam si eam iuramento firmasset.Quia inquit Ecclesia:*In malis promissis rescinde fidem, & in turpi voto mata decretũ.* Impia enim est promissio quæ scelere adimpletur.22.q.4.cap.in malis,cum multis capitulis sequentibus, & idem dicitur in c.diffinitio. Diffinitio incauta laudabiliter est soluẽda. Ad illud quod dicitur, semel esse litem finitam,respondetur negando,quia princeps absoluit prędictos Iudæos de prędictis cõmissis,puniens eos pœna pecuniaria,non autem liberauit eos à futuris delictis, vnde cum de nouo peccauerint, debent nouis subiacere pœnis,quia quæ dẽ nouo emergunt,nouo indigent auxilio. l.de ætate.§. ex causa.ff.de interro.ac. & ad nouum factum debet adhiberi nouum remedium. ff. de ven. inspi. l.1. in princ C.de ve.iu e-nu.l.2.§.sed quia,& notat glo.in ca. pastoralis de except. Et posito,sine veri præiudicio,quod propter prædictas literas nõ posset princeps punire Iudæos de maledictionibus contra se factis ab eis, ex lectione talium librorũ,tamen tenetur eos punire, de blasphemijs Christi, & B. Virginis, & opprobrio fidei Christianæ,hoc enim eis remittere nullatenꝰ debet, iuxta nota.23. q.4.ca. quod Christus.§.1.& in c.inter querelas.§.sed obijcitur & c.se.& 90 di.c.discordantes, & per glo.in c.contingit de sen. excom. Nec oportet quod dictis Iudęis ante fuerit intimatum,ne vterentur blasphemijs, & maledictionib. in libris eorum cõtentis, aliter punirentur, quia ipsi bene sciebant se facere contra volũtatem prædicti principis, & omnium Christianorum,& contra determinationem Ecclesiæ, blasphemando Christum,& beatam Virginem,ac maledicendo Christicolas, scienti autem non debet fieri denunciatio de necessitate, iuxta no. in l.si delegatio,& ibi Cynus. C.de noua. & ff.ad Treb.l.1.& ibi Iaco.de Are.& in l. aliud. ff. de solu. & in l. qui ferias. ff. ad l. Aqui & per Bal.in c.cum inter vniuersas, de elect.& in l.1.C.de peric.& co.rei ven. Qui enim certus est,certiorari non debet l.Tutor.in fi.ff.de pigno.ac l.in sententiæ, & ibi.Iaco.de Bel.ff.de act.em.& in *l.1.§.si* intelligat.ff.de ædi.edic.

NOn obstat modo quod dicitur, textũ *Respõdetur* in d.c.statuim'de malef.loqui de blasphemia publicè prolata.cuius contrariũ Iudæi se facere dicunt, quia Respond. tur *dictum,non* quod textus ibi dum dicit,quando publicè,& c.secundum Hostien.& Panor.ponit speciem publici distinctam à notorio, & sic dicitur publicè fieri,quando corã pluribus. personis fit blasphemia, & licet non transierit in notorium,satis est quod probari potest, argum. in l.palam.ff.de verborum significatione. præterea licet Iudæi non blasphement in præsentia Christianorum, blasphemant tamen publicè in synagogis suis,& solenniter in orationib. suis in præsentia omnium suæ nationis, & ideo cum hoc ad notitiam veniat Christianorum, debent eos punire, quia non debent ex dolo suo,& malitia impunes euadere,debẽt igitur principes Christiani istos sceleratissimos Iudæos punire, & comburi facere omnes libros incãtationum, & maleficiorum quos prædicti Hebræi habent, eisque contra Christicolas vtuntur, libroſque omnes contra fi-

aliud

punire blasphemiam, nisi publicè fiat blasphemia, & licet non cum.

Digitized by Google

dem Catholicam, & in quib. ſcriptæ ſunt blaſphemiæ Chriſti, ac puriſſimæ Virginis, & ſanctorum, necnon maledictiones Chriſtianorum, ſimiliter in ignem mitti, & deleri facere iuxta poſſibilitatē ſuam, aliter ipſi principes reddent rationē Domino de prædictis maleficijs, quæ ex ſua negligentia impedire neglexerunt, & perinde punientur, ac ſi ipſi ea commiſiſſent, quia error cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cum minimè defenſatur, opprimitur, negligere quippe, cum poſſis, perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſiſtit obuiare, capitul error. cap. quid enim & capitul. conſentire. 83. diſtin. & 11. quæſtione ſeptima. capitul. negligere, quòd ſi hæc vera ſunt de alijs criminibus, multo magis de blaſphemia, quæ ſceleratiſſimū genus eſt peccati, quo nihil eſt horribilius, vt inquit Richardus, de ſancto Victore, in quodam ſermone, & non tantùm Iudæos, ſed etiam Chriſtianos blaſphemantes debent punire, quia inquit Auguſtinus, in quodam ſermone: *Plus peccant blaſphemantes Chriſtum, regnantem in Cœlis, quàm qui Crucifixerunt eum ambulantem in terris.*

Concluditur modo ex prædictis, quod Iudæi debent puniri, & qua punitione.

EX prædictis igitur omnibus concludi tur, quòd propter prædictos defectus poſſunt & debent perfidi Iudæi puniri peculiariter, ablatione omnium bonorum, & debent eijci de iſtis partibus, ſicut à multis prouincijs Chriſtianitatis erecti ſunt, propter ſimiles defectus, ſicut in Sabaudia, & Anglia, & in Francia, vt patet per Vincentium, in ſpeculo hiſtoriali libro ſecundo, capitul. 25. vbi dicit, quòd 1183. expulſi ſunt per Philippum Regem de Regno Franciæ pro ſimili cauſa. Et licet fortè alijs ſecularibus conſultoribus maiores pœnas videantur promereri: Rogo Illuſtriſſimum Ducem, quòd dictas pœnas corporales, ſi quas forſitan merentur, velit in pœnam perpetui exilij commutare, poteſt. n princeps, exarum commutationem facere iuxta notat. in l. ſeuerior. & ibi Barto. C. de his qui notant. infa. & in l. quid ergo §. pœna grauior ff. eodem. & vbique Bald. & in l. licet. C. de iudi. & ibi Guil. & per Angelum in l. ſeruum. ff ſi ex noxa. cau. aga. Et per Hoſtien. in capitul in Archiepiſcopatu. de rapto. & per Innocent. in capitulo, qualiter de accu. hæc autem pœna propriè conuenit punitioni Iudæorum. Nam exilium eſt canonica pœna, quam Eccleſia imponit in malitia obſtinatis. 16. quæſtione prima. capitul. Probinum, 50. dicto capitulo, accedens, & ſecunda, quæſtione prima, capitul. in primis. Nulli autem magis reperiuntur in malitia obſtinati, quam Iudæi, & ideo omnino ſunt ab iſtis partibus effugandi. Quo vero ad pœnam pecuniariam, dico quòd ſi Iudæi habent aliquid bene acquiſitum vltra vſuras, illud debet propter tales defectus applicari his quibus applicārur alia bona, taliter delinquentium. Verùm ſi nihil habent præter vſuras illicitè extortas. licet Domini terrarum poſſint prædicta bona ex vſuris habita ab eis extorquere, tamen non poſſunt ea ibi retinere, vt expreſsè tenet venerandus doctor ſanctus Thomas, in Epiſtola ad Ducissam Lotaringiæ. Sed ea primo debent reddi his à quibus ſunt extorta, vel eorum hæredibus, qui ſi non apparerent, debent in pias cauſas, & vſus ſalutares, animabus eorum ad quos prædicta bona ſpectarent conſummari, diuidendaque ſunt inter pauperes Chriſti: prout tenet communis ſchola Theologorum in 4. ſentent. diſt. 15. & Canoniſtarum in cap. cum tu. & in cap. poſt miſerabilem. de vſu. & Ioan. Andr. in cap. peccatum. de regu iur. libr. 6. & in cap. cum ſit, d Iudæis Et omnia prædicta eſſe vera, & debere fieri dico, & conſulo, ego frater Bernardinus de Buſti, Ordinis minorum, & in fidem præmiſſorum manu propria me ſubſcripſi, nullatenus tamen cōſentiens in aliquam pœnam corporalē dictis Iudeis inferendam. Sequuntur ſubſcriptiones doctorum approbantium ſupraſcriptum conſilium. Philio. autem doctor ſic ait:

Licet

Subscriptio approbans supradictũ consilium in Iudæos multorum doctorum, & hæc est primi doctoris subscriptio, ac consilium.

LIceet sola auctoritate, scientia, ac prudentia, subscripti Reuerendi Patris, D. Fratris Bernardini de Busto, Ordinis Minorum: fretus ad ipsius consilij subscriptionem per me deueniendum esset, eo maximè cũ omnia superius per reuerentiam suam adducta, sint optimis fundamentis, iuribus, auctoritatibus, & rationibus comprobata: Attamen pro corroboratione eorum, quæ per paternitatem suam in medium adducta sunt, si vera sunt in facto, quę superius cõtra Hebræos recitantur, & de eis constet per veridicas probationes, profecto talia delicta non debent impunita relinqui. Et licet aliqui velint, crimen blasphemiæ tunc demum debere puniri, quando publicè perpetratum est, tamen sufficit etiam si in camera multis audientibus, facta seu prolata fuerit ipsa blasphemia cap. penul. de maled. & de excess. præla c. inter dilectos, & cap. quã sit, & sufficit quòd blasphemans confiteatur, vel si negat, conuincatur, capit. si constiterit. de accus. & D. Ioan. de Ana. in c. fi. de maled. in 4. colum. versicul. notat. quòd ad hoc, sed operæ pretiũ videndum esset an quando Iudæi per blasphemiam, vel aliter æternalem lædunt maiestatem, puniendi sint per iudicem Ecclesiasticum vel temporalem, seu secularem, in quo ar. communis dicitur esse doct. opinio, quòd tale delictum puniri possit, & debeat per iudicem secularem. Et ita consuluit Petrus de Ancha consilio suo quod incipit, Videtur prima facie. Quem refert, & sequitur D. Ioan. de Ana. in Rubrica de Iudæis in col. penul. in prin. versic. adde prædictis. Idem tenet ipse. D. Ioan. de Ana. in c. fi. de maled. in col. 18 versicul. circa prædicta & etiam in cap. postulasti. extra de Iudæis, in sexta colum. vers. c. vltim. quare, vsque ad finem illius capituli, & in locis prædictis alleg. multos doctores, tenentes hanc opinionem, licet Cald. in ti. de Iudæis, in consilio 2. visus sit tenendum contrarium, & male, videlicet quòd imò punitio criminis blasphemiæ cõtra Iudæos spectet toli iudici Ecclesiastico, non autem iudici seculari, nisi eatenus quoties iudex Ecclesiasticus imploraret auxilium brachij secularis in subsidium.

Quæ pena puniendus sit Iudæus blasphemans.

SEcundo etiam est videndum qua pœna veniat puniendus ille, qui blasphemat, vnde reperio primo. Cald. in dicto consilio 2. quod incipit, Iudæus dolosè, scienter, & appensate, qui dicit quòd sicut æternalis maiestas lædituer per hæresim, sic etiam per blasphemiam, & ibi subdit, quòd hoc crimen blasphemię sapit hæresim, si scienter & appensate fit, & maximè si sæpius fit, & iteratur. Nam hæreticus est qui male dogmatizat de fide, vel eius art. 24. quæst. 5. inter schisma. Et licet Iudæus propriè non possit dici hæreticus, Cle. 1. de vsu. vbi gloss. tamen quando Iudæus profert verba insana, & male sentit de art. fidei, potest eadem pœna puniri, qua potest hæreticus puniri propter offensam Dei, & proximi in hoc scandalizati. Et ita concludit, Cald. in dicto consilio in 1. col. & etiam secundum ius ciuile, talis pœna est considerationis bonorum probata accusatione. leg. 1. C. de apo. Et D. Ioan. de Ana. in c. pen. de Iudæis in fine. Et quòd hoc casu propter blasphemiam Iudæus possit puniri pœna qua puniuntur hæretici, tenet D. Ioan. de Ana in cap. postulasti. de iudæis. in 6 col. versicul. vlt. quæritur, & subdit. D. Ioan. de Ana. in dicta Ru. de vsu. in col. penul. quod ex eo quòd quidam Iudæus proiecit quandam immunditiam super Crucem, in qua erat sculpta figura Domini nostri Iesu Christi in modum Crucifixi, attento quòd illa iniuria seu offensa est facta Deo, ob hoc ipsi Iudęo debet imponi pœna corporalis. sc. sacrilegij. l. sacrilegij. ff. ad l. Iulia. pecu. & l. 1. C. nemi. licere signum Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, & ibi ad hoc allegat multa iura, & ibi concludit hanc pœnam esse imponẽdam per iudicem secularem.

Iudæi ligãtur legi imperiali, an blasphemiãs puniri ademus. de diuor. & Iun. in ca. quòd super his extra de voto, sed in casu nostro su-

ET quòd Iudæi ligantur lege imperiali, tener. Ioan. And. post Host. in c gau- *capitali.*

Digitized by Google

per hoc art. an propter blaſphemiam hodie ſit imponenda pœna capitalis. tex. in authen. vt non lux. contra naturam. parificat peccatum contra naturam, & peccatum blaſphemiæ, & vult vtrumque delictum capitali pœna puniri, ſed per tex. in c. fi. de male. videtur illa pœna eſſe immutata, ſed ille tex. in c. fi. non habet obſtare, quia illa pœna eſt ſpiritualis, & de iure cano. introducta, vt dicunt, Iacob. de Bel. & Bart. in dicto authen. vt non lux. & vna per aliam non eſt ſublata, ideo gloſſ. in dicto c. fi. & glo. infra. ca. ſi quis per capillos. 22. q 1. dicunt quòd de iure ciuili qui blaſphemat Deum, & ſanctos, vltimo ſupplicio damnari debet, quod tamen declarat Sal. & Saly. in l. 2. C. ad l. Iuliam maieſtatis, ac. Pet. & Cy. in l. 3. de re. cred. verum eſſe quando quis ex conſuetudine, & in contemptum blaſphemat Deum, & ſanctos, prout fuit in caſu noſtro, quia hoc caſu pœna vltimi ſupplicij puniri debet; ſecus ſi vna vice ſeu duabus, vel tribus vicibus blaſphemaſſet, quia tunc mitius eſſet puniendus, & deberet poni ad torturam, vel aliter puniri arbitrio iudicantis, & ita etiam dicit Ioan. de Ana. cap. dicto. fin. in colum. 14. in fin. & in col. 15. in princip. & ibi dicit Hoſti. etiam hoc tenere.

HIC dixit notabiliter Ang. in l. fin. ex ſenatus. ff. ad l Cor. de Sica quòd Imperator Fridericus fecit quandam extrauagantem, in qua edidit quandam conſtitutionem contra reos læſæ maieſtatis diuinæ & imperij, quam approbauit Eccleſia; & eſt apud inquiſitores hæreticorum ſub Bulla Papali, & dicit ipſe Angl. hanc conſtitutionem retuliſſe in l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtatis. Cum ergo iſti Iudæi etiam grauius deliquerint cõtra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius Matrem gloriosam Virginem Mariam: vti in facto præſupponitur, quam ſint caſus, qui in facto proponuntur per Doc. in locis ſuperius allegatis, & iſtud fecerint, in contemptum, & ex conſuetudine, negari non poteſt, quin aciter puniendi ſint. & ſi princeps vult benignitate vti, & pœnam commutare, ſaltem eſſent de Dominio ejiciendi, & banniendi, & maximè hi qui publicam fœnus exercent, & ſanguinem pauperũ demulgent, præſertim cum cauſæ ſuperius expreſſæ in propoſitione caſus, ſint nedum iuſtæ, ſed iuſtiſſimæ, pro expellendo eos, cum & hic cõcurrat vtilitas publica, quæ præferri debet vtilitati priuatæ ipſorum Iudæorum. Faciunt enim infinitas extorſiones vſurarum, & pignorum alienationes, cõtra pauperes, & Chriſtianos, & eis expulſis, hæc omnia ceſſabunt; ſubſiſtente enim aliqua legitima cauſa, vel aliquo periculo ſcandali, vel aliqua neceſſitate, vel quãdo pacificè non viuunt, vt eſt in caſu noſtro, vbi non ceſſant quotidie blaſphemare Deum, & beatam Virginem, & ſanguinem pauperum demulgere, poſſunt, & debent per principem de ſuo dominio expelli c. & ſi Iudæos. de Iudæ. & ibi late per doct. & maxime per D. Ioan. de Ana. in 2. & 3. col. Et ibi multos allegat ad hoc concor. Et quia bona eorum ſunt per vſurariam prauitatem extorta, eſſent reſtituenda his quibus ſunt extorta. Et ita vt ſupra dictum eſt dico, & cõtulo ego Ludouicus Cacia, inris vtriuſq; doctor Nouarienſis, in cuius rei teſtimonium, me manu propria ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillaui, ſaluo ſemper iudicio cuiuslibet rectius ſentientis. Laus Ieſu Chriſto.

2. Doctoris ſubſcriptio ac conſilium.

SEcundus doctor ſic ſcripſit. Reuerende Pater, & ſi ſola ſubſcriptione determinationes veſtras comprobare decentius eſſet, quàm additione aliqua, ne Solem faculis illuſtrare velle videar. Quoniam tot iuribus, totque rationibus, tam ſubtiliter, tamq; limate poſitis fulcitæ ſunt, vt nihil ſuperfluum, nihilque diminutum in eis inueniri poſſit: Attamen ne inconſultè ad confirmationem earum accedere velle videar: Quædam pauca, quæ licet neceſſaria non videantur, indecora tamen non iudicanda cenſeo. Et ne res hæc ſine diſputatione omnino tranſeat, quo clarius elucescat, præmittam vnum argu-

Digitized by Google

argumentum pro ipsis Iudæis, cum quibusdam rationibus, quæ pro ipsis stringere videntur, quibus tamen dabitur responsum impetrato prius auxilio Domini nostri Iesu Christi eiusque gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, pro quorum honore præsens labor assumitur.

Arg. pro Iudæis.

ET primo clarum est in iure, quòd consuetudo contraria legi vincit legem. l. diuturna. ff. de legibus. l. de quibus, & ibi per Barto. eodem tit. & c. 1. de constitutio. in sexto, & ibi etiam per canonistas, sed sic est, quòd quicquid dicant iura per Rub 5. allegata, maximè textus loquitur de pœna vltimi supplicij, & alia iura loquentia de pœna amissionis bonorum per vos allegata, videntur sublata per cõtrariam consuetudinem totius Italiæ, ergò dicemus, Iudæos ipsos tanquam blasphematores Domini nostri Iesu Christi, eiusque gloriosissimæ Virginis Matris non esse pœnis legalibus plectẽdos. Sed mitius cum eis agendum, argumento capituli in pœnis de reg. iur. in 6. & c. odia. eod. tit. quòd autem dictus tex. in aut. vt non luxurietur contra naturam, non seruetur de consuetudine, hoc clarè determinat Dominus Ang. de Arimino, in tractatu Maleficiorum in verbo, verba contumelioſa, in additionib. suis. & cùm sit doctor illustris, attestans de hac consuetudine, ei standum videtur, iuxta glo. notabilem in l. dos à patre. C. solu. matrimo. & posito quòd ipse non attestaretur de hac cõsuetudine, tamẽ ita de facto obseruari videmus. Nam quotidie iurari videmus per corpus & sanguinem, & per membra Dei, huiusmodi scelerata iuramenta, quæ dicuntur propriæ blasphemiæ, secundùm Bar. in dict. authentic. vt nõ luxurietur contra naturã, & ibi est text. apertus, & tamẽ nullus punitur pœna vltimi supplicij, neque amissionis omnium bonorũ, sed pœnis statutarijs, quæ communiter vigent per omnes ciuitates, quæ mitiores & leuiores sunt. Nam si omnes punirentur hac pœna, qui iurant per corpus Dei, & per sanguinem, & huiusmodi similia, exiguo tempore nullus esset iuxta illud: *Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.* Nam secundùm statuta ciuitatis nostræ, commutata est pœna istorum blasphemãtium in pœnam librarum decem imperialium, & sic videtur recessum à pœna capitali. l. qui cum vno. §. post desertorem. ff. de re. milita. Standum ergò videtur huic consuetudini introductæ post legem conditam, tanquam rationabiliori & benigniori. d. c. in pœnis. & c. odia supra allegatis. & d. l. diuturna.

SEd his tamen non obstantibus, puto contrariam sententiam de iure veriorem, videlicet, quòd Iudæi ipsi maledicti, blasphematores, sacrilegi, arque hæretici, possint puniri pœna amissionis bonorum per text. in authentic. vt defunctorum funera. §. 1. col. 6. vbi inquit tex. Qui enim hominis naturam nõ erubuit, dignus est, & pecunijs, & gloria, & omnibus condemnari. hoc idem voluit Hostiensis, in ti. de maled. in summa sua. §. Item pœna vltimi supplicij, per text. in dicto authentico, vt non luxurietur contra naturam, stantibus tamen pro veris in facto his quæ exposita sunt.

NON obstat contraria consuetudo allegata, quoniam præfatus Dominus Ang. qui de dicta consuetudine attestatur, mouetur ex dicto Bal. in l. 2. C. de rebus creditis, circa finem, qui Bal. loquitur, quando per statutum esset imposita pœna pecuniaria, quo casu videtur recessum à pœna capitis, secundùm Petrum de Bella pertica, per text. in l. qui cum vno. §. post desertorem suprà allegatum, quæ sententia non est omnino vera: nam contra hanc sententiã visus est tenere. Bar. in l. 1. ff. de vi bo. rap. Sed hæc omittẽda censeo, cùm non sint præsentis speculationis, cùm Iudæi ipsi non possint gaudere beneficio statutorum, quoniam pro forensibus censentur, & cùm non sustineãt onera in locis quibus degunt, non debent etiam gaudere beneficio talium statutorum,

Respõdetur ad arg. tam pro Iudæis adductum.

rum,vt in l.ſecundùm naturam.ff. de reg. iur. Remanent ergò ſub diſpoſitione iuris communis, videlicet dicti authentici,vt non luxurietur contra naturam, & maximè in caſu propoſito, vbi habent ex conſuetudine eorum ſcripta maledicendi ter in die Chriſtum Ieſum, & eius diſcipulos & principes Chriſtianos. Et di. Hoſt.quod adeò puniuntur blaſphemantes Deum: quod etiam ſi quis calore iracundiæ blaſphemauerit Deum, tenebitur hac pœna,contra Gofredum, qui volui t blaſphematores calore iracundiæ blaſphemantes,non t. neri ea pœna. poſſet tamen ſecundum ipſum eſſe tanta iracundia, quòd dementiæ æquipararetur, & tunc eſſet mitius agendum, dixit idem Hoſt. in ti. de maledicis in §. qualiter quodlibet g·nus puniatur,in verſiculo, puto,quod contra iraſcẽtes Deo, vel blaſphemantes ipſum calore iracundiæ &c. in ſumma ſua,& in titulo de Iudæis, vbi dicit, quòd non ſolùm de iure ciuili,ſed etiam de iure canonico pœna vltimi ſupplicij,puniẽdi ſunt tam Chriſtiani,quàm Iudęi per poteſtatem temporalem,exponens verba Pontificis, videlicet condigna animaduerſionis adiectione. Nam ſecundùm ipſum animaduerſio denotat merum imperium. ff. de iuriſdic. omni. iudi.l.3.vnde animaduertere eſt animam à corpore vertere. Ita d·t rminat ipſe Hoſtienſis in titulo de Iudæis.§.& in quibus grauentur, in verſiculo, ſed quæ eſt pœna.

Oſtenditur per quandã quæſtionis ſolutionem, Iudeos de blaſphemia puniendos eſſe.

ET ſubdit poſtea in verſiculo ſequenti quandam quæſtionem, quæ multum facit ad propoſitam materiam, quam dicit ſemel de facto coram ipſo contigiſſe. Nam dicit quòd cum ſemel quidam Iudæus redderet computum,coram eo in capella S Mitrij domin̄ Comitiſſę prouinciæ,dictus Iudæus iratus leuauit manum verſus Crucẽ,& dixit,potiùs vellem eſſe ſuſpenſus,ſicut ille fuit,qui illic pender, quam vnquã magis redderem computum coram vobis. dicebat enim hoc ſe intellexiſſe de quodam homine, qui pendebat in patibulo extra ciuitatem,& ſtabat tam crucifixus,quàm ſuſpenſus, meritò dicit ipſe ipſum fuiſſe cõdemnatum,quia licet iſta verba eſſent ſub iſto ambiguo prolata,& poſſent referri ad vtrumque, immò potiùs viderentur referenda in fauorem ipſius rei, per regulam,fauorabiliores,tamen quia in his quæ ſunt mala ex ſe,& de natura ſui, & à malo homine proferuntur,non debet præſumi niſi malum, capitulo Oſius. de electione.& capit. primo, de clericis non reſidẽtibus,& in his, quæ fiunt contra ius, non poteſt niſi malus animus præſumi.capit.t. de præſumptionibus.& capit.& ſi Chriſtus. de iure iurando, merito decidit ipſum fuiſſe iure condemnatum.per quas rationes, & quæ iura,videtur etiam poſſe decidi alius articulus,videlicet,quod Iudæi ipſi dum in officijs ſuis maledicũt Ieſum:& blaſphemant,dicendo contra eum multa deteſtabilia,& horribilia de quibus ſupra dictũ eſt in conſilio, quæ non conueniunt,nec cõuenire poſſunt alij perſonæ quàm perſonę Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri.(Nam non refert proprio nomine,quem appellari,an digito, aut vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice res fungantur,quæ tantundem præſtent. Sufficit enim eam demonſtratione monſtrari, quæ nominis vice fungatur l.certum.ff.ſi certum petatur, poſſunt pœna vltimi ſupplicij condemnari. Si enim iudex ex præſumptione violenta) etiam ſi præſumptio non probetur, nec allegetur per partes,poteſt peruenire ad ſentẽtiam diffinitiuam,& ſatis eſt quod iudex ex varijs circumſtantijs in iudicio intellectis illam præſumptionem percipiat, ſeu eliciat,ſecundùm Panor. in c. afferte.extra de præſumptione, & in c. 3.loco de probationibus.& notatur per Bal.in l. Sciãt. C.de probationibus. quis erit iudex tam excors,qui omnibus iſtis quæ ſuprà dicta ſunt,

sunt, in vnum collectis, non iudicet eos Iudæos, in tot & talibus blasphemijs sentire de DOMINO IESV SALVATORE nostro, & non de alio, cui nullo modo prædictæ blasphemiæ cum talibus demonstrationibus conuenire possunt. Nam in malefactis præsumitur malus animus, & dolus. lege prima. Cod. ad legem Corneliam, de Sicarijs. & capitulo primo, extra de præsumptionibus, iuxta illud:

Omne malum factum, prauè præsumitur actum.

capit. si omnia. sexta quæstione prima, & maximè circa idem genus mali, vt in regula semel malus. Nam constat Iudæos contra istud nomen semper fuisse, & esse maledicos, & blasphematores, & licet Dominus Hostiensis in titulo de præsumptionibus in summa sua, circa finem videatur tenere, quod in magnis criminibus quis non possit damnari ex violentis præsumptionibus, quales videntur esse istæ, tamen reor prædictum Hostiensem sensisse de præsumptionib. quæ relinquit animum indicis aliquo modo nutantem. De indicijs verò indubitatis, seu præsumptionibus, qualia sunt ista præsuppositis istis pro veris, in facto tenent omnes, etiam in magnis criminibus posse ad diffinitiuam sententiam peruenire. Bald. in dicta lege sciant. Cod. de probation. Et communiter Canonistæ in dicto capitulo tertio, loco de probationibus. & ijdem in capitul. afferte. de præsumptionibus. Et ita vt supra concluſum est dico, & sentio de iure teneri cum suprascripto Reuerendo patre, & præstantissimo doctore Domino Ludouico Cacia, ego Bartholomæus de Laporta iuris vtriusque Doctor. In cuius rei testimonium manu propria me subscripsi, solitoque meo sigillo sigillaui, submittens me iudicio cuiascunque rectius sentientis.

TERTII DOCTORIS subscriptio, ad consilium.

TERTIVS Doctor sic dixit: Et si copiosè ac eleganter per Reuerendum Dominum Patrem, fratrem Bernardinum de Bosti, more suo solito, res tacta & disputata sit, Et subsequenter per Spec. doctores, Dominos Ludouicum de Cacijs, & Bartholomæum de Laporta, adeo vt modica vel nulla opus sit additione, nihilominus aliqua dicam, ne illotis, vt ita dixerim, manibus pertransire videar, vt præclarè dicit iurisconsultus in lege prima, ff. de origi. iuris. Et quia fides veritatis verborum adminicula non desiderat. lege prima, Cod. si minor se ab hæreditate absti. breuius quoad potero rem perstringam. Vnde primo videndum est, an

est, an malè dicere sit blasphemia. Secundo qua pœna, & per quos puniri debeat.

An maledicere sit blasphemia.

CIrca primum dico, quòd maledicere de Deo,& sanctis eius, est blasphemia.Ita dicit Bart. in l.item apud Labeonem.§. sed quod adijcitur. ff. de iniurijs Angel.Imo.& alij in l.his verbis.§.1.ff.de hæredi.instit. & probatur. c.1.& 2. extra de male.Dum ibi tractatur de maledicis, & tamen apparet, quòd maledictio dicitur blasphemia in Deum, & sanctos eius: probatur etiam apertius in ca. si quis per capillum.22.q.1. Cum ergò isti perfidi Iudæi maledicant de Deo: de Virgine Maria,& de Apostolis eius, nimirumsic iudicabitur blasphemia.

Per quos puniẽ isfini Iudæi Deũ blasphemãtes.

CIrca secundum dico,quòd Iudæi, qui prosilire audent contra Creatorem; & Crucifixum,sunt puniendi per principes seculares condigna animaduersione: hoc est,pœna arbitraria, vt dicit textus, in c.in nonnullis.in §.fi.iuncta glo.in verbo,animaduersione.extra de Iudæis. quâ glo.sequuntur Docto. Amplius dicit Panor. quòd est pœna capitalis secundùm legem in auth. n. vt non luxu.contra naturam coll.6. Et hoc etiam dicit tex. in c. Statuimus.extra de male. quòd blasphemantes Deum, & sanctos eius, maximè Virginem Mariam puniuntur pœna Ecclesiastica, & pœna temporali, seu seculari per iudices seculares. & dicit ibi Panormi.speciale,vt concurrant ambo,pœnæ videlicet Ecclesiæ,& secularis fori,& ambo iudices concurrunt ad puniendum idem delictum; nec vna pœna impedit aliam, quod secus est regulariter,vt ibi habetur.Nec obstat quod ibi dicitur,publicè, quia vt ibi dicit Panormi. secundùm Hostien.publicè dicitur etiam fieri, quod fit coram multis personis, ita quòd probari possit, vt in casu nostro præsupponitur,vt sit differentia inter publicum seu manifestum,& notorium, quod plus est quàm publicum, vt habetur in c. vestra de coha.cle.& mul.per gloss.& Cano. & per Bart.in l.de minore.§.tormenta. ff. de quæsti.

Qua pena puniẽdi sint Deum,& sanctos blasphemãtes.

SEcundùm leges est pœna capitalis, vt suprà dictum est. Mihi placet illa opinio Cano.quòd pœna huius blasphemiæ, quam committunt Iudæi, sit arbitraria, & iudex secularis possit arbitrari vsque ad mortem,secundùm gloss.in §. in summa Insti.de iniurijs, & arbitretur ad pœnam exilij,prout suprà primo consultum est per Reuerendum fratrem Bernardinum,quoniam tale vulnus immedicabile adeò factum est,vt alio modo sibi mederi non possit,iuxta illud. *Sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, &c.* Nam si velit punire pœna pecuniaria, difficile erit toties punire,quoties fiet blasphemia. Si pœna capitali,quę requirit dolum,vt habetur in l.1 ff.ad l.Cor.de Sica.& l.1.§.non autem.ff.si quis test.liber esse iuss. fu. vbi Bar. cum si. certè excusabuntur illiterati & mulieres ac paruuli,seu minores. ar.l. athletæ.§.de rusticis.ff.de excu.tu.& l.regula.§.1.& 2.& 3. ff. de iuris & fac.ignor. vnde soli eorum sacerdotes, qui sunt in dolo,essent digni pœna capitali,nisi fortè per atrocitatem criminis, agentes,& consentientes,pari pœna punirentur,iuxta ea,quæ habentur in c.si concubinæ.de senten.excommu.& ca.quantę,eodem titul. & Cle.1. de pœnis. De qua materia latius tractatur per gloss. & Cano. in c.1. de officio dele. & ideo melius est ire ad arborem cum radice, & ipsam euellere, & ita bonus vir arbitrari debeat quòd expellantur, quoniam licet tex. Legum & canonum dicant,quod debeant tolerari, & de hoc fortè habeant priuilegia, non tamen sunt tolerandi in vilipẽdium fidei nostrę,quam defensare debemus,authen. statuimus.C.de Episcopali au.& authen. Gazaros.C.de hæreticis.& l Christianis. C.de paga.cum si.& facti in ar.c. Apostolica dẽ consec. di. 1. dum ibi stare præcipitur,cùm sacra Euangelia celebrãtur, in quibus consistit fides nostra, vt simus prompti ad defensionem fidei: possent multa allegari quæ breuitatis causa prætereo,

Digitized by Google

tereo,& his paucis pro nunc ero contentus,saluo semper saniori consilio. Et ita vt supra conclusum est, dico & consulo Ego Baldassar de Brusatis iuris vtriusque doctor Nouariensis. & in fidem præmissorum subscripsi,& solitum sigillum meum apponi feci.

Querit doctor. subscriptio, contra Iudæos, ac consilii.

QVartus doctor sic ait: Viso consilio stupendo & eleganti, vt supra edito per Reuerendum Patrem Fratrem Bernardinum de Busti Ordinis Minorum, summo honore venerandum, & obseruandum contra Iudæos blasphemantes Deum, & eius pijssimam Matrem Virginem Mariam: qui subtiliter,abunde, & ornate hanc hæsitationem enucleauit,vt nil vtilius,nil præstantius, nil denique subtilius dici,vel adduci potuerit, ita vt intrepide tenendum sit, quod per suam paternitatem concluſum & consultum fuit.Attamen quia maiores nostri illud quemquam scire arbitrati sunt, quod aliqua ratione demonstrasset,vt in c.ego solis 9.dist.Ideo contra ipsos Iudæos occurrit mihi talis ratio,videlicet quia negari non potest quod ipsi non debent gaudere maiori prærogatiua, quam Christiani, prout not. D. Panor.dixit in c.post miserabilem de vsuris in antiquis,& Io. de Ana.in c.postulasti.eod.titul.& comprobatur per ea quę notat Bar.in l.omnes. la z.C.de decurio.lib.10.& in l. fi. C. de Iudæis,& in l.generaliter.§.1.ff.de decurio. Cum ergo indubitati iuris sit,quodChristiani blasphemantes Deum, & eius gloriosissimam Virginem Matrem Mariam veniant puniendi pœna vltimi supplicij, vt signanter voluit gloss. iuris canonici in c.Statuimus. in verbo blasphemiam. extra de maled.& in c.Si quis per capillos,22.q.1. per tex. in authentic. vt non luxur.contra naturam.col.7.§. & quoniã quidem.vbi de hoc est textus apertus, ex quo nulla debet esse iuris dubitatio, vt dicit Bald in l.Ancillæ C.de fur. Et hanc sententiam secutus est Bald.in l. iurisiurandi.C.de re.cre. & iureiura. & Panorm.in c.in nonnullis,de Iudæis,& vt plenissime,& abundantissime deductum fuit in dicto consilio, certe necessario dicendum venit, Iudæos puniri debere eadem pœna, cum non debeant gaudere maiori prærogatiua,vt supra.

CHRISTIANI DEbent esse melioris conditionis,quam Iudæi.

Alia ratione ostenditur hoc idē quod supra.

PRæterea si aliter diceremus,sequeretur absurdum,videlicet quod Christiani,quos Christus Cruce redemit,vt in c. 1.de Iudæis,qui debent esse melioris cõditionis,quam Iudæi c.cum sit nimis graue.de Iudæis. & per supra notata in locis prælegatis,essent deterioris conditionis,quod non est dicendum, cum sic sit, quod absurdum,& inconueniens semper est euitandum,capitulo,quemadmodum, de iureiuran. c. cum inter.de excep.c.solit. de maior. & obedien. l. siue hæreditaria.ff.de neg. gest. l. si quis ex argentarijs.§.prohibet.ff. de edendo. l. Osidius. ff.de lega 3.facit.l.aliud.§.absurdum.ff.de regulis iuris. Vnde dicimus quod valet argumẽtum de absurdo euitando.ca.cum latis. de officio Archi.& c. clericos. de officio Vicarij, & est bona gloss.in c. dudum.de præben.libr.6. ex quo dixit Panor. in capitulo gaudemus. de diuor. quod semper capiendus est intellectus, per quem absurditas euitetur. Igitur vt talem absurditatem euitemus,necesse est fateri, quod Iudæi blasphemantes Dominum nostrum Iesum Christum, & eius pijssimam genitricem semper Virginem Mariam, puniendi sint pœna vltimi supplicij,per tex.in d. §. & quoniam quidem in authen.vt non luxuriẽtur contra naturam.Et hoc si attendamus,& consideremus legalem dispositionem. Si vero consideremus canonicam sanctionem, dicendum videtur,pœnam esse arbitrariam, cum non reperiatur certa pœna limitata,cum dicat tex.in c. nõnullis,circa finẽ, de Iudæis.tales blasphematores puniendos fore, & per principes seculares

compesci debere cum digna animaduersione, non exprimendo, qua pœna puniendi sint, ex quo recursum est ad arbitrium iudicis, quia vbicunque certa pœna non statuitur, ad arbitrium iudicis imponitur c. de causis. de offi. dele. bene facit lex 1. in fi. ff. de iure deliber. & notat glo. in c. sane. de celebra. missarum. & in c. super his. de accu. Et vbi pœna est arbitraria, debet imponi inspecta & cõsiderata qualitate delicti, causæ & personæ offensæ. c. sicut dignum. de homicidio. & notat gl. in d. c. de causis in verbo arbitrium. & Spec. in ti. de accu. in §. 2. circa principium & dicit Inn. in d. c. de causis, quod debet imponi pœna, quæ magis timetur. Et tanto maior debet esse, quãto maior est offensa respectu personæ, quæ offenditur. §. sed pœna iuncto §. atrox iniuria. Insti. de iniurijs. Sed quæ maior potest dici offensa, quam offendere Dominum nostrum Iesum Christum, & adeo pijssimam Matrem Virginem Mariam? Prosecto tam grauis est, vt non sit pœna quæ condigna censeri debeat tam grandis offensæ. Et propterea poterit talis pœna arbitrari in expellendo ipsos Iudæos à dominio Illustrissimi Principis nostri. & in auferendo eorum bona: nam vbi pœna est arbitraria, potest arbitrari, & imponi pœna, nedum vsque ad relegationem l. 1. in fi. ff. de effrac. & expi. Sed etiam vsq; ad mortem inclusiue, prout voluit gl. notanda. in §. in summa insti. de iniurijs. & de pœna relegationis notat etiam Bar. in l. fi. ff. vbi pupill' educari debeat. Sed quia de iure canonico non imponitur pœna capitalis c. cum non ab homine extra de iudicijs. Spec. in tit. de accusationib. §. 2. in 2. col. in vers. Item criminalia. arbitriũ versabitur in pœna pecuniaria, videlicet in ablatione bonorum, vt supra. Nam vt dictum est, ex personã iudicatur pœna parua, vel magna, vt notat etiam signan. gl. in c. 1. in verbo officio. circa finem, extra de clerico venatore: & propterea poterunt ipsi Iudæi expelli à domino Ducis, & sibi poterunt auferri eorum bona, secundũ Inn. in c. quod super, extra de voto, quem sequitur ibi. Pan. vbi dixit ex mente Inn. quod si Iudæi sunt infesti Christianis vel aliter delinquunt contra legem naturæ, pñt expelli, & sibi auferri eorum bona, vt supra per Christianos, seu principes seculares, & dicit etiam ibi Pan. quod talib. potest Papa indicere bellum, & eos priuare bonis suis. Cum ergo delictum blasphemiæ, & contra legẽ naturæ æquiparetur, & eadem pœna puniantur. vt in d. §. & quoniam quidem. in authen. vt nõ luxurientur contra naturam, statutum in vno parificat. censetur statutum & in alio. l. si quis seruo persuaserit C. de furtis iuncta. l. & non tantum. §. 1. de seruo corrupto.

ET prædicta comprobantur etiam à lege Mosaica, qua cauetur, quod qui maledixerit, & blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat eum omnis multitudo populi, vt in Leuit. hist. c. 20. & in Exo. c 21. dicitur: *Qui blasphemãuerit, maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur*, & Moses in Deut. c. 27. ait. *Maledictus qui nõ honorat Patrem suum & Matrem*, & Salomon in Prou. c. 20. *Qui maledixerit Patri suo, & Matri suæ: extinguetur lumen eius in medijs tenebris.* Modo autem esset videndum, per quem tales blasphematores puniendi sunt. Sed quia plenissime, & abundantissime dictũ fuit, & cõclusum in d. cons. ideo videtur vlterius non insistendum, cum sit verissima illa sententia, quod puniri possunt, ne dum per iudicem secularem c. in nonnullis. circa finem, de Iudæis. sed etiam per iudicem Ecclesiasticum. c. in archiepatu. de rapto. & notat Panor. post Inn. in c. ꝙ super, de voto: & in c. gaudemus de diuortijs. Nec obstat illa auctoritas Pauli, ꝙ ad nos, de his qui foris sunt iudicare &c. quia intelligitur & procedit quo ad pœnas spirituales, quia in illis Iudæi nõ sub sunt Ecclesiæ, secus vero quo ad pœnas temporale, prout notatur per Dominum Panor. post cæteros in iuribus prælegatis. & comprobatur ratione. Nam Iudæi deliquendo fortiuntur forum Ecclesiasticum. & iurisdictioni Ecclesiasticæ se submittunt, sicut Christiani, qui delinquunt

Secundum legem Mosaicam debent morte puniri blasphemãtes.

Digitized by Google

quunt contra legem diuinam; vel iuramento sortiuntur forum Ecclesiasticum, secundum Dominum Panor. in c. poſt miserabilem in fine, extra de vſuris: & Ioannem de Ana. in c. poſtulaſti. de Iudæis. ne alias gaudeant maiori prærogatiua, quâ Christiani, secundum doctores in locis prælegatis, & ita concludendum est, dictum delictum blasphemiæ esse mixti fori, & consequenter posse puniri, tam per iudicem ecclesiasticum, quam secularem, vt in iuribus prælegatis. Et illa vt superius scriptum est dico, & consulo in iure esse Ego Melchior de Cacijs, Iuris vtriusque doctor Nouariensis. In cuius fidem me propria manu subscripsi, sigillúque meum apposui consuetũ. Saluo tamẽ semper consilio saniori. Quintus doctor sic confirmauit dicens: Et ita vt supra per nos graues & intelligentes viros, quorũ oculi non fallunt, nec falluntur. conclusum est, dico, & consulo ego Bernabinus de Terzago legum doctor. ne cuius rei testimonium me propria manu subscripsi, & sigillo meo solito sigillaui: saluo semper iudicio cuiuslibet melius sentientis.

Nonnulla, pro dictorũ corroboratione hic ponuntur.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi: ac eius gloriosæ virginis matris Mariæ, ac beati Antonini martyris patroni nostri, ac beatæ Catharinæ martyris, totiusque curiæ cælestis triumphantis. Vito eleganti, ac saluberrimo totius fidei nostræ consilio Reuerendi patris fratris Bernardini de Busti ordinis Minorũ Obseruantiæ, in fauorem saluatoris nostri, ac eius gloriosæ matris Virginis Mariæ: ac omnium sanctorum: & non minus totius Ecclesiæ militantis; nec non principum, ac etiam omnium Christianorum. Et licet absque alijs verbis approbandi sit subscripta conclusio, præsuppositis pro veris, quæ in facto exponuntur, vna cum additionibus præclarissimorum Iurisconsultorum, qui postea cum aliquibus additionibus eandem comprobarũt: Attamen ne videatur alienum Veneraudum collegium doctorum iudicum Placentinæ ciuitatis, ab adiutorio oneris totius religionis Christianæ, in cuius gremio etiam ipsi aggregantur, hæc pauca iuris corroboratione, circa præmissa annectere voluit breuitatis gratia, quia si omnia occurrentia exprimere voluisset, certe non allegationes, sed magnos codices composuisset, vltra ea quæ copiose & elegantissime dicta sunt, vt apparebit ex iuribus infra adducendis.

Blasphemia quid sit.

Præmittendum igitur pro clariori enodatione infra dicendorum, ac totius materiæ, quod tunc demum blasphemia dicitur secundum beatum Ambrosium, cum vel Deo attribuitur, quod ei non cõuenit, vel cum ab eo remouetur, quod ei conuenit, licet hæc negatio, vel affirmatio non diuersificet speciem. Beatus vero Thom. addit in 2.2. quæstione 13. articul. primo valet, cum attribuitur creaturæ, quod appropriatur Deo. Et illud peccatum mortale repugnat charitati diuinæ de directo. Ea propter homme detestatur secundum leges, & canones allegatos in ipso consilio. Et vltra prælegata iura, quod ab vtroque iure corripiat, habetur per glos. in capitulo. si quis per capillum. 22. quæstione 1.

Ostenditur hic Iudæos esse blasphematores.

Ex casu autem proposito apparet, tam ex libris Hebræorum, qui appellantur Talmud, & Mazor. quam etiam ex alijs libris, & eorum orationibus, & gestis, non modo semel, sed sæpius DOMINVM nostrum Iesum Christum, Virginem Mariam, ac sanctos blasphemare, quæ blasphemiæ, & maledictiones hic non reperiuntur, eo quia adeo detestabilia sunt, vt non meretur pluries repeti; sed melius est tacere, quam loqui, vt probatur tertij Regum 21. cap. & Iob capitul. primo. Ob hanc causam Iudæi quando audiebant blasphemiam, in signum horroris & detestationis, lacerabant vestimenta sua, vt fecit Caiphas, Matthæi 26. capitulo. Et aliquando ne audirent blasphemare, continuerunt aures suas, Actuum 9. capitul. Et in simili habetur per Bartol. & doctor.

in Sodomia in l.cum vir nubit.C.de adul. Ideo sanius est tacere,quam loqui. Cum ergo dicant multa enormia,quæ conuertuntur cum diffinitione blasphemiæ,& expresse appareat, ideò aliter nominari non possunt,nisi blasphematores.Et ideo debent subijci pœnis, de quibus in d.authentic.vt non luxu.contra na. §.& quoniam col.6.& iure cano.in c.in nonnullis de Iudæ.& supra deductis per D.Melchio rẽ Caciã.Sed illi addendum ad declarationem illorum verborum,cum digna animaduersione compescantur,notando illud verbum,animaduersione,quo textus ille vtitur, quia animaduertere nihil aliud est,quam corpus animatum tollere, vt not.in l.imperium.ff.de iur.om.iu. Ad idem est bona gloss.in c.sæpe.28.quæstio. 1.quæ voluit Iudæos aliquid in opprobrium fidei Christianæ molientes de mãdato episcopi , vel principis verberari, vel aliter corporaliter mulctari, subijciens,spirituali pœna puniri nõ posse,quia nihil de his quæ foris sunt ad nos attiner. Nam qui in Ecclesia nõ est,ab Ecclesia separari non potest,vt in c.omnis Christianus.11.q 4. Circa autem materiam tactam de intellectu glos.in §.in summa.Insti.de iniur.de pœna arbitraria , videatur D. Barthol.Cœpoll.in repe.l.si fugitiui, C. de seru.fugi.col.7.& sequentibus,vbi solẽnissimè in casu proposito,idem concludit in sua longa distinctione propter enormitatem criminis.Nec dicatur:Ecclesia pœnam sanguinis non imponit; Quia respondetur,quod exemplo clerici degradati,tradi debent Iudici seculari, ca.cum non ab homine,de iud. Et ita in terminis firmat consulendo D.Petr.de Ancha.cõsilio 15. incip. *In Christi nomine. Amen. Spiritualis index* , in quo consilio per optima iura , & concludentes rationes firmat,Iudæum,qui in dedecus fidei nostræ proiecerat certas immunditias super venerabilem figuram sanctæ Crucis, dum Letaniæ per ciuitatem Cæsenæ decantarentur,debuisse capitaliter puniri, & talis delicti punitionem principaliter ad iudicem secularem spectare, & data eius negligentia ad Ecclesiasticum, facit c.cũ sit.c.licet ex suscepto. & c. ex tenore. de foro competen.Et dicti consilij elegantissima fundamenta non sunt hic tranciri benda,quia videri possunt ab omnibus. Eandemmet quæstionem terminat luculenter idem Pet.de Ancha. in repe. c. ea quæ in 11.char.in 8.q.de reg.iur. & idem quod in dicto consilio relatis opin.concludit.Aliqui tamen talis blasphemiæ,& iniquissimæ imprecationis punitionem iudici Ecclesiastico principaliter spectare affirmant,vt Inno.in c.quod super his, de voto,& aliqui distinguunt , vt Abbas ibi,& traditur per aliquos scribentes in c.1.de Consti. videatur Bal.in consilio. 265.in 3.vol.incip. *In Christi nomine. Amen. Indeus tutela:& remissis ad consilium Ioan.de Lign. subscriptum per plures doctores,qui videntur concludere,quod ab ordinario suppleri potest,per Alberi. in rubri.C.de iure.circa fi.tam Ecclesiastico, quam seculari. Et maxime attenta atrocitate criminis non potest denegari index secularis,vt per Io.And. in c. fin.de pœnis.in 6.in gloss.in verbo ad minus. Et est tex.in c.si vos contra.& in ca.sunt quædam, & in c.de Liguribus 23. quæst. 5. cum multis alijs capitulis ibidem,in quibus iuribus habetur de pœna,& c.& potiss me,quia isti Iudæi qui taliter agunt,contra fidem Christianam faciunt , & in eius opprobrium,& dedecus , ista est communis iniuria Ecclesiasticorum & secularium. l. item apud Labeonem §. conuictum. ff. de iniur. Et hoc casu crimen iniuriarum est publicum.Quia quod in religionem diuinam committitur,in omnem infertur iniuriam.C.de hæret. l. Manichæos. Et cum Domini nostri Iesu Christi sit terra & plenitudo eius orbis terrarum & omnis vniuersi.* hæc Bald. in prælegato consilio 265.in 3.volumine.Cum ergo dictæ blasphemiæ, & maledictiones tendant ad subuersionem fidei Christianæ; & maximum dedecus summi Creatoris, & eius Virginis Matris, ac omnium sanctorum,posset potius imputari principibus secularib⁹,& vltra allegata in primo faciunt not. in regula culpa caret. ff. de reg.iur.vbi glo.allegat concor. faciũt c.non inferenda.ca ostendit.23.quæstio.3. videatur omnino Alberi.in dicta rubri. C.de Iudæ.Qui assignat rationem, quare

Iudæi

Iudæi non ita vexantur à dæmonibus ſicut Chriſtiani,& multa alia pulchra dicit in tota hac materia, maximè circa expulſionem cum cauſa, concludens in affirmatiuam multis deductis hinc inde. Et quod ratione delicti ſortiuntur forum, non debent eſſe melioris conditionis, quàm Chriſtiani delinquentes. Sed quia hoc ſupra tactũ eſt, ideo nõ reiterandum. Addatur tñ Alex. de Neuo. in ſuo tractatu contra Iudæos, in ſecundo dubio principali, Præpoſit⁹ Mediolani in c. gaudemus de diuor. in gl. 3. Innoc. Abbas. & Doctor. in c. quod ſuper his præallegato, dum cõcludunt, quod principes ſæculares poſſunt expellere Iudæos de regnis ſuis, & eos bonis omnibus ſpoliare, ſi ſunt infeſti Chriſtianis, vel aliter delinquunt cõtra legem naturæ, vel legem licitam. Ita Oldra. conſil. 87. incip. *Quæritur an princeps.* Et idem ſolẽniter firmauit. D. Pet. de Ancha. in repet. c. peccatum. in 8. charta. in verſi. *Sed hic quæro, virum princeps ſine peccato.* de regul. iur. in 6. Sed non multum curãdum ad præſens, per quem puniantur, dũ modo puniantur.

Declaratur quomodo verum ſit illud ſ. quælibet cauſa etiam falſa excuſat à dolo.

Additur etiã ad illud dum dicebatur, quòd quælibet cauſa etiam falſa excuſat à dolo, per l. igitur. ff. de libe. cau. cũ concor. de quibus in conſi. Quia aduertendũ, quòd illa reg. non procedit, vbi alias probatur dolus. Ita D. Chriſtofo. de Nicellis conciuis noſter Placen. in l. 1. §. Per ſeruũ qui in fuga. ff. de acquiren. poſſeſſio. Hinc dicimus, quòd vna præſumptio tollit aliam. l. Diuus. de in integ. reſt. c. litteras. de præſump. Sed maior tollit minorem, glo. in ca. cum inter. Rub. ſeniorem de electi. in glo Epiſcopus. Et ſic probando tale enorme delictum probatur dolus. vel aliter ſoluit Iaco. de But. & quaſi in idem recidit in l. plagij la 3. C. ad l. Fla. de plag. Quod illud procedit, quãdo quis non erat in iure naturali, & ſic in his quæ non ſunt de genere prohibitorũ, vt hic, & ita limitantur illa iura: & concor. in 1. conſi. allegato. de quo per Ang. Inſti. de vi bon. rap. in §. 1. Alex. ſuo conſil. 92. in 1. col. penul. Paul. de Caſtr. conſi. 191. incip. *In cauſa mercatorum.* Ludo. in rub. de arbi. Feli. in c. cognoſcentes de Conſtitu. Barba. in cõſil. 29. Barth. Cæpoll. Veron. in conſi. 71. col. fin. qui omnes allegant concor. Sed ita vt ſupra debent intelligi & limitari. Negari etiam non poteſt, quin dicantur Iudæi in dolo malo, quia ille qui facit id, quod ſcit ſe non debere facere, vel econtra, ſemper dicitur doloſus. l. dolus. ff. man. c. vt inquiſitionis. §. fin. de hæret. in 6. Modo ſic Iudæi ſciunt ſe non debere blaſphemare, vt ſupra. Late etiã habetur Leuit. 24. c. vbi dixit Dñs: *Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapident eum omnis populus.* Vnde lex generalis, tũc facta ex ore Dei, quòd qui blaſphemauerit nomen Dei, morte moriatur. &c. Chriſtum etiam ſciunt veniſſe pro redẽptione peccatorum, prout eis proteſtatus eſt ſanctus Ioãnes Baptiſta, vt habetur Ioan. 1. c. Quo caſu illud dicitur ſciri, quòd fuit auditũ, gloſ. communiter approbata in l. ſi tutor. C. de peri. tu. Item ſciũt adimpletas prophetias, & totam legem, & per alia Chriſti opera. Item ſciunt per vocem Apoſtolorũ, iuxta illud: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum,* vt in Pſalm. 18. & Panor. in rubri. extra de ſumma Trinitate, & fid. cathol. Item ſucceſſiue per diuini nominis præcones digniſſimos, inter quos hic frater Bernardinus primus conſultor, & alios, qui vſque in hodiernum diem palam per totum orbẽ inter Chriſtianos hoc prædicant & docent. Ideo ſi neſciunt, nolunt edoceri, ergo ſunt in dolo, vt habetur per Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. & profecto ſi ignorarent penitus tales nefandi generis blaſphemias, non facerent, nec ſcirẽt, ſed ſunt in calliditate, fallacia, & machinatione, & ſi poſſent ad circumueniendũ, fallendum, decipiendũ omnes Chriſtianos, concurrerent. Ideo clariſſime ſunt in dolo conſtituti. l. 1. ff. de dolo malo. Refert pulchre Ioan. Andr. in regula ſcienti, extra de regul. iur. in 6. Et ex diabolo ſunt, Ioan. 8. c. Talis ergo dolus malus illos reos facit, & ignorantia craſſa & ſupina

pina ipsos non excusat, & maximè vt supra dictum est, in delictis quæ arguunt dolum ex sui natura, & ex verbi prolatione blasphemiæ, prout dicitur de furto & similibus. Ita Bal. in l. Aurelius. §. de Seia. ff. de lib. leg. in l. nec exemplum. C. ad l. Cornel. de fal. Ang. in repeti. l. Si vacãtia. C. de bo. vac. lib. 10. Bal. in l. 1. C. de cõfes. cum simil. Ergo sunt in dolo malo, & puniendi sunt delinquendo contra legẽ naturalem, & contra testamentum vetus, & subijciuntur pœnis legalibus. Ita Dominus Franc de Are. in consil. 158. & Alberi. vbi supra.

Præterea licet non sit semper tutũ dicere, quod lata culpa æquiparetur dolo in delictis & pœnis corporalibus, vt late habetur per Dominũ Bar. Cœpol. in suo consi. 30. col. 1. & seq. & cõsi. 33. & 35. & 44. 1. col. in consilijs super criminalibus, tñ saltem tanta est eorum culpa, vt legitimè possint relegari perpetuo ex delicto culposo minuendo pœnam. Et idcirco non immerito Princeps noster excellentissimus eiidẽ scelestissimis Iudæis ad preces præfati venerandi P. F. Bernardini solum exilium indixit. Facit ad prædicta. d. c. de Liguribus. & ad principes spectat purgare prouinciam malis hominibus. l. congruit. ff. de offi. præsi. Licet reuera sint dolosi. Præterea aduertendũ quod extra delicta alia in fide non est tolerabilis ignoratia. Probatur sic, quia in facto non ignorãt vt iam probatum est. In iure autem non admittitur excusatio vt in Regula Ignorãtia. de reg. iur. in 6. & in l. pen. & fin. C. de iur. & fa. igno. & in l. 1. & in l. regula. ff. eodem titul. & dicit Ioan. Andr. in regula præsumitur in 6. Quod ea quæ publicè fiunt, non præsumuntur ignorari, & maxime in diuinis, quia qui ea quæ Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur; & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à Domino nescientur. c. qui ea. 38. dist. vbi allegatur sententia Pauli dicentis: *Ignorans ignorabitur, & qui stultus fuit in culpa, sapiens fit in pœna.* nec in hoc excusatur mulier, minor, rusticus, miles, & similes personæ, quia in damno euitando nunquam excusantur, nisi vbi expresse reperitur in iure prouisum. vt not. in d. l. fi. & pulchre Præpos. Mediol. nunc Cardinalis meritissimus, in c. non deber. col. fin. extra de consang. & affi. vbi concor. d. Iason. in l. fi. pe. charta de iu. emphyt. Et hoc potissime procedit, quia ipsi consentiunt peccatis parentum suorum, qui in passione Christi voluerunt sanguinem Christi spargi super eos, & super filios suos. Ideo agentes, & consentientes &c. Vt abunde in 1. cõsi. Ideo multo minus in delictis non admittitur excusatio per prædicta.

Circa vero priuilegium allegatũ per eos, licet satis sit responsum in 1. tamen potest addi: Quod nõ est verisimile, quod Papa, vel Imperator, seu alius princeps concesserit priuilegium contra fidem, & ad peccatum, quia in generali concessione, sicut in generali mandato nunquam venit delictum (idem in quacunq; dispositione. Ita Bar. per illum tex. & glo. in l. Si procurator ff. de condi. inde. referunt non post glos. in l. pupillus. ff. de acquir. possel. vbi cõcor.) nec peccatum, quia esset contra ius diuinum, nunquam repertũ limitatũ & sine causa; sed in dubio semper videtur velle quod leges volunt. §. Omnes in authentic. de iudi. & ibi concor. Imo concessa in opprobrium non tenentur seruare, nec excusantur a pœnis. Propterea de hoc est solennis tex. in Cle. 1. de testi. & ibi glo & Dd. Item priuilegium nunquam intelligitur concessum cõtra seipsum, videlicet quod debeat dietim continuo maledici ex malignitate, vt volut Io. And. in dicta regula in generali in 6. & econtra Tit. Si quis Impe. male. C. fortius dicendum, quod debuisset fieri expressa mentio, & cum clausula, nõ obstante tali lege, vt late habetur in l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. per omnes Dd. Fortius dicitur, quod cum omni clausula etiam expressa non posset quispiam viuens concedere contra ius diuinum. Bar. in proœm. ff. & in d. l. fin. C. Si contra ius. & ibi concor. per Alex. & Dd. Præpo. Mediolani in c. fin. de spon. duo. per Cano. maxime per Fel. amplissime in c.

Additur ad illud quod allegatum fuit pro Iudæis, de priuilegio.

quæ

Digitized by Google

quæ in ecclesiarum.de consti. Quia inferior nó potest tollere legem superioris. &c.& non valent ipso iure, vt in regula, quæ contra ius fiunt de reg.iur.in 6. Plus dicitur, quod data,sed non concessa validitate, quod concessa propter pub.vtilitatem reuocarentur. Ita Barba.in consi.13. Incipiente, *sapienter scripsit Plato.* col.2.habetur per prafatum Iræpo.Mediolani in prælegato c. non debet, de consang.& affi.in 1.notab.col.2. qui dicit quod recedit̃ etiam à iure communi, quod nó ita de facili tollitur sicut priuilegiú, vt habetur in authen.de non alie. §. quia vero, per Sali.& Dd.in authen. Sacramenta puberum.C.Si aduer.ven.gl.& Dd.in §. Ité sacraméta.in ti.de pace.iur.fir.in vsi. feu. & alibi sæpe:tamen dicit,quod receditur à iure communi propter necessitatem,& euidentem vtilitatem,vt hic. Plus dicitur,quod etiamsi in vim contractus trãsiuisset,vbi alias per principem non posset reuocari, tanquam astrictum lege naturáli, quia ex contractu, vt late per Alexandr. qui allegat concor. in consil. 1.in 2. volumine. in 2. dubio. colum. 6. per Bartol.in l.quod semel.ff.de decret. ab ordine fa. qui loquitur in ciuit.habetur in l. digna. vox. C.de leg. per Ang. in consilio 134. Barba. in consilio 26. in secundo volumine per Felin.in capitul. primo de proba.in capit.cum olim. colum. tertia. extra de re iud. Panormit. in capitul.suggestum, de deci. Alexand. in consil.101. in primo volumine. Quæ omnia iura limitantur non procedere, imò posse rumpi propter publ. vtilitatem,etiam per inferiorem.Ita per Dominum Alex.pulchre in dicto consil. 101. in 1. volumine,& Consi. 217. in 2. volumine, quæ publica vtilitas concurrit in casu nostro , quia dicitur consistere in Ecclesia & rebus Ecclesiæ, vt dicit gloss.in cap. quid ergo 23.quæstio.4.& quòd non debeant gaudere dictis priuilegijs,tanquam abusi sint, pulchre determinat Alberi. in dicta Rubri. C. de Iudæ. sed in præsenti materia propitius dicitur de nullitate propter decisionem, dicta Clemen.prima de testa, quæ expresse decidit hanc materiam.

Circa vltimam partem de vsuris addũs esset tractatus Domini Alexandr. de Neuo Vicentini, contra Iudæos,qui illam materiam expedit per quinque dubia,& ibidem subijciuntur impugnationes Domini Ang⁹.de Castro, quæ laudabiliter à dicto Domino Alexãdro soluũtur & corripiuntur.

Ex prædictis firmiter tenendum censuit venerãdum collegium Dominorum iudicum, & doctorum ciuitatis Placentiæ, vt supra concluſum est per Reuerendum Fratrem Bernardinum de Busti. Et in fidem præmissorum præfati Domini Doct. mandarunt sigillo solito præfati collegij sigillari,& per Priorẽ subscribi. Ego Antonius de Nicellis iuris vtriusque Doctor, & Prior præfati collegij, manu propria me subscripsi.

SABBATO POST PRIMAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE FIDEI COMMENDAtione,significatione,& deuiatione.

SERMO XV.

HIC est filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui. Matth. 17. Dicit Paul. ad Roman.14. *Omne quod non est ex fide peccatum est.* Quod exponẽs Aug. ibi. dicit: *Omnis infidelitãs vita peccatum est. Vbi enim deest agnitio veritatis æterne, falsa virtus est etiã in optimis moribus.* Quę verba Aug.exponens S.Bona.in secũdo lectura.di.40.in quæst.onibus,circa litteram ait, quòd ideo Aug. dicit, quod omnis vita infidelitũ est peccatum,

Digitized by Google

catum, quia per nullam actionem quam agunt, liberãtur à culpa, quamdiu permanent in infidelitate, & ideo est sensus: Omnis vita infideliũ est peccatum. i. non sine peccato, absq; vllo merito, etiã si ea quæ agunt sint bona 1. quæst. 1. c. nõ sanat. 28. q. 1. in prin. de resti. spo. c. litteras. Ideo dicit Greg. nonus. extra de summa Trinit. & fide catho. c. 1. *Vna est omnium fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur*, & 24. q. 1. c. quicunq; dicitur: *Quicunque ab vnitate fidei, & societate Petri & Pauli se separauerint, tales nec à vinculis peccatorũ absolui, nec iamiam regni cœlestis ingredi poterunt.* Et eadem causa. & q. c. vbi sana. dicitur: *Vbi sana fides non est, nõ potest esse iustitia*, & Aug. super epistolam Pauli ad Gala. inquit: *Nullum implet mandatum, nullumque opus bonum facit, qui fidem non habet.* Item Greg. in moralibus inquit. & ponitur 24. q. 1. c. quia ex sola: *Nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam nunquam agnoscet.* Et iterũ ait Greg. vbi supra: *Sicut rami sine virtute radicis omnes arescunt, ita quælibet opera, licet bona videantur, nulla sunt, si à fidei soliditate disiungãtur.* Vnde falsa fuit virtus abstinentiæ, in Euripide philosopho, qui vt philosophiæ intenderet, abstinuit à carnibus, & ab omnibus coctis, vt dicitur in lib. de moribus philosophorum. Sed vera fuit virtus abstinẽtiæ in Daniele, & socijs eius, renuentibus comedere de cibis regis Nabuchodonosor, & potius crudis leguminibus se pascẽtibus. Daniel. 1. Vnde omnibus philosophis & magis sapiẽtiores facti sunt. vt ibidẽ dicitur. Secũdo falsa fuit virtus castitatis in Tullio, qui sororem Mirci principis renunciauit vxorem accipere, dicens se nõ posse vxori & philosophiæ pariter operam dare, vt dicitur in d. lib. de vita & moribus philosophorũ. Sed vera virtus castitatis fuit in Ioanne Euangelista, qui virgo vocatus à Dño ex nuptijs, Ioan. 2. virgo in æuum permansit, & veram philosophiam obtinuit, dum supra pectus Dñi recubuit, & secreta cęlestia penetrauit. Tertio falsa fuit virtus cõtemplationis Thalis Milesij, qui oculos ita fixos habebat ad sidera, quod vbi poneret pedes, obliuiscebatur, vt in eod. lib. habetur. Sed vera virtus contemplationis fuit in Dauid, qui ait Psal. 122. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Et iterum Psal. 124. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos.* Quarto falsa fuit virtus patientiæ in Socrate, qui clamorẽ Xantippis vxoris suæ iniuriasque, & improperia, atq; conuitia, & cõtumelias sustinuit, & aquæ super caput effusionem propter exercitium patientiæ tolerauit, vt dicit Agellius lib. 2 & Laertius. Sed vera virtus patientiæ fuit in Iob, qui post omnia mala, & aduersa tolerata patientius cæteris sustinuit verba vxoris dicentis: *Benedic Deo, & morere*, cui respondit Iob di. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.* Iob. 1. c. Quinto falsa fuit virtus paupertatis in Pythagora, & discipulis eius, qui iussu magistri sui viuebant in cõmuni, & non habebãt proprium, & inuicem se amabant. Sed vera virtus paupertatis fuit in Christo, qui ait: *Vulpes foueam habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis nõ habet, vbi caput suum reclinet.* Matth. 8. & in discipulis eius, qui dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*: Matth. 19. Sexto falsa fuit virtus sapientiæ in Platone, qui per mundum peregrinabatur amore philosophiæ, pro qua capi, & venundari à piratis passus est: vt dicit Hie. in Epistola ad Paulinũ: sed vera virtus sapientiæ fuit in Paulo, qui amore Christi Iesu per oẽs ecclesias circuibat cum maximis periculis, etiam latronum. 2. ad Co. 11. Septimo falsa fuit virtus pietatis, qua Pittacus interfectorem proprij filij absoluit à morte dicens: *quòd indulgentia est potior*, siue fortior *vindicta*, vt dicit Laertius. Sed vera virtus pietatis fuit in Ioseph, qui proprios fratres suos ipsius venditores, non solũ absoluit & dimisit, sed etiam cum illos consolatus est dicens: *nolite timere, pro salute enim vestra misit me Deus huc ante vos.* Gen. 45. Octauo falsa fuit virtus constantiæ siue iustitiæ in Torquato, qui amore reipublicæ proprium filium victorem interfecit, eo quod sanctius iudicauit, patrem fortis filio, quam patriam militari disciplina carere:

Virtutes in gentibus quomodo non erant veræ virtutes, quia amore veri Dei non erant factæ.

carere,vt dicit Valerius lib.2. Similiter falſa fuit virtus cõſtantiæ & iuſtitiæ, in Bruto, qui cõperiens duos ſuos filios in conſpiratione contra libertatem reipub. licæ, in conſpectu ſuo ad palum ligatos virgis mandauit cædi, & poſtmodum decollari, cuius ſupplicij filiorum ipſe pater erat ſpectator,nullius doloris indicium,ſiue ſignũ oſtendens,vt dicit Valerius lib.5.& Titus Liuius 2.de origine vrbis:& Virgilius.6.Aenei.& Aug.5.de ciuit.Dei. c.18.Sed vera virtus cõſtãtiæ fuit in Abraham,quando ad mãdatum Dei, filium ſuũ dilectiſſimũ Iſaac proprijs manibus occidere voluit, & ipſe Iſaac eius filius ſimiliter cõſtantiſſimus fuit, quãdo tali morti ſe expoſuit.Gen.2.Mater quoq, ſeptem filiorum Machabæorum conſtantiſſima fuit, quæ hortabatur eos ad moriendum pro obſeruatione legis,2.Mach.7. Nono falſa fuit virtus religionis Horatij, q propter bonum reipublicæ ſororem ſuã occidit,quę mortuo viro ſuo inimico Romanorum fleuit,vt dicit Titus Liuius lib. 1.Sed vera virtus religionis fuit in Iephte, qui ex voto propter habitam victoriã de inimicis populi Dei propriam filiã in holocauſtum Deo obtulit Iud.11.nõ quod eam corporaliter occiderit, vt dicũt quidam doctores,ſed quia eius Virginitatem Deo conſecrauit,& ipſam filiam ſuã perpetuis Dei obſequijs deputauit, vt tenent doctores Hebr.11,& Nicolaus de Lyra,ſuper prædicto capitulo.Sola igitur illa eſt vera virtus, quę catholica fide decoratur. Et ideo Ouidius poeta, in lib.de nuptijs c.[illegible] vt [illegible] *condemnabitur*. E contra vero de fide dicitur,quod eſt vita hominis. Vnde Abac.2.dicitur: *Iuſtus ex fide viuit*.Et idem habetur ad Hebr.10. & 24.q.1.c.vbi Iana. de ſacra vncti. c. vnico. §.Quia vero.Item ex fide charitas procedit.1.ad Cor.13. ad Gal.5.ad Tit. & Iac.2. Ideo dicit Dominus: *Qui credit in me,habet vitam æternam*.Io.6.tranſumptiue de pœni. diſt.2.c. charitas, fides etiam eſt illa quæ nos filios Dei conſtituit, iuxta illud Ioan.1.*Dedit poteſtatẽ filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius*. Et ideo cuilibet fideli dixit Deus verba prępoſita,*hic eſt finis* &c.ſuper quibus verbis,tres tantummodo conſiderationes faciemus. Prima dicetur, Commendationis.Secũda Signationis. Tertia & vltima appellabitur, Deuiationis.

PARS PRIMA, HVIVS SERmonis de commendatione fidei catholicæ.

EX tribus præcipue fides catholica cõmendatur. Primũ dicitur nobilitationis.Secundũ ſuperationis. Tertiũ & vltimũ appellatur exceſſionis. In tribus aũt nobilitat fides hominẽ. Primo in cognitione.Sciẽtia.n.fidei excedit in dignitate omnẽ aliam ſcientiã, vnde ſuper illa verba Prou.vlt.*Multæ filiæ congregauerũt diuitias, tu vero ſupergreſſa es vniuerſas*;dicit gloſſa,*Omnes ſcientiæ ſunt quaſi diuitiæ quædam.Scientia vero fidei omnes diuitias ſcientiarum ſupergreditur*. Ideo dicit Richardus, in proœmio primi ſententia. quæſtione 5. in corpore quæſtionis, quòd fides eſt nobilior omnibus ſcientijs practicis.Et hæc veritas probari poteſt ex fundamento Ariſto.& commẽtatoris,in 1.de anima. & 8. Topi. vbi dicitur, quòd illa ſcientia, vel diſciplina eſt melior, quæ verſatur circa nobilius ſubiectum. Sed ſi quærantur ſubiecta omnium ſcientiarum, nullum inuenietur nobilius ſubiecto fidei. Subiectum enim grammaticæ, eſt oratio congrua, & perfecta.Subiectum rethoricæ eſt oratio ornata. Subiectum logicæ eſt ſyllogiſmus, ſiue argumentatio ſecundum alios. Subiectum libri Phyſicorum, eſt corpus mobile.Subiectum libri de Cœlo, & mũdo, eſt corpus mobile ad locum. Subiectum libri de generatione & corruptione, eſt corpus mobile ad formam.Subiectum libri Meteororum,eſt corpus mixtũ & imperfectum,velut ros, pruina, grando, & huiuſmodi. Subiectum libri Mineralũ, eſt corpus minerale, id eſt, corpus mixtũ & perfectum,ſed inanimatum, vt plumbum,

Ex tribus fides catholica commendatur, & 1.quia hominẽ nobilitat.

bum, aurum, & huiusmodi. Subiectum libri de anima, est corpus animatum, vel anima. Subiectum libri de vegetatibus & plantis, est corpus vegetabile. Subiectum Geometriæ, est linea vel quantitas continua. Subiectum perspectiuæ, est linea visualis. Subiectum Arithmeticæ, est numerus siue quantitas numeralis. Subiectum Astrologiæ, est corpus cœleste. Subiectum totius Metaphysicæ, est ens in quantum ens. Tu vero, ô fides sancta, ô fides catholica, ô fides orthodoxa, dic quę so, quod est subiectum tuũ, & à quo progrederis, & in animas rationales descendis? Et certe pro te clamans respondeo: Deus æternus, Deus gloriosus, Deus omnipotens, est subiectum tuũ. & consequẽter es nobilior omnibus scientijs. Et hoc est, quod di. August. 1. de Tri. c. 2. Fides est virtus quędam, ab vna substantia Dei simpliciter procedens. Et ideo dicit idem Aug. in lib. de fide ad Petrum: *Nihil est certius homini sua fide.* & consequenter dicunt doctores, quòd scientia fidei est excelsior omnibus alijs scientijs, & certior. Et hoc probat S. Bonau. in 3. dist. 23. ar. 1. q. 4. magis & Thom. 2. 2. q. 4. ar. 8. & Alex. de Ales in 1. part. summæ. quęst. 1. art. 2. & in 3. part. in tract. de fide. q. an fides sit certior scientia. Et hoc potest probari sic: Quod cognoscitur lumine primæ veritatis increatæ, certius cognoscitur, quàm illud quod noscitur lumine veritatis creatæ. Sed quod cognoscitur fide, noscitur lumine veritatis primæ. Nam fides infunditur à Deo, vt habetur Sap. 3. ergo scientia & cognitio fidei est certior omnibus aliis cognitionibus. Scientiæ enim naturales causantur in nobis per magis nota, vt inquit Philosoph. 7. Metaphy. 3. de anima. 1. Physi. & in lib. de sensu & sensato. Scientia aut fidei causatur à Deo vt supra. Cum ergo nobilior causa nobiliorem producat effectum, vt habetur 1. de anima & in lib. de causis. ergo &c. Et hoc est quod inquit Commentator super 11. Met. Scientia nostra creata est à rebus, sed scientia Dei causat res. præterea certius est quod scitur testimonio spiritus sancti, quàm quod scitur testimonio creaturæ, sed quod scitur per fidem, scitur testimonio spiritus sancti. ad Roman. 8. Ipse spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro. &c. 1. ad Thessa. 2. di. Apostolus Paul. *Cum accepistis à nobis verbum, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut verbum Dei,* ergo licet ea quæ scimus per fidem, non sciamus per demonstrationem naturalem, tamen cognitione supernaturali certius scimus quàm alia, quia à certiori doctore. cognitio enim nostra de fide quam habemus, vel per inspirationem, vel per lectionem sacræ scripturæ, sine dubio procedit à Deo, cum scriptum sit de his, qui fecerunt sacram scripturam. 2. Petri 1. *Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* O scientia fidei, quantum es nobilis, cum magistrum habeas Deum. O sancta fides, quantum scientificum facis fidelem, cum sis excellentior omnibus scientijs. Et ideo quilibet verus fidelis licet ignorãs, & idiota, quo ad mundanas scientias, à Deo reputatur doctior omnibus doctoribus, & astrologis, non habentibus veram fidem. Non enim attendit Deus nobilitatem sanguinis, sed virtutem. vnde Ouidius in libro de vetula inquit: *Nobilitas hominis mens, deitatis imago: Nobilitas hominis virtutum clara propago.* Qua ex re inquit sanctus Bonau. in 3. distinct. 23. articul. 1. quæstion. 4. *Melius est vel modicum quid de Deo scire, quàm omnium cœlestium simul & terrestrium notitiam habere,* ideo metrice dicitur: *Qui Christum bene scit, satis est, si plurima nescit.*

2. *Fides hominem nobilitat propter meritum.*

SECVNDA nobilitatio fidei, dicitur meritationis. Quantum enim sit meritum illius qui sinceriter credit, & habet veram fidem, ponit Augustin. in lib. de verbis Domini, dicens: *Nulla maior virtus fide, nulla maior scientia, nulli maiores thesauri, nulla maior excellentia, & dignitas, in præsenti vita inueniri potest,* hæc ille: & Bernardus in sententijs suis idem confirmat dicens: *Nulla maior nobilitas est in mundo, quam nobilitas fidei Christianæ, quæ animam sic nobi-*

Digitized by Google

nobilem facit & ſublimat, vt etiam digna ſit ſedere à dextris virtutis Dei. & Salomon Sapien 7. inquit : *Optaui & datus eſt mihi ſenſus*, ſcilicet fidei. *& inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ, & propoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretioſum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum eſtimabitur argentum in conſpectu illius.* & infra : *Infinitus eſt enim theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei.* O igitur fides nobiliſſima : O fides digniſſima : O fides excellentiſſima, quantum nos dignificas. Certè eſt nobilior quo ad Deum, & cœleſtem curiam, pauperculus fidelis, quàm omnes reges & Imperatores mundi, non habentes veram fidem. Conſidera, ô Chriſtiane fidelis, ſi tam excelſa virtus eſt fides, quantum meriti acquiris, ſi eam vſque ad mortem ſinceriter tenes, certe digniſſimam coronam tuo in capite ponet DEVS in alia vita, propter virtutem fidei. Ideo ipſe Saluator noſter Apocalyp. 2. inquit : *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

3. *Fides hominẽ nobilitat, eo quod facit ipſum filiũ Dei.*

TERTIA fidei nobilitatio, dicitur filiationis. Cuius fundamentum ponit auctor in libr. de cauſis, dicens: *Quanto aliquid eſt propinquius, & ſimilius primæ cauſæ, tanto eſt melius, & nobilius.* quo præſuppoſito certum eſt, quòd quaſi nulla eſt maior ſimilitudo, & coniunctio cum aliqua re, quàm filiatio ad paternitatem, dicente Philoſopho 8. Ethicor. *Magna eſt ſimilitudo generantis ad genitum.* vnde in l. fin. C. de impu. & ali. ſub. dicitur quòd pater, & filius cenſentur eſſe quaſi eadem perſona, & inſti. de inuti. ſtipu. §. ei quin dicitur, vox patris, vox é filij. Sed manifeſtum eſt, quòd fides ſanctiſſima facit hominem filium DEI, vt habetur ad Galatas 3. c. vbi dicitur : *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem Ieſu Chriſti.* & 1. Ioan. 5. dicitur: *Omnis qui credit, quoniam Chriſtus eſt filius Dei, ex Deo natus eſt.* Ergo nihil præ nè nos Deo magis facit ſimiles, quàm fides, & conſequenter nobiliores. O Chriſtiani deuoti, audite quam vobis fides conferat dignitatem. ait enim Auguſt. ſuper Ioan. 1. cap. *Qui ſerui Dei eſſe digni non ſumus, in filios per fidem nos adoptauit.* Non ſolum autem filij Dei ſunt fideles, vt etiam habetur primæ Ioannis. 3. & ad Roma. octauo. ad Galatas quarto, ſed etiam Dei nuncupantur Ideo vobis omnibus habentibus veram fidem dicit Dauid in Pſalm. *Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes.*

Commẽdatur. 2. fides ex hoc, quod ipſa tentationes ſuperamus.

SECVNDVM ex quo commendatur fides, dicitur ſuperationis, pro cuius declaratione ſciendum, quòd vera eſt illa ſententia, Iob ſeptimo cap. vbi dicitur: *Militia eſt vita hominis ſuper terram*, & Hieronym. ad Euſtochium : *Stadium, & pugna eſt hæc vita mortalibus*, vnde Auguſtinus in quodam Sermone inquit : *Præmonitos vos eſſe volo, neminem ſuper terram ſine tentatione varia victurum, & cui forte tollitur aliqua, aliam vſque ad mortem ſecurus expectet*, hæc ille. Propter quod Eccleſiaſtici ſecundo dicitur : *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*, ſcilicet mundi, carnis, & diaboli. Si ergo quæras, quod eſt ſcutum, & quæ armatura ſit potens ad defendendum nos ab his impugnationibus : Clamans reſpondeo, Fides, fides. quòd enim fides vincat impugnationes, & tentationes mundi, patet prima Ioannis 5. vbi dicitur : *Omne quod natum eſt ex Deo*, ſcilicet per fidem, *vincit mundum, & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* De victoria dæmonum habetur ad Epheſ. 7. vbi inquit Apoſtolus : *In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela iniquiſſimi ignea extinguere*, vbi gloſſ. ait : *Nulla eſt tam valida hoſtis tentatio, quæ non fortitudine velociter ſuccumbat.* Et prima Petri 5. poſt enarratam diaboli rabiem dicitur : *Cui reſiſtite fortes in fide.* De victoria autem carnis habetur Eſa. 11. vbi dicitur : *Erit fides cinctorium renum eius*, vbi gloſ. inquit: *Om-*

Vide quomodo fide omnes tentationes ſuperamus.

Digitized by Google

nis lumborum concupiscentia deuincitur, dum scutum fidei in anima iugiter possidetur. Alia quoque gloss. super illud Hiere. 5. *circuite vias Hierusalem* &c. inquit: *Fidelis Deus nullum habentem fidem in tentatione deserit.* Anselmus insuper in lib. de similitudinibus ait: *Hoc priuilegio Christiana fides gaudet, quòd quorumcunque inimicorum tentationem prosternit, & deuincit. habeat igitur vnusquisque in molestijs tentationum fidem Christi, & leuiter vincet omnem potestatem inimici,* hæc ille. O fides fortissima, tu es illa lancea validissima, quæ omnes tentationes & prælia inimicorum nostrorum concutis, & impugnas. & ideo Bernardus in quodam sermone ait: *Mundus, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia,* quos tunc omnes faciliter deuincimus, si scutum fidei in manibus cordis nostri tenemus.

3. Commendatur fides, ex hoc quod omnes vires naturales excedit.

TERTIVM quod commendat fidem, dicitur excellionis. Omnes enim naturæ potentias excedit virtus fidei; Per virtutem enim naturæ non potest quis ambulare super aquas, quod tamen facere potest per virtutem fidei. Vnde Petrus habens fidem, ambulauit super aquas maris. Cum autem inciperet aliquantulum titubare in fide, cœpit mergi, & ideo ei dixit Dominus, Matthæi 14. *Modicæ fidei quare dubitasti?*

Lege miraculũ beati Ioan. de Capistrano.

Beatus quoque Ioannes de Capistrano ordinis nostri, cum necesse haberet transire Padum, pro quibusdam rebus concernentibus honorem DEI, & portinarij eum nollent nauigio transfretare, forte quia volebant ab eo pecuniam, quam pauperculus non habebat, posuit & extendit mantellum suum super aquas ipsius Padi, qui est fluuius profundissimus, quia alia flumina Italiæ quamplurima in eum deriuantur, & ideo appellatur rex fluminum, & alio nomine appellatur Eridanus, iuxta illud Virgilij. *Fluuiorum rex Eridanus.* Extenso autem mantello interrogauit socium, si habebat fidem, quòd Deus posset eos facere transire fluuium illum super illo mantello. Quo respondente quòd sic: Ipse intrauit fluuium, ponens se super ipso mantello simul cum socio, & tanquam esset sub vna optima naui, transiuit ipsum fluuium. hoc etiam anno scilicet 1493. de mense Aprilis, Vnus frater noster Vltramontanus laicus existens Romæ, & non habens socium cum quo posset reuerti ad partes suas, faciebat se associari de loco ad locum à fratribus ordinis nostri. Cum autem esset vltra Padum in loco fratrum nostro, apud Viqueriam, Guardianus illius loci eum associauit duobus fratribus, qui habebant transire vltra ipsum flumen vt irent Papiam, ipsi vero fratres habebant bulletam transeundi, quia propter suspicionem pestis portinarij habent præceptum sub pœna furcæ, ne transfretent aliquem venientem de loco suspecto, & qui non habeat ipsam bulletam. DEO autem permittente, ille frater Vltramontanus qui nesciebat quod oporteret habere dictam bulletam perrexit cum ipsis fratribus sine illa, vnde portinarij cum recepissent in portu illos duos socios eius, qui habebant bulletam, interrogauerunt eum vbi haberet bulletam suam. Ipse autem frater quia erat laicus, nesciebat bene loqui latine, nec etiam vulgariter in lingua nostra. Sed humiliter signis & verbis, quibus poterat rogabat amore Virginis vt eum transire permitterent. Illi vero consentire noluerunt, vnde ipsum solum in ripa dimiserunt. Tunc cogitans iste pauperculus quod omnino oportebat eum transire, si volebat ire ad partes suas, extraxit tunicam quam habebat sub habitu. Et quia habebat peram in qua deferebat duos panes cum vno vasculo vini, vt posset per viam prandere, ligauit dictam peram ad collum, deinde misit tunicam super aquam Padi, & postmodũ salijt super ipsam tunicam. Sed Deo sic disponente, fundum petijt ipsius fluminis, deinde super aquas venit, & medius super aquas stans, ac medius sub aqua, pergebat ad aliam partẽ fluminis, & quia illa

Vide aliud quoq; miraculũ de quodã alio fratre Lai-co.

Digitized by Google

illa pera quam habebat ad collum impediebat ipsum, dissoluit eam, & posuit super humeros, & pergebat recto tramite versus portum nihil descendendo, quamuis velocissime, & cum maximo impetu curreret prædictus fluuius, qui est ibi valde latus. Videns autem tunicam suam deorsum ferri ab impetu aquarum, cucurrit post eam, & ipsam apprehendit, & secum detulit, & rediit pergens contra aquas ad iter quod cœperat, habens manus iunctas ad Deum cum corde eleuatas, & sic transijt ipsum fluuium citius quàm portinarij cum naui, quamuis ante ipsum incepissent transfretare, & ipse moram traxisset in extrahendo tunicam, & se aptando. Item in eundo post tunicam suam, quod miraculum multi viderunt qui erant in naui. Et ipse frater à Papia venit ad istum locum sancti Angeli apud Mediolanum, associatus a duobus fratribus prouinciæ Ianuæ, & ab isto loco fuit associatus ab alijs duobus fratribus versus partes suas. Multa alia stupenda, & super totius naturæ facultatem facta sunt per virtutem fidei, de quibus solum aliqua referam causa breuitatis.

Naturalib⁹ viribus cæco visum restituere non possumus, quod tamen fide possum⁹

Peto ergo à te, O natura, an cum omni potentia tua & omnibus influentijs cœlestibus possis cæco visum restituere? Et certe clamat Aristot. de quo inquit Commentator super tertio de anima: *Creditur quod iste homo fuit regula in natura, quem natura inuenit ad demonstrandum vltimum perfectionem in scientia totius naturæ*, hæc ille. Dicit ergo ipse Aristot. cognitor virtutis naturæ in postprædicamentis: *A priuatione ad habitum, impossibilis est regressus per naturam.* Sed ô fides sanctissima, nunquid tu potes cæcis lumē præstare? Certe sic, & dimissis alijs quasi innumerabilibus exemplis, ponam illud quod habetur in legenda sancti Dionysij philosophi, Athenensis Areopagitę scilicet quod cum Paulus Athenis disputaret cum Dionysio, tunc in illa ciuitate doctore & magistro excellentiore, & eum conaretur ad fidem Christi conuertere: semel disputantibus illis accidit, quod quidam cæcus à natiuitate, quem Dionysius cognoscebat, inde transitum fecit, tunc Dionysius dixit Paulo: *Si mediante fide tua, huic cæco lumen confestim restituis, ad fidem tuam me conuertam.* Cui Paulus subridens ait: O Dionysi, hoc facere minimum est fidei Christianæ. Sed tamen quia hoc petisti, volo tibi fidei nostræ virtutē demonstrare. Verum quia, si ego verba aliqua dicerem ad restituendum lumen huic cæco, forte alicui superstitioni imputares, dic tu hæc verba: *O cæce, præcipio tibi in virtute fidei Christi, vt visum recipias*: Quę verba statim, vt Dionysius dixit, ille cæcus illuminatus est. Et ipse sanctus Dionysius ad fidem Christi conuersus, doctor Christianorum est effectus.

De Dionysio Areopagita quomodo scilicet conuersus fuit à diuo Paulo.

SEcundo peto à te, O natura potentissima, an possis facere cessare Solem & Lunam à suo motu, ita quod generata non corrumpantur & destruantur. Et clarum est quod non, Nam inquit Philophus secundo de generatione: *Motus solis est causa generationis & corruptionis omnium rerum.* Et in 8. Physicorum: *Motus est vita quædam omnibus natura subsistentibus, quo remoto nulla natura subsistit.* Ex prædictis ergo patet, quod natura non potest facere cessare motum cœli, quin omnia generata destruantur, & pereant. Sed ô fides potentissima, nunquid tu hoc efficere potes? & clarum est quod sic. Nam Iosue. 10. legitur, quod in virtute fidei Iosue præcepit Soli & Lunæ, vt se firmarent, & non currerent, vel mouerentur, donec ipse victoriam de hostibus obtineret dicens: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Aialon, stetitque Sol in medio cœli, & non est motus per spatium vnius diei, & similiter Luna.* Et tamen cessante motu prædicto, virtute fidei, non cessauit generatio rerum, nec aliquam res creatæ passæ sunt molestiam.

Natura non potest facere soles cessare à suo cursu, quod tamen potest fides.

TErtio peto à te, O natura potentissima, an facere possis, quod ignis in corporibus inferioribus sibi iunctis non immittat

Natura non potest facere ignem non contribuere

ed by Google

passum, dissipatum, ac sibi approximatum, & tamen hoc potest fides.

mittat calorem? & clarum est quod non, dicente Philosopho, 1. Metaphysicę, quod vnumquodque naturale entium semper vtitur natura sibi propria, & septimo Physicorum idem ait: *Agens naturale agit necessario, vt ignis semper calefaciat.* Et quarti Ethicor. dicit: *Qualis quisque est, talia operatur.* Ex quibus patet, quod natura facere non potest, quin ignis calefaciat illa quæ in eo ponuntur. Sed ô fides sanctissima, nunquid tu hoc efficere vales? & certum est; quod sic. Legitur Danielis tertio, quòd cum Ananias, Azarias, & Misael, nollent adorare statuam quam fecerat Nabuchodonosor, ipse rex fecit eos proijci in fornacem ardentissimam, qui fidem habentes in Deo, ignem fornacis ingressi, non senserũt calorem, nec in aliquo læsi sunt, sed in fornace tanquam in rosario manẽtes, Deum laudabant.

Naturaliter montes trãsferre non possumus quæ tamen fide possumus.

QVarto peto à te ô natura nunquid vales facere, vt montes per se, à seipsis moueantur, & ad alia loca contra naturã transferantur? & clarum est quod non. Nam nihil agit contra naturam suam 1. Physic. Natura autem montium est grauis, & grauia semper tendunt deorsum vt inquit Aristot. in 4. de cœlo, & mundo, & ideo non possunt eleuari, & transire de loco ad locum, per potentiam naturalem. Sed ô fides potentissima, nunquid tu hoc facere potes? & clarum est quod sic. Nam Matth. 17. dixit Dominus: *Si habueritis tantam fidem, sicut granum sinapis, & dixeritis huic monti, transi hinc, transibit, & nihil impossibile erit vobis*, & Mar. 9. etiam dixit: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Quæ verba probantur exemplo Alexandri Magni, qui cum venisset ad montes Caspios, & petissent filij captiuitatis decem tribuum, licentiam & adiutorium ab eo exeundi inde, cognita causa inclusionis eorum, scilicet quod quia adorauerant vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam rex Israel & recesserant à Deo, Deus eos ibi incluserat: Alexander respondit, quod arctius eos includeret.

Vide de Alexandro Magno mirabile dictu.

Cumq; eos includere vellet, videns difficultatem maximam, & humanam potẽtiam non sufficere, orauit cum magna fide Deum Israel, vt opus illud compleret, & ecce statim accesserunt ad se inuicem prærupta montium, & factus est locus immeabilis. Et hoc miraculum habetur in gestis Alexandri, & idem testatur Iosephus dicens: *Quid facturus est Deus pro fidelibus suis, si tantum fecit pro infidelis charitatem non habente?* Aliud exemplum habetur, scilicet quòd dum infideles quasdam vrbes Christianorum sibi subiecissent, quarum vna dicitur Baldac, & alia Tauristium, & sunt inter Armeniam, & Persidem sitæ, permittebant tamen eos Christiano more viuere, dummodo soluerent tributum. Quadam autem die rector illius regionis, volens extinguere Christianos, vocauit Episcopos Christianorum dicens: Christus vester dixit in Euangelio Matth. 21. *Quòd si habueritis fidem, dicetis monti quod proijciat se in mare, & obediet vobis.* Nunc ergo aut hunc montem faciatis proijcere se in mare, aut omnes vos interfici faciam. Quibus dictis cum Episcopi, & alij Christiani starent melancholici: quidam Christianus simplex, & idiota, sed veracem habens fidem, interrogauit Episcopos, an Christus hoc dixerit in Euangelio. Quibus respondentibus quod sic, ille inquit: Ex quo Christus hoc dixit, eamus & præcipiamus monti, quod proijciat se in mare, & sine dubio obedict nobis. Cùm irẽt ergo omnes Christiani cum Episcopis, ille bonus, ac simplex Christianis plenus fide, cum martello montem percussit dicens: O mons præcipio tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in virtute fidei Christianæ, vt proijcias te in mare, statimque cunctis fidelibus, ac infidelibus adspicientibus, ille mons in mare se proiecit. Ex quo prodigio ipse rector prædictę regionis nomine Califfus, qui erat pontifex summus illius gentis, ad fidem Christianam cum populo suo conuersus est, & baptizatus. Et hoc miraculum retulit Marcus Nicolai Polo Venetus de vitu, qui

Digitized by Google

qui tunc erat in partibus illis. O igitur potentia ingentissima fidei nostræ. O virtus incomparabilis, profecto omnem naturæ creatæ potentiam præcellis.

Natura non potest dæmones fugare, & tamen hoc potest fides.

QVinto peto à te, O natura, nunquid cum omni potentia tua, possis dæmones ab obsessis corporibus effugare? Et certum est quod non. Nam dicitur Iob 41. de diabolo: *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.* Sed tu ò sanctissima fides, nunquid hoc efficere vales? Et clarum est quod sic, sicut testatur Dominus noster, Marci vlti. Et omissis alijs exemplis capiamus illud quod ponit Gregor. in lib. 1. dialogorum.

Exemplum de quadam matrona, quæ non nisi fide à dæmonibus liberari vnquam potuit.

scilicet quod matrona quædam nobilis habebat nurum, quę infra breue tempus, quo filium eius acceperat, cum eadem socru ad dedicationem oratorij sancti Sebastiani fuerat inuitata, nocte vero eadem voluptate carnis deuicta, se à viro suo abstinere non potuit. Mane autem facto, licet conscientia sibi dictaret, ne ad dedicationem cum illa immunditia iret, tamen verecundia mota, & magis erubescens homines, quam Deum, perrexit ad dictam dedicationem. mox autem vt oratorium intrauit, correpta à diabolo, & multum vexata, suum crimen publice omnibus referebat. Tunc parentes eius indeuoti, eam duxerunt ad maleficos, qui incantationibus suis illum dæmonem cum expellere vellent, diuina virtute vna legio dæmonum in illam intrauit. & ex tunc cœpit tot diuersas emittere voces, quot eam dæmones possidebãt. Tunc parentes pœnitentia ducti, eam cum maxima fide ad Fortunatum Episcopum perduxerunt. Qui cum ingenti fide Deum orans, & nihil in fide hæsitans, illos à muliere dæmones effugauit, & liberam parentibus reddidit. O magna fidei potentia, quæ vno ictu, 6666. dæmones effugauit.

Fides mortuos suscitare potest,

SExto peto à te ô natura, an possis mortuos suscitare, cum omni potentia tua? Et certum est quod non, dicente Aristotele in lib. de secretis secretorum ad Alexandrum: *Nequaquam per naturam est reditus hoc tamen vnæ post corporis corruptionem.* Sed tu ò fides sanctissima, nunquid potes mortuos ad vitam reuocare? Et clarum est quod sic, nam Matthæi. 11. dicitur: *Mortui resurgunt,* scilicet in virtute fidei Christianæ. Et omissis multis exemplis, referamus illud quod legitur in collationibus Ioannis Cassiani, scilicet quod dum quidam Philosophi dicerent, scientiam suam esse certiorem, quam fidem Christianam, Abbas Paphnutius, vel secundũ alios Abbas Macarius dixit: O Philosophi probate, quod dicitis, per resuscitationem alicuius mortui, & ego similiter probabo fidem meam. Responderunt Philosophi dicentes: Non possumus. ait enim Princeps noster Arist. 4. Metaphysicæ, hoc esse impossibile per naturam. Tunc prædictus Abbas congregato populo iuit ad cœmeterium, vbi iacebant corpora mortuorum, & in præsentia totius populi faciens extrahi corpus vnius mortui, clamauit dicens: O anima huius mortui, præcipio tibi in virtute fidei Christianę, vt venias in hoc corpus, & à morte ad vitam resuscites illud. Mirabile dictu, statim præcepto facto, ille resurrexit, qui diu mortuus extiterat. Quo miraculo supra omnem naturæ virtutem facto, Philosophi ad fidem conuersi sunt. Ex quibus omnibus patet excellentia fidei Catholicæ.

nequit nefanda.

Vide exemplum istud, quomodo fide mortui suscitantur.

QVantum enim placeat Deo, patet per illud quod inquit Dauid, Psalm. 32. *Omnia opera eius in fide*, & loquitur de Deo. Omnia etiam magna opera meritoria sunt in virtute fidei facta, vt inquit Paulus ad Hebræ. 11. Fide enim Abel offerebat primitias Deo, Genesis. 4. & ex hoc illi placuit. Fide Noe per arcam saluatur, Genesis sexto. & septimo. Fide Abraham egreditur de terra sua Gen. 12. Fide Loth de Sodomis liberatur. Genes. 19. Fide Isaac immolari erat contentus, Genesis 22. Fide Ioseph vxori Domini sui non consensit Genes. 39 Fide Mo-

Fides est grata Deo & ideo omnia opera meritoria, ac miracula sunt facta virtute fidei.

Digitized by Google

de Moyses flumina Aegypti in sanguinem vertit, Exod. 7. Fide ipse cum populo Israel mare transijt siccis pedibus, Exodi. 14. Fide aquas Marath amaras dulces fecit. Exod. 15. Fide aquam de petra eduxit, Exod. 17. Fide Iordanis siccatur, Iosue. 3. & Hiericho cadit, Iosue. 6. Fide Iosue fecit stare Solem, & Lunam immobilem per diem naturalem, Iosue. 10. Fide Gedeon cum 400. viris. centum viginti milia Madianitarum superauit, Iudic. 7. Fide sterilis peperit Samsonem, Iudic. 13. Fide Samson, mille viros strauit, & aquam de maxilla habuit. Iudic. 15. Fide Anna concepit, primi Regum primo. Helias fide fecit descendere ignem de cœlo quarti Reg. primo, & Helisæus fide suscitauit filium Sunamitis. quarti. Reg. quarto. Fide Sol decem gradibus retrocessit, quarti Reg. 20. ad orationem Esaiæ factam, ad petitionem Ezechiæ regis Iuda. Fide Tobias illuminatur. Tobiæ. 11. Fide Daniel cum tribus socijs stetit in fornace ignis rllæsus. Dan. 3. Fide Daniel de lacu Leonum liberatur, Dan. 6. Fides omnia impetrat. Ideo Centurioni dixit Dominus, Matth. 8. *Fiat & sicut credidisti, fiat tibi*, & Matthæi. 9. dixit mulieri sanguifluæ: *Fides tua te saluam fecit.* Et leproso curato idem dixit, Luc. 17. Et eadem verba dixit cæco illuminato. Luc. 18. & Mariæ Magdalenæ. Luc. 7. Ex prædictis igitur possumus cognoscere, fidem esse Deo gratissimam, pro qua tam mirabilia operatur, è contra vero est de infidelitate, quod patet quia infidelibus comminatur æternam damnationem, vnde Ecclesiast. 17. dicitur: *In gentem incredulam exardescet ignis*, & Apocal. 21. scriptum est: *Timidis autem, & incredulis, pars illorum erit in stagnum ignis, & sulphuris, & ardebunt in secula seculorum*, In tantum autem fides est Deo grata, quod propter illam dat nobis benedictionem suam. vnde Saluator ait, Luc. 10. *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, vnde Paulus ad Galatas tertio inquit: *Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Nec mirum, si fides tantum chara est Deo. Nam per ipsam homo totaliter subijcit ei, id quod est præcipuum in ipso, scilicet intellectum, dum credit ea quæ sunt supra capacitatem intellectus humani, seruans illud 2. ad Cor. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Item per fidem anima nostra purgatur à peccatis, & fit munda iuxta illud Actuum. 15. *Fide purificans corda eorum*, transsumptiue de consc. di. 4. c. verus. *Qui autem diligit cordis mundiciam, habebit amicum regem*, scilicet cæleitem Prouer 22. Item fides est annulus, quo anima desponsatur DEO, iuxta illud Oseæ. 2. *Desponsabo te mihi in fide*, vbi dicit glossa, *Sola fides est, quæ in spirituali matrimonio animam Deo copulat, & sibi sponsam facit.* Idem enim ius seruatur in sponsa, & vxore C. de bonis quæ lib. l. non sine ratione. Annulus ergo fidei est euidens signum desponsationis animæ cum Deo ar. in c. nostrates 30. q. 5. Et ideo sicut sponsus diligit sponsam suam, iuxta illud Esai. 62. *Gaudebit sponsus super sponsam*, ita Deus diligit fidelem animam. per fidem etiam Deus inhabitat in animabus nostris, vnde Apostolus ad Ephes. 3. ait: *Existimo enim Christum habitare per fidem in cordibus nostris*, & ideo etiam inquit fidelibus 2. ad Cor. 6. *Vos estis templum Dei viui.* O fides sanctissima, tu es illa quæ orationes nostras facis a Deo celeriter exaudiri, dicente Domino Marci. 1. & Matth. 21. *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.* E contra vero fides multum displicet diabolo, cui summe displicet illud quod valde placet Deo. Nec mirum, quia diabolus dicitur spiritus immundus. Matthæi. 12. & Luc. 11. & ideo sibi placent immunditiæ, & displicent munditiæ, & per consequens anima munda per fidem. Item quia diabolus est adultor animarum, faciens eas formicari per peccatum, non vellet quod in anima esset annulus fidei, ex quo impeditur cum ea commisceri, iuxta illud Iob 24. *Oculus adulteri obseruat caliginem*, sequitur autem in eodem cap. de dæmonibus: *Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis.* FIDES enim est aurora, verum solem præcedens, & ideo diabolus eam exosam

Fides est annulus, quo anima Deo desponsatur

Deus infidelibus comminatur.

Fides quare grata Deo.

Fides multum diabolo displicet.

exoſam habet, & maximè quia ipſe fur & latro, quærit ſpoliare animam ſuis donis, gratijs & virtutibus, quod facere non poteſt, quando homo habet in ſe lumen fidei, per quod videt inſidias diaboli. & ſe ab eis cuſtodit, & ideo Saluator ait Ioannis 3. *Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguentur opera eius.* Quæ verba poſſunt exponi de diabolo, & de luce fidei. Scit etiam diabolus, q̃ fides eſt oculus animæ, & ideò quia ipſe vult continuè pugnare cum ea, cũ qua habet colluctationem, vt dicitur ad Epheſ. 6. quærit ſemper eruere ipſum oculum, vt homo cæcatus non videat, quomodo debeat ſe ab eo defendere. Et facit ſicut coruus, qui ſemper primo currit ad extrahendum oculum cadaueris, & ſimiliter ipſe currit ad eruendum oculum noſtræ mentis, de quo Chryſoſt. ſuper Matthæum inquit: *Fides religionis catholicæ cacumen eſt animæ, oſtium vitæ æternæ, & totius veritatis ſtabile fundamentum.* Ideò etiam diabolus exoſam habet fidem, quia per eam expulſus eſt à mundi dominio. Nam ante fidem Chriſti regnabat & colebatur per idololatriam. nunc autem verificatum eſt illud Ioannis 12. vbi Saluator ait de fide ſua: *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* Et ideo ſicut canis timet baculum, quo percuſſus eſt: ita diabolus fidem, maximè quia per eam expellitur ab animis hominis. Fides enim in arce animæ ponit ſignum regis cœleſtis, & introducit ipſum in anima, & ideo fugat diabolum, & verificatur illud Lucæ 11. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Cùm autem fortior eo ſuperuenerit, & vicerit eum, omnia ſpolia eius diripiet, &c.* Et ideò inquit Auguſt. in li. de baptiſmo paruulorum, & ponit Magiſter in 3 di. 19. c. 1. di. *Si rectæ fidei intuitu in illum reſpicimus, qui pro nobis pependit in ligno, à vinculis diaboli ſolutmur.* Erectius quoque fuit diabolus à corporibus ab eo poſſeſſis per fidem Chriſti, vt patet Matthæi 12. & Marci 7. de filia Chananeæ, & de Apoſtolis ejicientibus dæmonia in virtute fidei Chriſti. Luc. 9. Abominatur etiam fidem ipſe diabolus, ſciens ipſam eſſe ſtabiliſſimum ſalutis noſtræ fundamentum, de quo inquit gloſſa ſuper 11. cap. epiſtolæ Pauli ad Hebr. *Fides eſt fundamentum omnium bonorum, quod nemo mutare poteſt, ſine quo non eſt bona ædificatio,* & Auguſt. ſuper Ioannem ait: *Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, quæ medicatur corda iuſtorum,* & iterum in li. de fide ad Petrum, dicit: *Fides eſt omnium bonorum fundamentum, & humanæ ſalutis initium,* idem in lib. 12. contra Fauſtum ſcribit: *Sicut omnis laus attribuenda eſt radici fructum nutrienti, ita & fidei omnem virtutem perficienti.* O beatiſſima fides, tu es illuminatio cordium noſtrorũ, quæ nos videre facis Deum, quem ſine te videre non poſſumus, & ideo dixit Saluator cæcis illuminandis corporaliter, & ſpiritualiter Matthæi 9. *Secundùm fidem veſtram fiat vobis, & aperti ſunt oculi eorum.* Si enim etiam de ſe viſibile & optimè coloratum non poteſt videri ſine lumine, etiam ab oculo clariſſimo, quia vt ait Philoſophus, 2. de anima, Color non eſt viſibilis ſine lumine: Multo minus Deus à nobis inuiſibilis, poteſt videri ſine lumine fidei. Lumen namque rationis noſtræ non eſt tantæ acuitatis, vt poſſit excedere naturalia, & ſupernaturalia illuſtrare, niſi quantum lumine fidei adiuuatur. Facit enim fides credere non viſa. c. in domo. de pœni. di. 4. & vbi ratio non poteſt attingere ipſa ſupplet defectum eius. c. reuera. de conſe. di. 2. Nulla enim lux clarior recta fide, vt in epiſtola. inter claras. C. de ſumma Trini. & fi. cath. de qua inquit Chryſ. ſuper Matthæum: *Fides eſt lampas.* quia ſicut lampas illuminat domum, ita fides animam. & Aug. dicit, *Fides eſt lux mentis ad ſummam veritatem.* Vnde Bern. ſuper Dan. ait: *Quia non inuenit fides attingi inacceſſa, deprehendi ignota, comprehendi immenſa, apprehendit nouiſſima.* *Ipſam denique æternitatem ſuo illo animi ſummo ſinu circumcludit. Tranſgrediturque fides rationis humanæ fines, & naturæ vſum, ac terminos experientiæ.* hæc ille. Ipſa quoque fides animam noſtram charitate, & diuino amore inflammari facit. Vnde Greg. ſuper Ezechielem, & ponitur a Magiſtro in 3 diſt. 23. ait: *Niſi fides prius teneatur, nullatenus ad ſpiritualem amorem attingitur, non*

enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit, quia nemo potest amare quod non credit, hæc ille. Et similiter facit nos benè operari cum charitate, quia fides per dilectionem operatur ad Gala. 5. & 28. q. 1. vxor. & de sacra vnctio. c. vnico. §. quia verò. Fides quoque est illa, sine qua nullum opus nobis valet ad salutem. c. firmissime. de hære. prima quæst. prima. c. firmissime & 26. q. prima. cap. omnis. §. ex his. & de summa Trini. & fide cathol. c. firmiter. §. vna est, & probat Augustinus. 19. de ciuitate Dei. c. 23. Aduenientе autem fide, omnia opera nostra nobis proficua sunt, & viua, atque meritoria, si tamè sint de genere bonorum, & bene circumstãtiata. Vnde Augustinus super illud Apostoli ad Rom. 3. *Arbitramur iustificari hominem per fidem*: ait: *Bona antè fidem mania sunt, vbi enim fides non est, verè bonum opus non est*, & iterum dicit: *si bona videbantur, antequam crederes, currebas quidem, sed præter viam currendo errabas potius quam perueniebas. Vbi autem vera fides est, necesse est charitatem esse. Vbi autem charitas est, omnia opera placita sunt Deo.* Fides etiam viuificat animam nostram, vnde Saluator ait Ioannis 11. *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.* Est autem fides similis calori: solari, cuius virtute reuiuiscunt plantæ. Item cordi totum corpus viuificanti, & radici totius arboris vitam conseruanti. Fides etiam distinguit electos a reprobis, iuxta illud ad Rom. 4 *Signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei.* Fideles ergò semper portant insignia Dei, in signum, quod sunt ex parte eius. Infideles autem insignia diaboli, quia sunt de illis, de quibus inquit Salomon Sap. 2. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius, ea propter maximum damnum incurrit, qui ipsam fidem amittit, vnde Seneca ad Lucillum scribit: *Fidem qui perdit, non potest virum perdere*, & iterum ad eundem, Epistola 37. ait: *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est.* Separat quoque fides sapientes ab insipientibus, iuxta illud Apoc. 14. *Hæc est fides, & sapientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.* Sicut ergò fides ostendit, qui sunt milites Christi, & qui diaboli, quia ait Dominus Lucæ 11. *Qui non est mecum*, scilicet per fidem, *contra me est.* Quod etiam notatu in l. cælicolarum. C. de Iudæ. ita etiam demonstrat qui sint sapientes, & stulti. Radix enim sapientiæ est fides, Ecclesiastici primo. Fides etiam impetrat nobis remissionem peccatorum, vnde Act. decimo, dicitur de Christo: *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum*, & Matthæi 8. scriptum est, quòd videns Iesus fidem illorum, qui offerebant sibi paralyticum curandum, dixit ei: *confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, vbi glossa inquit: *Ecce quantum valet apud Deum fides propria, cui tantum valuit aliena.* Has aut. m omnes, & multas alias fidei vtilitates considerans Augustinus, inquit in libro de verbis Domini: *Nullæ maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, quàm fides catholica, quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, & viduas conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, & in æterna hereditate cum sanctis Angelis collocat.* hæc ille. Qui etiam in libro de speculo capitulo primo rogat Deum dicens: *Obsecro misericordiam tuam, & supplex imploro, cunctorum fons, & origo bonorum largitor & conseruator, virtutum Deus, adauge mihi fidem sanctam, rectam, immaculatam, fidem eruditam, catholicam, & prudentissimam, feruentem, insuperabilem, & orthodoxam, quæ in me omne, quod tibi placet, per dilectionem, & humilitatem operetur, quæ vinci nequeat inter verba altercationis, in die persecutionis & necessitatis, adiuua Domine credulitatem meam.* Sciebat enim Augustinus, quòd fides est illa, quæ tenet hominem in gratia diuina, iuxta illud, 2. ad Cor. 1. *Nam & fide statis.* Item quòd Deus apparet eis, qui fidem habent in illum, Sapien. primo. & quòd beneplacita est ei fides, & mansuetudo Ecclesiast. 1. Nos igitur fideles gaudeamus de dono fidei nobis à DEO collato, dicentes cum beato Tobia sui libri. c. secundo: *Viam illam expectamus, quam Dominus*

Et dicit vera, quia benè potest esse fides sine charitate, sed non fides formata.

Fides distinguit electos à reprobis.

Digitized by Google

Dominus Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

DE SIGNIS QVIBVS COgnoscitur verus Christianus.

SECVNDA pars nostri sermonis dicitur signationis, videlicet quibus signis possumus cognoscere illos, qui habent veram fidem, & licet dicat Dominus, Mar. vltimo: *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Tamen si quis non habeat hæc signa, non per hoc debet reputari non esse fidelis. hæc enim miracula erant necessaria in primitiua Ecclesia, quæ erat fundanda, modò verò iam stabilita fide, non sunt ita necessaria, vt inquit Nicolaus de Lyra super prædicta verba Saluatoris. Septem ergò alia signa inueniuntur, ex quibus cognosci potest an quis habeat magnam, vel paruam fidem. Primum est Deo in omnibus obedire, etiam in valdè arduis, quæ videntur esse contra rationem. & huiusmodi fuit fides Abrahæ, qui cùm esset senex, & in senectute habuisset filium vnicum legitimum, per quem dixerat ei Deus, quòd semen eius erat multiplicandum, postea cùm præcepisset ei Deus, vt ipsum filium, quem summoperè diligebat occideret, vt habetur Gen. 22. voluit dictum filium iugulare, & tamen etiam sperabat ex dicto filio semen suum multiplicari debere, secundùm promissionem diuinam. Et ideò de eius immensa fide dicitur Gen. 15. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Quod etiam recitat Paulus ad Roman. 4. in magnam Abrahæ commendationem: vbi etiam ait, quòd ipse Abraham contra spem in spem credidit. Illi ergò qui Deo non obediunt, non sunt christiani veraces. Ideò Lucæ 6. dicit Dominus: *Quid vocatis me Domine, & non facitis quæ dico?* Et talibus negans regnum cœlorum, Matth. 7. ait: *Non omnis qui dixerit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui misit me, intrabit in regnum cœlorum.*

Septem signa ponuntur, per quæ quis poterit scire, an aliquis habeat magnam vel parnã fidem.

1. Signum.

SEcundum signum est propter Deum temporalia contemnere. Quomodo enim in Deum credit, qui solicitudine nimia temporalia quærit? Cùm ipse dicat Matth. 6. *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Primum ergò quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Qui ergò nimis soliciti sunt de acquirendis diuitijs, maximè religiosi, non sunt viri fideles. Cùm dicat Dominus, Matth. 6. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ*, vbi glossa inquit: *Mammonæ seruire, Deum negare est.* E contra autem signum est magnæ fidei, parum curare de temporalibus bonis, sed sperare in Domino, iuxta illud propheticum: *Iacta cogitatum tuũ in Domino, & ipse te enutriet.* & hoc faciũt veri religiosi dicentes illud Apostoli, primæ ad Ti. vlt. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus.* Et hanc magnam fidem habuit Moyses, de quo dicit Paulus ad Hebr. 11. *Fide Moyses grandis effectus est, qui negauit se filium esse filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimans thesauro Aegyptiorum, improperium Christi.*

2. signũ ex quo cognoscere possumus, an quis habeat magnã vel parnam fidem.

TErtium signum est, in aduersis de Deo confidere, sicut fecit Ionathas vadens cum solo armigero in exercitu inimicorum, vt eos interficeret dicens: *Non est difficile Domino saluare in paucis, sicut in multis*, primi Regum decimoquarto. Eidem dixit Asa Rex Iuda, secundi Paralip. 14. & Iosaphat eiusdem libri 20. & Iudas Machabæus, 1. Mach. 3. Hanc etiam mirabilem fidem habuit Dauid, vadens in nomine Domini cum baculo cõtra Philistæum, 1. Reg. 17. Esdras magis confidens in oratione quàm in conductu, Regum 1. Esdræ 8.

3. Signum.

Esdræ 8. & socij Danielis dicentes: *quòd Deus poterat liberare eos de camino ignis ardentis.* Danielis 3.

4. Signum. QVartum signum magnæ fidei est, Deo ad longam credentiam bona sua tradere. Magni enim principes, magnam & longam volunt credentiam. Et ideò signum est paruæ fidei, cùm benefaciés vult sua benemerita statim à Deo remunerari. Contra quem dicitur Eccle. 20. *Hodie fœneratur quis, & cras expetit, odibilis est homo huiusmodi,* & Prouerb. 20. cap. scriptum est: *Hereditas ad quam festinetur in principio, in nouissimo benedictione carebit.* Ideo canit Propheta: *Expecta Dominum, & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.*

5. Signum. QVintum signum magnæ fidei est, in postulatione non deficere, licet non ita cito exaudiamur. Et ideò laudatur Cananæa quæ toties repulsa nõ destitit clamare di. *Miserere mei fili Dauid.* Matthæi 15. Quando ergò sumus in aliqua tribulatione, signum est magnę fidei, si de Deo non desperemus, licet non ita cito liberemur. Et hanc fidem habuit B. Iob dicens. 13. sui libri cap. *Etiam si me occiderit, in ipso sperabo.* Sine hac fide nullus potest ingredi regnum cœlorum. Omnes enim sancti per hanc fidem gloriam cœlestem contecuti sunt, in tribulationibus & in infirmitatibus non deficientes, de quibus ad Hebr. 11. dicitur: *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. &c.*

6. Signum. SExtum signum magnæ fidei est, omnes articulos fidei non timere confiteri, etiam vbi est periculum mortis. Et ideò dicit Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2. quod quotiescunq, aliqui tacendo, & non manifestando se esse Christianos, cognoscerent, quòd ex hoc subtraheretur honor debitus Deo, vel proximo, damnum infidelitatis sequeretur, vtputa: Si quis interrogaretur de fide, & taceret, ac ex hoc crederet quòd non haberet fidem, vel quòd fides non esset vera, vel alij propter taciturnitatem eius auerterentur à fide, talis peccaret mortaliter. Et hoc est quod inquit Apostolus ad Roman. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutẽ.* Ideò in c. firmiter de summa. Tri. & fi. cath. dicitur, *firmiter credimus, & fideliter confitemur.* Quapropter Matthæi 10. dicit Dominus: *qui me confessus fueris coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.*

7. Signum. SEptimum magnæ fidei signum est, ad honorem Dei multa bona facere. Cùm enim fides sit in anima, non potest cognosci à nobis quod quis habeat magnam aut paruam fidem, nisi per actus exteriores, per quos inferiores cognoscuntur, vt ait Aristoteles in 2. Priorum, & in secundo de anima inquit: *Habitus cognoscuntur per actus.* Et in 4. Meta. ait: *Opus bonum, & malũ ab extra indicat quale sit in anima,* & 4. Ethi. *Qualis quisque est, talia dicit, & operatur, & sic vivit.* Et in 12. Meta. *Actus specificat habitum.* Et in primo de anima, etiam dicit: *Anima simplex, & intellectualis cognoscitur per motum, & sensum, & per operationem sui corporis.* Et ibidem: *Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est,* & 27. q. 1. c. nec aliqua dicit glossa: *Per exteriora interior voluntas dignoscitur,* facit. §. ceruos Inst. de re. di. l. naturalem. §. in his. ff. de acqui. re. do. l. Fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. Et Ambrosius in libro de officijs ait: *Habitus enim mentis per statum corporis cognoscitur.* Prosper quoque in libro Epigrammatum, epigram. 22. inquit: *Ex operum specie clarescunt intima cordis.* De actibus enim exterioribus habent homines iudicare. Cle. exiui de paradiso. §. cupientes. de ver. signi. Quando igitur quis non bene operatur. signum est quod non est verus fidelis. Scriptum est enim Iacobi 2. *Fides sine operibus mortua est,* transumptiue in c. fertur, & c. sicut vrgeri. & §. opponitur. 1 q. 1. & de pœni. dist. 2. c. si enim. & di. 3. §. illud. & de sacra vncti. c. vnico. §. quia verò. Ex quibus omnibus colligit quidam

quidam prędicator, quod aliqui ſacro baptiſmate renati, habent fidem viuam, ſed tenuem, ac macram, quia cum fides viuat ex bonis operibus, ipſi eam paſcunt tenuiſſimo cibo, & potu ſpirituali, & viliſſima refectione, non dantes ei niſi modicum aquæ, & panis hordei, aut milij, vel ſimilaginis, ſeu furfuris, id eſt, modicis, & paruĩ meriti operibus eam cibantes. Alij vero habent fidẽ viuam & pinguem, quia eam optime paſcũt abundantiſſimis ferculis, & delicatiſſimis cibarijs, id eſt, multis & maximi meriti operationibus. Alij autem habent fidem mortuam, quia illam nullis operibus bonis paſcentes, mori fame permiſerunt. Sed alij iſtis deteriores, non ſolùm fidem ſuam ſpiritualis cibi inedia extinguunt, ſed etiam iniquis actionibus tanquam venenoſis cibarijs eam præfocantes interimunt. Et iſti licet temerariè nomen ſibi Chriſtianitatis vſurpent, Chriſti tamen cenſentur inimici. Et ideo inquit Paulus ad Thim. 1. de talibus Chriſtianis: Confitentur ore ſe noſſe Deum, factis autem negant. Super quæ verba Auguſti. inquit: *Multos in Chriſtianis inuenimus Antichriſtos, qui non verbis & corde, ſed tantum factis Chriſtum negant. Talis eſt fides non Chriſtianorum, ſed dæmonum*, hæc ille. Ea propter dicit Magiſter ſent. & omnes Theologi. in 3. diſt 23. & Alexand. de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de 7. præcepto Decalogi, quæſt. 6. *quod aliud eſt credere Deo, aliud credere Deum, aliud credere in Deum.* Credere Deo, eſt credere vera eſſe quę dicit, quod etiam mali faciunt. Credere Deum, eſt credere illum eſſe, quod etiam dæmones credunt, & contremiſcunt. Credere in Deum, eſt credendo amare, & ei vniri, ac illius amore bene operari. Ideo Greg. in quadam homilia inquit: *Ille veram fidem habet, & verè credit, qui exercet operando quod credit.* Econtra vero de non bene operantibus dicitur Iacobi 2. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita ſine operib. fides.* Igitur maledicti peccatores, dicite mihi: Nũquid vos eſtis Chriſtiani? Vultis quod ego reſpondeam pro vobis? Clamãs cum lachrymis dico, quod non eſtis fideles Chriſti, ſed diaboli filij. Scriptũ eſt enim Ioannis 8. *Cuius opera quis facit, huius & filius eſt.* Si deſideras itaque cognoſcere fideles ab infidelibus, ad opera reſpice. Ait enim Dominus Matth. 7. *Ex operibus eorum cognoſcetis eos.* Ideo dicitur primæ Ioannis 2. *Qui dicit ſe in Chriſtum credere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

Aliud eſt credere Deo, aliud credere Deum, & aliud credere in Deum.

Fidelis Chriſtianus triplici ſigno cognoſcitur. Primum Signum, quo cognoſcitur Chriſtianus.

Fidelis ergo Chriſtianus cognoſcitur triplici ſigno principali. Primum dicitur imitationis. Tenentur enim omnes Chriſtiani imitari ipſum Chriſtum magiſtrum ſuum, qui ait Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*, & eiuſdem Euangelij 14. ca. etiam dicit: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet*, quod dictum intelligitur nõ ſolùm de operibus miraculoſis, ſed etiam de virtuoſis. Videamus ergo quæ virtuoſa opera Chriſtus nobis imitando propoſuerit, & quæ virtutis exempla nobis dederit, vt intelligamus, quod cum Chriſtianus à Chriſto dicatur c. vnico. §. quia vero. de ſacra vnctio. eum tenemur quantum poſſumus imitari. Dedit autem hic dux, præceptor, & doctor noſter, primo exemplum obedientiæ, iuxta illud ad Philip. 2. *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens, vſq; ad mortem, mortem autem crucis*, & Ioannis 13. ipſe dicebat: *Sicut mãdatum dedit mihi pater, ſic facio.* Vnde in horto tempore paſſionis dicebat patri, illud Matthæi 26. *Fiat non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*, ſic de guttis ſanguinis fluentibus in terram ex repræſentatione paſſionis, quam potius voluit ſuſtinere, quam obedictiam in aliquo præterire. Vnde Bernard. ait: *Chriſtus ne perderet obedientiam, perdidit vitam. Non eſt ergo verus obediens, qui non deſiderat ſanguinem ſuum in terra effluentem, &c.* practica tuo modo, ſed vt dicit Paulus ad Hebr. 12. *Vos nondum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis.* De ipſo etiam Saluatore noſtro dicitur, Luc. 2. *Et erat ſubditus illis.* Humilitatis quoque exemplum dedit nobis dicens Matth. 11 *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Item patictiæ, vnde Eſa. 53. de ipſo dicitur: *Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum.*

Castitatis etiã exemplum nobis dedit Christus, ac etiam paupertatis.

Remissionis quoque iniuriarum, ac afflictorum consolationis exemplu de dit nobis Christus.

Dif. xxvii hic per visos, ostẽdit eos non esse Christianos.

sanum. Et ideo dicit nobis Lucæ 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Ipse autem humiliter, & patienter opprobria, & cõtumelias ac aduersa sustinuit, vt nos humilitatis & patientiæ haberemus exemplum, vt dicitur in cap. Dominus noster. 63. di. Castitatis etiam exemplum dedit. Vnde Apoc. 19. de eo dicitur: *Erat scriptum in femore eius rex regũ, & Dominus dominantium.* Et ideo dixit nobis Lucæ 12. *Sint lumbi vestri præcincti.* Item paupertatis, cum ait Matth. 8. & Luc. 9 *Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos. Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet,* & dũ voluit reclinari in præsepio & c. Lucæ 2. pacificabilitatis quoq; dum ait Ioannis 14. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* In persona autem eius inquit Psalm. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.* Item dedit nobis exemplum remissionis iniuriarum, dum Luc. 23. ait: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Item consolationis afflictorum, dum post resurrectionem in tota per dies quadraginta apparens discipulis, cõsolatus est eos, Actuum primo. Multa quoque alia opera virtuosa ostendit nobis de quib. dicam in 2. parte principali huius operis, Sermone 34. vide ibi. *Si ergo cuius opera quisque facit, eius & filius est.* Ioannis 8. profectò qui non facit opera Christi sed diaboli, non Christianus, sed diabolicus appellari debet, secundũ Ambrosium super Ioannem, vnde Augustin. in lib. de doctrina Christiana ait: *Miser est, qui se aduocatum literas nescientem audeat confiteri. Quis tam insanus vt se militem confiteatur, cum nec dum sciat arma gestare? Nemo enim quodcunque nomen sine causa sortitur. Sutor vel artifex dicitur, qui illius artis ministerium nouit. Quomodo Christianus appellari possit, in quo nullum Christianitatis signum apparet? Christiani enim nomen, nomen est humilitatis, patientiæ, castitatis, & aspernatis, pœnitentiæ, paupertatis, & obedientiæ. Christianus omnino non est, qui non facit opera Christi,* hæc ille. Differunt enim secundum Philosoph. 2. Ethi. in prin. ea quæ habemus à natura, ab his quæ habemus ab arte, quia in his quæ habemus a natura, potentiæ præcedunt operationes; nam multum videre, non tribuit visum, sed potentia eius. Sed in his quæ habentur ab arte, operatio tribuit habitum. Cytharista enim fit per citharizare. Et sic Christianus per Christianè viuere. Ideo Ambrosius, in capit. cauete 22. quæst. 5. inquit: *Vendacium est se Christianum dicere, & opera Christi non facere.* facit lex 2. §. Seruius. ff. de origin. iur. di. *Turpe est Patricio & nobili, & causas oranti, iura in quo versatur, ignorare.* Veniamus ergo ad praxim. Vbi nunc sunt veri Christiani? O superbe quo modo Christianus appellari potes, cum Christi humilitatem non imiteris? O cæci eos non luxuriose, concubinarie, fornicator, & Sodomita, quomodo vos Christiani estis, qui contra Christi doctrinam, carnales delectationes amplectimini? O vsurarie, auare, raptor. O filij inobedientes, ò qui præcepta Dei contemnitis. O vos qui odium in corde portatis. O Guelphi, & Gibilini, & alij partiales, animarum vestrarum proditores. O vindicatores quomodo vos omnes Christiani dici potestis, qui Christi doctrinam malis operationibus vestris improbatis? O vos qui nunquam iniuriam remittitis, cum magister vester Christus dicat Ioannis 13. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem ad inuicem habueritis,* profectò vos non discipuli Christi, sed diaboli estis. Nam magister vester a discipulo traditus, a lucæris persecutus, alapis cæsus, flagellis percussus, depilatus, conspuitus, irrisus, toto corpore laceratus, denudatus, spinis coronatus, cruci affixus, aceto, & felle potatus, omnibus membris destitutus, crudelissime tractatus, morti propinquus, & mala pro bonis & beneficijs collatis recipiens, iuxta illud quod in persona eius inquit Psalmista: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Quid dicis? quid clamas o cor indoratum? An forte vindictam, vel maledictionem ipsis inimicis tuis minaris? Certè non, sed pro eis patrem iustum deprecaris. Tu autem cor lapideum, tygre crudelius, & incude durius: tu cor obstinatum, cor marmoreum, cor adamantinum, cor diabolicum, inuidiam contra proximum re-

tines,

tines, iniurias remittere reculas, & nunquam parcere ſtatuiſti, vel iuraſti. Profecto aut veritas mendax eſt, quæ mentiri nõ poteſt, aut vos perfidi peccatores, non eſtis diſcipuli Chriſti, & per conſequens nec Chriſtiani. Licet autem impoſſibile ſit, hominem aſſimilari Chriſto Deo, ſimilitudine æqualitatis tamẽ poſſumus ei aſſimilari aſſimilatione imitationis pro modulo humano fragilitatis noſtræ, ſecundum beatum Bonauenturam, in 2. diſt. 5. ad quod hortatur ipſe Dominus dicens; Matthæi 5. *Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, id eſt, eſtote perfecti, vt homines, ſicut ipſe perfectus eſt, vt Deus. Quod vero ſceleratiſſimi peccatores Chriſtiani recte nuncupari non poſſint, probatur per dictum ſancti Tiburtij martyris, qui dixit Fabiano iudici de quodam malo Chriſtiano, nomine Torquato: *Dii eſt quod Torquatus Chriſtianum ſe eſſe mentitur. Virtutem enim ipſa nominis ſancti grauiter ferat, & moleſtè ſuum nomen à ſuis moribus vſurpari. Ne vera enim illuſtriſſime, hoc Chriſtianum vocabulum diuinæ virtutis eſt ſectatorum, ſcilicet Chriſti, qui vere Philoſophi facti ſunt, & qui ob terrenda libidines fortiter dimicarunt. Ne credas illuſtriſſime, hunc Chriſtianum eſſe, qui in lenocinio ſui moliendo capitis ſui ornamenta emunit, qui ſonorem diligit, qui ſæpius mollier geſtat, qui ſuarum greſſuum impudico viſu oſtendit, qui vultus diligenter agit, fœminas diligentius imitatur. Nunquam tales, eſſes Chriſtum dignatus eſt habere ſeruos*, hæc ille. Patent etiam prædicta per ea quæ leguntur de ſancto Hieronymo, cui legenti libros Ciceronis cũ nimia auiditate, vt ipſe refert, dictum fuit: *Ciceronianus es, non Chriſtianus*, de quo habetur in cap. legimus 37. diſt. Nomen ergo Chriſtiani neminẽ ſaluum facit, ſed imitatio operum Chriſti.

Peccatores non rectè Chriſtiani nuncupari debent.

2. Signum, quo veri Chriſtiani agnoſcuntur.

SEcundum ſignum veri Chriſtiani, dicitur ſupportationis, Quilibet enim quamuis iuſtus, & innocens, quaſcunque pœnas, & tribulationes tenetur tolerare amore Ieſu Chriſti, qui tanta pro nobis tolerauit, vnde Gregor. in Mora. ait: *Si inſta placere Deo ſcimus, pati autem nulla niſi quæ Deo placuerint poſſumus, iuſta ſunt cuncta quæ patimur, & valde iniuſtum eſt, ſi de iuſta paſſione murmuramus*, hactenus. Ad tolerandas autem paſſiones, nos hortatur Petrus Apoſtolus exemplo Chriſti, dicens primæ canonicæ ſuæ 2. ca. *Chriſtum pro nobis paſſum eſt, vobis relinquẽs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Quod etiam monet Paulus ex expectatione præmij, quod dabit patienter tolerantib. aduerſa, dicens ad Roman. 8. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Debemus ergo ſeruare conſilium, quod datũ fuit Aeneæ, vt refert Virgilius 5. Aenei. vbi dicitur: *Nate dea, quo fata trahunt retrahuntque ſequamur. Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.* Non. n. ad patriam cœleſtem peruenitur chorizando, & ſenſualitates ſequendo, ſed mala tolerando, vnde Actuum 14. dicitur: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.*

TErtium ſignum veri Chriſtiani, dicitur obſeruationis. Pro cuius meliori declaratione eſt ſciendum, quòd quæruntur doctores, an promittens aliquid affirmatiue, vel negatiue, teneatur ſub peccato mortali ad promiſſi ſolutionem. Verum quia inquit Ariſt. 2. elen. quod ad omne quæſitum reſpondetur, vel per interemptionem, vel per diſtinctionem. Ideo circa hoc diſtinguendum eſt, ſecundum Richardum in 4. diſtinct. 38. & in ſuo quodlibet. & beatum Thomam 2.2. quæſt. 89. & no. & Oſtien. in ſumma, in ti. de iureiuran. quod aut promiſſio eſt ſolennis, aut nuda, & ſimplex. Solennis obligat, & de ea oritur actio in foro iudiciali. Si autem eſt nuda, aut promittens tempore promiſſionis, non intendebat ſoluere, licet promitteret, & tunc de tali promiſſione non oritur obligatio in foro cõſcientiæ. Et facit capitulum literaturam extra de voto; niſi fortè per accidens, ſi cederet in detrimẽtum eius, cui promiſſum eſt. Aut promittens intendebat ſe obligare, & tunc cõcludunt quòd talis promiſſio obligat in cõſcientia obligatione neceſſaria, ſi vult ſaluari 12. quæſt. on. ſecund, cap. quicunque & qu. 5. ca. quia Ioannes & 27. q. 1. c.

3. Signum, quo veræ Chriſtianæ cognoſcitur.

An promittẽs aliquid teneatur ſub peccato mortali ad promiſſi ſolutionem.

Quotuplex eſt promiſſio.

Digitized by Google

Quomodo Deus non facit differentiam inter iuramentum & simplicem loquelam.

q.1 c. hæ vero & 22. q. 5. cap. iuramenti, vbi dicitur; quod inter iuramentum & simplicem loquelam, Deus non facit differentiam, quod est intelligendum, secundum Ioan. And. in cap. 1. de pac. vt comparatio sit in genere, nō in quantitate, id est, quod vterq; peccat mortaliter, sed tamen grauius frangens iuramentum. Et idem dicit Abbas Siculus. Et de hoc est glossa solennis in ipso c. Et facit ad prædicta textus in c. noli. 23. q. 1 vbi dicitur: *Fides quando promittitur etiam hosti contra quem bellum geritur, vsque ad mortem attendenda est.* Et in c. ita ne. 32. q. 5. etiam dicitur, *Tanta debet esse fidelium constantia, vt potius vita, quam fides auferatur.* de qua dicitur in l. 1. in princ. ff. de pac. *Nihil sic congruit fidei humanæ, quam conuenta seruare.* Et capit. tert. de pac. scriptum est: *Studiosè omnibus agendum est, vt quæ promittuntur, opere compleantur,* facit etiam ad prędicta capitulum, Sacerdos. 1. q. 2. vbi dicitur: *Expedit mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis auferat.*

Resolutio ad dubium secundum canonistas.

Sacri autem Canonistæ, ca. primo, de pactis, aliter distinguunt dicentes: Quod est quodam pactum nudum, & quoddam vestitum. Est autem vestitum aliquando stipulatione, quæ fit præcedente interrogatione, & subsecuta responsione, vt in l. 1. & 5. ff. de verbo. obligatio. & Inst. eodem. in princ. Quandoque ex Chirographo, vt Inst. de literarum obligat. Quandoque consensu, vt in contractib. iuris gentium. qui solo consensu perficiuntur. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. Quandoq; interuentu rei, vt si do tibi decē, vt pro me aliquid facias. Nudum autem pactum fit in meris finibus conuentionis, in qua non interuenit aliquid extrinsecum. Et ponitur regula de iure ciuili, quòd ex nudo pacto, non potest agi, sed excipi, quia oritur obligatio naturalis per consensum, vt in l. iuris gentium. §. igitur. ff. de pac. vbi dicitur. *Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.* Fallit tamen etiā de iure ciuili in aliquibus casibus. Sed Ioan. Andr. vbi supra dicit, quòd cum illi casus non videantur habere magnam rationem specialitatis, idem deberet esse in omni pacto. De iure autem canonico cōmuniter tenetur, quòd ex nudo pacto datur actio, p ipsum capitulum primum. Nam vbicunque ius approbat conuentionem, semper datur actio ex illa, vt in l. legitima. ff. de pac. Sed ius canonicum approbat hoc pactū quantumcunque nudum. Ergo ex eo potest agi, maxime cum habeat concursum iuris diuini, dicente Psalmista: *Quæ procedūt de labijs meis, non faciam irrita.* Præterea vbicunq; ius mandat aliquid fieri, semper datur actio & exceptio, vt in l. vnica. ff. de condi. ex le. & in l. statuas. ff. de acquiren. re domi. & notat glo. in ca. cum liberum. de sepul. & ca. si canonici. de offic. ordi. li 6. Sed ius Canō. mādat seruari ista pacta, ergo datur actio, & exceptio. Et hanc opinionē tenet gl. & Host. ac Ioan. An. & Ant. de Butri. & Archid. 12. q. 2. in ca. quicunq, suffragio. Et ibidem tenet Panor. licet autem Inno. in c. nouit. de iudi. videatur velle, quod non detur actio, sed officij iudicis imploratio, tamen etiam secundum eum concluditur, iudicem Ecclesiasticum posse etiam laicos præcisè compellere ad nudi pacti obseruantiam.

Casus multi in quibus quis non tenetur ad promissionem, etiam quomodocunque firmatam.

NOtandum tamen multos esse casus in quibus nō tenetur quis ad promissionem etiam quomodocunq; firmatam. Primo si cedat in detrimentū animæ vel corporis, vel sequatur peccatum mortale, aut veniale. Tunc enim non obligat promissione, nec votum, nec iuramentum, nec pactum, nec consuetudo, nec lex, nec præceptum, nec aliud vinculum, ca. Quintauallē. de iureiur. & c. in malis. ac c. inter cætera. 22. q. 4. & l. pacta C. de pac. vbi dicitur: *Pacta quæ contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est.* Secundo nō obligatur, quando obseruatio est in detrimentum superioris. Vnde dicit Gemmianus in c. animarum de sepulturis. lib. 6. quod ille qui facit actum ex præcepto superioris, quem iurauerat se nō facturum, non dicitur venire contra iuramentum. Vnde si iurauit, non exire domum, exire possum citatus à iudice. Et similiter non tenet promissio vxoris in mariti detrimentum, & idem de alijs.

2. Promissiones non obligant.

3. Non obligatur quis ad promiſſionem ſeruandam, ſequere legendo, ponit enim etiam alios caſus.

de alijs ſimilibus eſt dicẽdum. Tertio non obligatur quis ad ſeruandam promiſſionem, ſi tempore ſolutionis immutatæ ſunt conditiones perſonarum, negotiorum. & temporum. Dicit enim Seneca in libr. de beneficijs, quod ad hoc, vt homo teneatur facere quod promiſit, requiritur, quod omnia immutata permaneant. Vnde ſi alicui promiſi dare gladium,, & efficiatur furioſus, non teneor ei dare 22. q.2.c.ne quis Item frangenti fidem mihi, non teneor fidem ſeruare, ca.ſicut,& cap. peruenit.el.2.de iureiurand. Item ſi quis alicui promittat dare filiam ſuã vxorem, & illa non conſentiat, non tenetur, cum alienum factum præciſe promitti nõ poſſit,cap.ex literis,de ſpon. Item ſi facultas deſit, puta quia quis iurauit reddere pecuniam, & tempore ſolutionis nõ poteſt, e.querelam, de iureiurã. Item quandò promiſſio eſt conditionalis, & non venit conditio, ca.peruenit.el.2.de iureiuram. Item quando ille cui promittitur, remittit,cap.1.& ca.ſicut,de iureiur. Legitimo autem impedimento ceſſante & alterius præiudicio, promiſſio de re licita legitimè facta obligat in foro conſcientiæ. Sed quorſum hæc tam longa? non ob aliud, niſi vt intelligatur, quantum ſit erga Deum, Chriſtianorum obligatio, qui tamen ea quæ in baptiſmo promiſerunt, non attendunt, nec obſeruant. *Omnes enim in iniquitatibus concepti, naſcuntur filij iræ*, ad Epheſ.2. Sed quia ſine fide Chriſtiana ſaluari nemo poteſt, portatur ad Eccleſiam baptizãdo rogatis patrinis comitatus. Cui Chriſti Vicarius ſacerdos obuiam veniens inquit: Quid quæris? Et Patrini in perſona eius dicunt: Volo effici Chriſtianus. Et ille inquit: Abrenuncias diabolo & operibus eius? Et ille reſpondet: Abrenuncio, de conſecra.di.4.c.primum. Et iterum interrogat ſacerdos dicens. Abrenuncias mundo & pompis eius? Mundus autem ſecundum Alexandrum de Ales, in 2.parte ſummæ, in princ. dupliciter accipitur. Primo p ipſa creatura, & ſic homo ea vti poteſt ad neceſſitatem ſuam, nec ei renunciare tenetur. Secundo accipitur pro mundana conuerſatione, de qua dicitur, 1. Ioan. 2. *Omne quod eſt in mũdo, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut concupiſcentia carnis, aut ſuperbia vitæ*, & huic mundo renunciare tenetur & pompis eius, quæ ſunt diaboli poſſeſſiones. Sicut patuit per exemplũ illius iuuenis vani, qui monitus à confeſſore, vt relinqueret põpas dixit: Tollat diabolus quod in me ſuum eſt. Et ſtatim venit diabolus, & omnia eius iocalia aſportauit. Reſpondent ergo Patrini pro baptizando ad interrogationem prædictam ſacerdotis, dicentes in perſona eius: Abrenuncio, & tunc dicit ſacerdos: Memor eſto ſermonum tuorum & a corde tuo nunquam abſcedant, quaſi dicat; O anima quę ad ſacramentum baptiſmi veniſti, ecce Dominus Ieſus Chriſtus redemptor tuus brachijs in cruce extenſis te ſuſcipere, teq; amplecti paratus eſt, ſed cũ his pactis quod inimicis ſuis renuncies ex corde. Anima autem ipſa ſponte & voluntariè promiſſionem faciens, in præſentia teſtium vocatorum & rogatorum, in manu ſacerdotis loco notarij ſtipulantis profitetur dicẽs: Abrenuncio, id eſt, accepto quacunque pacta, & conſuetudines Domini & ſeruatoris mei Ieſu Chriſti, & ea vſq; ad mortem ſeruare promitto. Quibus peractis catechizatur & baptizatur, & in numero fidelium adhibetur, & omnium Eccleſiæ in fidelium particeps efficitur. O cor humana anima, ſeruare promiſſionem tuam vſque adhuc? Ecce quanta eſt promiſſio tua, quam ſolennis, quàm licita, quam nulla, & quam ſancta profeſſio. Et ideo præparet ſe vnuſquiſque, ſeuero Imperatori & iuſtiſſimo redemptori rationem de infidelis obſeruatione promiſſi diſtrictiſſimè reddere. Vnde Auguſtinus in cap ſemnus 12.quæſt.1.ait: *Videat vnuſquiſque, ne pollicitationem ſuam irritam faciat, ſed quod Deo promiſit fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium acquirat. Grauius enim puniuntur, qui quomodo votum fecerunt & non ſeruauerunt, & qui fidem melius eſt acceperunt, & in malo fuerunt, quam qui ſine voto non vouerunt & fide mortui ſunt*, hæc ille. & Bernard. in re, quam à quit: *Melius eſt fuem non facere, quam poſt voto deguſtam retractare*, & & Hieronymus dicit: *facere.*

cit: *Heu heu quot sacro renati baptismate, Christiano funguntur nomine, quibus melius fuerat non fuisse Christianos*, est.n.gehennalis pœna paganorum multo minor, quàm malorum Christianorum, nam 1.Petr.2.dicitur. *Melius fuisset iam nõ cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mãdato.* Contingit enim illis illud verum prouerbium: *Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.* Et iterum ibidem dicitur: *Facta sunt eis posteriora, deteriora prioribus.* Facit ad prædicta exemplum de capite pagani inuctro in deserto a beato Macario, de quo dicam in 2.parte principali huius operis, Sermone 21.parte secunda. Adulti enim tenẽtur ad ea quæ pro ipsis Patrini eorũ spoponderunt, de consec.dist.4.c.paruuli.vbi gl.ait, dignum est, vt qui per alium liberãtur, per aliũ etiam obligẽtur. Si autem inter mercatores fallens fidem grauiter peccare creditur: Vnde in leg.1.ff.de consti pecu.dicitur, quod graue est fidem fallere: quid dicẽdum est de malis Christianis, qui Deo fidem frangunt? Ideo dicitur in capitulo viduas 37. quæst.1. *Si inter homines solent bonæ fidei commercia nullis rationibus dissolui, quanto magis pollicitatio, quam cum Deo quis pepigit, sine graui vindicta solui non potest?* Et idem quasi habetur in capit. Ananias 17.q.1. Consideret ergo vnusquisque vitã suam, & videat, quod fide protestatur, operibus obseruet. Ait enim Greg. *super Marcum: Tunc veraciter fideles sumus, si quod sumus, si quod habere promittimus, operibus impleamus.* In die quippe baptismatis omnibus antiqui hostis operibus, omnibusque pompis abrenunciare promisimus. Itaq; vnusquisq. vestrum ad considerationem suæ mentis oculos reducat, si seruat post baptismum, quod ante spopondit, certus quia iam fidelis est gaudeat. Sed si quod promisit minime seruauit, studeat cito plangere quod errauit. August.in libr.de vita Christiana ait quit: *Nec quisquam iudicet se Christianum, nisi qui doctrinam Christi sequitur, & imitatur exemplum. An tu illum Christianum putas, cuius nunquam pane saturatur esuries? Cuius potus nullius sitis extinguitur, cuius mensam nemo cognoscit, sub cuius tecto nec aduena, nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimento, cuius pauper nullum fouetur auxilio, cuius bonum nemo sentit, cuius misericordiam nemo cognoscit, qui in nullo imitatur bonos, sed irridet potius et subsannat? Absit vt huiusmodi Christianus dicatur. Absit vt Dei Filius possit appellari, qui talis est. Christianus est qui vitam sequitur Christi, qui in omnibus misericordiam facit, qui omnium monetur iniuria, qui opprimi pauperem se præsente non patitur, qui miseris subuenit, qui indigentibus succurrit, qui cum mœrentibus meret, qui dolorem alterius quasi proprium sentit. Qui fletibus prouocatur alienis, cuius domus communis est omnibus, cuius ianua nemini auditur, cuius mẽsam pauper nullus ignorat, cuius omnes bonum norunt, & nemo sentit iniuriam, qui Deo die noctuque seruit, qui indesinenter eius præcepta meditatur, & cogitat qui pauper mundo efficitur, vt Deo locuples fiat. Qui inter omnes habetur inglorius, vt coram Deo, & Angelis gloriosus appareat, qui in corde suo nihil simulatum videtur habere, nec fictum, cuius simplex, & immaculata est anima, cuius conscientia fidelis & pura, cuius tota mens in Deo est, cuius omnis spes in Christo est, qui cælestia potius quam terrena desiderat, qui humana spernit, vt possit habere diuina. Nam his qui hec secum diligunt, & qui in præsentis temporis gloriantur, & complacent, Apostolus inquit. Nescitis quia amicitia huius mundi inimicitia est Dei, & quicunque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituetur,* hæc ille. Non ergo glorietur malus Christianus, quamlicet in numero Christianorum reputetur, est tamẽ extra Ecclesiam quo ad meritum. Vnde 9.quæst.3.in cap. vt euidenter, dicitur: *Is quem sacerdos in Ecclesia tenet, est tamen extra Ecclesiam, si non est corpus eius, cuius caput est Christus.* Immo talis fallus Christianus est peior infideli, quia peccata facta ex certa scientia, sunt grauiora peccatis per ignorantiam perpetratis 6.quæst.1.cap.quæro. cuiusmodi sunt multa peccata infidelium. Item infideles patenter inimicantur fidei Christianę. Isti autem mali Christiani latenter. Inimicus autem domesticus, peius facit quàm apertus, nec est deterior inimicus quam fictus: nec odium grauius, quam familiaris inimici, cũ sit vt ignis in uno, & serpens in gremio, & mus in pera, &c. & si ludæos de ludæis.

Quisnam sit verus Christianus.

Hortatur nos ad obseruantiam eorum quæ in baptismo promisimus.

Digitized by Google

DE DEVIATIONE hæreticorum à fide.

De erroribus hæreticorũ ac eorum confutationibus.

TERTIA pars nostri sermonis, dicitur Deuiatio, scilicet à fide vera: secundum enim B. Thomam in tractatu de articulis fidei, tota fides Catholica circa diuinitatem, & humanitatem Christi versatur. Et ideo Ioan. 14 dicit Dominus: *Creditis in Deum, & in me credite.* Ideo videamus hæreticorum errores, quibus deuiant à fide. Et licet sint quasi innumerabiles, tamen solum aliquos maiores, & peiores ponemus, incipiendo ab erroribus, versantibus circa humanitatem Christi.

Error Carpocratis, & Ebionis.

PRimus ergo error fuit Carpocratis, & Ebionis, qui dixerunt Christum fuisse purum hominem. Contra quos ad Rom. 8. dicitur: *Ex quibus Christus secundum carnem super omnia benedictus Deus. Amen.*

Error Manichæorum.

SEcundus error fuit Manichæorum, qui dixerunt Christum nõ habuisse verum corpus sed phãtasticum. Contra quos est sententia Christi Luc. vlt. c. vbi reprehenhit discipulos, qui conturbati, existimabant Spiritum se videre dic. *Palpate, & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere,* & Matth. 14. vbi discipulis videntibus eum ambulantem supra mare, & credentibus quòd esset phantasma, Christus dixit: *habete fiduciam; Ego sum, nolite timere.* Et ex hoc errore concludebant ipsi maledicti Manichæi, quòd in veritate, Christus non est passus mortem, cum haberet corpus phantasticum secũdum eos. Contra quos Esa. 53. dicitur: *Vere languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Et ibidem scriptum est: *Tanquam unus ad occisionem ductus est.* Et in hoc errore etiam fuit Gallanus, qui dixit Christum solum habuisse vnam naturam incorporalem, & immortalem, licet ostenderet se esse corporeum & passibilem, & hunc errorem tenent Mauri, & Saraceni. Contra quem est illa sententia Apostoli dicentis: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.* 1. Pet. 3.

Error Valentini.

TErtius error fuit Valentini, qui dixit Christum cœleste corpus attuliſſe, nihilque d: Virgine assumpsisse, sed per illam tanquam per riuum & fistulam sine vlla de illa assumpta carne, transisse. Contra quem dicitur ad Gal. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere.*

Eutychij error.

QVartus error fuit Eutychij, qui posuit in Christo vnam naturam, compositam ex diuinitate & humanitate. Contra quod est illud ad Phil. 2. *Cum in forma Dei esset, formam serui assumpsit.* vbi manifestè apparet esse in eo duas naturas, sc. diuinam, & humanam.

Monotelitarum error.

QVintus error fuit Monotelitarum, dicentium in Christo esse solum vnam voluntatem. Contra quod Matth. 27. dixit Dominus Iesus patri suo: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu,* vbi manifeste demõstrat in ipso fuisse duas voluntates, vnam humanam, & vnam diuinam, quę est communis patri & filio.

Nestorij error.

SExtus error est Nestorij, qui dixit Christum Deum perfectum, & hominem perfectum, ita tamen quod alia est persona Dei, alia hominis in Christo, Et quod non est facta vnio Dei, & hominis, in vna persona Christi, sed solum communicatio gratiæ, ita quòd negat beatam Virginem esse Matrem Dei, sed dicit esse solum Matrem hominis Christi. Contra quod est illud Luc. 1. *Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.*

Carpocratis alius error.

SEptimus error est Carpocratis, qui habuit etiam hunc errorem, quod Christus natus sit ex Maria, & Ioseph. Contra quod est illud Matthæi primi. *Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.*

OCtauus error est Claudij, qui dixit, quod postquam virgo peperit Christum, plures alios filios genuit ex Ioseph. Contra quod est illud Ezech. 44. *Porta hæc*

ed by Googl

clausa erit in æternum, & non aperietur, & vir non transibit per eam.

NOnus error attribuitur Origeni, scilicet quod Christus iterum est passurus pro salute dæmonum, & allegat illud Psalmistæ: *Homines, & iumenta saluabis Domine*, intelligens per iumenta, dæmones, pro quibus dicebat debere Christum iterum pati. Contra quod est illud ad Roman. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.*

Solletianorum error.

DEcimus error est Solletianorum dicentium, Saluatorem nostrum non sedere ad dexteram Patris. Contra quod est illud Marc. vlt. *Dominus quidem Iesus postquam locutus est, Assumptus est in Cælum, & sedet à dextris Dei.*

Hæreses circa essentiam Diuinam.

CIRCA essentiam diuinam sunt etiam plures errores hæreticorum, qui fecerunt contra sententiam Dionysij in lib. de diuinis nominibus, ca. 2. vbi ait: Theologia quædam nobis tradidit vnitiue, quædam vero disiunctiuè. Et nec vnita licet diuidere, nec discreta confundere, scilicet vnitatem Deitatis & Trinitatem personarum. De qua inquit Augustin. in 1. de Trinit. *Cum quæritur vnitas Trinitatis, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Et ideo de hac re summa & excellentissima cum modestia & timore agendum est, & attentissimis auribus atque deuotis audiendum*, hæc ille. In quibus verbis tria tangit. Primo periculositatem, dum ait, nec periculosius alicubi erratur. Sicut enim ille qui fixis oculis, vult intueri Solem; qualis sit, ponit se in periculo incurrendi cæcitatem: ita ille, qui curiosè vult inuestigare mysterium Trinitatis, ponit se in periculo incurrendi in hæresim & in cæcitatem mentis. Quia Prouerb. 25. dicitur: *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.* Et ideo dicitur Ecclesiast. 3. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne fueris perscrutatus.* Secundo tangit difficultatem, dum ait: *Nec laboriosus*, &c. Dicit enim Dionys. in lib. de diuinis nominibus: *Trinam Dei vnitatem, neque dicere, neque cogitare est possibile, & essentiã*

Periculosa est Diuinæ essentiæ per tractatio.

Difficile est de Diuina

Prouerb. 3. inquit Salomon: *Quis ascendit in Cælum?* scilicet ad perscrutandũ mysterium Trinitatis, quasi dicat, nemo. & Sap. 9. iterum ait: *Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore. Quæ autem in Cælis sunt, quis inuestigabit?* quasi dicat, nullus. Et ideo Ecclesiast. 1. inquit diuina sapientia: *Altitudinẽ Cæli*, id est, sanctissimæ Trinitatis, quæ dicitur Cœlum, quia eius immensitas omnibus est celata, *quis dimensus est?* scilicet suo ingenio comprehẽdendo. Respõdet autem eadem sapientia Ecclesiast. 24. *Gyrum Cæli circuiui sola*, quia ipsa sola perfectè cõprehendit suam æternam Deitatem. Et ideo dicit August. ad hæred. Sufficiat nobis de mysterio Trinitatis scire, quantum nobis Christus prædicauit & docuit. & Ambros. inquit: *Mihi est impossibile scire generationis diuinæ secretum. Mens defecit, vox filet, non mea tantum, sed etiam Angelorum.* Vnde Ecclesia canit in officio Trinitatis: *Caligat hic sensuum acies, non sufficit ingenium tam ardua rimari.* Ait enim Auicenna. 9. Meta. suæ, c. vlt. *Operatio intellectus nostri ad superiora est, sicut oculi cæci ad colores, & aures surdi ad audibilia.* Et auctor in libro de causis dicit: *Prima causa est superior omni narratione*, & Plat. in suo Timæo ait: *Genitorem veritatis, tam difficile est inuenire, quam inuentum impossibile est effari.* In quibus verbis affirmat quod Deus genuit veritatem, id est, filium suum, qui ait Ioan. 14. *Ego sum veritas.* Transumptum in capitulo si cõsuetudinem & c. qui contempta. 3. dist. Salomon quoque Prouerb. 30. inquit: *Tria sunt mihi difficilia*, quia Trinitatis mysterium intelligere perfectè nõ potui. Et ideo inquit Dionys. in libr. de diuino. *Non est audendum, dicere aliquid, nec cogitare de supersubstantiali occulta diuinitate, præter ea quæ diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa.* & Bern. in serm. de Trini. inquit: *Inquirere de Trinitate peruersa curiositas est. Credere & tenere sicut sancta Ecclesia tenet, fidelis securitas est; videre autẽ eam sicuti est perfecta, summa felicitas est.* Hilarius insuper in libro de Trinitat. prædicta de difficultate cognitionis sanctæ Trinitatis approbans dicit: *Non putet homo sua intelligẽtia sacramentã generationis, & processionis se posse consequi.*

Ad præ-

Digitized by Google

Exempla hic aliqua adducũtur ad ostendẽdum, quàm difficile sit de Diuina essentia per tractare.

Ad prædicta etiam confirmanda adduci possent plura exempla. Primum est de B. Augustino, de quo legitur, quòd cùm vellet in libro suo de Trinitate describere mysterium Trinitatis diuinæ, quendam puerulum in littore maris inuenit, qui cum quodam cochleari argenteo aquam maris in quãdam paruam foueam refundebat, dicens, se velle totum mare in illam foueam includere. Cui cùm Augustinus dixisset, non posse hoc fieri, cùm mare sit magnum, & cochlear modicum, ac fouea parua; Respondit ipse qui erat Dominus Iesus, *Facilius est mihi hoc agere, quàm tibi id quod cogitas adimplere. Cogitas enim in libro tuo mysterium Trinitatis comprehendere. Cùm liber tuus sit parua fouea ad recipiendum, ingenium tuum modicum cochlear ad inquirendum, & Trinitas ipsa immensum pelagus ad exhauriendum.* Et his dictis disparuit. Secundum exemplum legitur in libro de vita & moribus philosophorum, vbi dicitur: Quòd quidam philosophus, nomine Aristodemus multis annis in solitudine stetit, & continuè inuestigauit naturã apis, nec intelligere: à per: f ctè potuit. Minus ergò Trinitatis æternæ maiestatem quis poterit indagare? Tertium exemplum est quod narrat Tullius in lib. de natura Deorum, vbi ait: Quòd quidam rex quæsiuit ab vno philosopho, quid esset Deus, Philosophus autem inducias trium dierum petijt respondendi. Et expleto triduo, iterum aliud triduum postulauit. Et post maiorem terminum ad quæsitũ non respondit: Cui rex ait: Vt video, me deludis. At ille: Domine mi, non. Quia Deus est tam immensus, quod quanto plus de eo cogito, tanto plus deficio, & quid respõdeam nescio. Tertio tangit August. in verbis prædictis fructuositatem Trinitatis cognitionis, dum ait. *Nihil fructuosius inuenitur.* Alias autem vtilitates quatuor consequuntur illi qui deuotè colunt sanctissimam Trinitatem per fidem cognitam. Prima dicitur eleuationis. s. ad cœlestia contemplanda, & terrena despicienda, iuxta illud Esa. 40. *Quis appendit tribus digitis molem terræ;* quasi dicat, nullus, nisi Deus trinus in sua potentia, sapientia, & misericordia, quibus quasi tribus digitis molem terræ, ideſt ponderositatem corporis appendit sursum eleuando, contemnendo terrena, & superna speculando. Et sic appensus & eleuatus erat S. Aug. de quo legitur, quod cùm libros de Trinitate scriberet, & quædam vidua tribulata ad eum vadens ipsum salutasset, ipse ei nihil respondit. Vnde illa tristis recessit. Sequenti verò die cùm eius Missam audiret, facta est in extasi mentis, & rapta in cælum, ibidem vidit Augustinum facie inclinata de Trinitate disputantem. Factaque est vox ad eam dicens: Cùm ad Augustinum iuisti, tunc de Trinitatis gloria attentissime disputabat. Et ideò quod ibi fueris non aduertit. Secunda vtilitas dicitur propulsionis. s. aduersitatum. Nam sicut Ioannes Damascen. lib. 4. cùm apud Constantinopolim grauis pestis esset, de medio populi quidam puer in cœlum raptus, canticum sanctæ Trinitatis. s. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & misericors Saluator, miserere nobis, ab Angelis est edoctus. Quod cùm rediens decantasset coràm populo, mox omnis pestilentia est effugata. Tertia vtilitas dicitur expulsionis. i. dæmonum. Nam legitur, quòd cùm apud Constantinopolim, quidam magus duxisset vnum fidelem notarium ad conspectum maximæ multitudinis dęmoniũm in qua erat vnus sedens in throno, tanquam princeps, & ille dæmon interrogasset ipsum notarium, an seruus eius fieri vellet, notarius ipse signans se signo crucis respondit: Ego sum seruus sanctissimæ Trinitatis. Et statim illa multitudo dæmonum disparuit. Et istæ duæ vtilitates tanguntur, Exod. 5. vbi Moyses inquit: *Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudine*, id est per fidem Trinitatis ei in hac vita, in qua peregrini sumus, seruiamus, *ne forte occidat nobis pestis, aut gladius.* Per pestem autem potest intelligi tentatio à carne, per gladium verò tentatio ab hoste. Quarta vtilitas dicitur conuersionis. s. malorum. Refert namque Bonifacius in libro suo, quem scripsit

Exemplum aliud, siue similitudo.

Aliud quoque exemplum.

Fructuosa est cognitio Trinitatis: inter alias autem vtilitates quatuor consequuntur ipsam cognoscentes, quarum 1. dicitur eleuationis.

2. *Vtilitas quam Trinitatem contemplantes consequuntur.*

3. *Vtilitas.*

4. *Vtilitas quã Trinitatem contemplantes habent.*

scripsit ad Comitissam Matildam, quòd cùm quidã Archiepiscopus Obrucinensis simoniacus, per testes conuinci non posset, præceptum est ei à quodam legato Papæ viro sancto, vt versiculũ Trinitatis diceret. s. *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.* Et cùm ille sanctã Trinitatem, & maxime Spiritum sanctum nominare non posset, deprehensus, & conuictus de crimine, humiliter peccatum suum confessus est, ac pœnitentiam petijt, & se emendauit. Istum autem versiculum fecit Synodus Nicæna. B. autem Hieron. & postea Gregor. ordinauit, vt in fine Psalmorum diceretur. Legitur autem quòd cum quidam vir sanctus cum alijs psallentibus esset in Ecclesia, vidit beatam Virginem illuc aduenientem, & ad Gloria Patri, profunde inclinantem, qui cùm eam de hoc interrogasset, respõdit quod quãdocunque ille versiculus Trinitatis ab Ecclesia dicitur, tota curia cœlestis sanctæ Trinitati se inclinat, & eam specialiter reuereretur. Econtrà verò legitur de quodam religioso, qui nunquam se inclinabat ad Gloria patri. Cùm autem mortuus esset, hęc est ei assignata pœnitentia. s. quod vsque ad diem iudicij stet super vna altissima columna in medio maris eleuata, & semper quãdo dicitur in Ecclesia, Gloria patri, illa columna inclinatur valdè profundè, & ei videtur, quòd debeat in abyssum demergi. Multa quoque alia miracula & signa facta sunt in testimonium sanctissimæ Trinitatis. Nam vt refert Eusebius, in die Natiuitatis Christi tres Soles in Oriente apparuerunt, qui paulatim in vnum Solem sunt redacti, de quibus videtur facere mẽtionem Virgil. 3. Aeneid. dicẽs *Tres adeo incertos cæca caligine soles, Erramus pelago, &c.* Aliud autem ponit Eutropius s. quòd dum quidam Arrianus quendã baptizaret, & formam Trinitatis peruerteret, mox aqua disparuit. Ipse enim hæreticus dicebat: Ego te baptizo, in nomine Patris per filium, in Spiritu S. volens per hoc ostẽdere, quod filius & Spiritus S non essent patri æquales. Viso autem miraculo, ad gremium Ecclesiæ Catholicæ confugit. Refert etiam Sigisbertus, quòd circa annum Dom. 550 cùm intra Gallias Arriana hæresis pullularet, quæ filium & spiritum S. minores patre affirmat in vrbe Hastensi, aliàs Valacensi, dum Episcopus eiusdem vrbis missam celebraret, vidit tres guttas clarissimas de cœlo descendere, quæ super altare se ponentes, & ad inuicem appropinquãtes, vnam gemmã pulcherrimã effecerunt, quã cùm in medio cuiusdã aureæ Crucis, in qua multæ gemmæ erãt, posuisset, illæ tãtam eius excellentiã non ferẽtes, de Cruce protinus ceciderunt. Immundis autem hominibus videbatur obscura, & horribilis. Mundis verò & puris delectabilis & clara, multisque infirmis præstitit sanitatem, & adorãtibus ipsam Crucem, auxit virtutem & ideo Richar in 1. de Trini. ait: *Vtinam attenderent Iudæi, vtinam aduerterent pagani cum quanta confidentiæ securitate pro hac fide Trinitatis ad diuinum iudicium posterum attendere. Nunc cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine si error est, à teipso decepti sumus. Nam hæc fides tantis signis & prodigijs confirmata est, quæ non nisi per te fieri potuerunt, & certè à summa sanctitate viro est nobis tradita, atque summa, & authentica attestatione probata, te ipso cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.* hæc ille. Licet autem Philosophi non cognouerint perfectè mysterium diuinarum personarum per propria, quæ sunt paternitas, filiatio, & processio, secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 2. *Loquimur Dei sapientiam, quam nemo principum huius seculi nouit,* id est Philosophorum, secundum glossam tamen cognouerunt quædam essentialia attributa, quæ appropriatur diuinis personis, sicut potentia appropriatur patri, sapiẽtia filio, & bonitas Spiritui S. Ipsi enim philosophi cognouerunt Deum per creaturas, quas ipse fecit, iuxta illud Macrobij, in lib. de somno Scipionis, dicentis: *Deus qui prima causa vocatur, omnium quæ sunt, Dominus & origo est.* Et ideò videntes magnitudinem, pulchritudinem, & bonitatem creaturarum, deuenerunt in cognitionem Creatoris, Dei. s. quod sit potentissimus, sapientissimus & optimus artifex.

Ad Gloria Patri, &c. vide quomodo debeas caput tuum inclinare.

Lege ista miracula confirmantia sanctissimam Trinitatem.

tifex. & hoc eſt quod ait Salomon Sap. 13. *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* & ad Rom. 1. inquit Paulus: *Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas.* Vnde Ambroſ. & Auguſt. quos refert Magiſter. in 1. di. 3. dicũt, quòd philoſophi conſiderantes cœlum & terram, & alia mirabilia creata, cognouerunt illum eſſe ſuper omnem creaturam, qui ea fecit, quæ nulla creatura facere poteſt, vel deſtruere. Item ex creaturarum æternitate, vt eſt Cœlorum, & planetarum ac ſtellarum, cognouerunt æternitatem Creatoris. & ex eorum magnitudine eius omnipotentiam. Et eorum ordinatione, & gubernatione eius ſapientiam, & bonitatem. Et ſic cognouerunt in Deo Trinitatem perfectionum. Vnde Ariſto. in 12. Meta. ait: *Dicimus Deum eſſe animal ſempiternum, bonum, & optimum, cuius duratio in infinitum eſt, in quo eſt ſummus intellectus, ſummum intelligibile, & intelligere, ſummaque voluntas, ſumme voluptoſa & gaudioſa.* Vbi eius Commentator commento. 37. probat & aſſirmat, quod in Deo eſt intellectus, & voluntas, & actus eorum. & in fine ei cõmentatur replicat, quòd in Deo eſt Trinitas perfectionum, adiungens quod quidam putauerunt eſſe Trinitatem ſuppoſitorum, vt Plato & multi alij, ſed ipſe commentator eam negat, in quo eſt hæreticus euidenter. Idem quoque Ariſtot. primo de Cœlo & mundo ait: *Omne & totum ponimus ſuper tria.* Per hunc enim numerum adhibemus nos ipſos magnificare Deũ vnum, omnẽ rem proprietatibus eorum, quæ ſunt creata. Plato etiam incipiens librum, quem fecit de mundi creatione dicit: *Vnum, duo, tres.* Deinde proſequitur librum ſuum. Per hoc, vt ait Franciſcus de Mairo. in ſermone de Trinitate, quaſi intendens, quod Trinitas eſt principium totius vniuerſi. Dicit quoq; Auguſtinus, ſeptimo confeſſionum, ſe legiſſe in libris Platonis totum illud Ioannis primo, *In principio erat verbum, &c.* vſque ibi, *Fuit homo miſſus à Deo.* Et idem Euangelium poſuit Platonicus eius diſcipulus in libr. quem cõpoſuit, vſq; ad, *Verbum caro factum eſt*, & ſi non ordinatè, ſaltem in ſententia, vt idem Auguſtinus refert. Qui etiam inquit, 10. de Trinit. cap. 3. & 23. quod Porphyrius qui fuit Philoſophus paganus, confeſſus eſt ſanctam Trinitatem, & appellauit paternum intellectum, Deum filium, & horum medium amorem ſpiratum. Et ſecundo de Trinit. c. 6. etiam ait Auguſtinus, quòd Plato, qui tantis ſeculis ante puerperium Virginis fuit, ſummæ Trinitatis atque vnitatis prædicator in gentibus extitit, vnde vnitatem ac Trinitatem prædicans curſu mirabili, oculoque clariſſimo dilucidauit, quæſiuit, inuenit, & prodidit patrem Deum, paternantem mentem, & vtriuſque amorem mutuum, & vnam ſummam æquitrinam & indiuiſam deitatem, non ſolum oportere credi docuit, ſed ita eſſe ratione conuincit. Triſmegiſtus etiam inquit: *Mens gignit mentem, & in ſe ſuum reflexit amorem*, id eſt pater Deus gignit filium Deum, & in ſe habent Spiritum ſanctum. Iſta tamen verba à quibuſdam attribuuntur Porphyrio philoſopho. Hermes quoque philoſophus, vt refert Auguſtinus in libro contra quoſque hæreſes, fecit librum qui dicitur, verbum perfectum, in quo ſic ait: *Hic ſum benedicti Dei.* & Auicenna decimo ſuæ Metaphyſi. capitul. 13. plura dicit de Spiritu ſancto. Ex quibus patet Trinitas diuinarum perſonarum. Vera eſt etiam illa poetica ſententia: *Numero Deus impare gaudet.* Hoc autem myſterium Trinitatis credidit Noe, quando in arca ſaluatus eſt, Geneſis ſeptimo, id eſt in cœleſti gloria, cum tribus filijs, id eſt cum fide ſanctæ Trinita. Credidit etiã Abrahã, dum, vt dicitur Gen. 18. tres vidit ſi perſonas diuinas, in corporea imagine ſibi apparentes, & vnum ſi. Deum adorauit. ſi. in illis tribus perſonis. Iſaac quoq; idem credidit, dum effodit tres puteos, vt dicitur Geneſis 22. Iacob etiam credidit, quando vidit ſcalam trium graduum. Gen. 28. Ioſeph quoque credidit, quando vidit tres palmites in vna vite. Gen. 40. Credidit etiam Moyſes, quando tres ſolẽ-

Non tamen Trinitatem perſonarũ.

Oſtendit antiquos Patres Trinitatem cognouiſſe.

nita-

sitates præcipuas instituit, ad quas conuenire debebant omnes Iudæi. Exod. 23. Credidit insuper Hierem. propheta, dum ait sui lib. i. c. *A. a Domine Deus.* Cùm enim 3. dicit A. designauit Trinitatem personarum; quod autem ait, Domine Deus, designauit vnitatem essentiæ diuinæ. Credidit etiam hoc Daniel propheta, qui vt habetur libri sui c. 5. interpretatus est scripturam digitis factam, id est ab vno Deo, qui in manu, id est essentia sua habet tres digitos, id est personas. De quibus dicitur Isa. 40. *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* Deus enim trinus & vnus terram, & vniuersum orbem creauit & gubernat. Imago autem vnitatis & trinitatis diuinæ reperitur in omnib. creaturis. Nam omnes creaturæ habent vnum esse, & tamen singulæ habent modum, speciem, & ordinem. Item *omnes creaturæ facit Deus in pondere, numero, & mensura.* Sap. 11. Item creaturæ omnes sunt in triplici numero, nam aliquæ sunt puræ spirituales, vt Angeli, aliæ puræ corporales, vt elementa, & Cœli; quædam verò mistæ, vt homines. In Angelis etiam est designata Trinitas: nam vt dicit Dion. in lib. de cœlesti Hierarchia, tres sunt Hierarchiæ Angelorum; item in qualibet Hierarchia est triplex ordo, & in quolibet ordine sunt aliqui Angeli supremi, aliqui medij, & quidam infimi, vt ait Dion. eiusdem lib. c. 4. Et de his distinctionibus Angelorum tractat Richar. in 2. di. 9 ar. 4. q. 2. In creatura etiam pura corporali inuenitur Trinitatis mysterium. Et 1. in incorruptibili, vt sunt cœli, qui tripliciter sunt distincti. Nam aliquod est mobile, & difforme, vt siderum, & planetarum. aliud est mobile, & vniforme, vt crystallinum. Et aliud est vniforme, & immobile, vt cœlum empyreum. In planetis etiam est triplex circulus, scilicet differens, æquans, & epicyclus, id est paruus circulus positus super maiorem circulum, ita vt epicycli centrum sit in linea maioris circuli, secundùm expositionem quam facit Catholicon. In sole quoque cum vnitate essentiæ apparet lux, splendor, & calor, ita quòd splēdor generatur à luce, & calor ab vtroque procedit. Item in Sole considerari potest quantitas, figura, & splendor in eadem substātia, vt diffusè declarat Fran. de Mairo. in sermone quodam de Trinitate. Item ignis alius est purus in propria sphæra, alius est ignis flamma, & alius est ignis carbo in aliena materia. Item ignis habet speciem, calorem, & splendorem. Item aer habet supremum, medium & infimum. Item aqua alia est condensa, vt in nube, alia congelata, vt in glacie, alia liquida vt in fonte, riuo & stagno. & sicut riuus habet aquā à fonte, sic filius immediatè à patre: & sicut stagnum habet aquam a fonte & à riuo, sic Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. Terra etiam est trifariè diuisa, scilicet in Asiam, Africam, & Europam. In corporalibus quoque corruptibilibus patet mysterium Trinitatis, quia quodlibet corpus habet triplicem dimensionem, scilicet longitudinem, latitudinem & profunditatem. Item creatura mixta viuens est triplex, quia quædam est vegetabilis tolum, vt planta, quædam sensibilis, vt brutum animal, & quædam intellectiua, vt homo. 2. de anima. Vegetatiua insuper habet tres potentias, scilicet nutritiuam, ad proprium subiectum conseruandum; augmentatiuam, ad perficiendum; & generatiuam, ad sibi simile producendum; sensitiuam, & secundum locum motiuam. Anima quoque hominis habet tres potētias, scilicet intellectum, memoriā, & voluntatem, secundùm quas est facta ad imaginem & similitudinem Dei. In anima etiam tria sunt, vt ait Augustinus. 9. de Trini. mens, notitia, & amor. Mens nouit se, & amat se, & cùm se cognoscit, notitiam suā gignit, & est parens suæ notitiæ, & tertium est amor qui de ipsa mente & notitia procedit, cùm mens se cognoscens diligit se. In hominibus quoque repræsentatur Trinitas, quia aliqui sunt supremi, vt Domini, & magnates, quidam infimi, vt populares; & alij medij, vt nobiles. ciues. In corpore etiam humano idem repræsentatur: nam brachium vnum existens habet tres iunctu-

Imago vnitatis, ac Trinitatis reperitur in creaturis, & hoc inductiuè ostendit.

ras,

ras, & similiter in vnitate digiti sunt tres iuncturæ. hoc etiam patet de pedibus, tibijs, & cruribus, super quibus tribus homo firmatur. Item in arboribus idem patet, quæ pullulant folia ad sui virorem, flores ad decorem, & fructus ad dulcorem. Item hoc reperitur in scientia. Omnis scientia triplicjter diuiditur, scilicet in naturalem, rationalem, & moralem. Naturalis quoque diuiditur triplicjter scilicet in physicam, mathematicã, & metaphysicam, siue diuinam. & similiter rationalis diuiditur in grammaticã, quæ respicit sermonum congruitatem, rhetoricam quæ respicit venustatem, & dialecticam quæ respicit veritatem. Similiter moralis diuiditur in ethicam, quæ respicit ordinationem singularis personæ, œcominicam, quæ familiæ tantum, & politicam, quæ ordinationem respicit ciuitatis, vel regni. Grammatica etiam hoc insinuat, vt dicit Faustus in libro de fide catholica, quoniam inter partes orationis declinabiles, non nisi tres personas assumit, scilicet primam de se loquentem quæ significat patrem, & secundam ad quam prima loquitur, & significat filium, & tertiam de qua prima loquitur ad secundam, & hæc significat spiritum sanctum. Inuenitur etiam vna dictio quæ est vnica in voce, & triplex in significatione, vt hæc dictio, amor. Nam potest esse nomen proprium alicuius, & est nomen commune, & est verbum Item grammatica ipsa in nomine non nisi tres articulos distinguit, & in numero triplicem numerum, scilicet singularem, dualem, & pluralem. Rhetorica quoque tria genera causarum assumit. Deliberatiuum, demonstratiuum, & iudiciale. Eius etiam suasio tribus locis diuiditur, scilicet honesto, vtili, & possibili. Dialectica quoque in syllogismo tres terminos assumit, & tres propositiones constituit, quas per tres figuras ordinat, & distinguit. Arithmetica insuper numero trinario vtitur, vt perfecto, qui est in diuinis personis. Geometria etiam tres dimensiones metitur, scilicet longitudinem, latitudinem, ac profunditatem, siue altitudinem, quæ Trinitati conueniunt, De quo dicitur Iob vndecimo: *Excelsior Cœlo est & profundior inferno, ac longior terra, & latior mari mensura eius.* Astronomia etiam Trinitatem exprimit, quæ de Stellis, & Planetis, atque de signis Cœlestibus edisserit. Medicina quoque idem insinuat, dum in præseruando, conseruando, & curando, virtutem suam demonstrat. Medicinarũ enim alia est præseruatiua, alia conseruatiua, & alia curatiua, tertio Ethicorum. Tres etiam virtutes Theologicæ, de quibus dicitur primæ ad Corinth. decimotertio, *Nunc autem manent fides, spes, charitas*, tria hęc, satis nobis demõstrant personarum diuinarum Trinitatem, vnde Bern. in sermone de Trinitate, ait: *Est Trinitas per quam homo resurget, scil cet, fides, spes, charitas: fides præceptorum, articulorum, & sacramentorum: spes veniæ, gratiæ, & gloriæ: Charitas de corde puro, conscientia bona, & fides non ficta*, hæc ille. Per fidẽ illuminatur intellectus, per spẽ memoria delectatur, per charitatem inflammatur voluntas. Tres quoque sunt partes pœnitentiæ, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, vt per Theo. in 4. distinctione 17. Item tres partes satisfactionis, scilicet oratio, ieiunium, & elecmosyna, vt habetur in quarta distinctio. 15. Ex quibus omnibus concluditur, quod Deus est vnus in essentia & trinus in personis. Contra quam Catholicam veritatem, primus error fuit Sabellij, qui posuit vnam essentiam Dei, sed negauit Trinitatẽ personarum: dicens, quod vna persona quandoque dicitur pater, quandoque filius, quandoque spiritus sanctus. Contra quem est illud 1. Ioann. vltimo: *Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt*, & Sapientiæ primo, de Trinitate dicitur; *Peruersæ cogitationes separant à Deo*, ecce pater, *Et in malenolam animam non introibit sapientia*, ecce filius, *spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum*, ecce spiritus sanctus. & Psalm 66. dicit Dauid: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.* Trina enim Dei nominatione

Error Sabellij circa Trinitatem, & eius impugnatio.

Digitized by Google

significauit Trinitatem personarum: cum vero singulariter subiungit, *metuant eum*, nō eos, vnitatem essentiæ ostendit. & Esaiæ textu dicitur: *Audiui Seraphim clamantia, Sānus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Ter enim dicit sanctus, & semel Dominus, eadem de causa, & Matth. vlti. dicit Saluator noster: *Euntes docete cēs gentes, baptizātes eos, In nomine Patris, & filij, & spiritus sancti.*

Deum esse trinum probatur, & primo ostenditur, Patrē generare filium, arg. plura poterūt addere ex Theologis, vt nisti.

QVod autem Deus sit trinus in personis, probant eleganter Theologi in primo sententiarum, distinctio. secunda maxime Richardus. & sanctus Bonauentura. ead. di. articulo tertio. quæstione prima, eo scilicet probationis modo, quo humana fragilitas potest de tam arduis argumentationem facere. Augustinus quoq; de fide ad Petrum, cap. tertio, hunc errorem improbat, dicens: Vna est enim essentia Patris, & Filij, & spiritus sancti, quamuis personaliter sit alius Pater, alius Filius, & alius spiritus sanctus. Et hoc probatur primo ratione perfectionis. ait enim Dionysius in libro de diuinis nominibus. *Qui de Deo recte sentiunt, omnia ei attribuunt*, id est perfectiones omnium creaturarum: quod etiam affirmat philosophus. 11. Metaphysi. Tunc sic ait. Aristoteles secundo de anima: *Naturalissimum est omnibus viuentibus perfectis, & non orbatis generare tale, quale ipsum est*, vt homo hominem, Animal animal, planta plantam. Ideo hæc perfectio debet Deo attribui, scilicet quod simile generauit, vnde ipse Esa. vltimo inquit: *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Ego qui aliis generationem tribuo, ipse sterilis ero, dicit Dominus?* Quasi dicat non. Et si dicis quod non generauit, aut hoc putas quia non possit, & sic negas eius omnipotentiam, aut quia nesciat, & sic negas eius infinitam sapientiam, aut quia non velit, & sic negas eius indicibilem clementiam & bonitatem. Et dicere necesse habes Deum, inuidum, qui non velit sibi similem, & æqualem, sicut Pompeius, de quo Lucanus. in 1. ait: *Cæsar ve prierem, Pompeium ve parem.* Necesse ergo habes dicere, quod Deus pater generauit filium Deum sibi æqualem, & coæternum. Tunc sic generantis ad genitum, naturalis est amicitia. 7. Ethic. Ergo ab æterno pater amauit filium, & cum amor debeat esse reciprocus. 9. Ethic. filius ab æterno amauit patrem, hic autē amor, & charitas increata procedens à patre ad filium, & econtra, est spiritus sanctus, vt inquit Hieronymus, super Psal. 17. Hic enim amor, non potest esse accidens, quia est æternus; accidens autem nullum est æternum, quia potest adesse, vel abesse, vt inquit Petrus Hispanus in sua dialectica; hic autem amor patris ad filium, & econtra, nunquā potest abesse. Præterea nullū accidens potest esse in Deo, sed quicquid est in Deo, est substantia, vt inquit Boetius, in libro de Trinit. & Tho. prima parte summæ. q. 19. Et ideo hæc charitas increata, quæ est inter patrem, & filium, est tertia persona in Trinitate, & est Deus eiusdem substantiæ, cum patre, & filio. Vnde primæ Ioannis 4. dicitur, *Deus charitas est.* Et possunt prædicta sic etiam declarari, Vbicunque est vera, perfecta, & infinita dilectio, est vera, perfecta ac infinita reciprocatio, quia nemo proprie ad semetipsum charitatem habere dicitur, sed ipse dilectionem in alterum tendit; vt esse charitas possit, secundum Gregor. in homilia quadam super Ioannem. Sed Deus est charitas infinita, vt ait Augustinus, in libro de vero cultu. Vnde canit Ecclesia: *Vbi charitas, & amor, Deus ibi est.* Ergo est necessarium dicere, quod in eo sit perfectissima amoris reciprocatio. Hæc autem non potest esse in creatura, quia *omnia creata sunt in numero, pondere, & mensura*, vt dicitur Sapientiæ 11. Oportet quod inueniatur persona, quæ amet Deum infinite, & intensiuè, sicut ipse amat infinite, aliter nō est vera & perfecta reciprocatio, nisi amatus amet eodem modo, quo amatur 9. Ethic. Et ideo oportet dare personam cū patre æternam, & sic habeo patrem & filium. Medius autem est amor, quo alter tendit in alterum, Et sic habeo spiritum sanctum, & consequenter sanctam Trinitatem. In amore enim tria necessario requiruntur, scilicet ille qui amat, & qui amatur,

tum sanctū spiritū.

In amore tria requiruntur,

Ostenditur modo spiritus sanctus.

Digitized by Google

amatur,& ipſe amor qui eſt nexus amborum.Et ideo inquit Hieronymus, vbi ſupra: *ſpiritus ſanctus,nec pater eſt,nec filius,ſed dilectio quam pater habet in filium, & filius in patrem.*Et probantur hæc Luc.3. vbi dicitur: Quod cum Chriſtus baptizaretur à Ioanne Baptiſta,audita eſt vox Patris dicẽtis: *Hic eſt filius meus dilect⁹*: Et ſic habeo Patrem diligentem,& Filium dilectum. De ſpiritu autem ſancto dicitur ibidem, quod deſcendit corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum.2.idem probatur ratione diffuſionis.Nam inquit Dionyſius.4.de Ange.Hierar. *Bonum naturaliter eſt ſui ipſius diffuſiuum,& communicatiuum.* Cum ergo Deus ſit bonitas infinita,vt inquit Plato,in primo Timæi: Ergo in infinitum debuit cõmunicare bonitatem ſuam. Et ſi dicas, quod propter hoc non eſt neceſſarium, ponere filium, neque ſpiritum ſanctum, cum Deus communicauerit bonitatem ſuam Angelis,hominibus,& alijs creaturis: Reſpondeo, quod cum Deus ſit ſummebonus, non potuit ſe diffundere totum in tota ſimul creatura, quia omnis creatura ſimul non poteſt capere totam bonitatem diuinam. Et ideo oportuit, quod eam diffunderet in alium ſibi æqualem,capacem æternitatis,& totius eſſentiæ diuinæ,aliter eſſet dare aliquid otioſum in Deo,ſcilicet bonitatem non communicatam,quod eſt falſum. Quia ergo ad diffuſionem requiruntur tria neceſſaria,ſcilicet effundẽs, in quo diffunditur, & ipſum diffuſum: ita in Trinitate diffundens eſt perſona patris, in quo diffunditur eſt filius,& ipſum diffuſum, eſt ſpiritus ſanctus, & bonitas diuina. Ex quo colligitur,quod omnes tres perſonæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ,& naturæ. Præterea in Deo eſt immenſa iucunditas,ſecundum Philoſophum 12. Meta. Et ideo in eo neceſſario requiritur perſonarum pluralitas, quia *nullum bonum ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio*, vt inquit Seneca ad Lucilium. Et ideo canit ſancta Mater Eccleſia in officio Trinitatis: *In maieſtatis ſolio tres ſedent in tricliuio: nam non eſt conſummata perfecta ſocietas.*Et hæc argumenta ſufficiant. Quis autem poteſt capere capiat,Matth.19. Et *qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſijs.* Apoc.2.

obiectio.

Reſponſio.

Ad diffuſionem tria requiruntur.

HAec etiam perſonarum Trinitatis declaratur Geneſis primo,vbi dicitur: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Exponitur enim ab Auguſtino, & alijs doctoribus.In principio,id eſt in filio,creauit Deus Pater.Et ſubditur: *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Et Pſalmo 32. dicitur: *Verbo Domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius,omnis virtus eorum.* Verbum autem Domini filius eſt patris, vt inquit Greg. in ſermone de Apoſtolis.

Hic quoque auctoritate perſonarum Trinitas declaratur.

SEcundus error fuit Arij, qui poſuit tres perſonas,ſed negauit vnitatem diuinæ eſſentiæ, dic. Filium eſſe alterius naturæ à naturæ à patre, & eſſe creaturam,& minorem patre,ſibi non coæqualem,& non coæternum. Contra quod eſt illud dictum Chriſti, Ioannis decimo: *Ego & pater vnum ſumus.* Super quibus verbis Auguſtinus inquit: *Quod dixit vnum,liberat te ab Ario; quod autem dixit ſumus pluraliter,liberat te à Sabellio*, & Ioannis 14.iterum ait Saluator: *Ego in patre, & pater in me eſt.* Item Geneſis ſecundo capitulo,dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem,& ſimilitudinem noſtram.* Super quæ verba dicit, Auguſtinus in libro de fide ad Petrum: *Si ſatum eſſet vna perſona Patris,& filij, & ſpiritus ſancti,non dixiſſet,faciamus, nec iſta locutio dirigitur ad Angelos,quia ipſi non ſunt Creatores. Et ſi tres eſſent eſſentiæ,non dixiſſet,imaginem,& ſimilitudinem,ſed imagines,& ſimilitudines. Et ideo in eo, quod dicit faciamus, pluralitatem perſonarum oſtendit.In eo autem, quod dicit imaginem, & ſimilitudinem, vnam eſſe Dei naturam declarat*, hæc ille. Teneamus ergo firmiter, Deum eſſe vnum, & trinum, vnum per eſſentiam, & trinum in perſonis,ſcilicet Patrem,& Filium,& Spiritum ſanctum. Et huius Trinitatis dant Theologi exemplum de anima, ſcilicet, quòd, vt inquit Ariſtotelis 3.de anima: licet anima rationabilis habeat tres potentias, eſt tamen vna ſola animæ eſſentia.

Arij error circa diuinã eſſentiam impugnatur

Digitized by Google

sentia. Vnde ait Scotus in 3. distinct. 16. q. 1. quod quælibet potentia animæ dicit totam substantiam animæ, licet diuersimode. Vnde intellectus est anima, memoria est anima, voluntas est anima. Et tamen non est nisi vna anima. Et ita pater est Deus, filius est Deus, spiritus sanctus est Deus, & tamen non est nisi vnus Deus. Si quis autem dicat, cum pater generat filium, & ex patre, & filio procedat spiritus sanctus, quomodo est possibile, quod filius sit coæternus patri, & spiritus sanctus sit coæternus patri, & filio? cùm generans naturaliter præcedat tempore generatum, & causa effectum suum. Respondeo quod hoc non est verum semper, quod omne quod dat alteri originem, illum præcedat tempore, etiam in rebus creatis. Et potest dari tale exemplum, quod ponit August. in quodam sermone. Si enim accendatur ignis in candela, statim & sine medio temporis, quamprimum ille ignis est accensus, ibi est etiam lux flammea, & calor, licet ergo ab illo igne originem trahat illa lux flammea, & ab ambobus calor causetur, tamen in eodem instanti temporis quo est vnum, est etiam vtrunque aliorum. Vnde si ignis ille accensus in lumine esset æternus, coæterna quoque esset lux flammea cum calore. dicit etiam Augu. ſic ad litteram vbi supra. *Sunt ex igne causatur splendor, & ex vtroque calor sic ex patre generatur filius, & ex vtroque procedit spiritus sanctus. Da mihi ignem sine splendore, & calore, & ego dabo tibi patrem sine filio, & spiritu sancto.* hæc ille. Qui etiam ait in libro de Trinitate: *Credimus in sanctam Trinitatem scilicet Patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnum Deum omnipotentem, vnum substantiæ, vnum potestate, vnum essentiæ, Creatorem omnium creaturarum, à quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia. Credimus patrem à semetipso, non ab alio, Filium à Patre genitū, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, sed vnum lumen. Credimus spiritum sanctum à Patre, & filio æqualiter procedentem, consubstantialem, & coæternum Patri, & filio. Pater est plenus Deus in se, filius est plenus Deus à patre genitus, spiritus sanctus est plenus Deus, à Patre, & filio procedens. Non tamen tres Deos dicimus, sed vnum Deum omnipotentem, æternum, inuisibilem, & incommutabilem*; Innocentius autem Tertius, in capitul. final. de summa Trinitate, & fide catholica, inquit: *Pater ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit. Dici autem non potest, quod pariendo ipse sibi retinuerit, cum substantia patris indiuisibilis sit, vtpote omnino simplex. Sed nec dici potest, quod pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit eam sibi, alioquin desijsset esse substantia. Patet ergo, quod sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit, & ita Pater & filius habent eandem substantiam. Et sic eadem res est pater, & filius, necnon & spiritus sanctus*, hæc ille. Sicut enim Sol illuminat orbem, & tamen in se remanet totus lucidus, ita dici potest in proposito. Aequalitas autem trium personarum diuinarum declarata est in tribus pilis paruis, quæ repertæ sunt in corde, siue in pectore beatæ Claræ de Monte Falco, tertij ordinis sancti Francisci. Nam vna illarum tanti erat ponderis quanti erant duæ, & tanti tres simul, & non plus, quanti vna sola. Et ego ipsas proprijs oculis vidi. In corde etiam ipsius beatæ inuentus est sculptus Crucifixus, cum omnibus mysterijs passionis, quæ omnia ego vidi. Ipsa enim beata habebat continuam memoriam passionis Christi, & perfectissimam fidem æqualitatis trium personarum diuinarum, & vnitatis diuinæ essentiæ, & semper toto corde coluit Trinitatem, quæ Deus est, de consecratio. distinctione tertia, cap. vlti. in fine. & dicitur Trinitas quasi trium vnitas, vt notat. d. Card. in cap. 1. de summa Trinitate, & fide Catholica, in sexto, Teneamus etgo Catholicam fidem Trinitatis, reijcientes hæresim Arianam, & Sabellianam, quæ est diabolica. Vnde legitur, in testimonium veritatis fidei nostræ, illud quod recitat Gregor. in 3. dialo. scilicet quod in partibus Afri-cæ, cum quidam Rex Vuandalorum Arrianus multos Catholicos Episcopos ce-pisset,

Et hoc est vtrũ identice realiter, non autem identice formaliter, siue ex natura rei.

Vel dicas, quod priori-tas vel posterioritas originis, non tollit æternitatem, & dic consequenter soluendo dubium.

Lege mirandum istud de Trinitatem confirmans.

Digitized by Google

piſſet, eoſque ad Arrianam perfidiam conaretur attrahere, illi in fide conſtantes catholica, validiſſime ipſam fidem diſputando defendebant. Cumque rex iniquus imponere vellet illis ſilentium, fecit eis linguas extrahi, vt non poſſent amplius de catholica fide diſputare. Mirabile dictu, linguis extractis ita clare loquebantur, & diſtinctè diſputabant contra regẽ, ſicut prius cum linguis fecerant, quod fidei noſtræ maximum miraculum, & argumentum extitit.

TERTIVS error fuit Macedonij, qui dixit, ſpiritum ſanctum eſſe creaturam. Contra quem, ſecundæ ad Corinth. ſecundo, dicitur: *Dominus autem ſpiritus eſt*, ſecundum autem Nicolaum de Lyra, ſuper Hieremiam 23. vbi nos ponimus Domino, in Hebræo ponitur nomen Dei Tetragrammaton, quod eſt nomen ſignificans, vnam ſolam eſſentiam diuinam, vt inquit Rabbi Salomon. De ipſo etiam ſpiritu ſancto habetur Eſaiæ 48. vbi ait propheta: *Miſit me Dominus Deus, & ſpiritus eius*, Et ſic oſtendit quod ipſe ſpiritus ſanctus miſit eum, vt Deus, & non vt creatura.

QVARTVS error eſt Græcorum, qui dicunt ſpiritum ſanctum procedere ſolum à patre, & non à filio. Contra quos Ioannis 14. dicit Dominus; *Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo*, quia ſcilicet eum mittit pater, tanquam ſpiritum filij, à filio, & à ſe procedentem. & Ioannis 15. etiam ait: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis*, & Ioannis 16. inquit: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Et ad Galat. quarto dicitur: *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra*, & ideo dicitur in ſymbolo Nicæno, ſiue Cõſtantinopolitano: *Qui ex patre filioque procedit.* Et in ſymbolo Athanaſij: *Spiritus ſanctus à patre, & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.* Et hanc opinionem tenet Eccleſia Occidẽtalis, confutans opinionem Græcorum, vt habetur in primo ſentent. diſt. 11. & ibi Scotus, & in cap. firmiter & in cap. finali de ſumma Trinitate, & fide catholica. & in capitul. de ſpiritu. de conſecra. diſtinct. 15.

QVINTVS error eſt Anthropomorphitarum dicentium, quod vnus eſt Deus, ſed corporeus. Contra quos Ioan. 4. dicitur: *Spiritus eſt Deus.* Ideo contra illos qui depingunt Trinitatem, facientes tres figuras hominis, dicitur Eſa. 40. *Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* quaſi dicat, non poteſt depingi. *Anthropomorphitarũ error impugnatur, aſſerentiũ verũ Deum eſſe ſed corporeum.*

SEXTVS error eſt Manichæorum, qui dixerunt duo fuiſſe principia rerum, vnum ſcilicet Deum, creaſſe res incorporeas, & inuiſibiles, lucemque, & delectabilia. Alia vero facta eſſe à diabolo, vt tenebras, & res corporeas, & res pœnales. Contra quos eſt illud ad Heb. 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent*, & Eccleſiaſtici vndecimo. *Mors, & vita à Domino Deo eſt*, Et Eſaiæ 45. *Ego Dominus, & non eſt alius, formans lucem, & creans malum.* & Amos 3. *Non eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus.* Quod intelligitur ſecũdum Auguſtinum, in primo retractationum, & Magiſtrum ſententiarum, in ſecundo, diſtinctione 37. hoc modo, videlicet, quòd Deus ſecundum iuſtitiam ſuam, infligit malum pœnæ, vbi eſſe conſpicit malum culpæ. *Manichæorũ error cõfutatur, volentiũ duo eſſe principia rerum.*

SEPTIMVS error eſt Ariſtotelis, qui negauit Deum omnia feciſſe de nihilo. Vnde cũ legiſſet illud quod ſcripſit Moyſes de creatione mundi, Geneſ. 1. ſubriſit dicens: *Iſte Moyſes multa dicit, ſed nihil probat.* Dicebat autem Ariſtoteles, quòd *ex nihilo nihil fit.* octauo Phyſicor. & primo de Cœlo, & mundo. Contra quem eſt illud Pſalmo 148. *Ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt*, & Pſalmo 113. *Omnia quæcunque voluit fecit.* Creare autem eſt de nihilo facere, vt dicunt Theo. in 2. ſententiarum diſtinct. 1. Et ex hoc reprobatur hæreſis Anaxagoræ, qui dicebat mundũ quidem à Deo factum, ſed ex præiacente materia.

teria. Similiter ex hoc reprobatur error Democriti. Qui dixit, mundum factũ esse à casu per concursum corporum indiuisibilium, quæ dicebat esse rerũ principia. Cõtra quẽ etiã dicitur Psal. 32. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*, id est secundum rationem, & non à casu: sequitur etiam ex prædictis, falsum dixisse Ar. stotelem, in libro de vegeta. & plan. & in 1. Physicorum. vbi videtur tenere, mundum fuisse ab æterno. Fuit enim à Deo creatus, non ab æterno, & non semper fuit mundus, vt probant Theo. maxime sanctus Bonauentura, in secundo, distinct. prima, & beatus Thom. prima parte summæ quæst. 45. Et contra hanc hæresim etiam sacra scriptura, Genes. primo dicit: *In principio creauit Deus Cælum & terram*. Et ex his etiam reprobatur error Simonis magi, & Menandri eius discipuli, qui dicit, Quòd Deus non fecit mundum, sed Angeli. Contra quos etiam est scriptũ Actuum 0. *Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo sunt* &c.

Epicureorũ error impugnatur.

OCTAVVS error est Epicureorũ dicentium, quod Deus per se non gubernat mundum, sed per alias intelligentias. & alij hæretici dixerunt, Deum non habere prouidentiam de rebus inferioribus: & contra primos dicitur Iob 34. *Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quẽ fabricatus est?* quasi dicat nullum. Contra autem secundos. 1. Pet. vlti. dicitur: *Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.*

Pelagianorum errores tres impugnãtur.

NONVS error est Pelagianorum, qui negauerunt peccatum originale esse in paruulis. Contra quos, ad Roman. 15. dicitur: *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum*, & Psalmo 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*. Similiter eorum error secundus, dum dicebant, quòd homo potest incipere bene agere sine gratia Dei, confunditur per illud ad Phi. 2. *Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate*. Tertius quoque error ipsorum dicẽtium, quòd Deus cogitur nobis dare gratiam suam secundum merita nostra: confunditur per illud ad Rom. 11. *Si autẽ gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iã nõ est gratia.*

Error Origenis impugnatur.

DECIMVS error imponitur Origeni di. Quod animæ iam tunc creatæ sunt cũ Angelis in Cælo, & pro diuersitate eorũ quæ ibi gesserunt, quidam homines vocari a Deo per gratiam, quidam in infidelitate relinqui: contra quem dicit Paulus, ad Rom. 9. de Iacob & Esau, cũ nondũ nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent, dictum est quod *maior seruiet minori*.

Error asserentiũ non plus mereri facientem opera bona, quam non facientem.

VNDECIMVS error fuit dicentiũ, quod non plus meretur faciens opera perfectionis, quam non faciens: vnde Iouinianus æquauit in merito coniugatos seruantibus Virginitatem, contra quẽ tenet Paulus 1. Cor. 7. & Vigilantius æquabat possidẽtes diuitias, paupertatem seruantibus propter Christum: contra quem est sententia Christi Matth. 19. dic. *Si vis perfectus esse, vade & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus.*

Alium error infringitur.

DVODECIMVS error est dicẽtium, qualdam animas esse malæ creationis & naturæ. & non posse non peccare: contra quos dicitur Sapien. 7. *Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij sui*, & 1. Ioannis 2. *Hæc scribo vobis vt non peccetis*, inquit Apo.

Error aliorum.

DEcimustertius error est, Priscilliani. Itarum, & Mathematicorum, dicentium, homines esse fatalibus dispositionibus & cõstellationibus subiectos, ad bene faciendum & male, contra quos Hier. 10. di. *A signis Cæli nolite timere.*

Error aliorum.

DEcimusquartus error est dicentium, hominem in qui semel habuerit charitatem, amplius non posse peccare: contra quos Apoc. 2. dicitur: *Charitatem tuam primã reliquisti.*

Valentini hæresis.

DEcimusquintus est Valentini, qui negabat resurrectionem mortuorũ futuram,

Digitized by Google

turam, contra quem eſt ſententia Pauli 1. ad Cor. 15. dic. *Omnes quidem reſurgemus.* Et ex hoc etiam reprobatur hæreſis Zenonis, & alterius qui dicebatur Arabis, qui dicebant quod mortuo corpore, moritur etiam anima, contra quos eſt etiam illud Apoc. 6. *Vidi ſub altare Dei, animas interfectorum.*

Hermogenis error. Decimusſextus error eſt Hermogenis, qui dixit homines dãnatos & dæmones, adhuc poſſe conuerti ad bonum, & Angelos bonos ad malum: contra quẽ eſt illud Matth. 25. *Ibunt hi in ſupplicium æternũ, iuſti autem in vitam æternam.*

Alia hæreſis. Decimuſeptimus error eſt dicentiũ, omnes pœnas damnatorũ eſſe æquales, & præmia bonorum æqualia, contra quos Matth. 11. di. *Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die Iudicij, quàm vobis.* & 1. Cor. 15. di. *Sicut ſtella à ſtella differt in claritate, ſic erit & reſurrectio mortuorum.*

Alius error. Decimusoctauus error eſt dicentium, neminem ſaluari poſſe, ſine ſeruatione legis veteris. Et inter hos fuit Cerinthus & Ebion, & Nazaræi cum eis concordant, cõtra quos ad Ro. 3. dicit Paulus: *Arbitramur iuſtificari hominem, abſque operibus legis.*

Alia hæreſis. Decimusnonus eſt dicentium, non eſſe aliam vitam præter iſtam, nec aliquá præmiationem virtutum, vel vitiorum punitionem, poſt hanc vitam: cõtra quos eſt illud Lucæ 16. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno:* & Matth. octauo, de bonis dicitur: *Recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno Cœlorum.* Vigeſimus & vltimus pro nunc eſt quorundam hæreticorũ, de quibus dicitur. 2. Pet. 3. *Venient in nouiſſimis diebus illuſores in deceptionem dicentes. Vbi eſt nunc promiſſio & aduentus eius?* ſcilicet, ad iudiciũ. quaſi. di. non erit vniuerſale iudicium. Sunt ergo aliqui hæretici qui dicunt Eccleſiam prædicare vniuerſale iudicium, ſolum ad terrorem, nõ quod debeat euenire: contra quod quos eſt illud Matth. 16. *Filius quidem hominis venturus eſt, cum Angelis ſuis in gloria patris ſui, & tunc reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.* Et iſte error eſt cõtra diuinitatem & humanitatem Chriſti, qui in quantum Deus & homo, eſt iudicaturus vniuerſum mundum: vnde Actuum 10. c. di. *Hic eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.* O diabolici hæretici, addite quid Saluator noſter dicat Matthæi 25. *Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris.* &c. Teneamus ergo fidem catholicam, reijciẽtes omnes hæreſes, vt cum ouibus collocari mereamur ad dexteram Dei: quod nobis ille cõcedat, qui per omnia ſæcula viuit & regnat. Amen.

DOMINICA SECVNDA IN QVADRAGESIMA.

DE PRAECEPTIS.

PRIMO IN GENERALI, deinde de primo in particulari.

SERMO XVI.

CITIS quæ præcepta dederim vobis per Dominũ Ieſum. 1. Theſ. 4. Secundũ oẽs leges ſuperioribus obediẽdũ eſt in licitis. & honeſtis. vnde. ff. de re. iud. l. cõtumacia di. *Contumacia eorũ qui iuſſa dicenti non obtẽperant, litis damno coarceatur,* & C. de of. præto. Afri. l. 1. in fi. dicitur: *Si quis ex quacunq; parte auſus fuerit iuſſiones noſtras execrari, & non feſtinanter cum Dei timore eas ſeruare, non ſolum dignitatis, & ſubſtantiæ periculum ſuſtinebit, ſed etiam vltimo ſupplicio ſubiacebit,* & ff. d r. mi. l. mil s §. in bello dicitur: *In bello qui rem prohibitam adduci fecerit, aut mandata non ſeruauerit, capite*

punia-

Digitized by Google

puniatur, etiam si res bene gesserit. Si igitur tã districta animaduersione puniuntur, qui mortalium principum præceptis contumaces existunt, quantam credendum est vltionem recepturos, qui omnipotenti Deo rebelles esse voluerint? Quia igitur vt scriptum est, ff. de iurisd.omn.iud.l.fi. & 11.q.3.c.qui resistit,& extra. de cõstitutio.c.vt animarum lib.6.*Obedientia se extendit secundum potestatem iudicis præcipientis.* Si Deus est super omnes habẽs potestatem, ad omnia ei est summe obediendum,quia potentissimus est inobedientes punire,& obtẽperantes præmiare. Ideo inquit Virgilius de Augusto; *Est legum seruãda fides, suprema potestas, Quod mandat fieriq; iubet parere necesse est.* Inobedientibus enim minatur Deus,Num.14.di.*Qui non obedierint voci meæ, non videbunt terram pro qua iurauí patribus eorũ,* & Deuter.11.inquit Moyses: *Propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem:benedictionem si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, maledictionem, si non obedieritis.* & Deutero.12. etiam dicit Deus: *Quod præcipio tibi,hoc tantum facias,nec addas quicquam,nec minuas.* De præceptis ergo Dei tractaturi, tres considerationes perutiles faciemus. Prima dicetur Declarationis, Secunda Adorationis,Tertia Offensionis.

DECLARATIO BREuis decem præceptorum decalogi.

QVO ad primam partem nostri sermonis, quia inquit Philosophus in proœmio Physicor.quòd à communioribus semper est inchoandum (de singularibus enim non habetur scientia 1.Poste.) Intellectis autem communioribus, faciliter intelliguntur particularia, quia generalibus particularia insunt. l. semper.ff.de reg.iur. Ideo de ipsis præceptis primo in generali illa enumerãdo in hac parte aliquid dicemus, ostendendo quomodo excedunt leges humanas. Decem autẽ sunt præcepta decalogi, nec debuerunt esse plura, vel pauciora, vt probat Alex.de Ales.in 3.parte summæ in tractatu de lege Moysi,& Bonau.in 3. dist.37.artic.2.q.1. quorum rationes causa breuitatis omitto.Omnia præcepta continentur in his versibus:

Vnum crede Deum,ne dicas vana per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Si vis breuiter omnia præcepta scire, versum illos legito.

PRIMVM præceptum quod habetur Exod.20.dicit:*Nõ habebis Deo alienos,* prohibet omnem idololatriam, diuinationẽ & recursum ad ariolos, ad magos, indistinctè,& quacunque ex causa, & hoc Leuit.19.expresse prohibetur.Et in hoc præceptum istud excedit leges humanas,quę licet puniant incãtatores,&maleficos,tñ si incantationes faciant cõtra grandines aut infirmitates,&huiusmodi,non vlciscuntur,sed assentiunt.C.de malefi.l.eorũ. *1.Præceptũ quid prohibeat.*

SECVNDVM præceptũ dicit: *Non assumes nomen Dei in vanũ.*Exod.20. Quo præcepto prohibetur omnis periuratio,&iuramentũ sine causa,vt inquit Nicolaus de Lyra, super prædicto c. Et ideo hoc mandatum excedit leges humanas,quibus licitum est corrumpere accusatorẽ in causa sanguinis.l.fi.ff.de præuarica. *2.Præceptum.*

TERTIVM præceptum inquit: *Memẽto vt diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua: septimo autem die Sabbati Domini Dei tui, non facies omne opus tu,& filius tuus,& filia tua,seruus tuus,& ancilla tua,aut iumentum tuum.* Exod.20. Hoc autem præcepto prohibetur in festo omne opus seruile, secundum Nicolaum de Lyra,vbi supra. Et ab hoc præcepto non discrepat lex humana, vt infra patebit. *3.Præceptum.*

QVARTVM præceptum dicit in eod. c.*Honora patrem tuum,& matrẽ tuam.* Vbi etiam *4.Præceptum.*

Digitized by Google

etiam inclusiue præcipitur parentibus filios diligere,& nutrire.Et in hoc excedit leges Imperiales,quę filios,spurios,& ex damnato coitu generatos, ab omni beneficio paterno excludũt. vt in authen.quibus mo.natu.effi.sui.§.fi.& C.de incœstis nup.authẽ.ex complexu.& C.de naturali li.auth.licet. Et hoc est nimis durũ, licet factum sit bono respectu. Et ideo Episcoporum interest dare operam,quod vterq; parẽtum talibus necessaria subministret, secundum eorum facultatem. extra de eo qui duxit.in ma.quam po.per adul.c.cum haberet. Præterea in hoc præcipitur etiã honoratio patrum spiritualium.s.sacerdotum,& religiosorum, vt inquit Alex. de Ales.in 3.parte summæ,in tractatu huius præcepti. Leges autem humanæ sæpe permittunt fieri contra hoc præceptum, scilicet exigi pedagia, & gabellas à religiosis & clericis , pro rebus eorum quas nõ causa negotiationis, sed pro victu suo deferunt. Qui omnes hoc facientes,peccant mortaliter contra hoc præceptum. Et si sunt singulares personæ,sunt excommunicati ipso facto. Et si est collegium, vel vniuersitas talia faciens statuta, ipso facto subijcitur interdicto , nec à prædictis absolui poterũt , nisi satisfecerint,& plene restituerint,extra de censi.c. quanquam lib 6.in textu.& per Dd.

5. Præceptum.

QVINTVM præceptum est.*Non occides.* & ponitur vbi alia prædicta.Et cõtra hoc præceptum permittunt leges Imperiales,quod licitum est viro,occidere adulterũ vxoris deprehensum in adulterio, si est persona cui non debet reuerentiã ff. de adult.l.pater. & l. nec in ea. & l.quod ait.Similiter latronem , & populatorem agrorum inuentum in maleficio.C.quando liceat vnicuique.l.1.& 2.

6. Præceptum.

SEXTVM præceptum dicit, *Non furtum facies*, quo prohibetur omnis acceptatio rei alienæ iniustæ, siue per furtum, siue per vsuram, vel damnificationem , vel alio modo.Contra quod faciũt leges Imperiales,permittentes vsuras la tẽ ieues. C.de vsu.l.eos. & q̃ contrahentes possint se decipere in pretio.l.in causæ.la 2.§.idẽ Pomponius.ff.de mino: & l. itẽ si pretio. §.fi.ff.locati. Secũdum aũt legem diuinã, si non seruatur æqualitas in contractibus, qui plus habet debet , recõpensare dãnificato.c.per tuas.extra. de dona. Item secundum leges,non requiritur bona fides in præscriptione longissimi temporis.l.si quis emptionis,& l.cũ notissimi.C.de præscri 30.vel 40 anno. Secundum aũt Deum & canones est fucus.c.possessor de reg.iu. lib.6.& c.vigilanti.extra de præscrip.

7. Præceptum.

SEPTIMVM præceptum dicit,*Non mœchaberis.*Quo præcepto omnis actus carnalis sine matrimonio prohibetur. Contra quod permittũt leges Imperiales,cõcedẽtes homini soluto tenere mulierem solutam in concubinã. Vt in authen.quibus modis natura.c.f.legi.§.si quis autem. Et tamen est peccatum mortale.Præterea secundum leges, licet vxorem in multis casibus repudiare , & matrimonium rite contractum dissoluere. Sed secundum legem diuinam non est licitum.Vt notatur.10.distin.ca.lege.& 27.quæst.2.c. sunt qui.& Matthæi 19.dicitur:*Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Item secundum leges Imperiales damnatur qui deprehensam in adulterio detinet in vxorem. C.de adul.l.crimen.& l.castitati. Sed secundum Deum potest illã tenere absque vlla pœna, dummodo illa velit ab adulterio recedere.31.quæst.1.cap. tubauditur & c. illud vero.Præterea si mulier infra annum mortis viri sui nubat, efficitur infamis & punitur.C.de secundis nuptijs.l.1.& 2. sed non sic secundum Deum,1.Cor.7. vbi dicitur : *Nubat libere,cui vult; melius est enim nubere quam vri.* & extra. de secundis nup. c.fi. Item secũdum leges homo vnius generis, potest copulari in matrimonio cũ muliere alterius generis. Et econtra. vt in authẽ.de nup.§.inter eas. & C.de nup. l.nemini.Sed secundum Deum hoc est illicitum,& tales debent penitus separari. 35.q.2.c.progeniem.& de consanguinitate,& affi.cap.non debet.

8. Præceptum. OCTAVVM præceptum dicit, *Non falsum testimonium dices*, quo prohibetur omne mendacium, & falsa testificatio, ac promissio nõ seruata. Sed huic præcepto contrafaciunt leges imperiales. Nam secundum illas, si promitto aliquid nudo pacto, non teneor, quia non oritur ciuilis actio. ff. de pac. l. iuris gentium. §. sed cum nulla ver. igitur nuda pactio. Sed secundum Deum recedens à pacto, peccat mortaliter, & est obligatus ex nuda promissione. c. 1. extra pac.

9. Præceptum. NOnum præceptum dicit, *Non concupisces vxorem proximi tui.* Quo prohibetur omnis affectus deliberatus libidinis carnalis.

10. Præceptum. DEcimum vero & vltimum præceptũ dicit, *Non concupisces rem alienam*, quo prohibetur omne inordinatum desiderium rei alienæ. Hæc autem duo præcepta lex ciuilis non habet, quæ non punit maleficia cogitationis. ff. de pœnis l. cogitationis. Secundum autem diuina mandata punitur omne peccatum tam cogitationis, quam facti, de pœ. d. 1. cap. omnis iniquitas. & cap. nunquid & cap. homicidium. & ca. propterea. & c. si cui. & 33. q. 2. c. omnis. Ex quibus patet excellentia præceptorum decalogi, quibus nõ solum prohibetur actus malus, sed etiam affectus.

Lex humana quare nõ punit omnia, quæ lex diuina punit. LEX igitur diuina incomparabiliter excellentior est quàm humana. Si autem quæratur quare lex humana non punit omnia, quæ punit lex diuina: Respondet Albericus de Rosate, in suo repertorio, siue dictionario in Verbo lex. Quod finis quem intendit lex humana, est pax humani generis interesse, vt in procem. decretal. §. ideo lex. & 4. distinctio. §. factæ sunt autem leges. Finis autem legis diuinæ, est pacificatio humani generis cum DEO. Quia ergo lex humana non punit nisi ea quæ contrariantur fini suo: ideo quædam relinquit impunita, quæ punit lex diuina, quæ contrariantur fini eius. s. paci hominis cũ Deo. Et sic lex humana respectu diuinæ est imperfecta. Vbi aũt lex humana aliquid pmittit, vel præcipit, quod sit contra legem diuinã, & consequenter non possit seruari sine peccato, non est ei obediendũ. Quia *obedire oportet Deo magis quà hominibus.* Act. 5. & 11. q. 3. c. si Dñs. & 15. q. 7. c. iuratos. & de sent. exc. c. relatum. Vt enim inquit Aug. in 1. lib. de libero arbitrio: *Non videtur esse lex, quæ iusta non fuerit.* Nam vt dicit Isid. in capitulo. consuetudo. 1. di. Lex est omne quod ratione consistit. Et consequenter nihil est seruandum pro lege, nisi quod est iustum, & rationabile, cuiusmodi sunt præcepta decalogi. De quibus loquẽs Augus. in libro de decem chordis inquit: *Decalogus legis decem præcepta habet, quorum trib prima pertinent ad Deum, & septem alia ad homines. Hæc decem præcepta sunt chordæ psalterij, quas tangendo feras peccatorum occidis. Quibus occisis securus, & innocens in dilectione Dei, & humana societate versaris.* hæc ille. Et ideo Dauid dicebat Deo. Psalm. 143. *In psalterio decachordo psallam tibi*, quod exponens Augustin. vbi supra, ait, quòd quidam istud psalterium portant, sed in eo non psallunt, quia præcepta Dei ex timore seruant. Portare autem psalterium, & non cantare in eo, onus quidem habet, sed non delectationem, quia timor pœnam habet. Alij autem portant, & cantant, quia mandata Dei ex amore seruant. Licet enim sit labor in portando, est tamen delectatio incantando, iuxta illud psalmistæ: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ.* Alij vero nec portant, nec cantãt, sed proijciunt, qui scilicet mandata Dei, nec ex amore, nec ex timore seruant. Melius est aũt, vt ibidẽ dicit Aug. psalteriũ portare, & cantare, quàm tantum portare; & rursus, melius est portare & non cantare, quàm proijcere. Quia melius est præcepta Dei ex amore, quam ex timore facere. Et rursus, melius est facere ex timore, quàm nullo modo facere. Potest autem addi, quòd sunt aliqui, qui non portant sed cantant, scilicet qui dicunt & non faciunt. In psalterio quidem decem chordarum

Digitized by Google

darum cantant, quia de præceptis Dei, aliis prædicant, sed non portant, quia ea nō seruant: de quibus dicitur Matth. 23. *Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Et hæc de decem præceptis in in generali dicta sufficiāt pro prima parte nostri sermonis.

DE PRIMO PRAECEPTO adorationis Dei.

SECVNDA pars nostri sermonis dicitur, Adorationis. Primum enim præceptum est, *Dominum Deum tuum adorabis*, de quo etiam. Psalm. 71. dicitur: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei,* & Ioelis 2. *Sacrificium est libamen Domino Deo nostro,* secundum enim Aristo. in prædica. & in 5. Meta. Relatiua dicuntur ad aliquid, sicut pater alicuius filij pater dicitur. Si igitur est dominus alicuius serui, ipsum dominum esse oportet. Igitur vbi est propria ratio dominij, ibi debet esse specialis, & propria ratio seruitutis. Cum ergo dominium cōueniat soli Deo, secundum quandam excellentiam singularé, quia est creator, Saluator, & gubernator totius orbis: Igitur ei specialis seruitus, & reuerentia debetur, & non alteri: hæc autem reuerentia, & seruitus appellatur religio. vnde Tullius. 2. Rhetor. inquit: *Religio est quæ reuerenti famulatu cæremoniæ diuinis cultis exhibentur.* Et hæc reuerētia est de iure naturali. ff. de iusti. & iu. l. veluti. Cum ergo vnicuique regno vnus solus princeps præesse debeat, vt dicitur. ff. de ori. iu. l. 2. §. nouissime, & in authen. quomodo opor. Episc. circa principium coll. prima. & Philo. duodecimo. Meta. idem dicit: *Ideo illi summo principi, & domino totius orbis vniuersalis, qui est Deus, debetur summa & excellentissima veneratio, quæ nulli alteri fiat.* Et idcirco ipse Deuteronom. quinto capitulo inquit: *Ego sum Dominus Deus tuus, non adorabis deos alienos in conspectu meo.* Ea propter Alexand. de Ales. in 3. parte summæ in tractatu de præceptis, præcepto primo. & Richard. in 3. distin. 9. ar. primo, quæst. 1. & 2. & sanctus Bonauen. in ead. di. & Tho. 2. 2. quæst. 84. artic. 2. & Scotus in 3. distin. 9. dicūt quòd solus Deus adorandus est adoratione latriæ. Latria autem secundum Augusti. 10. de ciuitate Dei. ca. 1. est seruitus, quæ pertinet ad colendū Deum, latria enim Græce, idem est quod religio Latine, siue cultus soli Deo debitus, secundum eundem Aug. vbi supra.

Cum dominium secūdum quandam excellentiā Deo conueniat, ideo specialis adoratio sibi debetur, quæ religio, seu latria appellatur.

Latria quid sit.

ADorandus est ergo Deus hac veneratione latriæ, vt principiū, & finis omnium. Apoc. 1. & vlt. c. & vt Dominus dominantiū, Exo. 13. Et ideo sicut esset proditor regis, qui auferret ei quod ille debet, ita magnam Deo facit iniuriam, qui non exhibet ei specialem super oēs reuerentiam. Et idcirco Imperator C. de summa Trin. & fi. c. l. 2. præcipit di. *Vnius & summi Dei nomen vbique celebretur.* Adorandus est autem Deus corde, ore, & opere, vt potest colligi ab Alexan. de Ales, in 4. parte summæ. in tract. de oratione, & Richar. in 4. dist. 15. & Tho. 2. 2. q. 83. & ab Hugone in libro de virtute orandi c. 11. Super omnia autem debet adorari charitate, & singularissima dilectione, iuxta illud Deut. 6. Matth. 22. & Lucæ 10. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua, & ex omnibus viribus tuis.*

Christi humanitas qua adoratione sit adoranda.

SI vero quæratur, qua adoratione adorāda est humanitas Christi, dico quod in quantum est coniuncta diuinitati, debet adorari adoratione latriæ, secundū Scot. in 3. dist. 9. & Petrum Aureoli eius discipulum, ibidem circa finem, & Alex. de Ales. in 3 parte summę, in tract. de præceptis præcepto primo, & Richar. in 3. di. 9. ar. 2. q. 1. & sanctum Bonauenturam ibidem art. 1. quæstio. 1. & Thom. in 3. parte summæ. quæstion. 25. artic. 1. & 2. Beata autem Virgo debet adorari adoratione hyperduliæ. Nam dulia propriæ sumpta est adoratio, quæ fit rationali creaturæ. Et ita adorandi sunt sancti, & Angeli, quia

Beata Virgo, & sancti qua adoratione sint adorandi.

quia vt inquit iurisconsultus in l. 1. §. denique. el. 2. ff. de aqua pluuia. ar. seruandum est semper inferiorem superiori seruire, hyperdulia vero est aliquid supra duliam. Et ista adoranda est beata Virgo, scilicet honore alijs maiore, & Dei honore minore. Et hoc inquit Tho. vbi supra. art. 5. & Richar. in 3. distinct. 9. art. 2. q. 1. & sanctus Bonauen. eadem. dist. art 1. q. 3.

Crux Christi an sit adoranda.

SED quæritur de cruce Domini, an adoranda sit? Et respondeo secundum Richar. in 3 dist. 9. art. 2. quæst. 3 & Bonauen. ibidē art. 1. quæst. 4. quod illa crux, in qua Christus pependit, absolutè considerata, non debet adorari adoratione latriæ, sed venerari sicut precioſæ reliquiæ, propter contactum sacrorum membrorum Christi, & propter multa beneficia, quæ in illa per mortem saluatoris nobis sunt exhibita: vt etiam inquit Damascenus. lib. 4. cap. 3. Et similiter dicendum est de clauis, vestibus, & omnibus Christi rebus. Si enim reliquiæ sanctorum sunt veneranda, extra de reli. vene. sanctorum. c. cū ex eo, multo magis reliquiæ Christi. Si enim consideratur in relatione ad Christum in ea pendentem, debet adorari adoratione latriæ, quia hæc adoratio refertur ad Christum, secundum prædictos doctores & etiam Thom. in 3. parte summæ. quæstio. 25. art. 4. in corpore quæstionis. Aliæ autem cruces quæ de aliqua materia fiunt, in tantum sunt adorandæ, in quantum sunt figuratiuæ & repræsentatiuæ Christi crucifixi, secundum Damascenum libro quarto. cap 3.

Christi imago quomodo adoranda.

SED iterum quæritur de imagine Christi depicta, vel sculpta? Respondeo, declarando secundum Richar. in 3. dist. 9. art. 2. quæst. 2. & Bonau. ibidem. artic. 1. quæst. 2. quòd imagines Christi, Virginis, & aliorum Sanctorum, introductæ fuerunt triplici de causa, primo propter simplicium eruditionem, vt qui non possunt scripturas legere, in picturis possint sacramenta nostræ fidei cernere, vt dicitur, de conse. dist. 3. c. prælatum. Secundo propter deuotionis excitationem, vt qui non excitantur cum aliqua audiunt de sanctorum memoria, saltem moueantur cum ea cernunt picturis, quasi præsentia: plus enim excitatur affectus per ea quæ videt, quam per ea quæ audit; iuxta illud Horatij in poëtica: *Segnius irritant animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus*, & in §. fin. Inst. de grad. dicitur: *Veritas magis oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur*, vnde Macrobius de somno Scipionis. lib. 1. inquit: *Facilior ad intelligendum per oculos via est, quam per sermonem*, & libro 2. eiusdem operis etiam dicitur: *Animæ facilius illabitur concepta ratio descriptione, quàm sermone.* Ideo Terentius in Adelphis ait, capit. 11. *Inspicere tanquam in speculo vitas hominum iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.* Tertio depinguntur imagines Sāctorum, propter memoriæ labilitatem. quia vt dicitur, C. de veteri iu. enu l. 2. §. si quid autem, *Omnium habere memoriam, & nullius obliuisci, diuinitatis potius, quàm humanitatis est.* Et hæc ratio tangitur, de conse. distinct. 3. cap. venerabiles: His præsuppositis, dico secundum Richar. Bonau. & Alexan. vbi supra & Tho. in 3. parte. q. 25. art. 3. quòd imagines Christi, & sanctorum sunt adorādæ in relatione ad rem repræsentatam per illas, aliter nō. Vnde sic adorādo potest adorari adoratione latriæ imago Saluatoris, aliæ autem imagines Sanctorum adoratione duliæ, & beatæ Virginis hyperduliæ. Et sic adorando imagines, nō picturam, sed picturæ repræsentationem veneramur, vel melius rem repræsentatam. c. placuit de conse. di. 3. Vnde metrice dicitur: *Effigiem Christi cum transis, pronus honora. Non tamen effigiem, sed quem designat adora.*

Adorantes dæmones in forma Christi apparētes, an peccent.

VERVM quia hodiernis temporibus dæmones faciunt homines idololatrare, apparentes eis in forma Christi, vel beatæ Virginis, aut alicuius sancti, & ab eis adorantur, maxime à mulierculis, & viris imperitis: ideo sciendum est secundum sanctum Bonau. in 3. distin. 9. ar. 1. q. 6. &

Digitized by Google

& Alex.de Ales.in 3.parte ſummæ,in tractatu de primo præcepto decalogi, quod tales ſic adorantes dæmonia loco Chriſti, vel alterius ſancti, non excuſantur, propter ignorantiam. Quia primo quilibet Chriſtianus eſt præmonitus per diuinam ſcripturam, quod diabolus transfigurat ſe in Angelum lucis.2.Corint.11. & translumptiue 26.q.5.c.epi. & c. nec mirum.& 1.Cor.4.dicit Apoſtolus: *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, virum ex Deo ſint*, & Matth.24.dicit Dominus: *Multi venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus*, & ideo quilibet Chriſtianus tenetur primo diſcutere,& non ſtatim credere. Secundo peccat,quia habet remedium orationis,quam debet præmittere huic adorationi, nam ſi Deum toto corde oraret, vt oſtenderet ei veritatem,non ſineret eum decipi,quia promiſit Saluator noſter, Ioan.16.di. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*, hoc eſt ſecundum Auguſt. quicquid pertinet ad ſalutem,patet ergo, quod qui non orat, non adhibet omnem diligentiam.Tertio peccat,quia quilibet debet ſe reputare indignum huiuſmodi viſionibus. Et ideo potius debet illas timere quam affectare. Narratur enim de quodam ſancto patre, quod cum diabolus ei in forma Chriſti apparuiſſet,clauſit oculos, & dixit nolle ſe Chriſtum videre in hac vita. At diabolus eius humilitate confuſus euaſit. Debemus ergo adorare taliter nobis apparentem, cum hac conditione: Adoro te,ſi es Chriſtus, vel beata Virgo, aliter non,donec ſimus certi,quid ſit. Et hoc ſufficiat pro ſecunda parte,dicta adorationis, ſcilicet quòd debemus adorare,amare,& venerari Deum,ſuper omnes creaturas,& illi obedire, iuxta illud Deuteron. 6. & Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* vnde Cato moralis in ſuis documentis inquit: *Si Deus eſt animus nobis vt carmina dicunt, Hic tibi præcipue ſit pura mente colendus.*

DE OFFENSIONIBVS circa hoc præceptum.

MVltis modis circa hoc præceptum offenditur Deus,primo idolatria. ſecundum enim Thom.2.2.quæſt.94.art.2.& ſanctum Bonauent.Ric.& Sco.in 3.di.37,& Alex.de Ales in 3 parte ſummæ ſuper hoc præcepto,& Nico de Lira, ſuper Exod.20. Idolatria eſt peccatum mortale,& directè eſt contra primum mandatum decalogi. Scriptum eſt enim Exodi. 20. vbi præcipit Deus contra idola dicēs: *Non adorabis ea*, ſcilicet exterius, *neque coles*, ſcilicet interius ſecundum gloſſ. Si quis ergo adoret diabolum pro Deo,aut aliquod idolum,ſiue creaturam,ei tribuens honorem diuinum,peccat mortaliter.26. q.5.c. non liceat.

SEcundo peccant mortaliter diuinatores. Et notandum, ſecundum Thom.2.2.q.96.art.1.& Bona.in 2.di.7. parte 2. art. 2.q.3.& Alex. de Ales, in 3. parte ſummæ in tractatu de ſcientia dæmonum, quod tunc aliquis dicitur diuinare contra hoc præceptum,quando indebito modo,vult prædicere de futuris contingentibus, vt puta de his quæ dependent ex libero arbitrio,vel quæ per accidens contingunt in rebus humanis,quæ ſolius Dei eſt præſcire,vnde Eſa. 45. dicitur: *Annunciate quæ futura ſunt, & ſciemus quia dij eſtis*, & 26.q.5.c. 1.ſcriptum eſt: *Futura præſcire ſolius Dei eſt.* Quantum aũt ſint exoſi tales diuini Deo, & ad eos recurrentes, habetur Leuit.19. vbi præcipitur: *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ne polluamini per eos*, & 20.c. eiuſdē lib.ſcribitur: *Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei.* Et ibidem dicitur: *Vir ſiue mulier in quibus pythones, ſiue diuinationis fuerit ſpiritus, morte morietur, lapidibus obruent eos.* & Deut.18. cap. dicitur: *Non inueniatur in te, qui pythones, ac diuinos conſulat, aut quærat a mortuis veritatem, omnia enim abominabitur Dominus.* Similiter pro-

Diuinatores contra primum præceptum decalogi faciunt, & ideo mortaliter peccant.

hibetur diuinatio lege canonica. 26. q. c. si quis & c. nec mirum, & etiam lege - uili, vt in l. nullus. & l. nemo. C. de ma - ficis, & mathematicis.

Dæmones inuocantes contra hoc primum præceptum agunt.

TErtio offenditur Deus contra hoc præceptum inuocatione dæmonum. Tamen sciendum est secundum Bonauen. in 2. di. 7. parte. 2. artic. 2. q. 3. quod homo potest aduocare dæmonem duobus modis, vno modo virtute diuina ei imperando aliquid licitum, & honestum, vnde Act. 16. Paulus imperauit diabolo exire de puella & exiuit eadem hora. Et hoc similiter esse posset, quando Deus suo iusto iudicio, diabolū subijceret homini, prout de quibusdam viris sanctis narratur. Nam etsi dæmon non inuocatus alicui sancto viro occurreret, posset eum in virtute diuina cogere ad aliqua vera dicenda ad vtilitatem aliorum. Alio modo potest quis inuocare diabolum ei supplicando. Et hoc est mortale peccatum. Scriptum est enim 26. q. 5. c. episcopi. *A diabolo ceptui tenentur, qui relicto creatore, diaboli auxilium quærunt.* Tales autem consulentes dæmonem, ab eo plerumque tandem in suum exterminium decipiuntur. Isti autem perditi homines non tantum faciunt contra hoc primum præceptum, quia non adorant Deum, sed diabolum; sed etiam faciunt contra omnia alia præcepta. In vanum enim nomen Dei assumunt, quia illud inuocationibus dæmonum & incantationibus suis immiscent. Item quia sæpe periurant, idololatræ enim iuramenta non seruant, & male iurantes, cito periurant, vt dicitur Sap. 14. Contra etiam tertium præceptum faciunt, quia festa non sanctificant, imo in præcipuis festiuitatibus maleficia sua magis exercent. Quartum etiam præceptum transgrediuntur, quia non honorāt, sed vituperant patrem cælestem, eius honorem diabolo tribuentes. nec etiam honorant sanctam matrem Ecclesiam, cuius præcepta & sacramenta contemnunt, & accip. re nolunt. Vnde isti malefici, maxime qui vadunt ad ludum diabolicum; nunquam in aqua benedicta se aspergunt, sed quando intrant Ecclesias, accipiunt asperges, & dant alijs aquam benedictam, se autem illa non tangunt, vel aspergere se ostendunt, & aquam desuper caput proijciunt, hi autem irreuerentes patri æterno, & matri Ecclesiæ, multo magis sunt irreuerentes patribus carnalibus, quia in c. non potest. 2. q. 7. dicitur: *Non potest hominibus esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis.* Contra quintum mandatum etiam faciunt, quia multa homicidia perpetrant. Combusta enim fuit Romæ quædam malefica, tempore sancti Bernardini, nomine Facinella, quæ confessa est, quod occiderat. 65. pueros. Et alia cōbusta est Perusij anno 1445. nomine Sāctucia. Videbatur enim vna sancta, sicut communiter sunt tales maleficæ, quæ frequentant Ecclesias, & simulant se stare in orationibus & deuotionibus, occulte tamen diabolum adorantes, ac crucem Christi pedibus conculcantes, baptismoque ac sacramentis Ecclesiæ renuntiantes, ac fidem Catholicam negantes. Hæc autem maledicta fœmina confessa est se. 50. pueros occidisse. Contra sextum etiam præceptum faciunt, quia communiter tales sunt meretrices, vel adulteri & adulteræ, & matrimonij legem violantes, ac mœchiæ, & impudicitiæ dediti, vt dicitur Sap. 14. Committunt etiam vitiū Sodomiticum, & omnes alias spurcitias perpetrant, maxime illi, & illæ quæ vadunt ad ludum, qui dicitur barioti, in quo pater cum filiabus, & filij cū matribus, ac sorores cum fratribus, & cognati cum consanguineis, carnaliter cōmiscentur. Isti quoque si ex antiquitate non possunt prædicta scelera perpetrare, procurant illa ab alijs committi. Contra septimū ēt præceptū faciunt, quia cōiter sunt fures. Iteē vt proximos suis bonis spolient, eis diuinationes, & incātationes faciunt ad inueniendos thesauros, & furta &c. Hinc Apostolus. ad Ephes. 5. vocat auaritiam, seruitutē idolorū. Contra octauū præceptū similiter faciunt, quia pleni

sunt

sunt mendacijs, vnde Salomon Sapien. 4. dicit, quod vaticinantur falsa, & sic multos innocentes inculpant, & infamant de furtis, & proditionibus, ac alijs vitijs, sequentes diabolum, qui est mendax, & mendacij pater, vt ait Saluator Ioannis 8. Ex prædictis quoque patet, quod etiam faciunt contra alia duo præcepta, nam qui actualiter, quando possunt furantur, & tollunt aliena, & cum aliena vxore mœchantur, perpetrandi prædicta facinora desiderium semper retinent, & in eo perseuerant; alia etiam innumera, & abominabilia scelera perpetrantes. Hos enim maritatos suis maleficijs impediunt, ne possint filios generare. Alijs procurant abortus. Alteri faciunt, ne possit vxorem bono vultu intueri, & similiter de vxore peragunt, vt non valeat maritum suum, nisi torua facie aspicere, atque asperis verbis alloqui. Ait enim Salomon, Sap. 14. *Infandorum idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium ac finis.*

Contra hoc quoque præceptum agit interpretando futura, per somnia.

QVarto contra hoc primum præceptũ offenditur Deus, dando fidem somnijs, volendo interpretari per somnia illa quæ sunt futura, quod est peccatum secundum Bonauen. in 2. di. 7. parte 2. art. 1. q. 3. & beatus Thomas 2. 2. q. 95. artic. 6. & habetur. 2. 2. q. 7. c. non obseruetis. Ideo inquit moralis Cato. *Somnia ne cures, nam mens humana quod optat, Dum vigilans sperat, per somnum cernit idipsum.* Ideo scriptum est, Deut. 18. *Non inuenietur in te, qui obseruet somnia.* Non ergo debemus facere, sicut quidam qui in bonum, vel malum euentum accidere putant, si quis somniet se inuenire pecunias, vel dentes ab ore sibi cadere, & huiusmodi.

Tentantes Deum contra hoc præceptum faciunt.

QVinto peccatur tentando Deum, secundum Nicolaum de Lira, super Matthæi 4. & Thomas. 2. 2. q. 97. artic. 1. & Astesanum parte 1. lib. 1. tit. 16. qui dicunt. quod tentare Deum, est experientiam de eius potentia, & maiestate quærere sine necessitate. Sic faciebant Pharisæi Matth. 12. signum de cœlo quærentes. Et hoc modo peccaret ille, qui existens in solario, nollet descendere per gradus scalæ, sed se præcipitaret, credens, quod Deus ipsum incolumem seruare debeat. Similiter si quis infirmatur, & renuit remedium naturale, volens quod Deus faciat miraculum eum sanando, cui dicitur Ecclesiast. 18: *Noli esse tentans Deum* Deut. 6. *Non tentabis Dominum Deum tuum*, quod etiam habetur, Matth. 4. Et talis fuit quidam scholaris Vltramontanus, qui in ciuitate Papiæ infirmatus, mortuus est. Nam cum vellent medici dare ei medicinam, recusabat illam dicens, Christus medicina. Et cum vellent cordi eius imponere pictimam nolebat eam, dicens: Christus pictima, & hoc fuit temporibus nostris.

Existimantes hõies cogi ad bonum vel ad malum ex constellationibus, agunt contra hoc præceptum.

SExto offenditur, quando quis credit certitudinaliter & determinate, quod omnes cogantur ad bonum vel malum ex constellationibus, & planetis, sub quibus nati sunt. hoc enim hæreticum est & prohibitum. 26. q. 2. c illud, & capit. illo. & ea causa q. 5. c. non liceat. Et per Thomam 2. 2. q. 95. ar. 5.

Obseruantes cursum Lunæ, ac stellarum quomodo contra primum præceptum peccent.

SEptimo offenditur, quando quis obseruat cursus stellarum, aut Lunæ pro domo facienda, vel ad coniugia sociandа. 26. q. 5. c. non liceat. Vnde peccant illi qui ad faciendas armaturas, expectant punctum astrologiæ, & tunc percutiunt malleo, & dant aliquos ictus. Deinde aliud punctum expectant, & credunt quod postea talis armatura sit fatata, quasi esset Hectoris, vel Achillis. Alij vero volentes itinerare, tenent equum paratum cũ sella, habentes calcaria in pedibus, & vnum pedẽ in stapede, & in puncto astrologiæ ascendunt equum, etiam si pluuijs & turbinib. aer esset exagitatus. O astrologe, expecta etiam punctum astrologiæ quando morieris, vt facias iter prosperum. Et fac, vt tua vxor expectet punctũ astrologiæ ad pariendũ tibi filium, quando est in illis doloribus. vt faciat filium felicem. O stultitia maxima, per quam plures

plures à diabolo tenentur captiui. Et similiter si quis obseruat tempora, & menses Aegyptiorum, vel horam, ad aliquid inchoandum vel non, 26. q. 7. c. non obseruetis, & c. sequen. Talis autem erat quidam medicus, qui quodam die dum rogaretur, vt visitaret infirmos, ait: Hodie est dies ociarius, in quo non debemus ambulare, aliter nobis eueniet aliquid mali. Sed oportet quiescere, & stare in lecto. Dum ergo sic staret, accidit quod dormiens, & se semper lectum reuoluens cecidit, & crurifragium pertulit, quod ei nõ euenisset, si dies ociarios non obseruasset. Si autem quis obseruat cursum Lunæ ad incidenda ligna, vel si vtatur consideratione astrorum ad prænoscendum futura, quæ ex cœlestibus corporibus cauſantur, puta siccitates, & pluuias, non est illicitum, secundum Thom. vbi supra. Et notat Archidiac. 26. q. 5. c. si quis clericus. Licet etiam rusticis per ventos, & dispositiones lunæ, considerare tempus seminandi. Et in dictis tempora potionum, & aliarum rerum medicinalium. Et generaliter possumus vti consideratione astrorum & Lunæ, in his quæ procedunt naturaliter ex influentijs eorum, vt notat glos. & doctores in dicto c. non liceat.

Quomodo possumus vti cursu Lunæ ac aliis astrorum.

Offenditur quoq; Deus contra hoc præceptum, obseruando dies, vel omnes, vel aliquid aliud.

OCtauo offenditur contra hoc præceptum quando in Kalendis Ianuarij, vel alio die, quasi pro bono augurio, aliquid donatur. 37. o. cap. Iegant & 26. q. 7. c. non obseruetis. Item si tali die aliquid plus noui faciat quis, propter bonum augurium, & bonam fortunam habendam. 26. q. 7. c. si quis. Item si in Kalendis Maij vacant lauro, aut viriditate arborum domos cingit, hæc enim obseruantia paganorum est 26 q. 5. c. non liceat. Item si quis superstitiones alias obseruauit, puta suspendendo carbones natiuitatis Domini contra grandinem, vel accipiendo in mollum signum, si quis exiens domum pedẽ offenderit; & si mulier vadens ad maritum, in superliminari offenderit pedem; vel si quis a lecto surgens, sternutauerit. Et huiusmodi alia superstitiosa & pestifera tumendo, vt puta si panis nati vitatis Domini mercuerit infra annum, credere quod debeat mori principalis de domo. Hæc enim omnia & similia prohibentur. 26. q. 2. c. illud. Item si ex effusione olei de lucerna, vel garritu aliquarum auium, aut magnitudine, & continuatione ventorum vult iudicare de venturis contingentibus. Hoc enim est superstitiosum secundum Tho. 2. 2. q. 95. art. 7. Et similiter credere, quod apparente cometa debeat mori princeps alicuius patriæ. Licet enim Deus quandoque illam propter prædictam causam faciat apparere, non possumus tamen hoc scire, nisi ipse reuelet per se, vel per alium. Non est ergo vera sententia Lucani in primo dicentis: *Mutantem regna cometem, &c.* nisi hoc modo, vt potest colligi ex dictis magistri Pauli Veneri, in summeta sua super librum Meteoro. videlicet, quod cometa siue alij ignes apparentes in aere, dant nobis sæpe intelligere, quod aer est mutatus naturali qualitate. Nam aer mediæ regionis deberet esse frigidus, & tunc est calidus, contra naturam suam. Et ideo inflammat illos vapores à terra, vel ab aqua elcuatos virtute solis, & delatos vsque ad ipsam mediam regionem aeris, & consequenter per ipsam aeris corruptam dispositionem, multa hominum corpora corrumpuntur, & moriuntur. Quia vero sæpe accidit, quod principes in victu & luxuria, sunt magis dissoluti quam alij; item magis delicatæ complexionis, ideo citius moriuntur q̃ alij. Mortuus ergo multis ex illa aeris infectione, & similiter ipso principe, dicunt populares, quod cometa illa propter eius mortem apparebat. Item ex ventorum agitatione commouetur cholera hominũ, secundum Auicennam 2. primi doctrina. 2. in cde naturis ventorum, & consequenter prouocatur ad iracundiam, & ex illa iracundia sequũtur bella, & proditiones. Vulgares autem dicunt q̃ illi venti denotant proditiones esse in aere, & errorem suum confirmant ex sequentib⁹, cũ tamen illi venti hoc non significarent, licet fuerint

Vide ex ventorum agitatione quare bella sequãtur.

rint causa dispositiua proditionum, & bellorum. Corui quoque habentes meliorem odoratum, quam homines, vt dicitur in li. de animalibus, de longè sentiunt odorem fœtidum corporis morituri quem tamen homines prope stantes non benè sentiunt. Et ideo super tectum domus, in qua iacet infirmus volitant, & crocitant volentes ingredi, vbi est illa corruptio quam sentiunt. Populares verò dicunt quod ibi apparent in signum, quòd ille infirmus debet mori, quod non est verum. Sæpè tamen Deus permittit dæmones apparere in forma coruorum, & aliorum animalium, super domos vel in domibus morientium, quando bestialiter vixerunt. Similiter quis peccat contra hoc præceptum, dando fidem augurijs & alijs quasi innumeris stultitijs, quę hodie fiunt. Memini enim dum secularis essem, & cum vno meo affine equitarem, & quandam mustelam in via inuenissemus, quæ viam ipsam ante nos transuersauit, ille statim tres passus equum retro traxit, dicens quòd illa bestia transuertando malum signum dabat alicuius mali, ad quod euitandum sic oportebat facere. Quidam aut in si talem bestiam, vel similem taliter transuersantem inuenerint, nunquam inde recedunt, nisi postquam illam inuenerint, & occiderint. Alij verò si vinum casu in mensam effundatur, pro optimo augurio accipiunt. Econtra verò si effundatur sal. Refert quoque Augustin. in lib. de doctrina Christiana, quod cum quidam auguria obseruaret, & futuri mali magnum indicium crederet, si mures in domo aliquid corroderent. Cùm semel mures eius caligas corrosissent, super hæc interrogauit Catorem, qui eum deridens ait: Non est mirum, si mures caligas corroserunt. Sed hoc fuisset futuri mali magnum indicium, si mures à caligis fuissent corrosi.

Sortib. diuinatorijs vtendo, offenditur Deus.

NOno offenditur Deus cõtra hoc præceptum vtendo sortibus diuinatorijs, & consultorijs. 26. q. 5. c. sortes, & tribus capitulis se. Et habetur per Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. Antiquitus verò non videbatur illicitum vti sortibus diuinatorijs, vnde Iosue sortibus deprehendit Achior. 7. & Saul Ionathan qui comederat cõtra præceptum suum. 1. Reg. 14. & Ionas deprehensus fuit sorte à nautis, quod propter eum venerat tempestas. Ionæ 2. & Matthias sorte electus est ab Apostolis, Act. 1. & 11. di. c. cler. Modo tamen non est licitum, nisi vt infrà dicetur. Nam licet scriptum sit in c. sors. 26. q. 2. *Sors nec est aliquid mali, sed in re humana dubia, diuinam indicans voluntatem*, tamen quia plerunq; de male eis vtuntur homines, sortes prohibentur, vt in §. his ita. 26. q. 2. vbi dicitur. Antequam Euangelium clarescceret, multa permittebantur, quæ tempore perfectionis sunt penitus eliminanda. Et ideò scriptum est, in c. non statim. 26. q. 2. quod in electionibus Ecclesiasticis non debemus exemplo Apostolorum sortibus eligere, quia ipsi fecerunt hoc spiritu sancto, vt dicitur in c. nõ exemplo eadem causa. & q. & in c. hi qui. 26. q. 2. Aug. reprobat diuinam inquirentes voluntatem per sortes. In electionibus tamen temporalibus, vbi non potest aliter bono modo fieri, tunc inuocare Dei voluntatem cum reuerentia & oratione præmissa, sortes proijciendo sine superstitione est licitũ, vt inquit Augustinus ad Honoratum. Vti autem sortibus diuersorijs est licitum, vt in c. finali de sortilegijs. Facere verò experientiam de ferro ignito, vel aqua feruenti, ad cognoscendum aliquod peccatum, vt olim fiebat, est illicitum, secundùm Thom. 2. 2. quæst. 95. artic. 8. in responsione vltimi argumenti. Et de hoc est textus in c. consuluisti. 2. quæst. 3.

Sortib. vti quando licet & quãdo non.

Fenditur Deus cõtra primũ præceptum.

DEcimo contra hoc præceptum peccat qui facit, vel fieri consentit aliquod maleficium propter quamcunq; causam. Deut. 18. & 26. q. 5. c. nec mirum. Et qui potest tollere maleficium, meretur, destruendo opera diaboli, vt inquit Scotus in 4. di. 34. ar. 2. q. 1.

Facientes, vel consentientes fieri maleficium, peccant contra hoc præceptum.

VNdecimo offenditur Deus cõtra hoc præceptum, cùm quis facit incantationem vel fieri procurat, vel ad inueniendum furta aut amissa, vel ad aliquid sciendum, vel ad recuperandam sanitatem, & semper est mortale peccatum, & grauius, si fiat cum rebus sacris vel sacramentalibus, vt cum aqua benedicta, vel oleo sancto & huiusmodi. Quotiescunque ergò aliquis quærit sanitatem, vel aliud per incantationem, quomodocunq; fiat, semper peccat mortaliter, si est sciẽs hoc esse prohibitum, siue incantatio fiat verbis & imprecationibus, siue fiat signaturis, siue ligaturis, seu alijs remedijs, quæ medicorum disciplina condemnat. 26. q. 2. c. illud, & Deut. 18. & tales incantatores dicuntur inimici Christi, vt in c. peruenit. 26. q. 5. si verò ex simplicitate ignorantiæ faciat, credens bonas esse orationes, vel verba, veniale videtur, nisi sit ignorantia crassa, & supina, quæ æquiparatur dolo l. quòd Neruа. ff. depos. Neutro tamen casu absoluendus est, si nolit in futurum abstinere. Nec ideò quia quandoque malefici, & diuini prædicunt futura, & eueniunt, credẽdum est eos in his aliquid virtutis habere, sed permissu Dei fit, vt illi qui hoc audiunt, vel vident, probentur quali fide & deuotione sint erga Deum. 26. q. 5. c. nec mirum, & Deut. 13. c. Non ergò debemus quærere sanitatem, per remedia prohibita, sed vbi non sufficiunt remedia naturalia, recurramus ad auxilium diuinum. Ait enim Dauid Psalm. 39. *Beatus vir cuius nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Isti ergò incantatores debent expelli de Ecclesijs, & à consortio Christianorum. 26. q. 5. c. Episcopi. Et non debent absolui, nisi comburant libros necromantiæ, & artis notoriæ. Omnes enim his artibus operam dantes, sunt filij diaboli.

Incantatores, aut fieri procurãtes, peccant contra hoc præceptum.

Quomodo portantes aliqua breuia, aut ipsa facientes,

DVodecimo offenditur cõtra hoc præceptum, quando quis portat breuia, aut facit ea, vel fieri procurat, quando sunt superstitiosa, sicut communiter accidit. Et ideò est peccatum, secundùm Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. Si in eis est aliquid pertinens ad inuocationem dæmonum, vel si aliquid falsitatis contineant, vel aliquid illicitum sub ignotis nominibus lateat in ipsis, vel etiam si sint verba diuina, & bona, sed cum eis misceantur aliqua vana, puta aliqui characteres præter signum crucis, aut ipse habeatur in modo scribendi, puta in charta non nata, vel in vno tempore, vel loco, magis quam in alio, aut per vnam personam, magis quàm aliam, puta quòd scribantur à ieiuno vel tẽpore missæ, vel in Ecclesia, vel per virginem, vel in fine dicatur. Quicunq; portauerit super se istud breue, non peribit in aqua, vel igne. Hæc enim omnia superstitiosa sunt, vt notat Archidia. 26. q. 5. c. non liceat. Qui autem talibus credunt, scribunt, portant, seu docent, grauiter peccant. 26 q. 7. c. non obseruetis, vbi habetur, quod non licet portare, nisi symbolum & orationem Dominicam, & verba Euangelij, vel similia, & hoc sine aliqua superstitione. Similiter, vt dicit Thomas, vbi supra, in responsione tertij argumenti, licitum est portare super se reliquias sanctorum ex deuotione, aut nomen Iesu, seu alias deuotas orationes, dummodo fiat sine aliqua vana obseruantia, tamen cautè in his est ambulandum, quia multæ fiunt deceptiones sub prætextu deuotionis. Et ideò talia breuia portantes grauiter peccant, nisi fuerint adeò simplices, quòd ignorantia debeat eos excusare, quæ tamen eos nõ excusat, cùm super hoc fuerint moniti & instructi. Et talia breuia superstitiosa habentes non debent absolui, nisi ea destruant. Sunt enim diabolica opera. Nam prædicante me in ciuitate Hipporigiẽsi, quidam portabat vnum breue paruissimum, ligatum quibusdam filis diuersi coloris, quod eis dederat vnus caprarius. Cùm autem eius confessor ipsum breue aperuisset, statim de eo exiuit quoddam animal grossius ipso breui, fortiter vociferans, & euolans, & credo, quòd esset diabolus in eo habitans. In illo autem breui erant scripti tantummodò aliqui characteres,

Digitized by Google

cteres. Et idem per omnia accidit prædicante me in ciuitate Laudensi.

DEcimotertio offenditur in hoc præcepto, cùm quis credit aliquam creaturam posse realiter trãsmutari in aliam speciem, puta in gattas, vel huiusmodi, hoc enim est hæreticum. 26. q 5. c. Episcopi. Et notat Aug. 18. de ciuit. Dei, c. 18. Apparente verò potest fieri virtute dæmonum, vt patet de Samuele, de quo in c. nec mirum. 26. q 5. Et idem habetur per Tho. 1. parte summæ. q. 114. Item si quis credat quasdam mulieres, seu homines ad ludũ, cùm Diana nocturnis temporibus ire, & deferri super baculum vnctum, seu super quasdam bestias, ac multa terrarũ spacia transire. Hæc enim omnia falsa sunt, & talia phantasmata à maligno spiritu mentibus infidelium irrogantur, vt habetur plenè in c. Episcopi. 26. q 5. Item si quis credat prędictas mulieres intrare ostia clausa, & interficere paruulos, & quandoque à patribus, vel matribus eorum vulnerari, hoc enim est falsum & erroneum, sed dæmon hoc facit secundùm Aug. & Hieron. & etiam Tho. vbi suprà art. 4. Et prædicta confirmantur per illud, quod accidit in territorio Hipporigiensi, vbi quædam iuuenis sæpius incitata à quadam vetula diabolica, vt ad ludum Dianæ secum pergeret. Cum ei semel inter alia diceret, quod nusquam talia solatia viderat, nec habuerat, tandem consensit. Cumq; illi vetula diceret, quod talibus spectaculis, & consolationibus interesse non poterat, nisi fidei christianæ, & baptismo atque omnibus sacramentis Ecclesiæ renunciaret, Illa omnia fecit, quibus peractis, cùm esset in quodam agro statim apparuit ei, quòd esset ducta in quodã pulcherrimo atrio sericis strato, atq; miris odoribus pleno. Ibiq; videbantur esse iuuenes pulcherrimi vestibus aureis, & argenteis induti, chorizãtes cum fœminis euntibus ad ipsum ludum, & similiter fœminæ pulcherrimæ tripudiantes cum viris. Ibiq; videbantur audiri soni & cantus mellifui. Cùm autem & ipsa iuuenis tripudiaret, vidit quandam vetulam decrepitam & curuam, deformissimamque tripudiantem, & post choream velle turpia agere cum vno iuuene, propter quod stupefacta illa iuuenis, cœpit clamare dicens. O Iesu, & statim omnis illa illusio disparuit, ipsaq. in eodem agro & loco se reperit, vt postea confessori suo retulit. Ad confirmationem quoque prædictorum faciunt ea quę leguntur de sancto Rhemigio. I. quod cùm semel esset hospitatus in quodam hospitio, vidit nocte parari mensas quàmplures cum ferculis. Quapropter aduocans patronum illius hospitij interrogauit eum, quibus præpararet cibaria in illa hora. Ipse autem respondit, quod præparabat his qui vadunt ad ludum, qui debebant venire tali hora noctis, & ibi epulari. Cùm autem veniissent in magna multitudine, S. Remigius interrogauit prædictum patronum illius hospitij, an illos viros & mulieres cognosceret, quo respondente, quod sic, sanctus Remigius misit statim ad domos eorum, & inuenti sunt omnes in lecto dormientes. Ipsis tamen tunc vidbatur quod in dicto hospitio in simul essent, & ibi epularentur.

Exemplum istud superiori contrariari videtur, nisi dicas quod iuuenis illa statim à demonibus illuc fuit adducta, & iterùm relicta, postquam clamauit O Iesu, sed vide Alphonsum de Castro, ac alios de his pertractantes.

DEcimoquarto violatur hoc præceptũ peccato blasphemiæ, de quo, quia in sequenti sermone intendo tractare; ideò ad præsens pertranseo. Hoc autem solùm dixisse sufficiat, quod si non adoramus, nec honorans Deum, ac sanctos, trãsgreditur hoc mandatum, multo grauius offendit ille, qui impudico ore ipsos blasphemat. Et ideò dicitur Esaiæ 1. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Blasphemauerunt sanctum Israel, &c.*

QVintodecimo quis peccat contra hoc præceptum, quando diligit plus corpus suum, filium, aut filiam, vel vxorẽ, aut vxor maritum, vel aliam creaturam, seu nummos, quam Deum. hoc enim sapit idololatriam, secundùm Apost. ad Col. 3.

Et ad Ephe.5. Ait enim Hieron. in quadam epistola. *Quod quis plus veneratur & amat, hoc illi Deus est.* O quot sunt qui alios habent deos, quàm Deum verũ. Gulosus enim & luxuriosus habet ventrem pro Deo, de quib. voluptati carnali deditis, Apostolus dicit, ad Philip.3 *Quorum Deus venter est.* Non ergò adoremus res temporales pro Deo, sed toto corde & omni deuotione in omnibus necessitatibus nostris, recurramus ad Deum, & ipse nos exaudiet; quia inquit Hiere.29. *Inuocabitis, & adorabitis me, & exaudiam vos.* Tunc autẽ veraciter Deum adoramus, cum bonis operib. eius maiestati seruimus. Ait enim August.18. de ciuit. Dei. c.13. Deum per iustitiam ac castitatem, aliasque virtutes adoramus. Quod facere ille nobis concedat, qui in æternum viuit & regnat. Amen.

EODEM DIE POST PRANDIVM.

De secundo præcepto Decalogi.

SERMO XVII.

SCITIS *quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum.* 1. ad Thess.4. Ad obedientiam diuinorum mandatorum exhortatur Moyses Deut.28.di. *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt custodias mandata eius, faciet te excelsiorem cunctis gentibus.* & 1.Re.15. dicit Samuel. *Nunquid vult Dominus holocausta, & non potius vt obediatur voci suæ?* & Salomon Prouerb.19. inquit: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam,* & Deut.28. ac Leuit.26. inquit Deus: *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebũtur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra, dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterreat. Auferam malas bestias à vobis, gladius non transibit terminos vestros, persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis, persequentur quinque de de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem millia, cadent inimici vestri in conspectu vestro. Respiciam vos & crescere faciam, & firmabo pactum meum vobiscum, & comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosq; eritis populus meus.* hæc ibi. Ea propter scriptum est 1.Ioan.1. *In hoc scimus, quoniam cognouimus Deum, si mandata eius obseruamus.* De quibus tractaturi, quia de primo in sermone superiori dictum est, modo de secundo loquentur, quod inquit: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Exo.20 & Leui.6. scriptum est: *Non pollues nomen Dei tui,* & Eccl.23 dicitur, *Nominatio Dei, non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non commiscearis, quoniam non eris immunis ab eis.* Contra hoc igitur præceptum fit quatuor modis principalibus, de quib. in præsenti sermone differemus.

DE VANA DEI NOMINATIONE, quæ per secundum præceptum prohibetur.

PRIMO vt patet ex prædictis, contra hoc mandatum facit, qui nomen Dei aut glorioſæ virginis, & sanctorum in vanis fabulis, aut turpibus eloquijs assumit, vel in rebus illicitis nominat. Nullus enim nominare debet hæc sancta nomina Dei, & sanctorũ, nisi cum reuerentia & honore. Et hoc est quod innuit Apostolus Petrus suæ canonicæ. 1.c. 4. dicens: *Si quis loquitur quasi sermones Dei, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.* Ideò Exod.20. dicitur: *Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen eius frustra.* & Deut.5. scriptum est: *Non vsurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit.*

Assumentes nomen Dei, aut sanctorum in fabulis, vel rebus illicitis, peccãt contra secundũ præceptum.

DE

DE IVRAMENTO licito, & illicito.

SEcundo, contra hoc præceptum facit quis iurando sine causa: Pro cuius expeditione quæritur, nunquid sit licitum iurare, & primo videtur quod sic. Primo Dei exemplo qui sæpius inuenitur iurasse, vnde Genes.22. *Per memetipsum iurauí, dicit Dominus*, & Psalm.109. dicitur. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*, transumptiue in ca. & si Christus, de iureiur. & Hier. 44. *Ecce ego iurauí in nomine meo magno, ait Dominus*, & Amos 4. *Iurauit Dominus Deus in sancto suo*, & Leuit. 1. *Iusiurandum, quod habuit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* Secundo videtur licitum iuramẽtum exemplo Christi, qui multoties in Euangelio iurauit dicens: *Amen dico vobis*, id est, in veritate, secundum Nicolaum de Lyra: & de hac iuratione habetur Ioan. 5. vbi inquit: *Amen amẽ dico vobis*, & Matth.19. similiter iurauit dicẽs: Amen, & Luc. 4 dixit: *In veritate dico vobis*, quæ locutio est iuratoria, secundum Innoc. in cap. & si Christus, de iureiu. Tertio idem probatur exemplo Angelico. Nam vt habetur Apoc. 10. *Angelus bonus iurauit per viuentem in secula.* Quarto probatur exemplo antiquorum patrum veteris testamenti. Nam Iosue 14. Caleb. retulit Iosue iuramentum, quod sibi fecerat Moyses dicens: *Iurauit Moyses in die illo dicens, terra quam calcauerit pes tuus, erit possessio tua.* Et Iudicum 11. dicitur: *Iuraverunt filij Israel in Maspha*, & secundi Reg. 21. iurauerunt Dauid eius socij dicentes: *Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.* & secundi Paral. 15 dicitur: *quod filij Israel iurauerunt Domino voce magna.* Quinto probatur, licitum esse iuramentum exemplo Apostolico. Paulus enim iurauit ad Phil. 1. di. *Testis est mihi Deus*, quæ locutio fuit iuratoria, secundum Augustin. 22. quæst. 1. c. non est. Sexto probatur idem exemplo iuridico. Nam secundum leges ordinata sunt iuramenta in multis casibus, vt refertur in Clementina, Romani principes de iureiur. vnde dicitur, quod iuranti succurritur, vt in l. 1. §. si quis argẽtum. ff. depos. & C. vnde vi. l. si quando. Similiter à iure canonico instituta sunt iuramenta in quibusdam casibus, vt notatur in cap. Ego Berengarius, de conse. di. 2. & extra de hæret. c. ad abolendam, & de elect. c. significasti. Septimo idem probatur testimonio authentico, omisso enim de gentilibus, qui cum vellent aliquam veritatem insinuare, iurabant, vnde Aeneas iurauit Dioni, vt refert Virgilius 6. Aeneidos dic. *Per sidera iuro, Per superos, & si qua fides tellure sub ima est.* Septimo dico, quod sacra scriptura approbat iurationem, imò videtur præcipere, vnde Deuter. 6. dicit. *per nomen illius iurabis*, scilicet Dei. & 10. eiusdem libri inquit: *Iurabis in nomine eius*, & Psal. 62. dicit Dauid: *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* Lex etiam Canonica dicit, iuramẽtum non esse peccatum, 22. quæst. 1. ca. non est, & c. omne, & c. nouo testamento, & in ca. vt noueritis, & in ca. ita ergo & c. tu malum non facis, & c. iurabunt & c. considera. ac cap si peccatum esset. Sed contra est auctoritas Saluatoris, Matth. 6. dic. *Nolite iurare omnino, sit autem sermo vester, est, & non, quod autem his abundantius est, à malo est*, & Iacob. 5. dicit Apostolus, *Ante omnia fratres mei nolite iurare.* Eccles. quoque 23. dicitur, *Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga*, transumptiue in ca. & si Christus, de iureiuran. ideo Isidorus lib. 2. Etymologiarum, cap. 35. inquit: *Vsus iurandi periurium inducit, sit in ore tuo, Est; sit in ore tuo, Non est, veritas enim iuramento non indiget.* Respondeo ad hãc quæstionem secundum Augustin. in libr. de mendacio, & in epistola ad Plebicolam, quod in his immediate præcedentibus auctoritatibus, non prohibetur iuramentum in quocunque casu, sed interdicitur immod. ratus & nimius vsus eius, ne sic perueniatur in periurium, & idem inquit Nico. de Lyra, super Matth. 6. Periurium enim præsupponit iuramẽtum, sicut priuatio præsupponit habitum, vt no. ff. de ædil. edict. bouem. §. fi. & de iniusto, ruptoque te. l. nam

An iurare liceat. Argumẽta pro parte affirmatiua.

Argumenta pro negatiua parte.

& ſub conditione. §. fi. In aliquibus ergo caſibus licitum eſt iurare, quando ſit cum tribus circunſtantijs, ſcilicet cõditionis, modificationis, & cauſationis.

Iuramentũ ad hoc quod ſit licitum, tres exigit conditiones & hæc eſt prima circunſtantia.

PRimo igitur iuramẽtum debet habere triplicem conditionem poſitam Hier. 4. vbi dicitur, *Iurabis in veritate, iudicio, & iuſtitia*, & dicit gloſſa interlinearis, *hæc triplices conditiones debet habere iuramentũ*, & dicit Hieron. 22. q. 2. c. animaduertendum, *quod ſi hæ conditiones defuerint, nequaquam iuramentum erit, ſed periurium*, & idẽ habetur de iureiur. c. & ſi Chriſtus, & 22. q. 1. c. iurabunt. Quæ conditiones declarãtur ſecundum Alex. de Aleſ. in 3. parte ſummę, ſuper hoc præcepto 2. & Tho. 2. 2. q. 89. ar. 3. & S. Bonauen. in 3 di. 39. in quæſtionibus circa literam, in principio, & Ray. ac Hoſti. in ſumma. Primo requiritur conditio veritatis, ſcilicet quod quis iuret, illud quod ſcientia ſibi dictat eſſe verum. Nam etiam ſi quis iuraret quod eſt verum, quod tamẽ putaret eſſe falſum, periurus quo ad Deum reputatur, vt inquit Magiſter ſententiarum, in 3. di. 39. & habetur 22. q. 2. c. homines. Secunda conditio dicitur iudicij, id eſt, diſcretionis, & maturæ conſiderationis, vt bene perpendat eſſe verum quod iurat, & ideo ille, qui iurat aliquid eſſe verũ quod neſcit, vtrum ſit verum vel falſum, quia exponit ſe periculo periurandi, peccat mortaliter ſecundum Scotum in 3. diſt. 39. Tertia cõditio eſt iuſtitiæ, & hæc accidit in iuramento promiſſorio; oportet enim vt iurans aliquid facere, iuret de re licita & iuſta, aliter grauiter peccat, & non debet ſeruare iuramentum, l. 1. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus ven. & cum contingat de iureiur. & auth. quod eis. C. de nupti. vt ſi iuraret interficere hominem, non relinquere adulteram, & homini. 22. q. 4. c. in malis, & c. ſi aliquid, & c. vnuſquiſque, & extra de his quę fiunt à ma. per ca. c. cum in cũctis, & de his quæ vi. metuſue. cauſa. fi. c. cum dilectus, & de iureiur. c. ſi vero. & in auth. Scenicas non ſolũ ſi fideiuſſores præſtent. col. 5. in principio. Promiſſio enim de re turpi non eſt obligatoria etiam de iure ciuili. l. generaliter, & l. veluti. ff de verbo. obl. Item iuramenta contra legẽ facta non tenent l. nõ dubium. in fi. C. de legi. & l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pac. & ideo ſecundum Bonau. & Richar. in 3. di 39. qui aliquid turpe iurat ſe factuũ, non ſolùm peccat iurando, ſed etiam ſi iuramentum non frangat.

Vel quod non iuret quod tum implere nõ poteſt ſecundum Thomam vel ne ſine rationabili cauſa iuret ſecundum alios.

SEcunda circunſtantia principalis dicitur modificationis. Modus enim honeſtus eſt in iurando ſeruandus: vnde ſi quis iuret per verba turpia, & inhoneſta, peccat mortaliter, & eſt blaſphemia, ſi nominet in iurãdo aliquid in Chriſto, vel beata Virgine, aut alijs ſanctis, quod in alijs hominibus cenſetur inhoneſtum. 22. q. 1. c. ſi quis per capillum, & ibi Arch. de quo etiam habetur in auth. vt nou luxu. contra. na. circa mediũ. Item ſi quis iuret modo gentilium, vt quidam faciunt. dic. me hercle, vel per deos immortales, contra quos eſt præceptum Dei, Exo. 23. di. *Per nomina deorum exterorum non iurabis*, quod etiam habetur in ca. & ſi Chriſtus. §. licet enim de iureiur. Quotieſcunque etiam aliquis iurat per cœlum, aut terram, vel Solem, aut Lunam, ſeu per aliam creaturam, eſt blaſphemia, & non tenet iuramẽtum. l. 3. §. fin. & l. non erit. in prin. ff. de iureiur. & dat exemplum Bar. in d. §. fi. de iurãte per Machometum, dicit quoq; Bal. in l. 2. in fi. C. de reb. credi. quod illi, qui faciunt iuramenta, ſiue ſacramenta ſcelerata, etiam ſi verum dicant, debent puniri, quia talia iuramenta ſunt redacta adinſtar blaſphemiæ, & hoc maximè in his, qui ex conſuetudine illa faciunt. Item iuramentum habet vim blaſphemię ſecundũ Ambroſium in lib. de paradiſo, quando quis attribuit Deo, quod ei non conuenit: iuret ad corpus, vel per ſanguinẽ Dei, intelligens per Deum naturã diuinam, & ſic eam affirmans corpoream, cũ Spiritus ſit Deus. Ioannis 4. & de hac blaſphemia tractatur in authen. vt nõ luxu. contra na. circa medium, & in capit. ſi quis per capillum, 22. quæſt. 1. Ad hanc quoque circunſtantiam reducitur,

2. Circunſtantia eſt quod in iurando modus honeſtus ſeruari debet.

Iuramentũ in feſtiuis

Diebus fieri non debet, nisi pro pace vel aliqua emergenti necessitate, congruumq; est vt à ieiunis fiat. Ecclesiasticæ personæ quomodo in quibusdam casibus ad iurandum cogi non debeant.

reducitur, quod iuramentum non debet fieri in diebus Dominicis, aut alijs festis nisi pro pace, vel alia emergenti necessitate, extra de feri. c.1. Congruumque est, vt iuramenta à ieiunis fiant, 22.q.5 ca honestum. Et hoc vt sobrij habeat iudicium rationis magis liberum, & cum maiori reuerentia nomen Dei nominent, secundum Bonauenturam in 3. distinct. 39. Insuper modus habendus est in iuramento. vt habeatur respectus personis Ecclesiasticis, & religiosis, maxime sacerdotibus, & prælatis, qui licet possint, & debeant in quibusdam casibus iurare, quos refert Ray. in summa, tamen non debent ita cogi ad iurandum sicut laici, maxime in iudicialibus, secund. quæstione quint. capitulo, si quis presbyter. simplici enim eorum verbo credendum est, si sint bonæ famæ.

De tertia circunstantia, quomodo triplici ex causa iurare liceat.

TErtia principalis iuramenti circunstantia dicitur causationis, secundum Hosti. & Alexand. de Ales, vbi supra, triplici de causa licitum est iurare: primo ratione boni inducēdi septipliciter. Primo causa veritatis persuadendæ, sicut iurauit Paulus. 2. Corinth. 11. dic. *Testis est mihi Deus, quia non mentior.* Secundo causa dicti sui authenticandi, sicut faciunt testes deponentes cum iuramento dictum suum, secundum enim iura testis debet esse iuratus extra de elect. cap. significasti. & 14. quæst. 2. c. quamquam, & l. iusiurandi. & l. si quando. C. de testi. & in authen. de sanctis. Episcopis. §. nulli. Tertio causa amicitiæ contrahendæ, sicut Genes. 26. dixit Rex Gerari Isaac: *Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus.* Quarto causa pacis reformandæ, vt Genes. 3. vbi Iacob iurauit Laban per timorem patris sui Isaac, & de hac causa habetur extra de iudi. c nouit. & 22. q. 1. c. omne. Quinta causa est fidelitatis seruandæ, vt secundi Reg. 5. vbi dicitur: *Venerunt filij Israel ad regem, & percussit cum eis fœdus coram Domino*, & de hac habetur, extra quod me. causa, cap. 1. & 15 quæst. 6. cap. alius. Sexta causa est obedientiæ, & subiectionis recognoscendæ, sicut Abbates Episcopi Metropolitanis faciunt. Vnde Iudicum 11 dicitur: Iurauerunt principes Galaad ad Iepte dicentes: *Deus qui hæc audiuit, ipse mediator, & testis est, quod nostra promissa faciemus*, & de hac causa habetur in dicto capitulo significasti, de elect. & in capitul. nullus de iureiur. & in capitulo quamquam, 23. dist. Septima est legis obseruandæ causa, de qua Exod. vigesimoquarto dicitur, quod postquam Dominus per Moysen legem promulgauit, filij Israel iurauerunt se eam seruaturos.

2. Quando iurare liceat.

SEcūdo licet iurare ratione mali vitandi, sicut quando fit iuramentum de calumnia, quod fit in principio causæ, ne aliquis ex litigantibus calumniose se defendat, vel litiget. De quo habetur extra de iuramento c. per totum, & C. eo. ti. per totum, & secunda quæstio. prima, cap. in primis.

3. Quando iurare liceat.

TErtio licet iurare ratione mali purgandi, scilicet infamiæ, vnde Deuter. vigesimoprim. dicitur: *Si inueniatur in terra cadauer occisi hominis, & ignoretur reus, seniores, & maiores natu egredientur, & iurabunt dicentes; manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc*, de hac materia habetur extra de pur. capitul. per totum, & secund. quæstione quinta, capitul. presbyter: his ergo casibus, & similibus cum modis prædictis licitum est iurare. In alijs vero secundum Alexandr. vbi supra peccatur contra hoc præceptum. In quo vitio multi sunt inuoluti, qui nunquam aliquid dicunt sine iuramento, immò eis videtur, quod non iurando non reputarentur esse homines viriles, ac magnanimi. Alij vero immiscent iuramenta suis dictis quasi quædam ornamenta sermonis, qui non excusantur à mortali peccato. Tamen sciendum est, quòd si aliquis iuret ex surreptione, & incaute per discursum linguæ aliquid licitum indifferens, seu nullius importantię, vt de eundo cras ad villam, & huiusmodi, veniale est, 25. dist. §. criminis: si vero iurauit aliquid etiam licitum,

licitum, sed indiscretè, & malè, id est, sine necessitate, vel vtilitate, mortale est, si deliberate, & ex proposito iuret, vt in dicto §. apparet, & ca. tua nos, de iureiuran. el. primo. Optimeque circa hoc distinguit sanctus Bonauent. in 3. dist. 39. art. 1. di. 3. di. quod non refert qualicunque modo iuretur, siue per Deum, siue per sancta Dei Euangelia, vel per sacras reliquias, siue iuretur per fidem meam, vel promitto coram Deo, quia idem importat, vel parum differunt, vt no. Innoc. in c. & si Christus, de iureiur. & Ray. in su. & Archi. 22. q. 1. ca. nō est, & ead. causa, q. 5. c. iuraméti, & Durand. in summa in eo. ti. q. 69. & se. Et quoties ex proposito, & deliberate iurauit, toties mortaliter peccauit, nisi vno impetu, & contextu verborum continuato, plures iurauerint, quia tunc videtur solum vnum peccatū. l. illud. ff. ad l. Aquil. & ff. de prima delic. l. 2. cum ibi no. Facit ad hoc quod dicit Io. An. in reg. delictum. de reg. iur. lib. 6. in Mercurialibus. vbi tenet, quod per curiēs clericum pluries vno contextu, & impetu, nō incidit nisi in vnā excommunicationis sententiam, hoc tamen iuramentum erit tanto grauius, & similiter dicendum de excommunicatione, quando pluries iurauit, vel percussit, licet vno contextu.

DE PERIVRIO.

Periurij diffinitio.

TErtio contra hoc præceptum fit per periurium, quod diffinit Magister in 3. di. 39. dic. *Periurium est mendaciū iuramēto firmatum.* Hugo vero de S. Victore dicit, *quod periurium est falsa vel indiscreta iuratio, seu transgressio iuramēti*: & has diffinitiones sequuntur Theol. maximè Scotus, Richar. & Petrus Aureoli in eadem di. & Gosf. ac Host. in summa in tit. de iureiur. & Alten. prima parte suæ summæ. libr. 1. tit. 19. quæst. 1. in principio. Quoties ergo quis iurat falsum scienter, mortaliter peccat, etiam si faceret ex ioco, vel coactè, aut etiam ex lapsu linguæ, dummodo aduertenter; secus si non aduertit, vt no. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. & Archi. 22. q. 1. cap. habemus, & hoc est quod prohibet Deus, Leuit. 19. dic. *Non peierabis in nomine meo*: Item si aliquis iurat se aliquid facturum, quod tamen non intendit facere, mortaliter peccat, 22. q. 2. cap. 1. & est textus Aug. Mortaliter etiam peccat priuata persona, exigēs ab aliquo iuramentum, quem sciebat, vel credebat falsum iuraturum. 22. quæst. 5. cap. ille qui. & sunt verba Augustini. in sermone sancti Ioannis Baptistæ, vbi ait! *Ille qui hominem prouocat ad iurandum, & scit eum falsum iuraturum, vincit homicidam, quia homicida occidit corpus, ipse vero animam*, imò duas, scilicet eius quem peierare prouocauit, & suam propriā. Vnde narratur de quodā, qui alium prouocauerat ad sic iurandum, quod nocte fuit adductus coram terribili iudice in visione, & ab eo interrogat⁹ quare hominem prouocasset ad periurandum, respōdit, quod ideo hoc fecit, quia negabat sibi rem suam, cui iudex dixit: Nonne melius erat quod rem tuam perderes, quam quod animam illius falsa iuratione perimeres? Et his dictis ipsum prostratū iussit cædi, & tam grauiter, vt dorso eius euigilantis vestigia plagarum apparerent. Dictumque est illi. De cætero caueas ne sic facias. Si vero nō credebat ipsum iuraturum falsum, licet nesciret debere iurare verum, mortale non videtur, si habet aliquam causam postulandi iuramētum. Sed si exigens iuramentū sit publica persona, vt iudex, & ratione publicæ iustitiæ iuxta ordinem iudiciarium cogebatur exigere, potest sine peccato, & tenetur secundum Alexand de Ales, in 3. parte summæ, dist 32. & Thom. ac Richard. & Bonauentura & Asten. vbi supra. Contra hoc quoque præceptum facit, qui iurat alicui aliquid sic esse, vel non esse, intendens verba aliter quam sonent; nam si hoc dolose, & in fraudem, ac damnum alicuius facit, mortaliter peccat. 22. quæst 5. cap. quacunque arte. Verba enim intelligūtur secundum intentionem interrogantis ex causa legitima. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. qui interrogatus. Si verò simpliciter, & sine dolo iurauit, vel coactus ab eo cui iuramentum de iure præstare non tenebatur,

Exemplum de quodam, alīū ad iurandum prouocante.

tunc

tunc nõ facit contra hoc præceptum, quia Deus accipit iuramentum, ſecundum intentionem iuranris ſine dolo, vt in d.cap. quacunque arte. & ca. hoc videtur ea. cauſa. & q. vbi no. glo. & Archidia. & in hoc concordat Alexand. de Ales, & Thom. vbi ſupra. Similiter contra hoc præceptum agit qui iurauit aliquod ſecretum tenere, & poſtea aduertenter, & ex propoſito reuelauit, ſi erat res, quæ cum bona cõſcientia poterat ſecreta teneri. Et eodem modo etiam inducens ad reuelandum ſecretum ſcienter, & doloſe, peccat mortaliter ſecundum Richar. in 4. diſtinct. 21. artic. 5. quæſt. 4. Item ſi quis iurauit ſeruare aliqua ſtatuta iuſta loci, vel ciuitatis, tranſgrediẽdo ſcienter, mortaliter peccat, niſi eis ſit abrogatum per cõtrariam conſuetudinem, diſtinct. 4. §. leges. Si quis etiam promittit cum iuramento, ſe aliquid facturum, quod ſcit ſe nõ poſſe agere, mortaliter peccat, ſecundum Theologos in 3. diſtinct. 39. Si vero illud poteſt facere, & non facit in termino, licet ei ſit incommodum, tranſgreſſor eſt huius mandati, niſi ille cui promiſit ante terminum, relaxaret iuramentum, quod facere poteſt, extra de iureiur. c. 1. & c. ſicut. Eſt hoc verum ſi promiſſum ſolum vertat in vtilitatem eius: Secus ſi talis promiſſio concernat honorem Dei, vel ſanctorum, aut vtilitatem communem, vel alterius tertij, vt no. plenè Dominus An. de Bu in cap. præterea, extra de ſpon. & Io. de Imo. in Cle. ex graui. de vſu. Si autem quod promiſit non potuit implere, excuſatur à peccato, quouſque poterit.

O Quot ſunt, qui multa iurãdo promittunt, & poſtea nihil faciunt, profectò iſti ſunt peiores infidelib. qui iuramenta fãcta per deos ſuos ſeruant. Refert enim Valerius Maximus, li. 1. & Eutropius li. 2. & Auguſt. 5. de ciui. Dei, c. 18. quod Marcus Atilius regulus Romanus, captus à Carthaginenſibus eius inimicis, miſſus eſt ab illis Romam pro legatione quadam, quæ vertebatur in detrimentum reipublicæ Romanæ, ſcilicet de relaxandis Carthaginenſibus captis à Romanis loco ſui: ipſe hortatus eſt Romanos ne hoc facerent, & rogatus a Romanis ne rediret, ipſe quia iurauerat eis, quod rediret, omnino voluit redire, ne frangeret iuramentum, quamuis ſciret ſe debere crudeliter ab illis occidi, quia cõtra eos hortatus fuerat Romanos. O maxima abuſio Chriſtianorum? O confuſio grandis? O maxima abominatio multorum, qui iuramẽta facta in nomine Domini Dei veri, non ſeruat, cũ faciliter poſſent obſeruare? Quid dicemus de his qui periurant pro quolibet minimo lucro? O ſceleratiſſimi? O iniquiſſimi? O diabolici periurantes. ex pectate grauiſſimam Dei vltionem. Hoc enim eſt grauiſſimum peccatum vt habetur 11. q. 3. c. vnicuique, & in c. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iu. vbi glo. lib. 6. Grande enim ſcelus eſt periurium, vt dicitur in c. prædicandum 22. q. 1. Ideo præcipitur, 6. quæſt. 1. cap. *Quicunque ſcienter periurauerit, 40. dies in pane, & aqua, & per ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquam ſit ſine pœnitentia*, hæc Fabianus Papa. De his maledicis periurantibus facit Deus horribilem vindictam. Referebat enim beatus Pater, Frater Iacobus de Marchia ordinis noſtri, quod temporibus ſuis in Vngaria quædam mulier fugiens extra quandam vrbem timore inimicorũ, bona ſua dedit cuidam ciui conſeruanda, quæ poſtmodum reuerſa dum peteret pecuniam ſuam, ille negabat, & cum ad iurandum perductus manum vellet ponere ſuper librum, volens falſum iurare, ſtatim mortuus cecidit. Conſiderate ergo diligenter quando iurare vultis, ne falſitatem dicatis, & accidat vobis, ſicut alteri in Epiſcopatu Aniæ, qui cum proximo ſuo de quadam differentia contendens dixit mendaciter: Si ita non eſt, diabolus aſporter filiã meam, quam vxor mea lactat, ſtatimq; diabolus puellam de ſinu matris viſibiliter eripuit, & aſportauit, cuius poſtea corpus mortuum non longè venatores in nemore inuenerunt. Et hoc fuit circa annum Domini 1466. Legitur etiam in legenda ſancti Patritij, quod quidam negans debi-

2ni iuramento plurima promittũt, nec ſa tiunt, infidelibus peiores.

tum verum suo creditori, coactus est per iudicem iurare super Altare sancti Patritij, quod cum miser faceret, atq. manum super Altare posuisset, ad se eam amplius retrahere nō potuit. sed mortuus cecidit. In legenda quoque beat. Nicolai legitur, quod quidam Christianus negans verum debitum cuidam pagano. ad instantiam ipsius pagani coactus fuit iurare super Altare sancti Nicolai. Ille autem Christianus volens eum decipere, reposuit aurum contritum vltra summam debiti in quadam arundine, & eam bene obseruauit, & dedit eam in manu illius pagani corā iudice dicens: Tene hanc arundinem donec iurem; & tunc iurauit, quod ei plus dederat, quam esset debitum; intelligens fraudulenter de arundine, & sic pro tunc liberatus est. Dum autē domum lætus pergeret, statim in medio itinere, tanto somno corripitur, quod in media via se ad dormiendum posuit. Et ecce currus cum impetu superueniens, arundinē confregit, & aurum effudit, & illum periurum occidit. Transiens autem per viam illam ille paganus, qui de Christo, & S. Nicolao prius erat scandalizatus hoc miraculo ad fidem conuersus est, & baptismum recepit. Nolite ergo ô Christiani iurare fraudulenter, vel cum proximi damno, sicut multi faciunt, qui pro lucrando vno aureo, centum facerent falsa iuramenta, nec quando aliquid cum iuramento promittunt fidem datam attendunt. Vos vero cum aliquid facere iuraueritis quod illicitum non sit, illud seruate secūdum Dei præceptum Leuit. 19. dic. *Redde Domino iuramenta tua*, & idem habetur in ca. & si Christus, de iureiur. & in capit. si peccatum, 22. quæst. 1.

Nunquid coactus ad iurandum sit excusatus.

SEd quæritur, nunquid coactus ad iurandum excusetur? Respondeo secundum Asten. vbi supra, & sanctum Bonauent. in 3. dist. 39. quod non. vnde scriptum est, 22. q. 5. c. qui compulsus: *Qui compulsus à Domino fecerit periurium, vtique sunt periuri, & Dominus, & miles; Dominus quia præcepit, miles quia, plus domino suo, quam animam diligit.* Sed iterum quæritur, nunquid coactus ad promittendum aliquid per iuramentum, teneatur seruare promissum? Hanc quæstionem tractat S. Bona. vbi supra, art. 3 q. 2 & Alex de Ales vbi supra, & Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. & Ioannis glo. ad Bernardus extra de his, quæ vi metusue cau. fi. cap. obtas. & de iureiur. c. ad aures. Et licet diuersimodè loquantur, tamē eorum dicta ad concordiam reducendo vel interpretando, videtur dicendum, quod in his in quibus de essentia contractus, requiritur voluntas omnino libera, ex tali iuramēto coacto, non nascitur obligatio, vt in matrimonio coacto, quod ipso iure est nullum, nec debet rescindi actione quod metus causa, vt inquit Panor. in c. cū locum. de spon. Et dicit, quod hæc est communis opinio doctorum. In alijs vero quæ licet requirāt voluntatem contrahentium, non tamen de essentia requirunt voluntatem omnino liberam, vt in casu nostro, si promitto dare decem, vel aliquid operis facere, dico, quod si nō intendo seruare iuramentum, nec me obligare, licet peccem mortaliter, tamē non teneor ad implendum promissum quo ad Deum: ideo autem pecco mortaliter, quia potius debeo quodlibet malum corporale & temporale sustinere, quam periurio, aut alteri peccato consentire, vt in ca. sacris, de his quæ vi metusue. ca. & 32. q. 5. c. ita ne. si vero intendo me obligare potius quam periurare, id est, potius, quam iurare, quod facere nō intendam, licet taliter iure coactus quod nullo modo libere facerem, tamē secundum prædictos doctores teneor, ex hoc iuramēto; & hoc etiam tenet Ray. per c. si vero, extra de iureiur. & c. ad audientiam, extra, quod me. causa. & ratio est, quia Deus respicit voluntatem interiorem, quæ nō potest cogi omnino. Et ideo dicitur, quod coacta voluntas, voluntas est 15 q. 1. ca. nemo. & ff. quod me. caus. l. si mulier. 5. si metu. Sed si quæratur cui teneor soluere, omisso, quod sit de foro iudiciali, dico, quod in foro conscientiæ, talis me cogens nō potest petere aliquid, nec si solua, tibi retinere, quia fraus nulli debet patrocinari, nec ex sua iniquitate

tate quis debet lucrũ reportare, extra de dolo.& contu.c.ex literis,& c.ſedes.& c. ex tenore,de reſcrip.& ff.mand.l.hominẽ & ff.de vſu.l.3.§.fi.& C.de excep rei. iu.l. ſi longinquus. Non etiam poſſum mihi retinere,quia ſemel cum iuramento promiſi, habens intentionem me obligandi, potius quàm periurandi,& ideo iſta promiſſa debentur iudicio meo pauperibus, in foro conſcientię,quibus debeantur,ſecundum notata in c.non ſane. ad ñ.14.q 5. & in c.cum tu,de vſu.

DE BLASPHEMIA.

QVartò ſit contra hoc præceptum per blaſphemiam. hoc autẽ maledictum vitium eſt contra primũ præceptum,quo Deus præcipitur honorari, & per conſequens etiam Sanctι.Nihil ergo eſt tam cõtra primum mandatum,ſicut blaſphemia, quæ vilipendit Deum, & ſanctos,ſed non minus eſt cõtra ſecundũ præceptum, quo præcipitur, ne nomen Dei nominetur in vanum, quanto ergo magis prohibetur aſſumi ad blaſphemandum? Et ideo hoc iniquiſſimum vitium ponitur ab irrefragabili Theologo Alex.de Ales.contra ſecundum præceptum, vt patet in 3.parte, ſummę eius,in tractatu ſecundi prȩcepti. De quo etiam intendo tractare in 2. parte principali huius operis ſermone 4. part. 2.ideo ad præſens,vt ſciatur quid ſit blaſphemia.dico ſecundum Alexand.de Ales in 2.part.ſummæ,q.148.quod blaſphemare eſt cõtumeliam Deo,aut Sanctis inferre: licet autem blaſphemare propriè ſit contra Deum, tamen etiam dicitur committi blaſphemia ex cõtumelia, vel conuitio Sanctorum, quorum blaſphemia, vel maledictio, ſiue irreuerentia redundat in blaſphemiam, & maledictionem, ac irreuerentiam Dei, quia ſicut *Deus laudatur in Sanctis ſuis*, Pſal.vlt. ita blaſphematur in eis,& probatur per capitulum, ſtatuimus in prin. de mile. ſicut enim iniuria filij reputatur iniuria patris. l.pater. ff.de iniu.& ignominia illata nuncijs,ſiue legatis principis, non minus ad animum reuocatur, quam ſi ipſi principi eſſet inflicta.7.q.1.c.omnis.& 2.q.7.ca. accuſatio. & per gloſſam. in c. reuertimini.16. qu.1. Item ſicut iniuria Epiſcoporum, dicitur iniuria Chriſti, cuius legatione funguntur.3 quæſt.2. cap.nullum.in ſimilia iniuria facta Sanctis, dicitur iniuria Dei, & maxime iniuria facta Virgini gloriosæ, vt patet per dictum capitulum ſtatuimus ibi, *& maxime Beatam Virginem*, & facit ad hoc quod quando fit iniuria ſponſę,accuſatio datur ſpõſo.l.item apud Labeonem. §. Sponſum & quod ibi not.ff.de iniur. Item ſi vxori fiat iniuria, datur accuſatio marito. Inſt.de iniu.§.patitur. facit etiam ad hoc, quod mater gaudet priuilegio filij l.in ſolitum.C.ad l.Cor.de fal.Facit etiam ad hoc, quod ſi filius nõ honorat matrem ſuam,poteſt appellari impius, iuxta not.per Bal.in l.congruentius in fin. C.de patria pot. vel alio modo ingratus, vt in ſimili habetur per Bald in l.1.C.de ingra. libe. dicit autẽ idem Bal. ſingularis. in l. ſi familia. ff. de iuriſ. omnium iud. quod blaſphemia eſt duplex dicẽdo: Al dispetto di Dio, ædella Virg.Maria. & ideo duplici pœna punitur. Et hoc quando ſtatutũ dicit,quod pro qualibet vice blaſphemus puniatur. Secus autem ſi diceret ſimpliciter, ſi blaſphemauerit,puniatur,quia tũc pro vna ſolem blaſphemia punietur, quando vno contextu verborũ ſimul plures blaſphemiæ proferuntur, vt not. Bal. in l.nunquam plura.ff.de priua. delict. & in l.illud.ff.ad l. Aquil.ſicut etiam percutiens clericum pluries vno contextu,non incidit niſi vnam excommunicationis ſententiam,ſecundum Ioan. And.in c.delictum de reg.iur.li.6.in Mercu.licet tantò grauiorem, quãto pluries percuſſit: & pariformiter tanto grauius peccat blaſphemans,quãto plura verba blaſphemiæ profert, & conſequenter grauius puniri debet. Dicit etiam Bar.in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.de iniu. quod omne maled.ctũ deDeo, vel Sanctis,eſt blaſphemia, & idem dicit Hoſtι.in ſumma. Item blaſphemia dicitur verbum impie dictũ, vt auchen.vt non luxu.contra na.coll.6.

Blaſphemare quid ſit.

Dicit etiam Angelus de Perusio. in l. 1. C. si quis Imper. mal. quod blasphemia est omne verbum vituperosum, scilicet de Deo, vel de Sanctis, etiam si non maledicatur Deus. Secundum autem B. Ambrosium in libr. de Paradiso, *blasphemia est, cum Deo attribuitur, quod ei nō conuenit, vel ab eo aufertur, quod ei conuenit.* Theol. autem addunt aliam differentiam blasphemiæ, scilicet cum attribuitur creaturæ, quod soli Deo appropriatur, de quibus differentijs blasphemiæ tractat Alex. de Ales vbi supra, & B. Tho. 2. 2. quæst. 13. art. 1. Tunc autem quis dicitur attribuere Deo, q̄ ei non conuenit, quando dicit verba despectiua, vel maledictiones contra ipsum, sicut ei diceret, Maledetto sia Dio, vt dicit Angel. vbi supra, & Bal. in consilio suo incipiente, *Statuto ciuitatis Castelli.* Item quis blasphemat si dicat: Al diserto di Dio, secundum Ludouicum Romanum, in singularibus suis in verbo, *blasphemia.* ver. *statuto cauetur.* Item quando dicit Deum iniustum vel partialem, aut crudelem, vel alia huiusmodi. Et quod dicitur de blasphemia Dei, etiam intelligitur de blasphemia Virginis, & aliorum sanctorum, dum illis attribuitur, quod Deus ex gratia sua declarauit nolle in eis esse, vel cum turpiter nominantur, aut vituperantur. Secunda differentia blasphemiæ Dei est, vt supra diximus, quando ab eo remouetur, quod ei conuenit: & hoc peccatum cōmittitur multis modis. Aliqui enim blasphemant Deum, eius prouidentiam negando, dicentes, ipsum nō habere prouidentiam de actibus humanis, sed omnia euenire à casu, & à fortuna. Alij blasphemant eum, negantes ipsius potentiam, dicētes, Deus non potest hoc facere. Alij vero eum blasphemant, negando ipsius sapientiam, aut misericordiam, vel aliam virtutem; & similiter blasphemantur sancti, cū ab eis remouetur, quod Deus declarauit in eis esse. Tertia differentia blasphemiæ est (vt diximus) cum creaturæ attribuitur, q̄ soli Deo appropriatur, vt si quis diceret aliquē hominē posse dare alteri tot beatitudinem, vel scire futura, quę dependent ex libero arbitrio, aut per accidens contingunt in rebus humanis, quæ solius Dei est præscire, vt habetur Esaiæ quarto, & 26. quæstione quarta. capitul. quodam loco. Sciendum est etiam quòd blasphemia de se, & ex genere suo est peccatum mortale, quia repugnat charitati diuinæ, vt ait Alexāder, & Thoma, vbi supra: potest autem esse veniale, si fiat ex subreptitione, siue deliberatione, vt cum quis ea, quæ dicit, non aduertit esse blasphemiam, sed ex aliqua passione in verba blasphematoria subito prorumpit, quorum sensum non attendit siue significationem. Cum autem aduertit verba esse blasphematoria, licet subito ex iræ impetu hoc faciat, nō propter hoc excusatur à mortali, etiam si de commisso cito doleat, sicut non excusatur ab homicidij reatu, qui hominem occidit ex subito iræ motu, cum aduertit quod facit. Licet enim calore iracundiæ cōmissum homicidium mitius puniatur, quam si commissum fuisset animo quieto, & non turbato, tamen non excusatur à mortali peccato, & puniri debet l. Gracchus. C. ad legem. Iuliam de adul. & faciunt notata per glossam. in l. quod calore. ff. de reg. iur. & quæ notantur in l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad l. Aquil. Ad confirmationem autem prædictorum di. Panor. in d. c. statuimus. in 2. col. quod si quis blasphemaret calore iracundiæ, vel ebrietatis, per hoc nō excusatur a peccato. Et licet idem Panor. distinguat di. quod si calor iracundię fuit ex iniusta causa, puta quia in ludo amisit, non excusatur blasphemans à pœna illius statuti. argumentum in cap. inebriauerunt 25. q. 1. Si verò calor iracundiæ processit ex causa iusta, excusatur a dicta pœna, quia difficillimum est, tantum dolorem temperare. l. si adulterium cū in cęstu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. Ité ignoscendum est ei, qui prouocatus ita facit. l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bonis lib. Item quod si ebrius dedit causam ebrietati, non excusatur a dicta pœna blasphemando; si verò nullam dedit causam, excusatur. Tamen eius distinctio non tollit, quin ille peccet mortaliter, qui ex

2. *Blasphemiæ differentia.*

3. *Blasphemiæ differentia.*

Quomodo blasphemūs ex impetu iræ peccat, & quomodo non.

Digitized by Google

qui ex iracundia blasphemaret, etiam si ex iusta causa sit concitatus ad iracundiam. imò ipse Panor. affirmat eum mortaliter peccare, dum dicit, quod licet talis peccet grauiter, tamen non punietur pœna illius statuti: vnde innuit, quod debet puniri alia pœna arbitraria propter tale peccatum, quod etiã innuit esse mortale, dum dicit, grauiter, quod importat idem quod mortaliter. c. si celebrat, cùm ibi not. de cle. excommun. item quod calor iracundiæ non excusat à peccato, affirmat idem Panor. in c. sicut ex litteris. de iureiu. in prin. nisi fortè esset talis, & tanta turbatio, quę saperet qandam mentis alienationem, argumento glossæ notabilis in c. dudum. de conuer. coniu. super verbo calore. & facit. d. lex quod calore. ff. de reg iu. & l. 3. ff. de diuor. Item si quis blasphemat iocosè, vel temerariè, peccat mortaliter, si deliberatè facit, & aduertenter, quia talis blasphemia respicit contemptum Dei, qui contemptus non vitiatur ex iocositate, vel temeritate. & facit ad hoc quod notat Panor. in c. tua nos. el. 1. de iureiu. dicens, quod periurans ex iocositate, vel temeritate, peccat mortaliter. & idem tenet Arch. in c. habemus. 22. q. 1. dicens, quod si quis trãsgreditur iuramentum scienter, peccat mortaliter, etiã si iocosè iurauerit; Quod si hoc est verum de periurio, multo magis de blasphemia, quę est grauius peccatum: quod probatur ex pœna, pœna enim declarat atrocitatem delicti. l. respiciendum. ff. de pœnis. minor autem pœna debetur periurio, quàm blasphemiæ, quod patet per illud, quod inquit Imperator. in l. 2. C. de re credi. di. *Iurisiurandi conceptæ religio solum Deum vltorem habet.* i. pœna ordinaria. De blasphemis autem dicit idem Imperator. in authen. vt non luxu. contra natu. col. 6. circa medium, *quod iracundiam Dei prouocant, quod propter talia delicta*, i. sodomiam & blasphemiam, *fames, & terræmotus, ac pestilentiæ fiunt, & quòd in talibus delictis inuoluti, primum quidem indignos semetipsos faciunt Dei misericordia; post hæc autem & legibus constitutis subijciuntur tormentis*, & subdit Imperator: *Præcipimus gloriosissimo præfecto regiæ ciuitatis, permanentes in præsentis sæculis actibus, post hanc admonitionem, & comprehendere, & vltimis subiacere supplicijs, vt non ex contemptu talium inueniatur, & ciuitas, & respublica per hos impios actus læsa.* & ibidem etiam dicit: *Si enim contra homines facta blasphemiæ impunitæ non relinquuntur, multo magis qui ipsum Deũ blasphemant, digni sunt supplicia sustinere.* hæc Imperator. Mala autẽ consuetudo blasphemandi non excusat, imò aggrauat peccatum sicut & in alijs delictis. l. capitalium. § solent. ff. de pœ. & c. cum tanto. de consue. cum simil. istos autem blasph mos super alios peccatores, magis offendere Deum, probat magister Ioannes Alamanus ordinis Minorum in suo Quadrag. simili, sermo. 63. di. quòd alij peccatores inferunt contumeliam Deo in rebus suis, vel seruorum suorum, sicut fur, homicida, raptor, & cæteri; blasph mus autem contumeliam infert Deo in propria persona vel sponsæ suę, ac filiorum suorum. l. Virgini Mariæ, & sanctorum. Ibidem etiam dicit, quod blasphemus est peior idololatra, quia idololatra honorem suum aufert Deo ex ignorantia. blasphemus autem non solùm aufert honorem, sed etiam infert ei contumeliam scienter. Item peior est hęreticis, qui loquuntur ea, quæ credunt esse vera. blasphemus autem contra suam conscientiam de Deo dicit, quod scit non esse dicendum. Item peior est Iudęis, qui (vt ait B. Hiero. super Matt.) scindebant vestimenta sua cum audiebant blasphemiam, vt tali signo ostenderent dolorem cordis de iniuria Dei, sicut fecit princeps sacerdotum, cùm putauit Christum blasphemasse, sicut patet Matt. 26. Christiani autem audientes Deũ blasph. mari, non modo non ostendunt signa doloris, sed sæpè rident, & etiam ipsi blasphemant. O diabolici blasphematores, vos vestris blasphemijs Christum flagellatis, vnde Aug. in quadam homil. *Christus flagellatus flagellis Iudæorum, flagellatur etiam blasphemijs factorum Christianorum.* Vos etiam quantũ est in vobis, sagittas blasphemiæ in arcu linguæ vestræ dirigitis in cor

Consuetudo sine abusus blasph. mãdi non excusat.

Blasphemia idololatra peior.

Blasphemus hæreticis peior. Blasphemus Iudæis peior.

Christi & B.Virginis,ac sanctorum: Vnde de vobis dici potest illud 1.Paralip.12. *Fundis sava facientes,& diligentes sagittas*, & illud Hiere 6. *Extenderunt linguas suas, quasi arcum*,& ibidem *Sagitta vulnerans lingua eorum*,& illud Psalmi. *Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ,& lingua eorum gladius acutus.* Quapropter dicere potest Deus de blasphemante ipsum,illud Tren.3. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* Item de blasphemantibus sanctos dicere possumus Deo illud 2.Reg.11.*Direxerũt sagittarij iacula in seruos tuos.*O impie blasphemator, expectato diuinam vltionem. Abbreuiabitur enim vita tua,& mors accelerabit,& eris sicut pomum marcidum,quod de arbore cadit antequam mãturescat, scriptum namque est Iob 12.*Imp.i sub.ati sunt antè tempus suum*,& Prou.10. *inni ipsorum bo.ctabun.ur* O temeritas maxima blasphemantium. Si enim,vt dicitur in Epist.Iudæ Apostoli, & etiam habetur in c.si igitur.24. q. 3. cùm S.Michael altercaretur cum diabolo maledictionis omnis dignissimo,noluit eum maledicere,quomodo audet maledictus homo Deum,ac sanctos blasphemare,atque eis maledicere. O perditi blasphematores,cum Deus sit pater omnium per creationem, quem quotidie salutare debemus,sicut boni filij patrem suum,alijs dicentibus *Pater noster, qui es in Cœlis, sanctificetur nomen tuum*,vos dicitis,maledicatur nomen tuum. & ideò de quolibet vestrum conqueritur Deus di.Mala.1. *Si ego sum pater tuus,vbi est amor meus?* & Deut.32.*Deum qui te genuit dereliquisti, & obliuius es Domini Creatoris tui.*Nobis autem,qui eum non blasphemamus,inquit Psalmista,*Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes.*Pro maiori autẽ prædictorum declaratione non silẽtio prætereundum censeo, quantam pœnam mereatur blasphemans in inferno, cum etiã in hac vita maxima ei sit pœna taxata, vnde extra de male c.statuimus.Greg.IX.ait: *Statuimus,vt quicquis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum,& maximẽ B.Virginem,linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumpserit,per Episcopum suum pœnæ subdatur infertis annotatæ, vt videlicet 7.diebus Dominicis præ foribus Ecclesiæ in manifesto dum aguntur missarum solemnia, blasphemus existens,vltimo illorum Dominico,pallium,& calceamenta non habeat,ligatus corrigia ad collum, septemque præcedentibus feriis in pane & aqua ieiunet,Ecclesiam nullatenus ingressurus &c.*Si quitur,*cui, si renuerit recipere, ac peragere pœnitentiam supradictam, Ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu Ecclesiastica careat sepultura.* Hæc ibi. Blasphemantes etiam exemplo Apostoli per excommunicationem debent satanæ tradi.c.qui peccat.23.q.4.& c Apostolicæ 24.q.3.O blasphemi mali dicti,qui pollu.to ore turpiter de altissimo D o.& B.Virgine, cæterisque sanctis iniuriosa verba profertis,considerate, quàm horribilem expectatis sententiam. Si enim iniuriosa proferes verba de aliquo mortali homine etiam priuato,acriter puniri debet,vt in l.lex Cornelia.ff.de iniu.Et mu'tò magis,si talia dicat contra Imperatorem, vt in l.famosi.§.hoc tamen crimen.ver.quãquam.n.cum ibi not.ff.ad Iul.maie.Quid erit de blasphemantib.Deum, ac spõsam eius Virginem gloriosam? Profectò cùm Imperator velit Augustam coniugem suã gaudere suis priuilegijs,vt in l.princeps. ff.de legi.nõ minus multoties punit Deus blasphemos ipsius pijssimæ matris suę, quàm suos. Imò cùm sæpè dissimulet iniuriam suam expectando conuersionem peccatoris,vt dicitur Sap.11. quòd etiam facit Imperator terrenus,vt in l.vnica.C. si quis Imperatrm.tamen sustinere nõ vult iniuriam factam matri. Vnde refert Cæsarius, quòd dum duo luderent ad taxillos,vnus horribiliter Deum blasphemare cœpit, deinde cœpit iniuriosa verba de Virgine benedicta proferre, & statim audita est vox Christi dicentis: Iniuriam meam patienter tuli,sed iniuriam factam matri meę ferre non possum.Et subitò ille miser à Deo percussus, cecidit mortuus,& à diabolo ad infernum est portatus.O igitur deuoti Christiani nolite aduocatam nostram fidelissimam blasphemare.Legitur namque,quod quidam gloriosam Virginem in diuersis mẽbris blasphemauit,qui statim illa membra perdidit in proprio corpore, deinde desperatus

Pœna temporalis blasphemantibus debita.

tus crepuit medius, infelicem animã diabolo tradens.

Blasphemiæ vitiũ, videlicet spiritus, nõ remittitur neq; in hoc seculo, neq; in futuro, & vide quomodo aliud est blasphemia, aliud spiritus blasphemia.

O Iniquissimum blasphemiç vitium, tu es illud quod nõ remittit Deus, neq; in hoc sæculo, neq. in futuro, vt inquit D. Matt. 12. quod tamen exponendum est secundùm Bonau in 2. dist. 43 in qu. circa literam, & Ale. de Ales in 2. par. summæ in tract. de blasphemia. ar. vl. quòd aliud est blasphemia, aliud est spiritus blasphemiæ. Blasphemia enim si procedat ex quadam aduertentia, vel humana fragilitate, est remissibilis. Spiritus autem blasphemiæ pro eo quod immediatè spirat ad odium Dei, & directo est cõtra bonitatem & clementiam Spiritus S. dicitur irremissibilis, sed quia non habet secum aliquam causam vel materiam ad remissionẽ: vnde Hugo de S Victo. de hoc peccato loquens inquit: *Hoc malum ideo quod nihil habet in se excusationis, non meretur habere remissionem.* De huius maledicti vitij punitione, refert Grego. in 4. dial. quòd quidam puerulus 5. annorũ, in ciuitate Roma blasphemare consuetus, semel existens in brachijs paternis, vidit venire ad se dæmones, & cœpit clamare dicens: Adiuua me pater, quia Mauri veniunt, vt me auferãt. Quo dicto nomen Dei blasphemauit, & statim diabolus eum de manibus patris eripuit, & ad æterna supplicia portauit, quia secundùm Host. habebat vium rationis, & discretionis. Legitur etiam, quòd miles quidam in diœcesi Remensi, cùm quadam die in cœna Deum blasphemaret, statim percussus morbo caduco coràm astantibus cadens, ac per totam sequẽtem diem horribiliter proprium corpus dilacerãs, miserabilem animam diabolo commendãs expirauit. Nauta quoq; cùm natando Deũ blasphemasset, statim submersus fuit, quem frater eius posteà in littore mortuum reperiens inuenit sine lingua. Legitur etiam, quòd imperante Anastasio. 528. anno post Christum apud Carthaginem Olympius quidã Arrianus sanctam Ecclesiam catholicã in balneis blasphemans tale excepit iudicium. Nam statim tribus igneis iaculis ab Angelo Dei desuper missis visibiliter cõbustus est. Quidam etiã Iosias nomine Partialis, & blasphemus, cùm à patria sua expulsus à parte vagaretur, in quodam hospitio infirmatus equum quem habebat vẽdidit pro expensis. Post aliquot dies cùm tabernarius mercedem suam pro alijs expensis peteret, dixit ille: ego nihil amplius habeo nisi diploidem & caligas, accipe eas. Sed faciat quicquid vult proditor iste Deus. qui me hic relinquit sic desolatum, quod velit nolit, intrabo in domum meam, & tot mala faciam, quod diabolus erit. quod audiens quidam nobilis eum reprehendit dicens: Noli sic loqui frater. quia si totus mundus esset pro te, non poteris inuito Deo domum intrare. Ille autem dixit, Etiam dico, & replico, quòd velit nolit Deus, ego intrabo. Mirabile dictu, statim discerpens se, à diabolo rapitur, & laceratus ad tartara portatus est, quod ille nobilis vni fratri nostro posteà retulit. Narrat quoque Petrus Damianus, quòd in Burgundia quidam clericus benè præbendatus, audiens legi in missa illud Euangelium, *qui se exaltat humiliabitur*, derisit Christum dicens: Si ego humiliatus fuissem inimicis meis, nõ haberem hodiè tot præbendas Quo dicto, venit statim de Cœlo sagitta, quæ in os eius intrans, eum miserabiliter occidit. Refert quoq; idem Petrus Damianus, quòd in Bononia duo socij ad mensam comedẽtes gallum, vnus ex illis diuisit minutim membra eius, & proiecit super illum piperãtam, alius verò videns illum sic minutum diuullũ inquit: Certè (socie mi) ita minutũ diuisisti, quòd S. Petrus non posset reintegrare. Et ille respondit, non solũ S. Petrus, sed nec etiam Christus. Quo dicto, statim gallus rediit viuus, plenus pẽnis, & cantans, & percutiens alas, proiecit de illa aqua impiperata super illos blasphemos, qui continuò infecti sunt leprosi, & nunquam sanati sunt, imò hæc lepra descendit in posteros eorum. O Christiani quare Deum vestrum blasphematis? cùm Saraceni non blasphement Macho-

Digitized by Google

Machometum suum, imò nec Christum, nec beatam Virginem? Quinimò si quis eos blasphemaret secundùm legem eorum, deberet per medium secari, & crudeliter interfici. Secundùm etiam leges Imperiales, blasphemus debet eadem morte mori cum Sodomita. Vt in authentic. vt non iux. contra naturam coll. 6. circa medium. In veteri quoque testamento horribilis mors ordinata est blasphemis. Vnde legitur. Leuit. 24. quòd quidà blasphemus adductus est ad Moysem, vt puniretur, qui posuit eum in carcerem, consulens Dominum, qua morte eum deberet punire. Respondit autem ei Dominus, *Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum vniuersus populus. Et ad filios Israel loqueris; homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, sive ille ciuis fuerit sive peregrinus.* hæc ibi. O maledicti blasphemi vos estis canibus peiores, qui non latrant contra Dominos suos. Et ideò de vobis conqueritur Dominus dicens per Psalmistam: *Retribuerunt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Nolite ergò Deum vestrum tam pium, tam benignum, tam clementem blasphemare, nec aliquem sanctorum maledicere, vt à pœnis æterni supplicij liberati, cum ipso Deo, & sanctis eius in cœlesti gloria in æternum gaudere valeatis, ipsumque Deum vna cum Angelis, & beatis omnibus in æterna secula benedicatis.

Amen.

FERIA II. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

De voti diffinitione, excusatione, dispensatione, ac obligatione.

SERMO XVIII.

EXAVDI *Domine, placare Domine, attende & fac.* Dan. 9. Quærunt nonnulli doctores, vtrùm emissio voti pertineat ad primum præceptum decalogi; an verò ad secundum. Et primo videtur, quòd pertineat ad primum. Quotiescunque enim quis Deum veneratur, adimplet primum decalogi præceptum, quod præcipit Dei venerationem. Exod. 20. & Deut. 6. ergò emissio voti, cùm sit quidam actus latriæ, videtur ad primum præceptum pertinere. Quòd autem ad secundum pertineat, potest probari per ea quæ inquit Thom. 2.2.q.89 ar.8. & Ric. in 4. di 38. ar. 5. q 2. vbi dicunt, quod votum factum Deo magis obligat, quàm iuramẽtum factum homini, iuramenta autem promissoria facta hominibus, cadunt sub secundo præcepto, ergò, & votum. Et ideò sicut transgrediens iuramentum, est transgressor secundi præcepti, quod prohibet assumptionẽ nominis Dei in vanum, ita transgressor voti, qui in vanum Deo promisit, quod postea seruare noluit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd cum diuersis respectibus votorum transgressio contrarietur. 1. & 2. decalogi præcepto, non potest esse nisi maximum peccatum. De his autem transgressoribus multi inueniuntur, qui in necessitate constituti vota faciunt, *vel secundum decalogi præceptum.*

Digitized by Google

ciunt, dicentes Deo verba proposita pro themate nostro, quæ postea obseruare nolunt. Et ideo de his votis tres inpræsentiarum considerationes faciemus. Prima dicetur diffinitionis. Secunda causationis, & dispensationis. Tertia, & vltima appellabitur obligationis.

DE VOTI DIFfinitione.

QVo ad diffinitionem voti, est sciendum, quod magister sententiarum. in 4. di. 38. votum diffinit dicens; *votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his quæ sunt Dei, fieri debet.* Et hanc diffinitionem originaliter posuit Hugo de S. Victore. lib. 2. de Sacramentis. parte 12. c. 3. Thom. vero. 2. 2. q. 88. ar. 1. sic votum describit: *Votum est conceptio melioris propositi, animi deliberatione firmata.* Richard. autem. in 4. di. 38. art. 3. q. 2. sic describit: *Votum est propositi superrogati boni promissio Deo facta, propter finē ex deliberatione firmata, cum intētione obligādi se ad implendum promissum.* & hæc diffinitio videtur plenior, & continet septem conditiones, quæ ad votum requiruntur. Primum ergo necesse est, quod votum fiat Deo, quia cum vouere sit actus latriæ, soli Deo debetur, secundum Richard. in 4. dist. 38. art. 3. q. 1. & Thom. vbi supra, & Aſten. parte. 1. suæ sum. lib. 1. titul. 20. ar. 2. q. 1. & sanctum Bonauenturam in 4. dist. 38. Si autem quæratur quid de votis, quæ fiunt sanctis? Respondetur, quod non habent plenam rationem voti, nisi in tantū in quantū promittitur ipsi sancto, tale votum adimplere amore Dei, ita q̄ principalis obligatio respicit Deum magis quā sanctum, vt inquit Richard. vbi supra in responsione primi argumenti. Nam *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, 1. Posteriorum. & 2. Metaphysicæ.

SEcunda conditio voti est, quod fiat de re bona, & non mala, secundum Tho. vbi supra art. 2. & etiam Richar. vbi supra arti. 3. q. 1. & sanctum Bonau. in 4. dist. 48. & Aſten. vbi supra artic. 3. q. 1. Et hoc est quod scriptum est. 22. q. 4. c. in malis, & est sumptum ab Isid. in synonymis. lib. 2. c. 16. vbi inquit: *In malis promissis rescinde fidē. In turpi voto muta decretum. Si quid incaute vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.* Nam & Iephte, qui secūdum opinionem aliquorum, propter votum filiam suam interfecit, Iudicum 11. secundum. Richard. vbi supra, in vouendo fuit incautus, & in reddendo votum, impius, tamen quia postea de hoc pœnituit, & in bono perseuerauit, enumeratur à Paulo inter sanctos, ad Hebræ. 11. Aliorum tamē verior videtur opinio, quod non interfecit eam, sed eius virginitatem Domino dedicauit. Tale etiam votum de re turpi damnat Seneca, Epistola. 10. ad Lucil. Similiter inquit Tho. & Bonau. & Richard. vbi supra, & Aſten. etiam, vbi supra. q. 2. quod votum non debet esse de inutili, & vano, & minus bono, sed de maiori bono. Tertia conditio voti est, quod fiat propter bonum finem, ad excludendum votum, quod fit propter malum finem, quāuis sit de re bona, quod non tenet, secundum Richard. vbi supra, artic. 1. q. 1. & 2. & Aſten. vbi supra art. 1. q. 1. Finis enim est causa causarum. 2. Meta. & 2. Physicorum. Et ideo actus dicitur bonus, si habet bonum finem, & econtra, vt inquit Ambrosius in libro de officijs. Quod autem non teneat tale votum, probant sic prædicti doctores. Aut enim sperat propter illud votum, se posse consequi illū malum finem, aut non. Si sic, maxime errat, quia secundum August. lib. 83. quæstionum. q. 3. impossibile est, quod Deo volente, fiat homo deterior, deterior autem efficitur per consecutionem finis mali. Error vero circa principale motiuum alicuius facti, impedit consensum in ipsum factum. Si autem non intendit se posse consequi illum malum finem, cum electio non sit impossibiliū secundum Philoso. 3. Ethicorum c. 5. non videtur se obligasse, faciendo votum prō re impossibili: secundū eorum opinionē mortaliter tamen peccauit. Quidam aūt doctor inquit, quod cū

Ostendit vo tum debere fieri propter bonum finem.

Digitized by Google

nemo peccet nisi Deo permittente, vt ait Augustin. 2. de ciuit. Dei. videtur tutius, quod adimpleat votum consecuto tali fine. Quarta conditio voti dicitur deliberationis; secundum enim Thom. vbi supra art. 1. & Richard. in 4. dist. 38. art. 2. q. 2. & Aste. vbi supra art. 2. q. 2. sicut in nobis est duplex velle, scilicet plenum, quod est deliberatum, & semiplenum, quod est velle ex subreptione, sic etiam est duplex votum, scilicet votum quod habet plenā rationem voti, & de ratione talis voti est, quod fiat ex deliberatione. Est etiam votum quod non habet plenam rationē voti, vt est votum factum ex subreptione, & tale non obligat de necessitate, sed potius ex quadam congruitate. Et ideo secundum Richard. in 4. dist. 38. ar. 3. q. 3. quādo aliquis nude promittit aliquid sine iuramento, non intendens se obligare, non oritur obligatio, argument. extra de voto. c. literaturam & ff. de actio. & oblig. l. obligationum. Si verò habebat animum obligādi se, tenetur implere promissum, si cum deliberatione fecit, etiam ex nuda promissione, argum. 2. q. 5. c. iuramenti & 27. q. 1. c. hæ vero. Si vero sine deliberatione fecit, votum nullum est, vt dicit glos. in c. litteraturam. de voto. Et ideo carens vsu rationis non potest vouere, extra de regular. c. sicut tenor.

De votis à mulieribus in doloribus partus existentibus factis, vel à viris proprijs vel suorum angustijs laborantibus, quādo. s. adimplere teneantur.

SEd hic quæritur de votis factis à mulieribus in doloribus partus, vel à viris in suis angustijs proprijs, vel suorum. & respondet Thom. vbi supra, quod si habēt intentionem obligandi se, cogitantes de causa vouendi, scilicet de dolore, vel periculo à quo intendebant per votum liberari, tenentur adimplere secundum Ambr. 17. q. 4. c. sunt qui opes. Si autem dubitent, vtrum intenderint se obligare, tutius est, quod impleant, quia in dubijs securior pars est eligenda, vt dicitur extra de homi. c. ad audientiam & l. semper in dubijs. ff. de reg. iur. Ideo Montanarius in Luna celeri dicit: *In dubio sapiens cernit quod tutius intret.* Si vero sciunt quod sine deliberatione, sed solum ex subreptione ex nimietate doloris, & angustiæ, inconsiderate vouerunt quod deliberate non fecissent, non tenentur. Ista tamen deliberatio non requirit magnum tractum temporis, secundum Theologos in 4. di. 38. & ideo possumus dicere, quod illa deliberatio quæ sufficeret ad obligandum diabolo per peccatum mortale, sufficit ad obligandum Deo, per votum. Similiter si quis iratus calore iracundiæ, faciat juramentum vel votum, quod non fecisset secundum vsum rationis, non tenetur adimplere, quia quod calore iracundiæ fit, pro non facto debet haberi, vt dicitur in l. quicquid. ff. de reg. iur. & in l. 3. ff. de diuor. Difficillimum est enim iustum dolorem temperare, vt dicitur in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. Quod verum est si iracūdia totaliter impedit vsum rationis. Si quis vero aliquod votum emittat cum aliquali deliberatione, licet non plenè, tutius est, quod obseruet, aut dispensationē quærat. Quinto secundum Bonauentur. & cæteros doctores (vbi supra) ad votum requiritur promissio, scilicet vel vocalis de qua Psalmist ait: *Reddam tibi vota mea, quæ dixerunt labia mea*, aut mentalis, quæ obligat quo ad Deum, qui solus intuetur cor. 1. Reg. 16. & 14. q. 5. c. si quid. Quapropter Ric. & Tha. vbi supra dic. q. propositū solum ad faciendum aliquod bonum. nō facit votum, sed propositum promissione firmatum. Et ideo has omnes conditiones tangens Ray. in sua summa, diffinit votum dicens: *Votum est alicuius boni cum deliberatione, Deo facta promissio.* Sexta conditio voti est, quod fiat de his, quæ supererogationis, & non necessitatis, vt potest colligi à Magistro sent. in 4. dist. 38. c. 2. & Ric. ea. dist. art. 3. & Ast. vbi supra. q. 2. & Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. q. 1. & in 4. scripto. dist. 38. art. 2. q. 1. Et ideo dicit Magister sen. vbi supra, quod votorum, aliud est commune, quod omnes in baptismo faciunt, cum spondēt per se, vel per alium renunciare diabolo, & pompis eius, vt habetur de conse. dis. 4. c. prima igitur. & c. primum interrogetur, & tale votum, quia fit de necessarijs

ad

Digitized by Google

ad ſalutem, non habet propriam rationē voti. Singulare autem votum eſt, cum aliquis ſponte promittit ſe facturū aliquod bonum, ad quod non tenebatur ante votū & de hoc voto dicitur per Aug. 17. q. 1. ca. ſunt quædam: *Sunt quædam quæ niſi vouerimus, non debemus ſed poſtquam ea Deo promiſimus, neceſſario reddere conſtringimur*, hæc ibi. Si quis tamen aliquid vouerit, ad quod tenetur etiam ſine voto, tanto grauius peccat cōtra faciens, quanto duplici vinculo eſt innodatus. arg. in §. penul. in auth. de cō. ſang. & vte. fra. & in §. ſi vero Iuſt. de adop. & in l. fi. C. de edic. diui. Adri. toll. Septima voti conditio eſt diſcretio. Diſcretio enim eſt mater omnium virtutū. vt in c. 1. de offic. cu. & 1. q. 5. c. pœnitentiū. Debet ergo votum fieri diſcrete, prudenter, & modērate, quia ſicut prohibita eſt indiſcreta pœnitentia, vt dicit Apoſtol', ad Rom. 12. ita & votum indiſcretum. Et ideo inquit Tho. 2. 2. q 88. quod vota illorum qui vouerunt non comedere de capite, vel de pedibus animalis, vel non lauare manus, & huiuſmodi, ſunt potius deridenda, quam ſeruanda, tutius tamen puto, quod qui taliter vouit, ſe ad cautelā abſolui faciat. Ex prædictis ergo colligitis, quanta in vouoquoque debet eſſe maturitas, quantaque prudentia in vouendo. Et hoc de prima noſtri ſermonis parte ſufficiat.

Nota vt contradictionē fugiat, quod hic accipit votum large, ſuperius aūt quandō dixit votum debere fieri de his quæ non ſunt.

DE VOTI EXCVSAtione, ac diſpenſatione.

PRo expeditione ſecundæ partis, notādum eſt ſecundum Tho. 2. 2. q. 88. ar. 10. & Bonau. in 4. diſt. 38. art. 2. q. 3. & Richar. ea. di. art. 9. di. 1. quod conuenienter in voto poteſt fieri diſpenſatio, ſi commutetur in aliquid quod ſit magis ad honorē Dei, non autem poteſt diſpenſari ſimpliciter, id eſt vt vouens nihil teneatur facere, capitul. non eſt, extra de voto. Et ideo in commutatiōne voti, tria debent conſiderari, vt in cap. magnę, extra de voto. ſcilicet quod licet, quod decet, & quod expedit, ſcilicet vt ſit melius. Sicut enim obligatus ad ſoluendum ſolidum, ſatisfacit cum donat libram, quæ eſt maioris valoris, ſic etiam ille, qui eſt obligatus Deo ad aliquod obſequium temporale, puta peregrinationis, vel ieiunij, aut alterius operis pietatis, ſi commutetur ei in melius, non frangit votum. Vnde accidit caſus, quod quidam vouit viſitare ſepulchrum Dominicum, & poſtea mutans propoſitum factus eſt monachus, de quo interrogatus Papa, an ſit reus voti fracti, reſpondit ſic. Reus fracti voti nullatenus habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare. cap. ſcripturæ extra de voto. In diſpenſatione autem non ſufficit, quod ſit æque bonum, aliter vterque peccat, ſcilicet diſpenſans, & ille qui diſpenſatur, ſi hoc ſciat (ſecundum Hoſtien.) Quo autem ad diſpenſantem, ſeu commutantem, ſciendum eſt, ſecundum Richard. vbi ſupra. articulo. 8. q. prima. & & Aſten. vbi ſupra. articul. 10. q. prima, quod quamuis in votis poſſit fieri commutatio, vt habetur extra de voto. cap. magnæ. & de iureiur. c. peruenit el. 2. nō tamen fieri debet auctoritate vouentis, quia nemo iudex in cauſa propria. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. Et ideo ſi quæratur quis poſſit vota diſpenſare, ſeu commutare, reſpondet Thom. vbi ſupra articul. 12. & Richard. vbi ſupra. articul. 9 quæſt. 2. quod ſummus Pōtifex, qui gerit plenariè vicem Chriſti, in tota Eccleſia, ipſe habet plenitudinem diſpenſandi, in omnibus diſpenſabilib. votis. Epiſcopis vero committitur diſpenſatio in votis, quæ communiter fiunt, & indigent frequenti diſpenſatione, vt habeant de facili homines ad quos recurrant, ſicut ſunt vota communium peregrinationum, argumē. ad hoc. extra de voto. cap. primo. Et ideo vota terræ ſanctæ, & Crucis, & religionis, reſeruantur ſummo Pontifici, extra de voto. c. ex multa, cum capitulis ſequentibus. Et idem ſecundum Hoſtien. & 24. q. 1. capit. quotiens. Et in his non debet Papa diſpenſare, niſi propter aliquā *In cōmutatione tria debent conſideraui.*

Et notanter dicit diſpenſabilibus, propter vones tum continē tes, quod dictum. Et penſari non poteſt, vide tamen pro hoc Dur. 4. d 38. q. 2. & cum ipſo tebet Papa diſpenſare, niſi propter aliquā neceſ.

maximam Ecclesiæ vtilitatem, vel necessitatem, vt in dicto capitulo. ex multa. Et idem habetur per Thom. in 4. distinctione 38. & Richard in eadem distinctio. art. 9. quæstione 1. & Innocen. & Hostiens. & communiter omnes Canonistas in cap. cum ad monasterium. extra de stat. mo. In alijs vero votis, quæ sibi Papa non reseruat ex consuetudine, vel decreto, possunt Episcopi dispensare, non autem inferiores prælati, nisi specialiter eis fuerit concessum. Exceptis prælatis religiosorum, qui dispensare possunt in votis subditorum suorum, vt infra patebit. In commutatione vero debet considerari personæ qualitas, & commutationis causa rationabilis, extra de voto. cap. primo. Et si est peregrinatinationis, debent considerari expensæ, quæ fierent in ea, & in alios pios vius conuerti, vt in dicto c. 1. & ca. scripturæ. extra de voto. In voto vero abstinentiæ, & similibus considerãda est asperitas seruationis voti, & aliorum quæ in voto comprehensa fuerunt. Item affluentia vouentis, vt in dicto c. 1. Similiter dicendum videtur de dispensatione iuramentorum. Nam ad quem pertinet votum commutare, siue dispensare, ad eundem etiam pertinet iuramenta dispensare, seu commutare, secundum Inno. in c. debitores extra de iureiur.

In commutatione voti quid sit considerandum

Quænam à voti comp'etione excusent. Primum excusans.

QVantum ad secundam particulam huius considerationis, sciendum secundum Theologos. in quarto, distinctione 38. quòd tria excusant a voti completione: Primo impossibilitas. Nam si quis fecit votum de impossibili, non tenetur, quia ad impossibile nemo tenetur, vt in lege impossibilium. ff. de regulis iuris. Sed vouendo peccauit grauiter, secundum Richard. in prædicta di. art. 5. q. 2. Si vero fecit votum de possibili, quod postea factum est impossibile, non tenetur seruare, nisi inquantum potest. Si autem omnino sit impotens, in toto liberatur, donec poterit. Quod si sua culpa impossibilitatem incurrit, grauissimè peccauit, secundum Richard. vbi supra. Et tenetur facere quod in se est, vt possit, & habere promptam voluntatem faciendi, quando poterit, secundum Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. Præterea notandum est, secundum Richard. in 4. di. 38. art. 5. q. 1. in respõsione secundi argumenti, quod si quis vouit monasterium aliquod vel religionẽ intrare, debet dare operam quantum potest, vt ibi recipiatur, & si habuit intentionem obligandi se ad religionem in generali, si ibi non potest recipi, tenetur aliam intrare, etiam si habuerit particularem affectionem ad vnam. Si vero solum intendebat intrare vnam religionẽ, vel locum, non tenetur aliam intrare, si ibi recipi non potest. Si vero non appareat de eius intentione, licet optaret intrare aliquam in particulari, in hoc dubio tenetur intrare aliquam aliam religionem, si in ea recipi non valet, secundum communiter docto. in 38. dist. 4. Item secundum Hugo. 32. q. vltima. c. non solum. si quis fecit votum, de carnibus non comedendis, vel de non bibendo vino, & huiusmodi, & postea infirmetur, & à medicis dicatur, quod in maximum discrimen sibi erit tale votum obseruare, potest contrauenire maxime ex auctoritate superioris. c. consilium. §. fi. de obser. ie iu. voto enim videtur inserta conditio tacita. s. si necessitas nõ obuiet, quia quod non est licitum ex lege &c. c. quod non est. de regu. iur. Et alibi dicitur, Quod ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de inter. acti.

Vide copiose omnia ista in 10. Bac. 4. d. 3. q. 3. artic. 3. & q. 4. ar. 3. ac in alijs vt nosti.

Nisi sit talis de qua credatur probabiliter, quod si de ea cogitasset, nullo modo consensisset intrare illã.

SEcundo ab impletione voti excusat superioritas: secundum enim Bonauenturam in 4. dist. 38. artic. 1. q. 3. cum votum procedat à libera voluntate, solum ille qui liber est potest vouere, non autem seruus arg. l. quod attinet. ff. de reg. iur. vbi dicitur. *Quod attinet ad ea, quæ sunt iuris ciuilis, seruus pro nihilo reputatur.* Et ideo ille, qui in aliquo subest alteri, in eo non potest vouere. vnde notandum est secundum Richardum, vbi supra articul. 4. q. 1. & Thom. 2. 2. q. 88. articul. 8. & Alten. vbi supra articul. 6. q. 1. quod sunt

2. excusans à voti completione. & hic ostendit quinam votum emittere non possunt.

quædam

quædam perſonæ, quorum vota non ſunt obligatoria, niſi ratificentur ab illis,à à quibus poſſunt irritari. Et ideo non debent ſeruari illis cõtradicentibus:Primi ſunt Epiſcopi, qui ſine licentia Papæ non poſſunt vouere,ita quod diſſoluatur vinculum, quod eſt inter eos, & Eccleſiam.extra de renunci. c.niſi cũ pridẽ,Epiſcopi enim ſunt ſponſi Eccleſiæ vt in cap. inter corporalia.extra de transla.Epiſcopi vel electi. Item non poſſunt emittere vota, quæ eſſent in præiudicium ſuæ curæ,vt in cap.magn.extra de voto. Secundi, qui non poſſunt vouere,ſunt clerici beneficiati, qui vouere nequeunt peregrinationem,aut aliud propter quod habeant relinquere Eccleſiam ſuam,ſine licentia prælati ſui, vt de conſecra.diſtin. 5.cap.non oportet. & extra de voto. cap. magn.& extra de renun.c.admonet. Votum tamen religionis facere poſſunt ſine licentia Epiſcopi.19.quæſt.2.cap.duę ſunt. Et ſimiliter de accipiendo crucem, vt extra de voto c.fin.Alia verò vota, quæ non vergunt in præiudicium Eccleſiæ ſuæ,vt puta abſtinentiæ,& orationis dicendę,& huiuſmodi, poſſunt facere ſine licentia Epiſcopi,& ſimiliter epiſcopi,ſine licentia Papæ,ar.8.quæſt.1.c.Clemens, & extra de teſtibus,c.relatum el.2.& extra de voto.c. magnæ. §.1. Tertio non poteſt vouere religioſus profeſſus, circa ea,quæ ſunt in præiudicium obedientiæ prælati ſui:vnde dicit Innocen.& glo.ac communiter Docto.in capitulo.monachis. vigeſim. quæſt. quarta, quòd in alijs, quæ non non præiudicant prælato ſuo,aut religioni,poteſt vouere, & tenetur ſeruare, niſi contrarietur ſibi à prælato ſuo. Et hoc etiam aſſerit Bonauentura, & Thom.vbi ſupra.In his verò ex quibus eſſet aliquale periculum, circa integram obſeruationem ſuæ regulæ,& profeſſionis, vel redderetur onoroſus prælato ſuo, vel alicui ex fratribus, vel alicui illorum ſcandalum generaret ex dicto voto:tale votum non tenet, & ita intelligitur capitulum monachis. vigeſima.q.4.vbi dicitur: *Monacho non licet vouere ſine conſenſu Abbatis ſui, ſi autem vouerit frangendum erit*, hæc ibi. Tantæ enim altitudinis eſt religionis votum, vt omnia alia vota in eo tranſmutari poſſint,extra de voto.c.ſcripturæ.Et ideo Eccleſia conſiderans hanc altitudinem religionis,& humanam fragilitatem,noluit religioſos poſſe ſuperaddere alia vota,ſine cõſenſu ſuperioris,aut ſi facta fuerint,voluit, quòd poſſent à prælatis irritari, propter periculum tranſgreſſionis vitandum:facit ad hoc.33 quæſtione 5.ca. noluit. Quarto pueri ante annos pubertatis,ſcilicet maſculus ante decimũquartum annum,& puella ante duodecimum completum, non poteſt vouere, quia (vt plurimum) patiuntur defectum rationis & ſunt in poteſtate parentum, vel tutorum.Et ideo ſi vouent poteſt à parẽtibus, vel tutoribus, irritari eorum votum: & ſecundum Guill. *Si pater, vel tutor primo contradixit, & poſtea conſentit, non remisit votum.* Itẽ ſi impubes intrat religionem, pater, vel tutor poteſt eum reuocare infra annum, 20.quæſtio.1.capit.puella. & extra de regu.cap.2.Poſt annos vero pubertatis,quo ad ea,quæ pertinent ad perſonam eorum, poſſunt vouere, & tenentur ſeruare, etiam inuitis parentibus, puta de ingreſſu religionis,de abſtinentia, de contrahendo matrimonio,& huiuſmodi.Sed quantum ad illa,quæ pertinent ad diſpẽſationem domeſticam, non poſſunt ſine conſenſu patris vouere, puta de danda eleemoſyna. l. ſi quis rem.§.voto.ff. de pollicita. Niſi habeant peculium Caſtrenſe, vel quaſi; De ipſo enim poſſunt vouere, & tenentur ſeruare, etiam inuitis parentibus, quia in ipſo habent plenum dominium,vt habetur in l.prima §. fina. & l.ſecunda.ff. ad Maced.& C de inofficioſa teſta.l.fin.Et generaliter non ſolum pueri impuberes, ſed etiam omnes alij non habentes vſum rationis, & liberi arbitrij nõ poſſunt vouere, capitulo ſicut tenor.extra de regu.

Nec aliud per quod grauc præiudicium fieret ſponſæ ſuæ.

Addo ad hæc multa alia de vxore & viro, & de alijs. Vide Io. Bac.4.d.3. q 3.art.2.

Pueri quãdo vouere nõ poſſunt.

QVinto ſeruí non poſſunt vouere contra voluntatem Dominorum aliquid quod impediat eorum ſeruitium, vt de ingreſ-

Serui quomodo vouere non poſſunt.

Digitized by Google

Nisi votum fuerit necessarium, vt pro absolutione obtineatur, exara de sent. excõ. c. Relatum in fine.

ingressu religionis, vel peregrinationis, & huiusmodi. 54. distinctio. capit. ex antiquis & capit. si seruus, possunt autem vouere illa, ex quibus non fit præiudicium Dominis. Sexto vir seu mulier non potest vouere, sine consensu alterius coniugis, seruare castitatem. In hoc enim est æqualis mulier viro suo, primæ Corinth. 7. & 23. quæstio. 1. capit. si quis vxorem, & quæstion. 5. capit. præcepit. & ca. Christiana: tamen si aliquis coniugum vouerit castitatem, non potest petere debitum, licet teneatur reddere alteri petenti. capit. quidam. & capit. plac. de conuer. coniu. In alijs vero, quæ pertinent ad regimen familiæ, & dispensationem domus, mulier est subiecta viro suo, & non econtra. Et ideo de illis, mulier non potest vouere, sine licentia viri sui. 33. quæstione 5. capit. manifestum. & capit. noluit & cap. mulierem. Ideo non potest vouere facere eleemosynam de rebus viri. In alijs verò ex quibus non fit præiudicium viro, potest vouere, tamen si maritus nolit, tenetur frangere. Scriptum est enim Numeri 30. vbi inquit Deus: *Si vouerit vxor, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri sui erit, vt faciat, siue non faciat.* Vir quoque non potest facere votum per quod generetur præiudicium vxori, quo ad debitum reddendum, quia vt supra dictum est, quo ad hoc sunt pares. ca. gaudemus de diuor. Sciendum est autem, quòd si vxor vouerit facere eleemosynam de re propria, in qua vir nihil iuris habet, secundum Theo. in 4. dist. 38. debet adimplere votum (etiã non consentiente viro) cum ei nullũ ex hoc præiudicium subsequatur.

Vide quæ vxor sine viri licentia, & vir sine vxoris licẽtia vouere non potest.

3. Excusans ab executione voti.

TErtium quod excusat à voto dicitur conditionalitas, secundum enim Astens. nostrum. prima parte summæ. lib. 1. tit. 20. artic. 2. quæstione 2. & magistrum in 4. distinctio. 38. capitul. 2. Richard. ea. di. articul. tertio, & Thom. 2. 2. quæstione 88. articul. 2. quæstione prima, & in 4. distinctione 38. articul. 2. quæstione prima.

Votũ absolutũ & conditionatum quid.

Aliud est votum absolutum, aliud conditionatum: votum absolutum est, cum quis vouet se facturum aliquid absolute & simpliciter, sine conditione aliqua, vel determinatione, & tunc tenetur statim adimplere, cũ poterit, quia scriptum est. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. *In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur.* vnde qui vouit religionem intrare, statim tenetur cum potest, nec sufficit intrare in fine vitæ suæ, quia per votũ intrandi religionem, residuũ vitæ suæ Deo dicauit, vt dicunt prædicti Theologi, vbi supra. Similiter, qui vouit cum aliqua muliere contrahere matrimonium, non sufficit semel contrahere ante mortem, quia ad hoc fit matrimoniũ, vt simul viuant, vnde Genesis 2. dicitur: *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ,* vnde dicitur, in l. prima. ff. de ritu nuptiar. quod *matrimonium est consortiũ omnis vitæ.* Si quis autem vouit, & diem apposuit, tenetur die determinato, & non ante. l. cedere diem. ff. de verborum significat. Votum autem conditionatum est, cũ quis promittit aliquid sub conditione, puta si ab infirmitate liberetur, & huiusmodi, & tali conditione nõ existente, non tenetur 32. quæstione 8. cap. non solum. Et hoc intelligitur, siue sit conditio expressa, vt extra de conditio. appo. c. verum. & c. de illis, siue sit tacita, quæ ex sui natura inest voto, vt, si potero, & huiusmodi, secundũ Gof. Si tñ aliquis voueat ex duabus causis, & sub diuersis conditionibus, respiciendum est ad eius intentionem, si intendebat se obligare, qualibet illarum conditionum existente, secũdum Ray. & Rodo. in summa. Item notandum, secundum Richard. in 4. distinctio. 38. arti. 5. quæstione prima. & Asten. vbi supra. articul. septimo. quæstione sexta, quòd si aliquis horrens aliquod magnum scelus, quod tentauit committere, voueat, quòd si committet intrabit aliquam religionẽ, quam tamen horret intrare, si committat tale delictum, tenetur intrare dictam religionem, quia votum sub conditione factum de re bona, & propter bonum finem,

Digitized by Google

finem,est obligatorium,stante conditione,siue illa conditio sit bona, siue mala. Item si aliquis vouerat aliquam rē in particulari,puta talem equum, vel talem librum, & postea sine sua culpa moriatur equus, vel furetur liber, talis est excusatus, nec tenetur ad aliquid, secundum communiter Do.quia promissor alicuius rei determinatæ,liberatur ab obligatione interitu dictæ rei.ff.de verborum obligatione.l. si ex legati causa. Et hoc verum,nisi fuisset in mora. ff. si certum petatur.l.quod te.& ff.depo.l.si in Asia.§.fina.Et hoc sufficiat pro secunda parte nostri sermonis.

DE VOTORVM obligatione.

Quilibet quomodo vota sua Deo reddere teneatur.

TErtia pars nostri sermonis dicitur obligationis. Multi enim scelerati, dum sunt in infirmitatibus & angustijs,multa Deo promittunt, si liberentur, & postea acceptis gratijs nolunt adimplere , seruantes illud Ouidij , in 1. de arte amandi : *Promittas facto : quid enim promittere ledit? Pollicitis dines , quilibet esse potest.* Et in lib. Epistolarum Epistola 7.vbi inquit: *Perdere verba leue est.* Contra quos inquit Richard.in 4.distinctione 38.artic.5.quæstio.1.& Thom.2.2.quæst. 88.artic.9.quòd tales mortaliter peccant, & grauissimam Dei offensam committũt, quod sic probatur: Graue est fidem fallere erga homines , vt ait gloss.in l.1.ff.de consti. pecu. ergo multo fortius peccat qui Deo frangit fidem. Sed qui non seruat votum promissum, est huiusmodi; ergo,&c. Tenetur ergo quilibet facere, quod vouit.Vnde glo.super illud Psal.55. *vouete & reddite*,ait. *Vouere est consilij, reddere necessitatis*: & bene: *Nam nihil tam congruum est fidei humanæ,quam ea quæ semel placuerunt, custodire.*ff.de pac.l.1. & C. de transacti. l.non minorem. Alibi etiam dicitur: *Quod semel approbatum est,amplius reprobari non debet.* C.de inoffi.testa. l. parentibus. & ff. eod.l.pe. *Quod enim semel placuit, amplius displicere non debet.* c.quod semel.de reg.iu.lib.6.& Instit.de excus.tuto. §. sicut & ff.de serui.rusti.prædi.l.per fundum. & C.de testi.l. si quis te:*Quod enim ab initio est voluntatis,ex post facto est necessitatis.* ff. commo. l.in cōmodato.Et ideo scriptū est.20.q.1.c. puellæ. vbi Leo Papa inquit: *Ambigi non potest crimen esse magnum,vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur.Nam si humana facta non possunt impune calcari,quid de eis dicendum,qui corrumpunt fœdera diuini sacramenti?* hæc ille. Quātum verò quis teneatur ad votum adimplendū, ponit idem Leo. 20.quæstione 3.cap.1.& de hoc etiam habetur 27.quæstio. prima. c.viduas.& capit.nuptiarum.& extra de vot.capit. licet, vbi dicitur; *Licet vniuersis liberū sit arbitriū in vouendo, vsque adeo tamē necessaria est post votum obseruatio , vt sine propriæ salutis dispendio , alicui non liceat resilire.* Ad obseruationem etiã voti nos inuitant exempla gentilium, maximè de quodam qui vocabatur Marcellus , de quo scribit Valerius, libro primo , qui fecerat votum Deo virtutum, quod si obtineret victoriam de hostibus, illi faceret templum,postea obtenta victoria, duo templa ædificauit,quamuis nō teneretur,nisi ad vnum. Quid ergo facere debent Christiani?Et ideo dicitur Leuit.octauo. *Si votum quispiam obtulerit hostiam, eadem die edetur,* & 27.eiusdem libri dicitur : *Animal quod potest immolari si quis vouerit, sanctum erit & mutari non poterit* , scilicet nisi in meliori bono. & Iudicum vndecimo, dixit Iephte: *Aperui os meum ad Dominum* scilicet vouēdo, *& aliud facere non potero.* & Iob 22.*Rogabis Dominū & exaudiet te,& vota tua reddes*: & Prouer.7.cap.gaudet Salomon dicens:*Reddidi vota mea*:&Prou.20.*Ruina est homini deuotare, & post vota,reddere nolle*, & Ecclesiast. quinto: *Si quid vouisti Deo,ne moreris reddere,displicet enim ei infidelis , & stulta promissio , multoque est melius non vouere,quam post votum, promissa reddere nolle*, & Malach. primo, dicitur : *Maledictus populus , qui habet in grege suo masculum,& votum faciens, immolat Deo debile.* Et ideo dicit Moyses,Deutero.23. *Cum votum voueris Domino Deo tuo , non tardabis reddere,quia requiret illud Dominus Deus tuus ; & si morsuum fuerit, reputabitur tibi in peccatum.* Ea propter

propter dicebat Dauid Psalmo 21. *Vota mea Domino reddam in conspectu timentium eum.* & Psalmo 61. *Reddam vota mea de die in diem.* Psalmo quoque 49. exhortatur: *Redde altissimo vota tua*, vt sic faciens habeas eius gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Amen.

FERIA III. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE SACRORVM FESTORum commendatione, obligatione, & excusatione.

SERMO XIX.

VNVS *est pater vester, qui est in cœlis.* Matt. 23. Eloquentissimi Ciceronis est sententia, in Tusc. quæstionibus lib. 1. di. *Nemo hominum est tam immanis, cuius mentem non imbuerit diuinitatis opinio.* In libro primo de legibus inquit: *Nulla gens est tam inmansueta, tam fera, quæ non etiamsi ignoret qualem habere Deum debeat, non tamen habendum sciat.* De quo Deo inquit Anselmus, in libro prosologorum: *Deus est pulchritudo, quæ non videtur, odor qui olfactu non percipitur, sapor qui non cognoscitur, bonitas quæ non sentitur,* & Greg. in mora. dicit: *Deus est vinificatrix virtus, causa causarum, vita viuentium, rationabilium creaturarum.* & Albumasar, in maioribus introductionibus, inquit: *Deus est motus omnis, immobilis, incorruptibilis, altissimus, cuius tamen est benedictum, & exaltatum, exaltatione maxima.* Arist. quoque. 12. Meta. de eo loquens ait: *Deus est nobilissimum omnium entium, nihil eo nobilius.* Et in eodem loco etiã dicit: *Dicimus etiã Deum esse sempiternum, bonum, & optimum, suum durare in infinitum est, in quo est summus intellectus, & summũ intelligibile, summáque voluntas, summè voluptuosa, & gaudiosa.* Cassio. quoque super psalmũ illum: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis,* inquit: *Deus est virtus inexplicabilis, pietas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, cuius vera diffinitio est finem in suis laudibus non habere.* Boët. quoque, in lib. de Trini. ait: *Deus est esse pulcherrimum fortissimumq; verè vnum, in quo nullus numerus, nihilque est in eo aliud, præter quam id, quod est.* De hoc etiam Deo nostro loquitur Sapiens, Eccle. 1. c. dicens: *Vnus est altissimus, creator omnipotens, rex metuendus nimis.* Ex quibus omnibus contemplari possumus infinitam Dei clementiam, qui cum sit tã excellens, & tam excelsus: de quo Dauid Psal. 82. inquit: *Tu solus altissimus in omni terra,* nõ dedignatur nos vilissimos, & infimos, in suos filios acceptare. Vnde bene dicũt verba proposita. *Vnus est. n.* &c. Hic aũt Deus noster à nobis maxime colitur per sacrorũ festorum venerationem, de quibus tractaturi, tres vtiles considerationes faciemus: prima dicetur commendationis, secunda obligationis, tertia excusationis.

PARS PRIMA, DE COMMENdatione sacrorum festorum.

QVo ad primam partem, quæ dicitur commendationis. Quam excellens sit hoc præceptum de festorum veneratione, patet ex verbis Dei, Exod. 20. c. vbi inquit: *Memẽto vt diem Sabbati sanctifices.* Nulli enim alteri præcepto decalogi addidit hoc verbum, memento, nisi huic: & ratio assignatur ab Alexand. de Ales. in 3. parte summæ, in tractatu huius præcepti, & à S. Bonau. & Fito. & Rich. in 3. sen. dist. 37. & à Petro Lombardo in eadem di. qui inquit: *Quia hoc præceptum quodammodo faciebat ad aliorum mandatorum integram inspectionem, quia dum homo vacat sibi, & Deo, melius cognoscit quid agendum sit: propterea præmittitur huic mandato specialiter, memento, quia in eius recordatione, cætera ad memoriam reuocantur.* Et hac eandem rationem assignat Nicolaus de Lyra, super Exod. 20. cap. Qui ergo bene seruat:

seruat hoc præceptum,obseruabit etiam reliqua præcepta, quæ debet in festo ad memoriam reducere. vnde Petrus Ioan. in 3.sent.dist.37.dicit,quòd quilibet tenetur Deum recognoscere in Dominica die in aliqua hora, licet non in qualibet, & habere tenetur cõtritionem de suis peccatis mortalibus, & habere propositum illa confitendi,& diuina præcepta obseruandi.

Triplex ratio assignatur,cur Ecclesia Sabbatũ in diẽ Dominicã mutauit. Prima ratio.

SED fortè aliquis dicat.Cum Deus præceperit sanctificari Sabbatum, quare Ecclesia mutauit hoc præceptum in diem Dominicam? Respondeo,secundum Alexand.de Ales.vbi supra,& Bonau. & Richar.in 3.distinct.37. & Thom. 2.2.q. 113. quòd hoc factum est triplici ratione.Prima dicitur completionis: vt enim inquit Augustin.libro 4. super Genes. ad litteram. *Sabbatum fuit præceptum Iudæis, in vmbra, & figura futuræ requietionis Christi in sepulchro,* quia sicut Deus requieuit septimo die ab omni opere, quod patrarat. Genes.2.cap. id est, secundum Nicol. de Lyra ibidem, cessauit à creatione nouarum specierum, quia licet quotidie Deus creet animas de nouo, non tamen creat nouas rerum species. Sicut ergo septimus dies fuit ille, in quo Deus requieuit à noua creatione, ita septimus dies fuit ille in quo Christus requiescere debebat completa mundi redemptione, scilicet in sepulchro, sicut prophetatum fuerat Psalm.15. vbi dicitur in persona Christi: *Caro mea requiescit in spe.* Quia igitur præceptum de Sabbato erat quædam figura, ideo adueniente figurato, debuit cessare, & in diem Dominicam transmutari,quia Sabbatum significabat quietem animarum futuram. Dominica verò non solum significat quietem animarum, sed etiam corporum:Vnde,de consec.dist.3.c. Sabbato. Innoc. Papa tangens hanc rationem dicit. *Diem Dominicam ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi,non solum in Pascha celebramus,verumetiam per singulas hebdomadas,ipsius diei frequentamus imaginem. In Christo namque residet exemplar, & causalitas generalis resurrectionis, & iam in ipso sicut in capite, requieuit humana natura.*

2.Ratio cur mutatũ fuit Sabbatum.

SEcunda ratio,quare transmutatum fuit Sabbatum in Dominicam, dicitur exclusionis.Nam apud gentiles dies Dominicus primus est, cum in principio illius diei incipiat dominari primus planeta & principalis,scilicet Sol, propter quod vocabant eum diem Solis, vt habetur C. de fer.l.2. Et ideo vt inquit Leo Papa,in sermone.33. exhibebant gentiles reuerẽtiam Soli per capitis inclinationem, & adorationem. Quapropter, vt ille error excluderetur,sancta mater Ecclesia spiritu sancto inspirata,ordinauit, vt hic dies sanctificaretur in honorem Christi, qui est Sol iustitiæ,& lux mundi,Ioannis 8.c. Item vt Christiani relinquerent ritus Iudæorum,& cæremonias illorum:licet enim præceptum de Sabbato sit morale, quo ad hoc, vt homo vacet Deo, iuxta illud Psal.45.*Vacate,& videte, quòniam ego sum Deus,* tamen quo ad determinationem tẽporis,est figurale, vt supra dictum est.Et ideo dies Sabbati potuit ab Ecclesia trãsmutari,vt cætera cæremonialia,& figuralia,prout inquit Nicol.de Lyra,super Exod.20.c.Ex quibus concluditur,quòd male faciunt quidã Christiani, qui die Sabbati, post nonam cessant à laboritio suo, seu opere,quibus sæpe diabolus apparet, in specie gloriosæ Virginis, aut alicuius sancti,præcipiens, ne post nonam laborent in die Sabbati, & hoc agit, vt faciat eos Iudaizare:quibus dicit Apostolus,ad Collo.2. *Nemo vos seducat in cibo,vel in potu, vel in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum,quæ sunt vmbra futurorum,* hæc ille.Contra illos clamat Augustin. de consec.distinct. 3. cap. peruenit. di. *Peruenit ad me quosdam peruersi spiritus homines, prana inter vos aliqua, & sanctæ fidei aduersa seminare, ita vt in die Sabbati aliquid operari prohibeant, quos quid aliud nisi prædicatores Antichristi dixerim,qui venientem diem Sabbati,atque Dominicum, ab omni faciet opere custodiri,quia enim mori se, & resurgere simulat, habere vult in veneratione Dominicũ diem,& quia populũ Iudaizare compellet, vt in exte-*

riorem legis ritum reuocet, & sibi Iudæorum perfidiam subdat, soli volet Sabbatum. hæc ille Ideo di. Host. in c. licet. extra de fer. *Quod in Sabbato, magis quam in alio die operari debemus, ne Iudaizare videamur.*

3. *Ratio de mutatione Sabbati.*

TErtia ratio, quare mutatum fuit Sabbatum in Dominicam diem, dicitur multiplicationis scilicet priuilegiorũ. Hæc enim dies Dominica, duodecim est priuilegijs maxime decorata, vt dicunt Theologi, in 3. distin. 37. Primum est, quia fuit prima omnium dierum. Secundum, quia erit vltimus dies præsentis vitæ, in fine sæculi. Tertium, quia illam diẽ, nulla præcessit nox Quartum, quia secundum quosdã, nulla nox subsequetur ei. Quintũ, quia in ea creauit Deus Cœlũ, & terrã. Sextum, quia in ea oẽs Angeli sunt creati, & boni quidem sunt glorificati, mali vero peccantes ad inferos detrusi. Septimum, quia (secundum Orosium) præcepta data sunt eadem die Dominica filijs Israël. Octauum, quia in ea Christus incarnatus est. Nam vt testatur magister historiarum, ea die qua dixit, *fiat lux, visitauit nos oriens ex alto*, & Christus incarnatus est. Et ideo in huius figurã, datum fuit manna in Dominica die, sicut ait Origenes, super Exod. Nonum priuilegium est, quia in die Dominica, Christus destructis claustris inferni claustris, sanctorum animas de limbo eripiens, triumphaliter à mortuis resurrexit. Decimum, quia in eadem die spiritus paracletus Christi Apostolis, & discipulis datus est. Vndecimum, quia in hac die erit generalis mortuorum resurrectio, in qua Christus reddet vnicuique secundum opera sua. Duodecimum, quia in ea erit initium nostræ beatitudinis completæ, in anima, & in corpore. Et potest addi decimumtertium priuilegiũ. In hoc enim sacro die reuelata fuit Apoc. B. Ioan. Apostolo. vnde ipse dicit Apoc. 1. *Ego Ioannes fui in spiritu in Dominica die.* Ex quibus priuilegijs apparet excellẽtia huius diei Dñicæ. Et ideo Augu. sermone. 7. de resurrectione Domini, inquit: *Quomodo Maria Virgo Mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet, ita inter cæteros dies, hæc omnium dierum maior est. Hæc est illa dies in qua synagoga finitur, & Ecclesia nascitur.* vniuersa enim Sabbati gratia, & antiqua illius populi festiuitas Iudæorum, in diei istius solennitate mutata est. Leo quoque Papa, in c. quòd die Dñica. 75. di. inquit: *Dominica dies tantis diuinarum dispensationum mysterijs est consecrata, vt quicquid à Domino esset insigniter institutum, in huius diei dignitate sit gestum. Et in hac die mundus sumpsit exordium. In hac etiam per resurrectionem mors interijt, & vita accepit principium.* Hæc ille.

Pluribus rationibus ostenditur, quare Ecclesia, diei Dominico, alia festa addiderit.

SED hic quæritur, quare Ecclesia addidit alia festa? Et respodetur, secundum Alex. de Ales. & Bona. vbi supra quòd hoc fecit, primo ratione gratificationis, vt in talibus diebus ad memoriam reuocemus beneficia nobis à Deo in illis data, vel interuentione sanctorum nobis impetrata. Et de talibus gratias referamus. Ideo Valerius. lib. 1. tit. de religione, dicit, quòd antiqui Romani statuerunt celebrari solennes festiuitates, & cæremonias, maxime ad gratias agendas dijs de beneficijs acceptis, & aliquid ab eis impetrandum. Et ex his potest colligi ratio secunda introductionis horum festorum, quæ dicitur impetrationis. Sicut enim principes terreni in die Natalis sui, vel in quo imperium adepti sunt, libẽtius dona seruis suis largiuntur, ita Dñs Iesus in solennitatibus festorum suorum, maiora nobis elargitur dona. Similiter & reliqui sancti oẽs in talibus diebus feruentius orãt pro nobis, eorum festa celebrantibus. Et propter hoc dicitur Iob. 5. *Ad aliquẽ sanctorum conuertere.* Ideo Dauid in spiritu hoc videns, dicebat Psal. 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* In mõtes. i. in sanctos, & Apoc. 11. de sanctis di. *Hi habent potestatem super aquas gratiarũ.* s. pro nobis impetrandas. maxime aũt B. Virgo Maria, pro nobis impetrat infinitas Dei gratias. Ipsa. n. est generalis dispensatrix omnium gratiarum. Sicut. n. omnia, quæ fluũt à capite in corpus, necesse est descendere per collum, ita moraliter, cùm caput nostrũ sit Christus, vt dicitur ad Coll. 1. c. collũ

2. *Ratio.*

vero

vero noſtrum,eſt beata virgo, ideo nulla gratia ad nos deſcendit, niſi per medium ipſius virginis benedictæ. Ideo de ipſa dicitur.Can.7. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* Eius igitur feſtiuitates ſumma deuotione celebremus,quas etiam Angeli in cœlo ſummis ſolemnitatibus colunt. Vnde legitur, quod anciquitus cum Chriſtiani adhuc non celebrarent natiuitatem eiuſdem gloriosæ Virginis,quǽdã ſanctus vir in nocte in oratione contemplando cœleſtia, audiuit in cœlo magnã Angelorũ cantica,& feſtiuitates, & videbatur ſibi, quod tota cœleſtis curia ſpecialibus exultaret ſolẽnijs. Quia propter iſte vir ſanctus, propter maximam conſolationem, quam habuit illa nocte, memoriæ commendauit noctem illam in qua talem habuit viſionem. Et alio ſequẽti anno in eadem nocte ſimiles cãtus audiuit,& ſic per multos annos idem accidit. Ea propter recogitans hoc eſſe maximum aliquod myſterium, cum multa deuotione rogauit Deum, vt ſibi notificare dignaretur quidnam hoc eſſet, & ſubito illi reſponſum fuit, quòd tota curia faciebat feſtũ, quia in tali die nata fuerat beata virgo Maria, & ſubnexit vox illa,quòd etiam Chriſtiani debent hunc diem deuotiſſime celebrare.Et ideo ſancta mater Eccleſia ſtatuit, vt tale feſtũ, & alia beatæ Virginis ſolemnia honore debito celebrentur. Tertia ratio introductionis aliorum dicitur exclusionis. Quidam enim hæretici dicebant,animas ſanctorum ante diem iudicij,non aſcendere in cœlum. Ad oſtendendum ergo. quòd tales mentiuntur, ſtatuit Eccleſia ſanctorũ feſtiuitates celebrari,prædicans illos in cœleſti regno gaudere cum Chriſto, & id.o decantat. *Gaudent in cœlis animæ ſanctorum:* & Greg. in 4 dialogorum,ait:*Iuſtorum animæ mox vt hujus carnis claustra exeunt, in cœleſtibus ſedibus recipiuntur.* Et idem habetur, de pœni.di. 7.c.qui ege.it. & c. cum Marth. de celebra.Miſ.& extra de bap.c. debitum. Quarta ratio huius introductionis dicitur recordationis, & imitationis,vt ait Augu.in libro cõtra Faustum. Et ideo dicitur Iacobi. 5. *Exemplum accipite fratres mei laboris,& patientiæ, à prophetis, qui locuti ſunt in nomine Domini;Ecce beatificamus,qui ſuſtinuerunt.* &c.Dicit quoq. Aug. vbi ſupra, quòd feſta ſanctorum celebramus, vt meritis eorũ aſſociemur. Sanctorum enim vita ſui participant his qui illos honorant. Debemus igitur in feſtis ad memoriam reuocare virtutes ſanctorum, & illos imitari quãtum valemus,vt Augu. inquit.in quodam ſermone dr. *Quoties dies natalitius ſanctorum celebramus, toties virtutes eorum renouamus, quibus claruerunt in terris,vt ad gloriam eius à quo eam habuerunt referamus.* & idem in ſermone de martyribus ait: *Quotieſcunq; fratres charissimi ſanctorum martyrum ſolennia celebramus, tantiſper nobis nitere cedentibus ſperemus à Domino ſequentia beneficia, vt ipſos martyres imitando aſſequi mereamur æterna.* Ab eis.n.in veritate ſanctorũ martyrũ feſtiua gaudia celebrãtur, q ipſorũ martyrum exempla, ſequuntur. Solennitates.n martyrũ, exhortationes martyriorum ſunt, vt imitari nõ pigeat quod celebrare delectat. Sed nos volumꝰ gaudere cũ ſanctis, & tribulationes mũdi nolumus ſuſtinere cũ illis. Qui.n.ſanctos martyres,vel inquantũ potuerit noluerit imitari, ad eorum beatitudinẽ non poterit peruenire. Aliã quoque rationem aſſignare poſſumus.Et quod ſicut conuenit ad honorem principis diem natiuitatis ſuæ, vel principium imperij adipiſci ſolẽniter celebrari.l fin.C de feriis.& multo magis conuenit diem natalitium, quo quis princeps ſpiritualis nascitur ad regnum æternum, & ad ſocietatẽ ſanctorum beatorum,ſolemniter, & cum gaudio celebrari. Et ideo in multis feſtiuitatibus introitus Miſſe incipit: *Gaudeamus omnes* &c. Vnde legitur in legenda beatæ Agnetis, quòd cum poſt paſſionem eius, parentes iuxta ſepulchrum ipſius vigilarent, viderunt chorum virginum auri veſtibus radiantem, inter quas erat beata Agnes ſimili veſte refulgens, habens à dextris ſuis agnum niue candidiorem. quæ ait illis:*Videte, ne me quæſitis tuam ingratis,ſed congaudete mecum, & congratulamini mihi, quia cum his omnibus lucidas ædes accepi.*

Alia ſuaq; ratio aſſignatur.

SED hic est notãdum, quòd aliqui faciunt festa sanctorum, alij verò festa idolorum, & dæmonum. Humiles faciũt festum Angelorũ, qui sunt tantæ humilitatis, quòd nobis tã abiectis ministrare dignantur, ad Heb. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus* &c. Illi ergo celebrant festum Angelorum qui per humilitatem honorant Deum, iuxta illud Eccle. 3. *Magna potẽtia Dei solius, & ab humilibus honoratur.* Econtra verò festum Luciferi faciunt superbi, *ipse enim est rex super omnes filios superbiæ*, vt dicitur Iob 41. Secundo festum Patriarcharum faciunt misericordes, & pij. Eccle. 44. *Hi sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt* &c. Econtra vero festum mammonæ faciunt auari: Matth. 6. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ.* Tertio festum prophetarum faciunt despecti, qui ad instar eorum se despiciunt propter Deum, iuxta illud ad Hebr. 11. *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis* &c. Festum autem Beelphegor, qui interpretatur Deus vestitus, faciunt vanè gloriosi. Eccle. 11. *In vestitu vano ne glorieris.* Quarto festum Apostolorum faciunt fraternam salutem zelantes, sicut fecerunt ipsi Apostoli, de quibus dicitur Psal. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* E contra vero festum Beelzebub, qui interpretatur Deus muscarum, faciunt detrahentes, qui ad immunda, id est ad aliorum defectus semper volant, aliquando mulieribus se detrahentes. Matthæi 10. *Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?* Quinto festum martyrum faciunt patientes, de quibus canit Ecclesia: *Non murmur resonet, non querimonia* &c. Econtra vero festum Martis, qui est Deus belli, faciunt iracundi, & impatientes. Iacobi. 4. *Litigatis & belligeratis* &c. Sexto festum Confessorum faciunt abstinentes, de quibus dicitur 2. ad Corinth. 6. *In fame, & siti, ac ieiuniis multis* &c. E contra vero festum Beel qui interpretatur deuorator, faciunt gulosi, & epulis seruientes. Dan. 14. *Non tibi videtur Beel Deus viuens? an non vides, quanta comedat, & bibat quotidie?* & ad Philip. 3. *Quorum Deus venter est.* Septimo festum Virginum faciunt puri, & continentes, primæ ad Thessal. 4. *Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore.* E contra autem festum Asmodei faciunt voluptatem sectantes. Ille enim dæmon, vt habetur Tobiæ. 3. odit matrimonia, & diligit adulteria. Isti autem in huius festi celebratione dicunt illud Sap. 2. *Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* De istis ita q; dici potest illud 1. Reg. 30. *Comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes* &c. E cõtrario autem boni Christiani cum deuotione magna agunt festa Dei, & sanctorũ, de quibus inquit propheta Psalm. 75. loquens Deo: *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Vltra festa autem particularia, quæ fiũt singulariter sanctis quibusdam, ordinauit sancta mater Ecclesia commune festum omnium Sanctorum, quadruplici ex causa, vt dicitur in rationali diuinorum. Prima ratio sumitur ex parte Basilicæ consecratæ: vt enim legitur in historia Ecclesiastica, sanctus Bonifacius quartus à beato Gregorio, Episcopus Romanus impetrauit à Phoca Imperatore donari Ecclesiæ Christi templum Romæ. quod ab antiquis Pantheon antea vocabatur, quia hoc quasi simulacrum omnium videbatur esse deorum (in eo enim erant idola omnium regionum.) in quo ipse Pontifex eliminata omni spurcitia, fecit Ecclesiam in honorem sanctæ Dei genitricis, & omnium sanctorum, & ordinauit, vt in capite Kalẽdarum Nouembrium in ea celebraretur festum omniũ sanctorum, quod postea etiam fuit decretum fieri debere per omnes Ecclesias totius orbis. Secunda ratio sumitur ex parte nostræ insufficientiæ. Sancti enim sunt quasi infiniti, & ideo quia non possemus particulare festum celebrare singulis eorum, statutum fuit, vt saltem vnum festum fiat communiter omnibus: Vnde dicitur Leui. 26. *Comedetis vetustissima veterum, & nouis superuenientibus vetera abijcietis.* Vetustissima veterum sunt tres in Trinitate personæ, quæ principio carent & fine, quæ debemus comedere cum auiditate, id est

Quadruplici ex causa ordinauit Ecclesia festũ omniũ Sanctorũ.

Illud Leui. 26. declaratur. s. comedetis &c.

Digitized by Google

id eſt eis cum deuotione reuerentiam exhibere, vt ſibi per amorem incorporari poſſimus. Vetera autem ſunt patres veteris teſtamenti, quos poſſumus abijcere, id eſt ab eorum feſtiuitatibus abſtinere. Noua vero ſunt patres noui teſtamenti, quos debemus per anni circulum recolere, & eis laudes impendere, non tamen valemus hoc ſingulariter omnibus agere propter eorum multitudinem. Sicut enim ſcribit Hiero. in epiſtola ad Heliodorum, & Chromatium: *Nullus dies eſt in anno, in quo non ſint martyrizati vltra quinque millia martyrum.* Et hoc ſufficiat pro prima parte noſtri ſermonis.

PARS SECVNDA DE obligatione obſeruationis feſtorum.

Tota ſacra pagina, ac leges ciuiles nos ad feſtorum celebrationem obſtringunt.

SEcunda pars dicitur obligationis. Tota enim ſacra ſcriptura nos ad ſacrorum feſtorum celebrationem aſtringit. Vltra enim præceptum quod habetur Exod. 20. vbi etiam alia ponuntur præcepta, etiam multis in alijs locis, præceptum de ſanctificatione feſti habetur: vnde Exod. 26. dicitur, *Sex diebus colliges manna, die autem ſeptimo Sabbatum eſt Domini.* Et 31. eiuſdem libri, c. dicit Dominus: *Videte, vt Sabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me, & vos, in generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos, cuſtodite Sabbatum meum: ſanctũ eſt enim vobis, qui polluerit illud, morte moriatur,* & Leuit. 26. habetur: *Sanctificate ergo ſabbata, & cuſtodite Dei præcepta, vt bene ſit vobis,* & Hier. 17 dicitur: *Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem, & nolite eijcere onera de domibus veſtris.* Et in eodem c. dicitur: *Si ſanctificaueritis diem Sabbati, ne faciatis in ea omne opus, habitabitur hæc ciuitas in ſempiternum,* & Ezech. 20. dicit Dominus: *In præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea, & Sabbata mea ſanctificate, vt ſciatur quia ego Dominus veſter.* Leges quoque ciuiles ſanctificationem feſtorum iubẽt, vt in l. omnes dies. C. de feri. & in l. fi. eo. ti. dicit Imperator: *Dies feſtos maieſtati aliſſime dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ſemper honorabilem ita decernimus venerandum, vt à cunctis executionibus excuſetur, nulla quemque vrgeat admonitio, nulla fidei inſtionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio deſiteſcat, ſit idem dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox fileſcat, reſpirent à controuerſijs litigantes, & habebant ſoederis internallum ſimul, & ad ſe veniant aduerſarij non timentes.* Et infra: *Nec tamen huius religioſæ diei otia relaxantes, obſcenis quemque patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die ſibi vindicet ſcena theatralis, vel Circenſe certamen, aut ferarum lachrymoſa ſpectacula, & ſi in noſtrum ortum aut Natalem celebranda ſolennitas inciderit, differatur.* Pagani quoque feſtiuitates ſanctorum habebant. ideo Ouidi. in lib. de Faſtis inquit:

Pagani feſtiuitates aliquas habebant.

Proſpera lux oritur, linguis animiſque fauete:
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures, inſanaque proſtinus abſint
Iurgia, differ opus, liuida turba tuum.

Tibullus quoque libro ſecundo inquit:

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator.
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent,
Plena coronato vertice ſtare boues.
Omnia ſint adaperta Deo, non audeat vlla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab arũ,
Cui tulit externa gaudia nocte Venus.
Vna diem celebrent, nec feſta luce madere,
Eſt robur errantes, & male ferre pedes.

Hæc ille.

Leges ciuiles ſanctificationem feſtorum iubent.

Homo, diebus feſtis opus ſeruile, ac culpæ vitare tenetur

SEd circa hanc obligationem celebrationis feſti, quæritur quid homo facere prohibeatur in tali die. Et reſpondetur ſecundum Alexandrum de Ales, vbi ſupra, & Nicolaum de Lira, Exodi. 20. & beatum Thom. Bonauenturam. Richard. & Petrum Ioan. in 3. di. 37. Quod homo tenetur euitare in feſto opus ſeruile, & manuale, & opus culpæ, vt enim inquit

Nicol. de Lyra, & Alexand. vbi supra. *Qui tali tempore peccat, duobus peccatis peccat vno actu, non ratione actus, sed ratione reatus. Sicut, qui defl orando virginem interficit eam, dupliciter peccat vno actum, interficiendo scilicet & stuprando, & ideo peccans mortaliter in festo, dicitur esse transgressor festi, & festa talium non placent Deo.* Ideo Esa. 1. c. talibus dicit Deus: *Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi, neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri, Kalendas vestras, & festiuitates vestras odit anima mea, facta sunt molesta mihi, laboraui sustinens,* & Amos 4. c. etiam dicit: *Hodie proiecti festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocausta, & munera, non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam.* Debemus ergo in festo audire Missas, vt nobis præcipitur in c. Missa, de conse. di. 1. Et ire ad audiendum diuina officia, & in oratione perstare, & solum in bonis actibus occupari. Vnde de conse. di. 3. in c. ieiunia, dicitur: *Die Dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo vacãdum, nulla operatio in illa die nisi pietas agatur, tantum in hymnis, psalmis, & canticis spiritualibus, dies illa transigatur.* Similiter in hoc die festo, debemus vacare ab omni opere seruili, & manuali, exceptis tribus casibus, qui in tertia parte dicentur, vnde scriptum est Exod. 20. c. *Septimo autem die, Sabbatum Domini Dei tui est, non facies in eo omne opus.* Et extra de fer. c. 1. dicitur: *Omnes dies Dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstineri, vt mercatus in eis minimè fiat, neque placitum, nec aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, nec iramenta nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur.*

Qua hora incipiat festum.

SEd hic quæritur qua hora incipiat festum? & videtur quod debeat celebrari à vespera in vesperam, vt patet in præallegato c. & Leuit. 23. & de conse. di. 3. c. pronunciandum, & ita videtur incipere festum Dominicæ, immediate post 24. horam Sabbati, & durare vsque ad completionem 24. horæ diei Dominicæ, & similiter alia festa. nam Gen. 1. dicitur: *Factum est vespere, & mane dies vnus*, vbi Nicola. de Lira dicit: In vespere completur dies artificialis. Sed notandum secũdum Tho. in 3 parte summæ. q. 80. & etiam habetur in summa confessorum lib. 3. tit. 24. q. 65. & notatur in directorio iuris, lib. 4. tit. 31. quod quo ad ieiunium, & esum carnium, dies computatur à media nocte, vsque ad aliam mediam noctem. More enim Romano dies à media nocte incipit. l. more Romano. ff. de fer. Quo autem ad celebrationem festi, dies incipit immediate post occasum solis diei præcedentis, vsque ad occasum solis diei sequentis. potest tamen consuetudo augere festum, siue solennitatem, præterquam in Dominica, cuius solennitas nõ debet incipere ante solis occasum diei Sabbati, ne videamur Iudaizare, vt dicitur in dicto c. pronunciandum. vnde in c. quoniam, extra de feri. dicit Alexander. 3. *Licet scriptum sit, de vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra festorum tamen principium, & finis iuxta eorum qualitatem & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit prius incipere, & tardius terminari*, hæc ibi. Hoc tamen dictum quidã male accipiunt, ipsum allegantes diminutiue, dicentes, quod per consuetudinẽ festum potest diminui, cum tamen clare constet, quod non loquitur diminutiue, sed augmentatiue, dicendo prius incipere, & tardius terminari. dicit tamen Archiepiscopus Florentinus, in suo interrogatorio, quod vbi est de more generali aliquorum artificum, vt tonsorum, & huiusmodi, quod in Sabbato, vel vigilijs festorum laborãt per duas horas noctis, quia tunc magis concurrunt hõines, ꝙ alijs temporibus, potest tolerari talis mos, quia etiam de iure festi, quando licet laborare, die tranlacta non laborant vsque ad mediam noctem, & sic videtur admitti compensatio consuetudine sic agente. & Dominus Eugenius quæstus super hoc requisitus, dicitur dispensasse. Sed prima opinio securior est, videlicet, quod post 24. horam vigiliæ festi debemus à laboribus cessare, contra quod faciunt multi, qui vsque ad mediam noctem laborant

Ieiunij dies quando incipiat.

Licet festa per consuetudinem agi possint præter diē Dominicũ, non tamen forte diminui.

vel

vel alios faciunt laborare, & multoties cauſa curioſitatis. Sed quid dicam de illis, qui etiam in die feſto ad nihil aliud tendunt, niſi ad lucra? profecto iſti ſunt peiores infidelibus, ipſi nam que feſta ſua magis ſolenniter celebrant, quam nos. Iudæi quoque & Machometani melius ſeruant, & ſeruant præcepta ſuæ legis, quã perfidi Chriſtiani. De antiquis vero Romanis gentilibus dicit Varro, in vlti. volumine rerum diuinarum, quod primo die Ianuarij celebrant feſtum Iani. Ianus vero fuit quidam, qui regnauit in partibus illis, vbi eſt Roma, à quo mons Ianiculus dictus eſt. Et ex dictis Ouid. 3. in li. de Faſtis, colligitur, quod eodem mente celebrabant feſtum Minervæ, quæ erat Dea bellorum. Et in Februario habebant feſtum deæ Felicitatis, & feſtum Fauni, quem dicebant deum montium. In Martio agebant feſtum Martis Dei bellorum. in Aprili feſtum Fortunæ, quam dicebãt eſſe deam in Maio feſtum deæ Floræ quę fuit miniſtra Veneris, & dicebant eam habere poteſtatem ſuper flores. Erãt eis, & alia feſta, quæ ſolennißime celebrabant. Iniquiſſimi vero Chriſtiani de de feſtis parum, aut nihil curare videntur. Ad quorum tamen celebrationem, debet nos animare illud præclariſſimum exemplum Machabæorum, de quibus primi Machabæo. 2. dicitur, quod tanta diligentia obſeruabant Sabbatum, vt ea die non eſſent ſe defendere ab impugnantibus. Contra tales laborantes in feſto, eſt dictum Nehemiæ prophetæ, qui vt habetur quarto capitulo ſui libri, vehementer arguit calcantes torcularia, & portantes onera die Sabbati. Mortaliſſime ergo peccant non ſeruantes feſta. O perfidi feſtorum violatores, audite quod de vobis iudicium Dominus facturus eſt, audite terribile exemplum quod ſcriptum eſt Numeri decimo quinto, vbi dicitur: Quod cum inuentus eſſet homo, colligẽs ligna in die Sabbati, per Moyſen, & Aaron recluſus eſt in carcerem: dixitque Dominus ad Moyſen: *Morte moriatur homo iſte, obruet eum lapidibus omnis turba extra caſtra,* & ſic factum eſt. Et hoc ſufficiat pro ſecunda parte noſtri ſermonis, quæ dicta eſt obligationis.

Quid de his qui in die feſto ad lucra attendunt.

PARS TERTIA DE his, quæ excuſant laborantes in feſtis.

TErtia pars dicitur excuſationis. Secundum enim Theologos in 3. diſtin. 37. triplex cauſa excuſat hominem à mortali culpa, ſi laborat in die feſto. Prima eſt neceſſitas. Secunda pietas: Tertia paucitas. Primo ergo excuſat laborantem neceſſitas: & hoc tripliciter ſcilicet in aliquo caſu, ſeu tempore, in aliqua perſona: & in aliquo loco. Primo enim licet laborare in aliquo caſu, videlicet pro aliqua neceſſitate, quæ non poſſit differri; vt patet extra de feri. c. conqueſtus, & ibi gloſſ. ſuper verbo. neceſſitas, dicit. puta ſi res eſſet peritura, & ſunt plura exempla, ff. de feri. l. 1. 2. & 3. & vbi res celeritatem deſiderat. de quo. ff. de dam infec. l. 1. & in propoſito noſtro poſſumus exemplificare, vt ſi iacentibus ſegetibus in agris, aut fœnis in pratis, imminet tempeſtas, vel pluuia, quæ corrumpat, vel deterioret, vel tempore vindemiarum, vel meſſium, imminet periculum hoſtium, aut inundationum aquarum, & huiuſmodi, licitum eſt enim hoc tempore portare res ſuas ad locum ſecurum, vel facere foueas, vel machinas, pro defenſione ſua contra hoſtes, etiam in die feſto. Similiter vendere ea, quæ ſunt neceſſaria proximo, ſicut faciunt aromatarij, & alij plures artifices, quando commode in alium diem transferri non poteſt. Similiter barperij, & ferratores equorum, laborantes in feſtis propter aliquam neceſſitatem proximorum, quæ differri non poſſit. Et ſimiliter dico de omnibus alijs opificibus, ſi non principaliter faciunt propter quæſtum, ſed propter neceſſitatem proximi, excuſantur in hoc caſu laborantes, ſeu vendentes in feſto.

Triplex cauſa à mortali excuſat laborantem diebus feſtis.

Prima dicitur neceſſitas.

Propter neceſſitatem quæ differri non poſſit, licet in die feſto laborare

Simi-

Digitized by Google

Similiter facere in festo necessaria ad vitam, vel prosequi opus inceptum, quod si quis vellet differre corrumperetur, sicut est de tingentibus lanam, vel pannos, præcipue in tinctura guadi, si in festo laborant propter huiusmodi necessitatem, ne res corrumpantur, non peccant, extra de fer. c. fina.

Propter vitium, & propter necessaria ad vitæ sustentationem, licet in die festo laborare, dummodo sit maxima necessitas.

SEcundo vero licitum est alicui personæ laborare in festo per necessitatem, quando aliter non potest acquirere victum, & necessaria pro sustentatione naturæ suæ, vel suorum c. remissionem. §. fi. 1. q. 1. vbi dicitur: *Necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem.* Sed notandum est, secundum Alexandrum de Ales, vbi supra, quod oportet vt sit magna necessitas, ad hoc vt possit quis in festo laborare, quæ si sit magna, & notoria, posset quis auctoritate propria laborare, maxime vbi non potest habere recursum ad superiorem. Si autem sit dubia, standum est consilio boni viri, & securius est semper facere, cum dispensatione superioris, secundum Guilielmum, & Alexandrum vbi supra.

Propter necessitatem loci, vel temporis aliquando licet in die festo laborare.

Tertio licet laborare propter necessitatem alicuius loci, vel temporis, de quo in cap. licet, extra de fer. Alexander tertius ait: *Indulgemus, vt liceat parochianis vestris in diebus Dominicis, & alijs festis (præterquam in maioribus anni solennitatibus) si allecia terræ se inclinauerint, eius captioni ingruente necessitate intendere, ita quod post factam capturam, Ecclesijs circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem:* hæc ibi. Allecia autem est genus piscis, quod raro apparet, & certis diebus tantum: ex quo apparet, quòd Papa videtur concedere, vt quis sibi acquirat diebus festiuis, ea quæ alijs diebus acquirere non potest, vel ratione loci vel alterius causæ.

Pietatis cã licet diebus festiuis laborare, dummodo non diuinis officijs.

SEcundo principaliter excusat à peccato pietas. Licitum est enim diebus festiuis opera facere pietatis, vt portare lapides ad ædificandas Ecclesias, & hospitalia, siue domos religiosas, quæ vix, & fere nũquam aliter ædificarentur, & generaliter omnia alia opera, quæ fiunt propter charitatem, & pietatem, possunt fieri in festo. c. fi extra de fe. dummodo quis non omittat diuina officia propter illa exercitia, nec per totam diem laboret, secundum Guilielmum, & Alexandrum vbi supra. In operibus enim misericordiæ dierum distinctio non est habenda, vt patet. 76. di. c. vtinam, & de conse. di. 5. c. nunquam. Et ideo dicit Prosper in libro epigrammatum: *diuina officia.*

Non festo seruat legalia sabbata cultu,
Qui pietatis opus credit in his vetitum.
Nulla dies actus hominum non damnat iniquos.
Omnia conueniunt tempora iustitiæ.
Non corrumpuntur virtutibus otia sancta.
Tantum à peccatis libera corda vacent.

DIEBVS FESTIS LABORantes, ob laboris paucitatem excusantur.

TERTIO excusantur laborantes diebus festiuis, propter paucitatem laboris, modicum enim pro nihilo reputatur. l. quod minimum ff. de re. iur. notatur in c. re. vera. de cons. di. 2. modicus enim excessus non habetur in consideratione. l. continuus, in primo. ff. de verbo. oblig. & notatur in l. duos. §. duo. ff. de duobus reis, & in c. & si quæstiones, extra de simo In omnibus alijs casibus quis laborans in festis, mortaliter peccat. Quid ergo dicemus de infelici hac ætate, in qua pauci reperiuntur, qui bene festa obseruent? Hoc enim tempore in diebus festiuis attenditur solum pompis, & vanitatibus. Nunc mulieres conantur suis vanitatibus vnam alteram superare iuxta illud Esaiæ 3. *Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extenso & nutibus oculorum ibant, compositoque gradu incedebant,* hæc ibi. Quo fastu incedunt, quæ se pulchriores putant, quis verbis explicet? ait enim Ouidius in primo de Fastis: *Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.* Hoc etiam tempore in festis vacant homines.

Digitized by Google

mines cantibus, choreis, lasciuijs & spectaculis, vbi visu, auditu, tactuq; mentes capiuntur hominum. ideò Richar. in 3. di. 37. ar. 2. q. 3. dicit, quòd qui diebus Dominicis choreas ducunt, & hastiludia peragunt mortaliter peccant. De torneamentis autem quòd prohibeantur, habetur. c. 1. extrà de torne. Chorex verò in festis prohibentur. C. de fer. l. fi. ideò in c. irreligiosa de conse. di 3 dicitur: *Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit, populi qui debent officia attendere diuina, saltationibus turpibus inuigilant. &c.* His etiam festiuis diebus illi, qui per totam hebdomadam laborauerũt, ad tabernam currunt, officijs diuinis prætermissis, ibiq́ se ingurgitant per totam diem, quam expendunt in murmurationibus, blasphemijs, ebrietatibus, ludis, & contumelijs, consumuntq́ue in cibo & potu, totius hebdomadæ lucrum, vel in ludo amittunt. Ideò dicitur Exo. 32. & 1. Cor. 10. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Quid dicam de illis, qui in talibus diebus luxurijs inuigilant? O iniquissimum peccatum. Contra istos clamat Deus Amos 8. c. di. *Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia camica vestra in planctum.* Alij verò cupidi & scelerati homines totũ tempus festiuum expendunt in videndis libris suorum contractuum, & mercantiarum, faciunt mercatus, & laborant, diuitias diuitijs cumulantes, vt sibi videatur mundus deficere debere, si in festis aliquid non lucrantur. Non ergò ita faciatis generosi ciues, sed seruate illud Senecæ ad Lucillum, dicentis: *Festis maxime diebus animo imperandum est, vt tunc voluptatibus solus abstineat, cùm in illas omnis turba procumbit.* Ait enim Dominus. Esa. 56. c. *Omnem custodientem Sabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meum adducam in monte sancto meo,* id est in Paradiso. Ad quem, &c.

FERIA IV. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE HONORE parentum.

SERMO XX.

ACCESSIT *ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis.* Matt. 20. c. Iurisconsulti est sententia. in l. liberorum. ff. de verbor. sig. dicentis: *Ideò filios filiasq́ue concipimus, & procreamus, vt ex eorum prole diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.* Et ex hoc procedit, quòd non tantùm dolet quis cùm moritur, si aliquem habet superstitem filium, quia dicit Eccle. 30. c. sui libri: *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.* I. filium, & ob hãc causam parentes optant filios suos post se viuere. vnde Anchises hortabatur filium suum AEneam in destructione Troiæ, vt se relicto, fugeret, ne secum moreretur, vt habetur per Virgilium. 2. AEneid. dicentem: *Vos agitate fugam, & rebus seruate secundis. Ipse manu mortem inueniam, miserebitur hostis, Exuuiasq́; petet, facilis iactura sepulchri.* Penolope quoque scribens ad Vlyssem dicebat, secundum Ouidium in epistolis. *Dij precor hoc iubeant, vt eunti bus ordine fatis, Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* I. Telemachus eorum filius. Magis ergò diligit pater, & mater filium, quem econtrà, vt ait glossa. in. l. isti quidem in fi. ff. quòd metus cau. & C. de inofficio. testa. l. liberi. & in liberorum in fi. ff. de verbo. si. & allegat legem. nam & si parentibus, in prin. ff. de inoffi. & l. scripto. ff. vnde li. Ratio autem huius est, quia res plus duraturæ magis diligũtur. Diuturnitas aũt siue memoria magis conseruatur in patre per filium, quàm econtrà.

Parentes magis filios diligunt, quàm econuerso, vt memoriam post se relinquant.

contrà. de hoc quoque Chry. super Matt. 19. c. dicit: *Humor de radice ascendit ad ramos, sed à ramis ad radicem non flectitur. Sic charitas de parentibus ad filios, sed non reuertitur.* Hæc ille. Pater enim, & mater est radix filij, filius verò est flos, vel fructus eius. 33. q. 5. c. tunc saluabitur. Tres autem rationes assignat Philosophus 9. Ethi. Prima potest dici præuentionis. Amor enim parentum erga filios est antiquior, quam econtrà, & id est vehementior, & melior, sicut oleum quanto est vetustius, tanto est melius. Antè enim quam concipérentur filij desiderabant eos ipsi parétes. Conceptis autem eis gauisi sunt, & multo magis in natiuitate eorum, &c. Secunda ratio dicitur certificationis, quia parentes plus sunt certi, quòd filius sit suus, quam econtrà. Filius enim hoc nescit, nisi per signa. Tertia ratio dicitur participationis, quia naturale est, quòd totum plus amet partem, quam econtra. Partus autem est pars viscerum. l. 1. ff. de ven. inspi. & c. ij ad matris. de conse di. 4. ergò &c. Licet autem filius habeat totum esse a patre, & matre simul, tamen secundum philosophum maior portio de substantia matris, est in corpore filij, quàm de substantia patris, & ideò eum plus diligit, quia in eo plus de suo esse cognoscit. Item quia secundum Augustinum; Amicitia trahitur ex consuetudine cohabitandi, colloquendi, & conuersandi. Matres autem cum filijs magis consueuerunt habitare, colloqui, & conuersari quam patres. Item quia mulier communiter plures habet derectus, quàm vir, sæpe a viro odio vel contemptui haberetur, sed propter filios quos generat supportatur, & ab eo diligitur. maximum enim & præcipuum munus fœminarum est, concipere, & tueri conceptum. l. quæritur. §. si mulier. ff. de ædi edict. quod ipsa cognoscens libi euenire propter filios, ipsis maiori dilectione afficitur. Item quia illud pro quo plus laborauimus, plus diligimus, mater quæ plus laborauit in portando, pariendo, & educando filios, quàm pater, plus diligit eos. Est & alia ratio quare matres magis sunt teneræ filijs suis quàm patres, scilicet quia mater semper est certa, quòd sint sui filij, pater verò dicitur is, quem nuptiæ demonstrant. l. quia semper. ff. de in ius voc. in. Notandum tamen est, quòd patres soli habent filios in potestate sua, vnde Imperator, Instit. de patria potestate in fi. inquit. *Qui ex te, & vxore tua nascitur, in tua est potestate.* hoc etiam habetur. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. l. item in potestate, & l. nam & ciuium. Et olim tanta fuit hæc potestas, quod licebat patrib. occidere filios. ff. de liberis, & posthum. l. in suis. & C. de patria potestate. l. fi. sed hodie non licet patri hoc facere, nec etiam vendere, aut pignorare, vt dicitur in l. 1. C. de patrib. qui fil. distraxerunt. tamen maxima famis vrgente necessitate, posset eum vendere & pignorare, vt in l. a coniuncta glosa. C. eod. ti. Si autem pater occiderit filium, punitur. l. 1. ff. ad legem Pom de parri. & Instit. de publi. iud. §. alia deinde lex. Ex his tamen non est ablata patria potestas a patribus, quæ est inæstimabilis, vt dicitur in l. filium. §. secundum formam. ff. de leg. 1. Matres verò, nunquam habuerunt filios in potestate, nec habent. Instit. de adoptionibus. §. fœminæ, & de hæredum qualitate & differentia §. cæteri. Tamen licet non sit æqualis potestas, par tamen & æqualis reuerentia debetur patri & matri. l. furiosi ff. de cura. furio. Ideo in l. 1. ff. de obsequijs a liberis, & liber. præstan. dicit Iurisconsultus, *Patrem & matrem verberare oportet.* De qua veneratione, tres considerationes faciemus, prima dicetur Distinctio, secunda Obligatio, tertia Declaratio.

Tres rationes a philo. assignatæ de amore parentũ erga filios.

2. Magis diligitur filij à parentib. quàm ipsi ob eis propter certificationem.

Alia ratione hoc idẽ tertio ostenditur.

Et ista omnia concludunt matrẽ teneriùs filios diligere, non tamen fortius

PARS PRIMA. DE septem parentibus honorandis.

Septẽ sunt qui paterno digni sunt honore, primus est

QVO ad primam partem, sciendum est, quòd septem sunt, qui paterno digni sunt honore. Primus est pater cœlestis, cui debemus dicere, & possumus, *Deus.*

sumus, illud Matt.6.c *Pater noster, qui es &c.* vnde Deut.32.dicitur: *Ipse enim est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te*, & ad Ephe.3. dicit Paul. *A quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur*, & ideo Deut.6.& Matt.4. scriptum est: *Dominum Deum tuum adorabis.* Adorare enim secundùm Alex. de Ales. Exo.10.est actus exteriori honorare. Quapropter conquiritur ipse pater cœlestis, Malac.1 di. *Si ego sum pater tuus, vbi est amor meus?* Sed heu, quia potest multis dici illud Deut.32. *Deum, qui te genuit reliquisti, & obliuius es Domini creatoris tui.* Secundo honorandus est pater spiritualis. I. sacerdos parochianus à quo accepimus sacramenta. Ideò dicitur, Eccl 7.c. *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes.* Ipsi enim sunt patres omnium fidelium, capitulo, quis dubiter. 63.di. Item illi qui nos de baptismo susceperunt, patres nostri spirituales dicuntur, de conse.dist.4. cap. vos antè omnia. Et ideò honorandi sunt. Tertius est pater temporalis, vt reges & domini temporales. Vnde 4.Regum 5 dicitur, quòd accesserunt ad Naaman serui eius, cum esset indignatus contra Heliseum, & dixerunt ei. *Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certè facere debuisses*, & sic appellant eum patrem, ratione superioritatis. Ideo 1.Pet.2.dicitur: *Deum timete, regem honorificate.* & ad Ephe.6. *Serui obedite dominis cum omni timore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo.* maximè autem honorandi sunt boni, quia prauus honor non est dignus, vt Arist.ait 4.Ethico. secundum autem leges puniuntur graniter iniuriantes prælatis suis temporalibus. ff. de re. mili. l. omne delictum §.1.& l. miles eod. tit. dicitur: *Qui manum militi porrexit, capite plectendus est*: honorandi sunt ergo superiores à subditis, & inferiores ius. ff. de aqua pluuia.ar.l.1.§. denique. el. secundo. Tanto autem magis honorandi sunt prælati spirituales, quanto spiritualia temporalibus præferuntur. l. sinemus. C. de sacrosanctis Eccles. Quartus est pater doctrinalis. I. doctor in Theologia, vel in alia scientia licita. Omnis enim sapientia à Domino Deo est. Eccles.1. vnde Eccles. 38.dicitur: *Honora medicum, propter necessitatem: etenim illum creauit altissimus*, & ideò lex Imperialis iubet tales doctores honorari. C. de professo. qui in vr. Constan. l.1. li. 12. ait enim Plato: *Si sapientiæ forma oculis corporeis videri posset, ad amorem sui maximè incitaret.* Super autem omnes doctores, & magistros, honorandi sunt confessores, & prædicatores, qui nobis tradunt scientiam de anima, & de salute nostra, qua non est nobilior scientia in rebus naturalibus, secundum Arist. & Commentato. in primo de anima. Omnes etiam magistri, qui nos in aliqua arte, vel scientia instruxerunt, honorandi sunt tamquam patres. Vt de Aristo. 8. Ethico. ait: *Magistris non potest æquipollens reddi.* Quintus est pater antiqualis, scilicet senex, qui honorandus est ratione prudentiæ, quæ in ipso est, vel debet esse. vnde Iob.12.dicitur: *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Ex quo senes sunt communiter boni consiliarij. Ideò Deut.32.dicitur: *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* De isto patre dicitur Leui.19. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* & ff. de iure immunitatis. l. semper, dicitur: *Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit: maiores namque nostri pene hunc honorem senibus, quem magistratibus tribuebant*, & in l. testa. C. de testa. dicitur: *Mos namque retinendus est antiquissimæ vetustatis.* Sextus est pater virtuosus. I. vir iustus & sanctus, qui honorandus est. Ait enim Arist.4.Ethi. *Virtuti perfectæ non est condignus honor*; & ibidem etiam ait, quod honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, & ideo, in auth. de nupt. §. illud. coll.1. dicitur: *Vir Deo amabilis in cognitione sancta longæuum vitæ suæ peragens tempus, pollens animi virtutibus, & corporis operationibus, veneretur, quia in eo gratia Dei relucet.* Septimus est pater corporalis, qui maxime honorandus est, de quo honore ait Imperator, in authen. vt cum de appellation. cognoscitur. §. considerare. coll.8. *considerare debent parentes, quæ filiis, & filiabus, & eadem*

2. *Paterno honore dignus.*

3. *Paterno honore honorandus.*

4. *Tali honore dignus*

5. *Honorandus.*

6. *Paterno honore dignus.*

7. *Tali honore dignus*

dem à parentibus suis sperauerant. Similiter, & qui nunc filij sunt, debent studere parentum animas sanare, qui & ipsi parentes fieri desiderant, & à suis optant filijs honorari. Hoc autem præcipit lex naturalis, iubens fieri alijs, quod quis vellet sibi fieri, & non facere alijs, quod sibi nollet fieri. c. 1. 1. di. Aristo. quoque 9. Ethicorum ait: *Patrem videtur homo magis debere venerari, quàm seipsum.*

CHRISTI SERVATORIS NOSTRI, ac Salomonis, & Coriolani exempla, parentes honore prosequendos esse.

DE hoc habemus exemplum Christi, Lucæ 2. vbi dicitur, quòd erat subditus illis. Item Salomonis exemplum habemus, 3. Regum 2. qui iuit in occursum matris suæ venientis ad eum, vt loqueretur ei pro Adonai, adorauitque eam, & fecit poni thronum ad dexteram suam, in quo fecit matrem sedere, quæ ait: *Deprecor deprecationem vnam, &c.* dixitq; ei rex: *Pete mater mea, neque enim fas est vt auertam faciem meam à te.* Tertium exemplum habemus Coriolani Romani, de quo scribit Eutropius, quòd cùm fuisset consul vrbis Romæ, postquam deuicit Volscos, & Coriolos, vnde postea nomen accepit, in exilium mittitur à Romanis, ad ipsos quos vicerat, vt ab eis occideretur. Taliter enim remunerat mundus sibi seruientes: Sed Coriolanus cum eis gratiosè viuens, ab eis contra Romanos dux factus est, & post multas ciuitates, & terras captas, ad fossas quinque millium passuum ab vrbe castra posuit: secundus post Tarquinum Superbum, qui contra patriam duxit exercitum, populatur inde Romanum agrũ, & multa mala fecit, secundùm Frontinum, in li. de re militari, quærens commouere discordiam inter patres, & populum: Quapropter Romani ad ipsum oratores miserunt, quos ipse remisit sine vlla audientia. Deinde missis alijs non recipiuntur in castris, quapropter missi sunt sacerdotes cum suis insignibus velati, qui minus fecerunt quàm primi. Tunc matronæ, vt scribit Valerius lib. 5. rubrica de pietate erga parẽtes, ad Vecturiam matrem Coriolani, Volumniamque vxorem eius conueniunt, vt ipsa mater, & vxor Coriolani duos eius filios in hostiũ castra duceret, & vrbem precibus liberarent, quam armis tutari difficile erat. Cùm ergò ad castra ventum est, nunciatur Coriolano adesse ingens mulierum agmen, qui spreuit eas. mox quidam familiarium inquit: Nisi me decipiunt oculi, mater tua, & coniunx, & liberi tui adsunt. Tunc Coriolanus cum matri amplexum ferre vellet, dixit mater, priusquàm amplexum accipiam, dic an ad hostem, an ad filium venerim, & vtrum captiua in castris tuis sim? In hoc me longa vita, & senectus traxit, vt exulem te, deinde hostem viderem: potuisti populari hanc terram, quæ te genuit, & nutriuit? Si ego te non peperissem, Roma non oppugnaretur; si filium non haberem, libera in patria mortua essem. Tunc ad matrem cõuersus Coriolanus ait: Expugnasti ô mater, & vicisti iram meam. patriam ergò vtero tuo dono, repentèque agrum Romanum armis hostilibus liberauit. O Christiani si tantam impendit infidelis iste matri suæ reuerẽtiam, quare vos non honoratis parentes vestros? Profectò Saraceni, cæterique infideles, maiorem exhibent parentibus reuerentiam, quàm perfidi Christiani.

SED hic quæritur quæ est causa, quare quidam habent filios contra se peruersos. Et respondeo, quòd hæc peruersitas quandoque prouenit ex peruersitate parentum, qui malè eos tractant. Qui igitur vult a filijs benè tractari, debet & ipse illos benè tractare, & qui vult habere bonos subditos, debet esse bonus princeps & prælatus. c. esto subiectus. 95. di. hæc tamen malignitas filiorum erga parentes potest ab alijs quinque causis pro-

Causa cur quidam filios habeãt.

Digitized by Google

A quinque causis filiorum malignitas erga parentes prouenire potest.

prouenire. Primo ex auaritia, sicut patet de Abtalon, qui de regno expulit patrem suum, vt habetur 2. Regũ. 15. & 47. di. §. necesse. Secundo ex superbia, vnde in persona talium parentum dicitur, Esa. 1. *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Tertio, ex luxuria, vnde Lact. in 2. diuinarum instit. aduersus gentes, ait: *Ex luxuria vt vitia omnia, ita impietas aduersus Deum & parentes nascitur.* Quarto ex diuina iustitia, quia eos ex adulterio, vel adulterij affectu genuerunt, vel non correxerunt, vel plusquam Deum dilexerunt. Qua ex re patienter dicat pater illud Esaiæ 46. c. *Ego feci, & ego feram, & portabo.* Quinto hoc prouenit ex condigna vindicta, quando scilicet ipsi fuerunt rebelles parentib. vnde Matth. 7. & Lucæ 6. dicit Dominus: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Eandem enim salsam filij parentibus dant, quam ipsi patribus suis dederunt. Vnde legitur, quod in ciuitate Astensi quidam iuuenis habens patrem senem, cum haberet vxorem, diuisit lectum patris, & coniunxit medietatem illius cum lecto suo, dixitque patri, sufficiat vobis illa medietas. Ego enim bene volo requiescere cum vxore mea in lecto magno. Audi mirabile, cum iste iuuenis haberet filium infantem, qui tũc incipiebat aliqua verba proferre, videns ille puerulus tantam sui patris crudelitatem erga auum, accepit gladium, & sicut potuit ascendit lectum patris sui cum illo gladio: quod videns pater, & mater eius, interrogauerunt eum quid facere vellet, ipse vero respõdit irata voce: Volo diuidere lectum vestrum, & seruare medietatem eius, & coniungere cum lecto meo, quando accipiam vxorẽ, sic enim tractastis auum meum. Quod audientes compuncti sunt, & bene tractauerũt illum pauperem senem. Alius quoque filius multa bona promisit patri, si omnia bona sua renunciaret in manibus: quo facto, primo patrem in quadam camera per se stare fecit, deinde cum senescentem in illa camera sustinere nolens, ipsumque camera eijciens, iuxta ostium aulæ sibi lectum parauit. Aduenientе igitur hyeme, dum frigore cruciaretur, rogauit puerum filij sui, vt patrem suum rogaret, vt panniculum aliquem sibi concederet ad se tegendum, ne sine tegumento iacens moreretur: puer vero vix duas vlnas burrilli obtinuit. Cum autẽ aliæ duæ vlnæ supereſſent, cum lachrymis instabat eas sibi dari. Et interrogatus quid de eis facere vellet, respondit: Reuera seruabo illas, & cum decrepitus fueris, nihil amplius à me habere poteris, quando frigore cruciaberis. Quibus verbis ille de peccato suo pœnitens, deinceps patrem honorauit. Similiter legitur, quod quidam in ciuitate Alexandrix habuerat patrem, quem male tractauerat, iudicio autem Dei, postea & ipse habuit filium, qui eum peius tractauit. Vnde semel filius eius accepit eum per capillos, traxitque eum per quandam scalam, & postea per totam domum trahebat. Cum autem peruenisset ad quandam columnam, dixit ille qui trahebatur: ha fili, miserere mei, ego enim nõ traxi patrem meum nisi hucusque. Ipse autem respondit, ha scelerate pater. Ego volo trahere adhuc quatuor brachia, vt te peius tractem, quam tractasti patrem tuum. Obedite ergo parentibus vestris ô filij, ne in talem sentẽtiam & vos incidatis, cum eritis patres. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

Exempla de aliquibus filijs, parentibus rebelles existentibus.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

PARS SECVNDA DE obligatione filiorum ergo parentes.

Triplici ratione ostenditur filios obligari in honore parentũ, quæ est textus in cæum in officijs, extra. de testa. Et ideo secundum Tho. 2. 2. q. 101. art. 1. est, quia ab ipsis esse accepta. Quanto enim

SEcunda pars nostri sermonis dicitur obligatio. Quanto enim filij obligati sint parentibus, probatur tripliciter: primo ratione acceptionis sic: Beneficiatus tenetur rependere vices benefactori suo. 3. Topicorum, & 9. Eth. corum, vt etiam habetur in cæum in officijs, extra. de testa. Et ideo secundum Tho. 2. 2. q. 101. art. 1. est, quia ab homo diuersimode est alicui debitor, secundum beneficia ab eo accepta. Quanto enim

Digitized by Google

enim maiora recepit bona, tanto magis ei tenetur. Tunc sic. Nullus potest in hoc mundo inueniri, à quo plura beneficia quis acceperit quam a parentibus, primo enim ab eis accepit esse, de quo Arist. inquit. 2. de anima: *Omnia esse appetunt, & pro ipsius esse conseruatione, omnia secundum naturam operantur.* Et ratio est, quia hoc esse, donum a Deo est maximum, quod sine ipso nihil habere potest homo. Est enim fundamentum omnium bonorum, scilicet spiritualium, corporalium, & temporalium. O fili considera, quod non haberes vitam, non virtutes, non diuitias, nō scientiam, non pulchritudinem, non gratiam Dei, non denique, posses habere vitam æternam, nisi prius haberes esse, quod tam excellētissimum munus habuisti post Deum à parētibus tuis. Propter quòd debes eos honorare, & diligere. Nam si quis largiretur tibi vestem pulchrā, aut diuitias multas, eum diligeres, & honorares. Et ideo Ecclesiastici 7. dicitur: *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris, memento, quod nisi per illos non fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi*, hæc ibi. Post esse nec ifaria sunt plura viuenti alimēta, ne pereat, præcipuè in tenera ætate, indumenta, & alia plura. Et quis ista tibi tribuit o fili, nisi pater, & mater? cogitasti me vnquam quomodo te in tenera ætate nutriri necesse erat, & quod per te non poteras, ipsi mihi illrauerunt? Nam mater tua tibi lac de pectore tuo extraxit, cogita quot dolores in vtero tot habens, & in pariendo portans, hanc ingratè, quare tantorum beneficiorum es immemor? O patres, & matres, omnia facite quæ agitis, propter filios facitis, vnde dicit Imperator. C. de legitimis hæred. Emancipatis. *Verum est patrem res quæsitas filiis, etiamnunc*, & ff. de bonis liber. l. penult. dicit Iurisconsultus: *Omnia quæ nobis parata sunt, liberis nostris ex voto paramus.* O fili quis te loqui docuit? quis te nutriuit? & ab omnibus cōtrarijs, cum esses infantulus, protexit? quis tibi de victu, & regumine prouidit? quis immunditias tuas abstersit, vel abstergi fecit? quis te addiscere solicitauit? quis te ad studium cum magna impēsa tenuit? quis te artem quam scis addiscere fecit? nonne hoc egerūt parentes tui? Audi ergo Hieronymum quid tibi dicit, in libro de honorandis parentibus: *Memento parentum, quia tu is es, quem manibus incrementa sumpsisti.* Si ergo tantum quis est debitor alicuius, quanta ab beneficia accepit, cogitate ô filij quantam habetis erga parētes vestros obligationem? Et licet ius naturale velit paria beneficia referri benefactori. l. sed & si §. cōsuluit. ff. de peti. hæred. & c. de forma 22. q. 5. tamen *quia parentibus non potest æqualiter redai*, vt ait Arist. 8. Ethicorū, sufficit filio facere pro posse. Nam qui fecit quod potuit, legē adimplent. l. iure ciuili. ff. de condi. & demo. Debetis quoq; (o filij) considerare exemplum quod legitur in libr. de proprietatibus rerum, scilicet, quod Pellicanus dum conspicit filios à serpente venatos, & occisos, expādit alas suas, & se ipsum rostro ferit in pectore, sanguinemq. effundit super filios ex quo reuiuiscunt. Qui viuificati cernētes patrem debilitatum ex sanguinis effusione, ita quod exterius procedere non potest, exeunt omnes, & cibum quærentes patrem nutriunt, & fouent. Idem enim vos facere debetis parentibus vestris senibus, & infirmis, qui omne tempus suum in laboribus expenderunt, vt vos educarent, & ditarent.

Secunda ratio dicitur dilectionis. Nam vt dicitur. 9. Ethicorū, amor debet esse reciprocus, & Leui. 19. præceptum est: *Diliges amicum tuum sicut teipsum.* Sed dicite o fili, quis est, qui vos magis in hoc mundo amet? Profectò clarum est veram esse sententiam, quæ penitus in l. cum furiosus. C. de curato. furios. *quòd nullus affectus vincat patrem, nec etiam maternum*, vt dicitur in l. videamus. ff. de in litem iurando. Ideo dicitur in. l. isti quidem. §. fin. ff. quod me. causa. *quod parentes magis diligunt filios, quam seipsos.* Patuit exemplum de amore paterno erga filium. 2. Reg. 18. cap. Cum. n. Absalon tētasset patrem suum Dauid de regno expellere, ac Dauid cōtra eum mouisset exercitum, ipse q; Dauid remansisset in porta ciui-

Parētum in filios amor, ipsos cogit ad dilectionē ergà parentes, & est 2. ratio.

Exemplum de Dauid diligente Absalon.

Digitized by Google

ta ciuitatis, præcepit Ioab, & Abisai, quibus commissa erat summa belli, dicens: Seruate mihi puerum Absalon. itaque egressus est populus cõtra Absalon, & suos in campum, & factum est prælium debellataque est ab exercitu Dauid gens Absalonis. Accidit autem vt Absalon occurreret seruis Dauid sedens in mulo, cumq; ingressus fuisset mulus subter cõdensam quercum, adhæsit caput eius querc, & illo per capillos suspenso, mulas cui insedebat pertransiuit. Quod cum nunciatum fuisset Ioab, tulit tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalonis. Cumque adhuc palpitaret, concurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & interfecerunt eum. Cum vero nuncius curreret ad Dauid qui sedebat inter duas portas, & speculator diceret, video quendam venientem, dixit Dauid: *O si bonus est iste nuncius!* Et appropinquans nuncius ad Dauid, ait: *Salue rex. Benedictus Dominus Deus, qui dissersit omnes cõtrarios regi meo.* Et ait Rex: *Est ne pax puero Absalone?* Qui respõdit, quod mortuus erat. O Dauid pater pijssime. O genitor cordialissime! O paterni amoris affectio immensa, nõ cogitauit Absalonis rebellionẽ, non dixit, volebat Filius meus surripere regnum meum? non dixit, meritò, interfectus est & punitus, secundum nequitiam suam. Imò paterno amore deuictus, constrictus est amarissimas lachrymas fundere, & ascẽdit cœnaculum portæ, & fleuit, & sic loquebatur: *Fili mi Absalon, Absalon, Fili mi, quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalon, fili mi, fili mi Absalon.* O crudeles filij, cõsiderate immensitatem amoris, quo vobis afficitur pater, & mater, & honorate eos. Ait enim Hieronymus, vbi supra cuilibet vestrum: *Sit tibi grata vita illorum, quibus charior est vita tua, quàm propria, reddae amoris vicem colendæ pietatis.*

Tertio brutorũ exemplo demonstratur, filios debere diligere, ac

TErtio, quod debeatis diligere, & honorare parentes, ostenditur exemplo brutorum, & irrationabilium animalium. Ipsæ etenim sæuissimæ feræ, & anilia tyluestria, serpentes feroces, vodiligere, ac lucresque rapaces, ad parentes suo modo pietatem exhibent, & amorem. In libro etiam de animalibus legitur, quod filij Balach cuiusdam auri, cibarũ parentes suos in senectute. Et filij Mororh Amorrhæi auis, cibant parentes. non solum in senectute, sed quandocunque indigent. De ciconia quoque in libro eodem legitur, quod senescens pater, aut mater eius, ab ea nutritur, alis fouetur, & ciconia filia quæcunque potest beneficia, parentibus indulget, quia vt dicit Ambrosius in Hexameron, Homilia quinta, Auis pia Romanorum antiquo more appellari solebat. Coruus etiam quando senio deplumatur, eũ filij sui plumis & pennis suis vestiunt. Elephas quoque senio grauatus, atque ex debilitate cadens clamat, ad cuius vocem iuuenes elephantes currunt, & eũ de terra eleuant. Econtra vero canes rabidi, dum paruuli sunt, & lacte matris viuunt diligunt eam, eique adhærent, sed quam cito sunt maiores facti, & habent acutos dentes, si os in medium proijciatur, illud de ore patris, ac matris eripere conantur, & contra eos insurgũt: Vt ergo nõ simus sicut canes rabidi, debemus esse parentibus nostris obsequentes, & gratiosi. Ad hoc etiam nos incitare debet exemplum gentilium. Refert enim Valerius, libro quinto, quòd quædam mulier Romana, capitali sententia damnata a prætore, in carcerem posita est, vt fame moreretur. Custos autem carceris concessit filiæ, vt eam visitare posset, diligenter tamen obseruans, ne quid ad eam afferret: quæ mulier damna cum multis diebus superuiueret, dictus custos admiratus, obseruauit filiam, & inuenit, quod matrẽ suo lacte sustentabat, quæ nouitas, matri remissionem impetrauit. Et subiungit præfatus doctor: Hoc contra naturam factum crederetur, nisi diligere parentes prima lex naturæ esset. Exemplum etiam simile quasi per omnia refert Solinus de quodam patre sene, & grandæuo, taliter a filia in carcere sustentato. Refert quoque in eodem libro, ipse Valerius, de alia, quæ patrem summi præ infirmitate, & senectute comedere non valentem,

honore prosequi parentes. Multa brutorum exempla.

Digitized by Google

valétem, velut infantem pectoris sui alimonia enutriuit: quod cum fuisset compertum, in memoriam tãti præconij corpus fœminæ fuit à corruptione præseruatum, aromatibusque, & myrrha consecratum.

PARS TERTIA, SCILICET, ad quid teneantur filij parentibus suis.

Filij erga patrem, & matrem ad sex tenentur, & primo eos diligere debent.

TERTIO principaliter hic quæritur, ad quid specialiter tenentur filij erga patrem suum, & matrem, & respondeo secundum Alexandrum de Ales, in tertia parte summæ, super hoc præcepto, quòd ad sex tenentur filii parentibus. Primò enim tenentur eos diligere: quod sic probatur: Scriptum est Deuteronomio. 6. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 10. 23. quæst 4. capit. ea vindicta circa finem & capit. debet homo. & eadem causa. quæst. 5. c. si non licet. de pœ. dist. 2. c. charitas, & de sacra vnctione capitulo vnico. §. hoc vnguento. vbi dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Sed ô fili, quis est tibi magis proximus patre? qui cum filio censetur esse vna & eadem persona. l. fi. C. de impuberum, & ali. sub. Et ideo dicit Hugo in libro de sacra. *Primum præceptum secundæ tabulæ ad patrem pertinet hominem; sicut primum primæ tabulæ ad patrem pertinet Deum, vbique paternitas præponitur, vbique principij dignitas honoratur.* Sicut ergo super omnia Deum amare debemus, ita super omnes homines parentes nostros diligere tenemur, & amorem cordis etiam operibus demonstrare, vt dicere possimus cum Domino Iesu illud Ioannis 14. *Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, &c.* Et notandum est, quòd appellatione parentum intelliguntur omnes ascendentes, videlicet non solum pater, & mater, sed etiam auus, & auia & reliqua: & appellatione liberorum, intelliguntur nõ solum filij, & filiæ, sed etiam omnes nepotes, & descendentes, vt in authentic. vt liceat matri, & auæ §. illud quoque Coll. 8. & l. appellatione patris, & leg. liberorum appellatione ff. de verbo. sign. Sed heu, heu, heu, heu, quia hodiernis temporibus raro inuenitur pietas, & amor filiorum erga parentes, imò quàmplurimi maledicti, & crudelissimi filij, parentibus suis mortem desiderant, vt eorum numinos accipere possint. Et alius dicit, quamdiu viuet iste maledictus senex: alius, quando morietur ista maledicta vetula? Ita quòd verificatum est illud Ouidij, in 1. Metamor. dicens: *Filius ante diem patrios inquirit in annos: Victa iacet pietas.* Sed ò filij, nolite tales sequi, sed imitamini pium Aeneam, de quo refert Virgilius 2. Aeneid. quòd cum pater suus Anchises rogaret eum, vt aufugeret ab hostibus se relicto, nequaquam assentire voluit. Vnde ipse Aeneas. dicit eo. li.

Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
Nam quod consilium, aut quæ fortuna dabatur,
Mene efferre pedem genitor, te posse relicto
Speraßi, tantumque nefas patrio excidit ore?
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam.

quasi dicat, tecum potius pater volo mori, quam sine te viuere.

SEcundo debent filij timere parentes. *Secundo* scriptum est enim Leuit. 19. *vnusquisque* *filij tenentur obseruare parentes.* *vnusquisque li patrem suum, & matrem suam timeat.* Quod vt timere & efficiatur, debent patres taliter conuersari cum filijs, scilicet grauiter, & honeste, ac exemplariter, vt reuereãtur, nimia enim familiaritas contemptum parit. ff. de officio præsidis. l. obseruandum. Debent ergo ita conseruari superiores cum inferioribus, ne contemptibiles videantur. ff. de officio proconsulis. l. nec quicquam. §. circa aduocatos & 86. di. c. quando necessitas. Similiter debẽt patres seruare illud Ecclesiastici 33. vt possint timeri: ait enim Sapiens vbi supra: *Ne des potestatem filio super te in vita tua, & ne dederis alijs possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & postea deprecaris pro illo,* hæc ille. Vnde Iacobus Beneuentanus.

Digitized by Google

uentanus.55.c.ſui libri,inquit:*Dum retinere potes dominatum, non dabis vlli. Te viuente tuum nulli præbebis honorem. Sed tibi conſerua,charus vt eſſe queas.* De his duabus obligationibus, ſcilicet amandi & timendi, ait Hierony. vbi ſupra: *Præbeatur parentibus amor,mixtaque formido.*

Tertio filij eiſdem genitorib.obedire debẽt.

TErtio tenentur eis obedire. Vnde ad Epheſ.6.dicit Apoſtolus:*Filij obedite parentibus veſtris in Domino,hoc enim iuſtum eſt*, vnde habetur in prouerbijs Philoſophorũ: Socr.dicebat,*filio modeſto nũquam videtur graue quod pater iubet*,& ad Col.3.dicitur.*Filii obedite parentibus veſtris per omnia*, ſcilicet honeſt,aſecundum Alex.de Ales,3.par.ſummæ ſuper hoc præcepto. Quarto tenentur illios honorare, & reuereri, vnde Ariſtot.9.Ethico.ait: *Filij debent parentibus honorem.* Solon quoque Philoſophus, in ſuis legibus dixit: *Deum honora, parentis reuerere.* Non tamẽ quemlibet honorem tenentur filij exhibere parentibus, ſed ſecundum illorum ſtatum,& conditionem Sed heu, quia quaſi nullus honor, ac nulla reuerẽtia hodiernis temporib. habetur parentibus. O ingrate fili, an neſcis,quod honor parentis eſt tuus? Eccleſiaſtici 3. Ideo Ambroſius ſuper Matth.15.c.inquit:*Primus gradus pietatis eſt, vt quos auctores tibi Deus voluit,honores obſequijs: abſtineas cõtumelijs,nec vllis in lædenda eſt pietas parentum.* Quinto tenentur filij non contriſtare vnquam parẽtes, factis vel dictis, aut ſignis, vel quocunq; alio modo,ſed debent eos ſemper conſolari in omnibus tribulationibus, ſecundum poſſibilitatem ſuam, vnde Eccleſiaſtici 3.dicitur:*Fili ſuſcipe ſenectam patris tui,& non contriſtes eum in vita ipſius,& ſi defecerit ſenſus,veniam dato, & ne ſpernas eum in virtute tua*, quæ verba ſunt multum ponderanda.Primo enim dicit, *ſuſcipe*, id eſt, amoroſo affectu,& gaudioſo oſculo,& amplexu cõſolare. Secundo dicit, *ſenectam*, multum ſiquidẽ aſperam, ſed multo magis ſibi tædioſam,& laborioſam.Et ideo Tobias 5.c.ſui libri, vocat filium ſuum baculum ſenectutis ſuæ, quia in ſenectute filius debet eſſe baculus patris ſui. O quàm dulce vocabulum pater,aut mater,& quam gratum verbum filius, aut filia, hinc Hieronym. vbi ſupra: *Mater,& filia,nomina pietatis,officiorum vocabula,vincula naturæ*, vnde dicitur in l liberorum.ff.de verbo ſignif.quod nullum nomen dulcius eſt, quàm nomen filij. Tertio ſubditur in prædicta auctoritate, *patris tui*, non extranei,vel inimici, ſed illius,qui te genuit,nutritoris tui, & cordialis dilectoris tui: vnde Hieronymus,de honore parentum ait; *Foueatur parentum ſenectus, & factis eorum viciſſitudo reddatur, videant liberi veſtri, quid faciant, vicem ſimilem reddituri.* Quarto ſubinfertur: *Et non contriſtes eum in vita ipſius*, non inquam contriſtes factis, non ſignis, non modis, non verbis. vnde Hieronymus,vbi ſupra: *Nemo aſperis verbis patrem lædat, affectum ſonet quicquid linguæ dixerint filiorum,quod parentes delectat audire.* Quinto ſubdit, *& ſi defecerit ſenſu, veniam dato*, id eſt, ſi non rectè fecerit aliqua,vel dixerit ridicula,ſiue puerilia & ſtulta, non irrideas eum, non dicas iniuriam. vnde Hieronym.vbi ſupra: *Habet quandam ſenectus infantiam*, quaſi dicat, recole puerilia infantiæ tuæ,& recole in eis patientiam erga te, quando enim tu flebas, turbabas domũ, inquietabas dormientes, & alia faciebas quibus infantilis ætas ſolet eſſe moleſta; ipſi tibi alludebant, blandiebanturque: vt à planctu reuocarent,& miſerias tuas patienter tolerabant. Nolr ergo irridere patrẽ tuum, ſicut Cham, qui maledictus fuit à Noë patre ſuo, quia dormientem eum diſcoopertum irriſit.Geneſis 9.Sexto concluditur. *Et ne ſpernas eum in virtute tua.* Multas namque naturales virtutes habet iuuentus,quæ inexperta malis,pauperes ſenes talibus carentes deſpicit, & contemnit. Noli igitur ô fili iuuenis, ſpernere patrem tuum ſenem, tu ſanus illum infirmum, tu fortis illum debilem, tu iucundus illum triſtem, tu ſenſibus vigens, illum cæcum, fœtidum,& dentibus priuatum. Ideo dicitur Eccleſiaſtici 8. *Ne ſpernas honorem in ſenectute ſua,etenim ex nobis ſenescunt*, & Prouerb.16.dicitur: *Corona dignitatis ſenectus.*

Quinto filij non debent parẽtes contriſtare.

Digitized by Google

Sexto tenentur filij parentibus subuenire.

VLtimo pro nunc dico, quòd tenentur filij subuenire, & seruare parentibus in omnibus necessarijs, secundum possibilitatem suam, vnde scriptum est, Ecclesiastici. 3. c. *Qui timet Deum, honorabit parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt in opere, & sermone, & in omni patientia.* In quibus verbis consideramus tria seruitia, scilicet primo operis, dum dicit, in opere, vnde Hieronym vbi supra ait: *Exsolue fili quod debes, & officia debita qualicunque exhibe famulatu, quia parentibus non potest reddi quod debetur.* Primo itaque in mane cum delecto surgit pater, considera, ô fili si aliquid necessarium sit ei, vt calefacere pānos in hyeme, si est senex, & idem dico de matre. Si est inualidus pater, vel ita senex, vt non possit se induere, adiuua illū, sustenta illum, si opus est, adiunge te lateri eius, & intrātem Ecclesiam comitare præsertim in festis, si aliquādo pater reuertitur domum balneatus, lutosis pedibus, siue dolore aliquo correptus, siue sudoribus malefactus, vel frigore astrictus, inter filiorum manus excipiatur, & se quisque existimet feliciorem alijs, qui præcurrit, & plura circā parentes facit. Secundus modus seruiendi est oris scilicet cum dilectione, & dulcedine, & reuerentia, cum eis loqui, & respondere, sicut serui faciunt cum dominis suis, & dicere cum Paulo, Act 9. *Domine quid me vis facere?* Tertius modus subditur, cum dicitur, in omni patientia, scilicet cordis, hoc est dicere, quod in seruitijs multis parentibus exhibitis, nō frangantur filij illorum reprehensionibus, improperijs & conuitijs. Non dedignentur, non malè respondeant, aut dure. Imò turbatos parentes contra se, humili patientia pacificare debent, & dulcib. verbis. Sic enim facere serui dominis suis solent, nam Prou. 15. scriptum est: *Patientia lenunt principes*: Si ergo turbatus est pater, vel mater, suauitate verborū placetur. Nam vt dicitur Prouerbiorum 15. *Responsio mollis frangit iram, & lingua eucharis in bono homine abundabit.* O filij seruite parentibus vestris, & scitote, quod si per mille annos eis seruieritis, non poteritis eis debite satisfacere. Ipsi enim vos nutriuerūt de propria carne, & de propria substantia. Audite Ambrosium, super Luc. 8. dicentem: *Si paueris matrem, non reddidisti reuerentiam, quos pro te passa est, nō obsequia, quibus te gessit, non alimenta, quæ tibi tribuit, vero pietatis effectu immulgens labijs vbera, non famem quam ipsa pro te toleranit, ne quid quod tibi noxium esset comederes, ne quid quod lacti nocere hauriret, tibi illa ieiunauit, tibi comedit, tibi illa cibum, quem vomere non accepit, tibi, quem noluit cibum sumpsit, tibi vigiliauit, tibi fleuit, & tu illam egere patieris? Illi debes quod habes, cui debes quod es*, hæc ille. O maxima peruersitas filiorum, qui parentes suos non nutriunt, eis non prouident de necessarijs, profectò tales grauiter puniri debēt. vnde dicit Lactantius primo, diuinarum institutio aduersus gentes: *Iustissimè quidem, pari vindicta parentum, ac Deorum violatio, expianda est.* Tenemini ergo, ô filij alere parentes vestros. Scriptum est enim, ff. de liberis agnoscendis. l. si quis. §. si impubes: *Si impubes filium fit emancipatus, patrem nepotem alere cogitur, Iniquissimum est enim patrem egere, cuius filius sit in facultatibus.* & C. de alen. liber. ac paren. l. parentum dicitur: *Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est.*

Seruitia filij parentibus exhibere debent.

Peculium quid sit, & quod est quadruplex filij peculium.

AD quorum declarationem notandum est, quòd peculum dicitur, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum, vt dicitur in l. depositi. la prima. §. peculium ff. de pecul. Item est sciendum, quòd peculiū filij potest esse quadruplex: quoddam dicitur castrense, cum occasione militiæ aliquid in militia acquisiuit: quoddam quasi Castrense, quando ex aliquo officio publico acquisiuit, vt aduocatus, medicus, notarius, & huiusmodi Similiter quod euenit clericis ex officio suo, & in his pater nihil iuris habet, imò ipse filius, vt paterfamilias in eo censetur. ff. ad Maced. lege prim. §. fi. & leg. 2. & C. de inoffic. rectam leg. fin. Quoddam peculium dicitur profectitium, quādo ex rebus patris, vel earum occasione aduenit, & in eo nihil iuris habet filius, sed est patris. Institutio. per quas personas nob. acquir. §. 1. Quoddam est aduentitium, quando ex aliqua

Digitized by Google

213

aliqua hæreditate aduenit filio, vel alio titulo à matre, vel ab alia persona extranea vel alijs operationibus, & laboribus filij, & in hoc seruatur proprietas filio, & pater habet vsumfructum. dicto §. 1. Tutamen, quòd viuente patre filius non potest illud alienare, nec de eo testari, ca. licet extra de sepul. lib. 6. In omnibus his peculijs, etiam in quibus nihil iuris habet pater, filius etiam emancipatus tenetur sub pœna mortalis peccati alere indigentes parentes, vnde 86. dist. capitul. cæterum, ait Ambrosius: *Cæterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes, nam si iuxta diuinum oraculum, contumelia parentum morte luitur, quæ eo magis fomes, quæ multo grauior est?* hæc ille. Est etiam sciendum, quod quadruplices reperiuntur filij. Quidam sunt naturales, & legitimi, de honesto matrimonio procreati, extra qui filij sint legi. capitul. cum inter Ioannem. Si tamen in facie Ecclesiæ cõtraxerunt, credentes se legitime copulatos, vel etiam si tantum alter eorum credebat, licet sit aliquod impedimentũ matrimonij inter eos, nihilominus filius pro legitimo reputatur, & succedit vtrique, capitul. ex tenore extra qui fil. sint legi. Secus si clandestine contraxerunt. Extra de clan. despon. capitul. cum inhibitio. Ad hoc autem prodest filios esse legitimos, quia succedunt parentibus, vt in authent. qui. mo. nat. efficleg. §. quoniam. Alij sunt adoptiui, & legitimi. Adoptari autem potest, tam masculus, quam fœmina, dummodo sit tantum minor tempore patre adoptante, quòd eius filius naturalis esse posset. ff. de adoptio. leg. adoptio. Et filij adoptiui, sicut filij naturales, & legitimi habentur, & etiam ab intestato adoptanti succedunt. C. de adoptio. l. pen. & ff eod. l. si pater. & Insti. de hære. quæ ab intesta. def. §. item adoptiuos. Alij sunt filij naturales tantum scilicet concubinę, qui de soluto, & soluta, quæ eius vxor esse possit, nascuntur, qui filij legitimari possunt per sequens matrimonium inter eos, & per specialem licentiam Papæ, extra qui filij sint legi. capitul. per venerabilem. Vel si pater offerat filium curiæ Imperatoris, fiatque curialis, vt in authentic. quibus modis. natu. effic. leg. §. si quis igitur, Coll. septima. Aut si pater moriens nominet eum in testamento filium suum hæredem legitimum, & ipse offerat postea principi testamentum, fit legitimus, vt in dicta authentic. §. si vero is qui, vel si pater non habet ascendentes, tunc posset instituere naturales filios insolidum sibi hæredes. C. de natur. liber. authentic. licet. Debent tamen naturales filij pasci arbitrio boni viri, etiam si alij filij legitimi existant, & succedant patri, dicta authentic. licet. Quidam verò sunt filij spurij nati de adulterio, vel incestu, aut aliter secundum leges damnato coitu, qui ab omni beneficio excluduntur, secundum leges Imperiales, vt habetur in dicta authentic. licet. & in authentic. ex complexu. C. de incest. nup. Episcoporum tamen interest facere, vt vterque parentum talibus filijs necessaria subministrent, secundum competentiam facultatum suarum, extra de eo qui duxit in ma. quam poll. per adulter. capitul cum haberet. Quia quilibet horum filiorum tenetur honorare parentes; & si enim non sint legitimi, tamen habuerunt esse à parentibus. Et ideo etiam naturales filij debent genitores suos venerari. ff. de in ius vocando. le. parentes. Quapropter dico cuilibet vestrum illud quod dixit Dio Philosophus, vt habetur in Chronica de Nugis Philosophorum, capitulo 31. *Talis fias parentibus tuis, quales optares erga te fieri natos tuos.* Quod si feceritis, ad vitam peruenietis æternam. Ad quam, &c.

(:)

Digitized by Google

FERIA V. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

De retributione bonorum & malorum filiorum.

SERMO XXI.

FILI *recordare quia recepisti bona in vita tua.* Luc. 16. Aristo. lib. 3. Ethi. ca. 3. inquit: *Parentes diligunt filios, vt sui ipsorum aliquid existentes.* Et li. 9. eiusdem operis, cap. 7. etiam dicit: *Quilibet proprium opus diligit, magis quàm diligatur ab opere suo,* & etiam in li. 2. magnorum moralium c. 78. ait: *Omnes ad illud quod ipsi fecerunt, quodammodo benevoli sunt.* Pater igitur benevolus est ad filium, eo ipsius existente factore, propter quod magis pater filium amat, quàm filius patrem. Quia enim parentes de natura sua propria dederunt filijs corpus proprium, filij autem parentibus in generatione nihil dederunt; ideo filij non tantùm diligunt parentes, sicut ab eis amantur: Qui diligunt eos vt opera sua, vt carnem suam & vt membra sua, hac de causa Deus non præcepit patribus, sicut nec præcepit homini, vt diligat seipsum. Quę considerans Salomon, in Proverb. suis c. 6. inquit: *Fili conserua præcepta patris tui,* quasi dicat, propter maximam dilectionem non præcipiet tibi, nisi bonum. Et subdit, *& ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter.*

In his quæ sunt contra Deum nulli obediendū.

QVæ tamen intelligenda sunt de bonis præceptis. Nam in his, quæ sunt contra Deum, nulli est obediendum 11. q. 3. ca. non enim semper, cum octo capitulis sequentibus. Ideo dicit Hugo de S. Victore. *Obedire debemus parentibus in omnibus, exceptis his in quibus dilectio patris offenditur.* & Hieron. ad Furiam inquit: *Honora patrem tuum, si te à vero patre non separat. Tam diu scito sanguinis copulam, quamdiu ille suum nouerit conditorem,* alioquin tibi Dauid protinus clamat, & dicit: *Audi filia, & vide, & obliniscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* In bonis ergo obediēdum est parentibus: vnde Tobias præcipiebat filio suo, vt habetur 4. c. sui libri. dic. *Honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus vitæ tuæ.* In Chronico quoque de nugis Philosophorum, c. 3. dicitur, quòd Solon, qui fuit vnus ex septem sapientib. ait: *Parentes reuerere,* & meritò. etenim sunt fideliores amici, quos habeat quis in hoc mūdo. Ideo dicebat Statius, in libro Theba. *Prolis amor crudelia vicit Pectora.* Et scitote filij, quòd magna virtus est habere pietatem parentibus, iuxta illud Patronij poetæ: *O maxima rerum, & meritò pietas tutissima virtus.* Vt ergo vos ad hanc pietatem incitem, quia dicitur in communi prouerbio, quod oratio breuis penetrat Cœlum, sermonem breuem faciemus de septem retributionibus, quas facit Deus bonis filijs pro seruitijs, quæ impendunt parentibus, & similiter breuissime ostēdemus septem terribiles punitiones, quas faciet alijs inobedientib. & malis.

Sermonis intentio ac diuisio.

DE PRIMA RETRIBVTIONE scilicet viuificationis.

EST ergo sciendum, quo ad primā partem nostræ prædicationis, quę dicitur viuificationis. Quod quamuis mors sit patienter toleranda, vnde Arist. in lib de regi. prin. ait: *Sapiens debet gloriari de morte, & non dolere,* & Valerius. libr. septim. inquit: *Cum ab Athenienſibus iudicatum esset, vt Socrates hausto veneno periret, delatum sibi mortis poculum, non aliter, quam medicamentum immortalitatis accepit, & de mortis contemptu, vsque ad vitæ exitum libero animo disputauit.* Et Plato in Phędrone ait, mortem philosophantibus appetendam: tamen vt inquit Aristotel. 8. Ethico. Omnes eam naturaliter fugiunt. Et ideo si vis, ô fili longæuam ducere vitam,

Filij benevolentiam in parentes impendentes longæuam ducunt vitam.

Digitized by Google

tam, honora parentes. Nam ſcriptum eſt Exod. 20. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*, & Deut. 5. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt longo viuas tempore, & benè ſit tibi*, & Eccle. 3. dicitur: *Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiori.* At contra de his qui malè tractant parentes, dicitur Deuter. 21. c. quòd tales debent lapidari & interfici, & Exod. 21. ſcriptum eſt: *Qui percuſſerit patrem, aut matrem, morte moriatur*, & 31. cap. eiuſdem libri: *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, ſanguis eius in ipſo erit*, & Deut. 27. *Maledictus, qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam, & dicet omnis populus, Amen.* Prouerb. quoque 20. dicit Salomon: *Qui maledixerit patri, vel matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris*, & 28. c. eiuſdem libri inquit: *Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, vel matre, & dicit hoc non eſt peccatum, particeps homicidæ eſt*, & Ezec. 22. c. dicitur. *Patrem & matrem leuiter in eis affecerunt, propterea dedi eos in opprobria in gentibus & vniuerſis populis in deriſum.* Tales etiam iniquiſſimi filij debẽt à iudicibus ſecularibus acriter puniri, vt præcipitur in l. 1. ff. de obſe. à libe. præſtan. Malus ergò filius breuem habebit vitam, vt patet de Abſalone, 2. Reg. 18. de quo ſupradictum eſt. Legitur etiam, quòd in Cathalonia noſtris temporibus in quadam ciuitate prope Valentiam, quidam Ioannes nomine, annorum decem & octo, parentibus inobediens, latro effectus, ſuſpenſus eſt, & poſtquàm mortuus fuit, cùm adhuc eſſet in patibulo, paulatim emiſit barbam magnam, qui antè penitus erat imberbis, mutauit faciem, capilli eius creuerunt cani, barba alba facta eſt canitie, vſque ad effigiem ſenis 90. annorum. Currens autem Epiſcopus ciuitatis Spiritu ſancto edoctus ait: Noſtis hunc iuuenem fuiſſe rebellem patri, & inobedientem. Scitote, quod ſi fuiſſet obediẽs, vixiſſet vſq; ad ætatem 90. annorum. Sed quia fuit rebellis, hoc terribile iudicium de eo fecit Deus, vt verificetur illud Pſal. *Viri ſanguinum, & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos.*

DE SECVNDA RETRIbutione, ſcilicet multiplicationis.

Qui parentes honorificat, ſibi in temporalia & ſpiritualia theſaurizat.

SECVNDA retributio dicitur multiplicationis, de qua Eccle. 3. dicitur: *Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat matrem ſuam:* quod poteſt intelligi, non tantùm de diuitijs temporalibus ſcilicet denarijs, & poſſeſſionibus, quas Deus dat filijs honorificantibus parentes ſuos, ſed etiam de bonis temporalibus, vt formoſitate, ſanitate, & fortitudine; inſuper, & de ſpiritualibus, vt ſcientia, ratione ſenſata, ac maturitate, & virtutibus. At contra eſt de filijs, qui non benè tractant parentes ſuos. Illis enim Deus dat maximam paupertatem. Vnde ſcribitur Eccle. 41. *Filiorum malorum peribit hereditas, & cum ſemine eorum hereditas opprobrij.* Et iterum Eccle. 7. habetur. *Generauit filium qui in ſumma egeſtate erit.* Et ideò in authentic. vt cùm d app. l. cognoſcitur. §. cauſas. coll. 8. aſſignantur cauſæ, quibus filius amittit hæreditatem paternam, quas etiam ponit gloſſ. in c. Quintauallis. extrà de iureiur. & ſunt iſtæ. Si parentes verberauit. Si inhoneſtam iniuriam eis ingeſſit. Si in fama eos læſit. Si cum malis conuerſatus fuit. Si maleficus efficitur. Si vitæ eorum inſidietur. Si cum concubina patris, vel nouerca carnaliter peccauit. Si delator & accuſator contra eos fuerit. Si pro patre ſ. deuberare noluit. Si teſtamentum facere illum prohibuit, ſi contra voluntatem patris cum arenarijs conuerſatus fuit, niſi forte pater eius ſit huius conditionis, ſi filia vitam luxurioſam duxit, propter quod à matrimonio impediatur, ſi parentibus furioſis remedium non adhibuit, ſi parentem captiuum non liberauit prout poſſe. O benedicte Deus, quàm pauci inueniuntur filij, qui digni ſint hæreditate paterna. Hodierno namque tempore rariſſimi inueniuntur, qui debitum ſuum erga parentes faciant. Sed dicet quis, ego facio reuerentiam patri meo. non ſuffi-

cit hoc ô fili, nisi posteà illi subueniας in necessitatibus suis. Ait enim Hieron. super Matthæum: *Honor in scripturis, non tantùm in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosynis, ac munerum obligatione sentitur.*

Casus circa parentum sustentationem.

ET ideò si casus contingat, quòd filius cum vxore, & duobus filijs, habeat etiam patrem, & matrem, nec habeat panem, vel cibum alium, ad sustentandam viram pro quatuor personis, tenetur potiùs sustentare parentes, & permittere mori filios, quàm econtrà, secũdùm Theologos & Do. præcipuè Hieronymum, & Ambro. & habetur in 3. sen. di. 39. & hanc quæstionem mouet S. Bonau. ibidem. ar. 1. q. 4. & ita determinat Cynus in l. 2. C. de patribus. qui fi. dis.

Debemus vsque ad mortem parentib. seruire.

ET de hoc, quòd debeamus seruire parentibus vsque ad mortem, dedit nobis exemplũ Dominus noster Iesus Christus, qui vt scribitur Ioannis 16. commendauit matrem suam Ioanni, deinde dixit matri. *Ecce filius tuus*, scilicet Ioannes, quasi dicat, secundùm Nicolaum de Lyra ibi: Vsque nunc fui tibi ad obsequium, de cætero Ioannes erit loco mei. Deinde dixit discipulo: *Ecce mater tua*, quasi diceret: Deputo te ad eius obsequium. Super quæ verba Chrysostomus inquit: *Docet nos Christus vsque ad mortis vltimam respirationem honorare parentes, & eorum diligentiam habere.* Sed quid dicam de diabolicis filijs hodierni temporis, qui non solùm non habent curam patrẽtum, imò sunt eis peruersiores, quàm extranei, & inimici, eos non diligunt, imò odio habent, & non possunt eos nisi toruis oculis aspicere, non obediunt eis, imò videntur studiosè omnia contra eorum voluntatem facere, nõ honorant, non faciunt reuerẽtiam illis, sed irrident, & paruipendunt, & illos fatuos existimant, & appellant dicentes, quòd plura sciunt iuuenes quàm senes, & quòd qui senescit stultus efficitur: non consolantur eos in tribulationibus, imò afflictis afflictionẽ augent, cõtumelioſa contra eos verba proferunt; non seruiunt illis, sed verberant eos, & in necessitate mori patiuntur. Profectò si Imperiales leges seruarentur, multi paternis hæreditatibus priuarentur. Sed quid dicam de illis qui parentibus mortem intentãt? Heu horribile factum. O sceleratissimum flagitium. O diabolica crudelitas, quando filius veneno vel gladio, vel alio modo parentes interficit. Nostris namque temporibus in ciuitate Barri scilicet 1470. inuentus fuit filius, qui occiderat propriam matrem. O satanici filij, crudeliores tigribus, & leonibus. Non enim reperitur aliqua bellua tam fera, quæ sic malè suos possit tractare parentes, instigante eos natura ad amorem paternum. Et ideò talibus filijs parentes necantib. horribilis est pœna, a legibus ordinata. Primo enim debent virgis cædi, deinde in facco corij contui, vna cum cane, & gallo gallinaceo, ac vipera, & simia, & sic in mari iactari, vel in amnem proximum, vt omnium elementorum vsu careat, & cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Et si mare, vel fluuius non sit proximus, debet bestijs ad deuorandum dari. C. ad legem Pomp. de par. i. leg. 1. & ff. eodem. leg. penul. Ideò autem ponuntur hæc animalia, quia canis fugat simiam, & simia gallum, & gallus viperam. Vipera autem non inueniens refugium, intrat corpus illius, & ipsum torquet.

DE TERTIA RETRIbutione, scilicet filiationis.

TERTIA retributio, quam Deus facit filijs honorantibus parentes, dicitur filiationis. Dat enim illis Deus pulchram familiam filiorum pulchritudinem, & morum honestate ornatorum. Dat illis filios obedientes, & reuerentes, vnde Eccle. 3. scriptum est: *Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs suis*, & Psalm. 127. dicitur filio obedienti: *Filij tui sicut nouellæ olliuarum.*

Dat Deus pulchrã filiorum familiam, & morum honestate ornatos, filijs qui parentes honorant.

Digitized by Google

neuelle oliuarum in circuitu mensæ tuæ. At contra inobedientibus, Deus dat infelicem familiam. Nam tales, aut non habent filios, vel subitò moriuntur, vel sunt vitiosi, aut monstruosi, vel dementes, aut incorrigibiles, & parentibus rebelles. Vnde Sap. 4. dicitur: Ex iniquis omnes, qui nascuntur filij, testes sunt nequitiæ aduersus parentes. Et psalmographus canit: *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & ejciantur de habitationibus suis.* Vnde melius fuisset illis, non habuisse tales filios. Et ideò dicit Boetius in 3. de consol. cap 13. *Euripidis sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.* Dicitur autem communiter, quòd qui habet vnum filium, si bonus est, sufficit sibi. Si autem est malus, nimis habet, & melius esset, quod illum non haberet. Propterea Sextus Pythagoricus ait: *Excrucient te liberi male viuentes, magis quàm morientes.* Et hoc fit iusto Dei iudicio, vt sicut ipsi iniqui filij malè tractauerunt parentes, & eos nunquam consolauerunt, ita & ipsi à filijs suis tractentur. Vnde legitur, quòd quidam miles habens patrē senē, posuit eū in stabulo, vt ibi fame moreretur & frigore, & ipse epulabatur & gaudebat, vna die filius ipsius militis, duorum annorū, vel circa, iuit ad stabulum, senex autem amplexando puerum & oculando narrauit sibi negotium: quod iudicio Dei intelligens puerulus, iuit ad patrem dicens: Pater mi, quare permittis mori auum meū in stabulo? Da mihi aliquid vt portem ei. Miles autem respondit, tace, aliter te seuerissime verberabo: puer verò accipiēs gladium, volebat se interficere. Cui pater compatiens imperauit famulis, vt quoddam vilissimum coopertorium equorum traderent puero, vt suo auo portaret; quod cernens puer ait ad patrem: Accipe pater pannum istum ab hac parte, & cùm pater nollet assentire, puer cultellum accepit, & scidit pannum, cui pater dixit: Quid agis fili? Respondit, quia medietatem volo seruare, vt cùm & tu senueris, quando posuero te in stabulo, vt moriaris fame & frigore, mittam tibi hanc medietatē huius coopertorij. Quod audiens pater, compunctus cucurrit ad stabulū, & genu flectens coram illo puero, ne patre suo, veniam postulauit, & eum deinceps bene tractauit. O maledicti filij, audite quid dicat Cato in suis documentis: *Patere legem, quam tu ipse tulerit.* Quod enim quisq; iuris in alium statuerit, ipse eodē iure vti debet. ff. quod quisque iuris per totum. & cap cùm omnes. extra de constituti. Et ideò scitote, quòd filij vestri sic vobis facient, sicut nunc facitis parentibus vestris.

DE QVARTA RETRIBVtione, scilicet famationis.

Boni filij bonæ famæ à Deo retributionem accipiunt.

QVARTA retributio, quam habēt boni filij à Deo, dicitur esse bona fama, de qua Ouidius in 5. de Tristibus ait: *Denique non paruas animo dat gloria vires. Et facunda facit pectora laudis amor.* Et in libro de Ponto idem inquit: *Excitat auditor studium, laudataque virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet.* & Virgilius. 10. AEneid. ait: *Sed famam extendere factis, Hoc opus, hic labor est.* Ouidius quoque in 3. de arte amandi ait: *Quid sentiat sacros, nisi tantum fama, poetas. Hoc votum nostrū summa labore habet.* Et Claudianus: *Gaudet enim virtus testes sibi iungere Musas, Carmen amat quisquis, carmine digna gerit.* Ex quo concluditur, quòd quilibet debet habere curam de bono nomine, vt dicitur Eccle. 41. quia fama bona impinguat ossa, Prouerb. 15. Hanc autem bonam famam habent filij, qui benè parentes tractant ac etiam honorant. Nam scriptum est Eccl. 3. *Gloria hominis, ex honore patris sui,* & Prou. 17. dicitur: *Gloria filiorum eorum.* At contra parentes suos malè tractantes sunt pessimæ famæ. Et ideò Prouerb. 25. dicitur. *Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo contristat matrem suam.* Ecce ergo, quòd malus filius reputatur stultus, & infamis. Vnde clamat. Eccl. 3. c. sui libri: *O quàm male fama est, qui relinquit patrem.* profectò tales filios Deus faciet omnibus infames, & ostēdet cunctis quantū sibi displicuit, quòd non honorauerint paren-

parentes. Legitur enim quòd Bononiæ fuit quidam, qui infirmam matrem vilibus cibis nutriebat, sibi autem delicata cibaria præparabat. quadam autem die cùm legumina matri, sibi autem quẽdam pinguem caponem præparari iussisset, cùm ad mensam causa prandendi iuisset, positus capo coctus antè ipsum, statim alatus est, & versus est in bufonem, saltauitque, & faciei eius se inseparabiliter appendit, in olla autem vbi legumina matri condiebantur, inuenta est quædam sapida perdix, & optima, quæ fuit ministerio Angelorum portata, vt matris patientia, & filij manifestaretur iniquitas. Tandem ille iniquus filius, propter sua scelera fuit ad caudã equi per ciuitatem tractus, & decapitatus. Dicebat quoque D. Ioannes Marchus de Grassis, qui fuerat capitaneus iustitiæ in ciuitate Mediolani, per multos annos, & zelo iustitiæ, quasi innumerabiles maleficos fecerat occidi, quod de centum interfectis, suspensis, & decapitatis ab ipso, inuenerat nonagintanouem, imo quasi omnes malè tractasse parentes. Et ideo credebat quod propter hoc ad talem venissent sententiam.

DE QVINTA RETRIBVtione, scilicet benedictionis.

Obedientes filij facit Deus, vt à parentib. benedicãtur, inobedientes vt à maledicantur, quæ benedictio est vtilis et, & inutilis maledictio.

QVINTA Retributio, quam facit Deus filijs bonis, dicitur Benedictionis, de qua Eccle. 3. dicitur: *Benedictio patris, & matris firmat domos filiorum*, & Psalm. 20. dicitur patri benedicenti filium: *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* & Psalm. 111. scriptum est: *Generatio rectorum benedicetur.* Vnde legitur in legenda Aurelij doctoris Aug. quod propter matris suæ orationes & lachrymas, fuit à dæmonis manibus liberatus. Vnde fuit cuidam Episcopo diuinitus reuelatum, vt matri suæ diceret: Desine mulierem plorare, quia mihi Dominus demonstrauit, quòd filius tantarum lachrymarum malè perire non potest. O filij seruite parentibus vestris, vt vos benedicant, & prosperari faciant in omnibus bonis, & veniat super vos benedictio quam dedit Isaac filio suo Iacob. Gen. 27. di. *Det tibi Deus de rore cæli benedictionem, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur antè te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* At contrà de inobedientibus filijs scriptum est Prouerb. 30. *Oculum eius, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij Aquilæ.* Et quod hoc sit verum, quod maledictio patris, & matris exaudiatur à Deo super filios, habemus exemplum quod accidit à 25. annis citrà, in ciuitate Comi, vbi quædam mulier habens filium, qui nolebat sibi obedire, genu flectens antè imaginem Christi dixit: Precor Deum O fili, vt faciat tibi venire ignem sancti Antonij, sicut bono corde eum deprecor. O terribile iudicium, vix verba finierat, quod filius eius respondit: Surge mater mea, quia venit mihi quod rogasti: quæ surgens attonita, inuenit filium habentem ignem S. Antonij, qui per tres dies continuos ardens, interfecit illum. Et hæc mulier prædicante me ibi, misit mihi prædium. Legitur quoque in vitis patrum, quod quidam Albinus nomine, habebat filium malum, cui dedit maledictionem, qui statim post maledictionem patris arreptus est à diabolo. Caueant ergò patres, & matres, ne proni sint ad mal. dicendum filijs, filij autem non prouocent eos ad iram, ne eos maledicant. Scriptum est enim Deut. 27. c. *Maledictus, qui ignorat patrem suum, i. l est eum non recognoscit reuerendo.* Et Eccles. 3. c. di. *Maledictus homo, qui exasperat matrem.* De his etiam maledictionibus habemus aliud exemplum, quod narrat August. 22. de ciui. Dei c. 8. di Quod quædam Domina à suis filijs molestata, ac prouocata maledixit eos, morbum horribilem, s. paralyticum eis imprecando, & illi decem eius filij, scilicet septem mares, & tres fœminæ, statim ab illo

Exempla de maledictione filiorum à parentibus.

Aliud exemplum.

ab illo horribili morbo apprehensi sunt, qui miseri præ confusione notorum relicta patria,per mundum vagabuntur. Casu itaque peruenerunt duo illorum,scilicet vnus masculus, & vna fœmina ad ciuitatem Hipponensem, vbi tunc S.Aug. Episcopus erat. Dumque vna dierum celebraret missam in honorẽ S.Stephani,vnus ad altare accessit ex illis supplex, & compunctus,& statim fuit liberatus: q̃ cernens eius germana, & ipsa compuncta,& supplex, post aliquot dies accedens ad altare, meritis martyris extitit liberata.Licet ergo quando sine causa,& ratione,sed ex stultitia pater, & mater maledicunt filios bonos,Deus non exaudiat eos,ait enim August.super Psal. 102. *Qui iustus est,& iniuste maledicitur, præmium illi redditur*,tamen filij summopere debent timere maledictionem patris, & matris. Non sunt enim adhuc 30. anni, quod erat in ciuitate Mediolani quidam iuuenis valde fortis,& formosus, sed rebellis matri suæ,qui semel reprehensus à matre,& maledictus ab ea propter scelera, respondit:Non timeo maledictiones vestras,cui dixit mater: Vade maledicte fili,quia facies,eas super furchas.O horribilissimum Dei iudiciũ, ecce enim quod quod post aliquod dies ille miser propter furta deprehensus ad suspendium ducitur.Vadit fama per ciuitatem,quod mater eum maledicens,dixerat ei.Currit ergo tota ciuitas ad videndum, si maledictio matris compleretur: ego quoque tunc secularis existens, accessi ad videndum tam grande spectaculum. Et ecce quod miser ille statim postquam fuit suspẽsus per gulam, voluit digitos manus, & fecit sicut imprecata fuerat sibi mater; quod ego proprijs oculis aspexi.Quapropter ô diabolici filij timete,ac contremiscite iudicium patris & matris,scriptum est enim Ecclesia.3. *Maledictio matris eradicat fundamenta domus filiorum.* Et ideo vt propitius sit Deus omnibus tam parentibus,quam filijs,parentibus dico, quia sæpe grauissime peccant patres & matres, qui pro quibuslibet minimis defectibus maledicunt filios,& maxime hoc faciũt matres quædam,quæ videntur nescire loqui nisi cum maledictionibus,& blasphemijs filiorum. O feroces matres,cur filios vestros quos portastis in vtero,tot maledictionibus iugulatis? Scitote, quod non paruum crimen incurritis. Vt ergo parcat vobis Deus, & similiter filijs vestris,qui vobis inobedientes fuerunt, cõsulo,vt hac die quam primum intraueritis domum,antequam comedere incipiatis, vos omnes ô filij, & filiæ, coram patribus vestris, & matribus veniam petatis genibus flexis,postuletisque ab eis benedici. Vosque ô parentes eos amplexamini dulciter, illas osculantes,illisque parcite, & benedictionem vestram illis date.

DE SEXTA RETRIBVtione,scilicet gratificationis.

SExta retributio, quam habent filij boni,dicitur gratificationis. Recipiunt enim gratiam, & benedictionem diuinam,vnde scriptum est Eccl.3. *Honora patrem tuum,& benedictionem matris tuæ ne obliuiscaris, vt veniat tibi à Deo benedictio, & benedictionem illius in nouissimo maneat*, id est, vsque in finem perseueret. Cum autem Deus benedicit, multa bona multiplicat, vnde ait propheta:*Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis*,& Augustinus,super Psal.66. dicit: *Cum benedicit nos Deus, crescimus scilicet in gratia,& omnibus bonis.* At contra de illis, qui male tractant parentes, dicit Seneca, epistola 60. *Iam non miror, si omnia nos à pueritia mala sequuntur,inter execrationes enim parentum excrescimus.* Et Petrus Rauennas,in quodam sermone ait: *Anulus à sole radium, & non lucet: ramus à fonte,& arescit: ramus ab arbore, & exsiccatur; membrum à corpore,& putrescit: separatum à deuotione paterna, & iam non est filius; sed frater & collega eorum,de quibus dicitur. Vos ex patre diabolo estis*: O pessimi filij quomodo tractabitis extraneos,si talia agitis in parentes? ait enim Cassiodorus,in quadam epistola: *Qui fallere audebit parentes, qualis erit in cæteros?* Sciatis ergo,quod estis diuina gratia priuati,& à Deo maledicti.

Supportate ergo parentes vestros, seruantes illud Martialis lib. vndique suscepto. c. 3. qui dicit: *Dilige si bonus est iusta pietate parentem: Si malus est, toleres, filius esto bonus.* & Cato. c. 2. inquit: *Parentes patientia vince.*

DE SEPTIMA RETRIbutione, scilicet glorificationis.

Magnam recipiunt gloriam boni filij, obsequium erga parentes impendentes.

SEptima, & vltima retributio dicitur glorificationis. Magnam enim gloriam recipiunt filij boni propter seruitia, quæ faciunt parentibus. Scriptum est enim primæ ad Tim. 4. *Pietas* scilicet, erga parentes, *ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.* At contra quantum puniantur filij rebelles suis parentibus, patet per illud, quod scriptum est Matth. 2. Nam si Christus tam aspere puniet eos, qui opera pietatis in extraneos non fecerunt, quid faciet illis perditis filijs, qui erga parentes crudeles fuerunt: Profectò asperrima voce proferet contra eos sententiam dicens. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* vnde gloss. super illud Matth. 15. capit. *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur*, ait morte æternæ damnationis. Propterea Ecclesiasticus cap. tul. 3. sui libri dicit: *Iudicium patris audite filij, & sic facite, vt salui sitis*, & Apostolus, ad Ephes. 6. inquit: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est primum mandatum in promissione, vt bene sit tibi*, scilicet in præsenti, *& sis longæuus super terram*, scilicet supernæ patriæ. de qua Psalmista dicit. Psalm. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium. Ad quam &c.*

Qua vltio immineat parentes inhonorantibus.

FERIA VI. POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

De Homicidio.

SERMO XXII.

NON occidamus animam eius; nec effundamus sanguinem. Gen. 35. & in epistola occurrentis feriæ. Quintum decalogi præceptum dicit. *Non homicidium.* Exod. 20. de quo Aug. 1. de ciuit. Dei inquit: *Cum audimus, non occides, non credamus hoc dictum esse de irrationabilibus animalibus, volatilibusque, ac natantibus, sed de homine tantum.* Et ratio huius est secundum Alex. de Ales. in 3. parte summæ in tractatu de præceptis, præcepto 5. ar. 1. in responsione secundi argumenti, & S. Bona. in 3. di. 36. in quæstionibus circa literam. & B. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 1. Quia nullus peccat vtendo aliqua re ad id, ad quod est ordinata, in rerum autem ordine, imperfectiora sunt propter perfectiora, vt ait Aegidius. 2. de anima. Omnia animalia sunt creata propter hominem, vt etiam inquit Arist. 2. Phys. & 1. Politi. Homo enim factus est dominus brutorum, à prima institutione, secundum Alex. vbi supra. & expresse habetur Gen. 1. c. & Psal. 8. vnde dixit Deus Gen. 9. *Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in escam*, & ideo licitum est occidere animalia irrationabilia, quæ sunt sua, vel nullius. Si autem occidantur aliena animalia, fit contra septimum præceptum decalogi. Non autem licitum est interficere hominem, quia vnus homo non est Dominus alterius, ex institutione primaria.

Declaratur de quo intelligatur præceptum illud Aug. 1. de ciuit. Dei inquit: Cum audimus, non occides, non credamus hoc dictum esse de irrationabilibus animalibus, volatilibusque, ac natantibus, sed de homine tantum.

SEd sciendum est, quod de pœnit. di. 1. Clemens Papa ponit tres homicidij species, in c. homicidiorum diceus: *Qui verbis, species.* & qui

Tres sunt homicidij

& qui odit reum ſuum, & qui detrahit, homicida eſt. Secundum enim magiſtrum, in 3. diſt. 37. in hoc præcepto, non occides, prohibetur actus homicidij ſecundum literã, ſecundum vero ſpiritum voluntas occidendi. Et propterea vnus Euangeliſta dicit Chriſtum hora 3. crucifixum, alter vero hora ſexta, quia Iudæi Crucifixerunt eum hora tertia lingua & voluntate. Milites vero manibus hora ſexta. capitul. periculoſe. de pœni. diſt. 1. Item ſecundũ Alex. de Ales. vbi ſupra, in hoc præcepto interpretatiuè prohibeatur, occiſio ſpiritualis ſcilicet animę & de hac Aug. ſuper pſalmiſtam dicit: *Noli putare non eſſe homicidium, quando fratri tuo mala perſuades. Si fratri tuo mala perſuaſeris, eum occidis, & vi ſcias, quia occidis, audi pſalmiſtam dicentem: Filij hominum dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus*: habetur etiam hoc de pœ. diſtinct. 1. capitul noli putare. & capitul. ille qui. 22. q. 5. Sciendum quoque ſecundum Nicolaum de Lyra, Exodo. 20. & Aſteſanum noſtrum in ſumma, parte prima libro primo, tit. 19. art. 1. q. 1. quod in hoc mandato prohibetur implicite ipſa diſpoſitio ad occiſionem, vt eſt vulnerare verberare, mutilare, & ſimilia, quæ non licent. Quæ omnia comprehenduntur in verbis propoſitis, vbi dicitur: *Non occidamus animam eius, nec effundamus ſanguinem.* Super quibus verbis tres conſiderationes de homicidio faciemus, prima dicetur Declarationis, ſecunda excuſationis, tertia & vltima Deteſtationis.

Soluitio controuerſiæ Euangeliſtarum de hora crucifixionis Chriſti.

Quid prohibeatur per illud præceptum, non occides.

Sermonis diuiſio.

PARS PRIMA, IN qua declarantur peccata, quæ fiunt contra hoc præceptum.

PRo declaratione huius partis. ſciendũ ſecundum Alex. de Ales vbi ſupra, & ſanctum Bonauent. in tertia diſtinctione 37. in quæſtionibus circa literam, & Beat. Thom. 2. 2. quæſtione 64. artic. 5. & Aſteſanum parte prima, libro primo. tit. 25. art. 2. quæſtione quinta. Quod nulli licet interficere ſeipſum. tales autem perditi homines ſe ipſos occidentes, mortaliter peccant, facientes contra naturam. Quælibet enim res conſeruat naturaliter eſſentiam ſuam, vt inquit Ariſtot. 2. de anima. Vnde Tullius in primo, de offic inquit: *Primo generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quæ nociua videntur, & omnia quæcunq; neceſſaria ſunt ad viuendum inquirat, & paret*, vt paſtum, & latibula, ac alia generis eiuſdem. Cum ergo quilibet agens contra naturam peccet mortaliter, vt inquit Alexand. vbi ſupra: ergo in nullo caſu ſine peccato mortali licet ſeipſum interficere, etiam ſi quis ſe occidat aliqua bona intentione, vel reſpectu. Non enim ſunt facienda mala, vt eueniant bona. ad Rom. 3. & hanc ſententiam probat Auguſtinus primo de ciuitate Dei, & habetur expreſſe. 23. quæſtione quinta capitul. tu dixiſti & cap. non eſt noſtrum. & cap. non occides, & cap. ſi non licet, & cap. placuit. Nõ etiam licet ſe mutilare. di. 55. cap. ſi quis abſciderit, vbi hoc prohibetur tanquam homicidium. Tales ergo contra ſeipſos ſæuientes, crudeliſſimi ſunt. Qui enim ſibi eſt nequam, cui bonus erit? Eccleſiaſtes 14. & ff. de bonis eorum qui mor. ſi. conſi. l. ſi. ſ ſi quis autem. Et ſi dicatur, quod aliqui ſancti ſeipſos interfecerunt, reſpondit Auguſtinus primo. de ciuitate Dei. & 23. q. 5. c. nõ occides, quod hoc ſpiritu ſancto inſpirante fecerunt.

SEcundo dico, quod non licet alicui priuatæ perſonæ interficere malefactorem, ſecundum Tho. vbi ſupra articul. 3. & ſanctum Bonauenturam, in 3. diſtinctione 37. & Alexand. de Ales. vbi ſupra articul. tertio. Et hoc tenet Auguſt. primo de ciuitate Dei, & 23. quæſtione 8. capitul. penul. qui ſic dicit: *Qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, periurum, & quemlibet criminoſum interficit, aut membra eius debilitat, velut homicida iudicabitur. Et tanto acrius, quanto non ſibi à Deo conceſſam poteſtatem abuſiue vſurpare nõ timuit.*

Nulli priuate perſonæ malefactorem interficere licet.

timuit. Et eandem sententiam ponit idem Augustin. libr. 2. contra Faustum.

An liceat marito interficere vxorem in adulterio deprehensam.

SEd hic oritur quæstio, an liceat marito interficere vxorem in adulterio deprehensam? respondit Richard. in 3. dist. 37. art. 2. q. 1. quod si vir per iudicium seculare, & non Ecclesiasticum procuret occidi vxorem adulteram, non libidine vindictæ, sed amore iustitiæ; vbi est lex posita ab eo, qui eam ponere potuit, de interficiendis adulteris, non peccat. Si verò extra iudicium ipse eam occidit, peccat mortaliter, licet in aliquo secundum legem humanam hoc permittatur, vt no. 23. q. 2. c. inter hæc, in glos. & de hoc habetur textus in l. Gracchus. C. ad legẽ Iuliam. de adult. & ff. eod. tit. l. marito. & l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. & ff. ad l. Aquil. l. qui occidit in prin. Similiter patri licitum est secundum legem humanam interficere quemlibet deprehensum cum filia in actu venereo, dummodo hoc reperiat in sua vel generi domo, & simul filiam occidat, vel per eum non stet, quin occidat. ff. ad l. Iuliam. de adul. l. nihil & l. patri.

Permittitur enim, quia tales non puniuntur.

Tribus modis committitur homicidium iniquè, & illicite.

TErtio notandum est secundum Alex. de Ales. super hoc præcepto circa finẽ. quod homicidium illicite & iniquè, committitur tribus modis, faciendo, loquendo, & omittendo. primo committitur faciendo, & hoc tripliciter: primo modo voluntarie, & per se occidendo, & hoc est grauissimum peccatum 50. d. c. si quis voluntarie. De quibus sceleratissimis hominibus multi reperiuntur hodiernis temporibus, qui qualibet ex causa etiam leuissima interficiunt homines ad imaginem Dei creatos, & tanquam macellarij hominum effundunt sanguinem eorum, sicut pecudum, imo sæpe quando non possunt eorum bona contra iustitiã rapere, eos occidunt. de quibus Ouid. in 5. de Tristibus Epist. 9. inquit: *Cedit viribus æquum: Victaque pugnaci iura sub ense iacent.* Et Epistola 12. eiusdem libri etiam dicit. *Adde quod iniustum rigido iure dicitur ense, Dantur & in medio vulnera sæpe foro*: similiter sæpe innocens occiditur à nocentibus, sicut agnus à lupis, de quibus versificator fabularum Aesopi fabula secund. inquit: *Sic nocet innocuo nocuus, causamque nocendi Inuenit, hi regnant qualibet vrbe lupi.* Quando autẽ timent occidere gladio propter pœnas, occidunt eum veneno, de quo sceleratissimo vitio dicitur, in l. 1. C. de malefi. *Pius est, & atrocius hominem veneno extinguere, quam ferro necare.* Ratio autem huius potest assignari, quia vulnera facilè possunt videri, & mederi, non sic autem de nocumento veneni: vnde Auicenna optimus medicus, nescisse prouidere veneno sibi dato ab Auerrois commentatore.

Tripliciter committitur, homicidium faciendo.

Atrocius est veneno aliquem necare quam ferro.

SEcundo committitur homicidium, defendendo, puta si quis vadit, vt homicidium faciat, & quispiam illi se scienter associet, etiam si non incitet, imo potius dissuadeat, sed tamen eum comitatur, vt defendat si opus fuerit; talis secundum Host. homicida est, si homicidium perpetretur, & promoueri non potest. Et hoc notatur in c. sicut dignum, extra de homicidio. Tertio committitur homicidium adiutorio, puta arma commodando, vel alia, sine quibus homicidium non posset perpetrari, sicut patet in supradicto. c. sicut dignum, vbi dicitur: *Constat illos non esse immunes à reatu homicidij, qui licet nõ occidãt, tamen occisoribus opem ferunt*, hæc ibi. Et ideo, qui venena faciunt ea intentione, vt homo occidatur ex tali veneno, similiter, qui faciunt, aut vendunt arma, vt aliquis iniuste occidatur, non euadunt reatum homidij, si quis p illa moriatur: similiter si non faciat venena ea intentione, si ad nihil aliud valeant nisi ad occidẽdum, & exinde sequatur homicidium, dicitur reus homicidij, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur c. si culpa; de iniurijs & dam. da. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. in hac & ff. vi. bono. rap. l. prætor ait. la. 2. §. hæc autem.

2. Quomodo committatur homicidium faciendo.

3. Quomodo committatur homicidium faciendo.

SEcũdo committitur homicidiũ loquẽdo, & est tripliciter. Primo præcipiendo,

2. Principaliter homicido,

Digitized by Google

tid.ñ committitur faciendo, & hoc tripliciter.

do,per illam regulam,*qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.* ff.de admi.tu.l.ita autem.§. gessisse vero,quòd si quis. & ff.de vi. & vi.armata. l.1. §. deieciſſe. & ff.de regul.iur. l. quod iussu alterius. & in ca. qui facit per alium.eo.tit.lib.6. Et si præcepit tantummodo verberari, & tamen inde sequatur mors, dicitur homicida. Nam extra de homi.c.final.lib.6. dicitur: *Qui mandat aliquem verberari, licet prohibuerit mutilari, vel occidi, tamen si mutiletur, vel occidatur, tenetur homicidij, & efficitur irregularis, quia poterat cogitare illud sequi posse.* Et ex hoc ca. potest concludi,quòd ordinans, & consentiens bellum iniustum fieri, tenetur de omnibus malis,& homicidijs,quæ ibi fiunt, licet non habuerit intentionem ad illa.Et idem est de similibus. Secundo committitur homicidium consulendo,puta cum aliquis alicui persuadet facere homicidium,vel rogat, talis homicidij reus est, & irregularitatem incurrit, nec solum ille, qui directe consulit, sed etiam qui suasit illud,vt patet per Innoc.in gloss.super c.ad audientiam extra de homicidio : puta si quis suasit alicui ictum machinæ,vel balistæ, vel quod vadat ad capiendum castellum, quod sine hominum occisione capi non potest, tũc tunc enim si quis occidatur ibi, homicidij reus est,& irregularis efficitur.de pe. di.1.c.noli. Nec interest vtrum ille, cui consilium dat statim occidat, vel interiecto tempore, nisi interim contrarium suaderet,vel primum consilium reuocaret,vel mandatum quando præcepit, vt inquit Innoc.vbi supra. Hæc autem omnia supradicta habentur in c.si quis viduam.50.dis.vbi dicitur, quod quadruplicíter committitur homicidium,scil.facto, dicto, consilio, & præcepto, & ad hoc propositum est bonus textus in cap. periculose,de pe. distinctio.1. Et hæc omnia probãtur illis verbis Apostoli ad Roman.1. *Digni sunt morte, non solum, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Et facit ad hoc quod habetur extra de officio delegati. c.1.vbi gloss.plenè de hoc. Et vltra peccatum in omnibus prædictis, & sequentibus, tenetur quilibet agens, mandans,consulens,cooperans, & inducens, ad omne damnum, & interesse. Exod.21. & extra de iniurijs & dam. da. capitul.1. & capitulo nullus. de regul. iur.lib.6.

Corollariũ de iniustè bellum fieri ordinãtibus, vel cõsentientibus.

Quomodo cõmittatur homicidiũ consulendo.

TErtio ad propositum nostrum committitur homicidium ratificando.Nã ratihabitio mandato comparatur. l. deiecit.ff.de regul.iur.& c.ratihabitionem eod.tit.lib.6.Vnde dicitur in c. cum quis. de sen.excom. lib.6.quod ratificans verberationem clerici suo nomine factã, incurrit excommunicationem, ac si mãdasset,secus si non sit facta suo nomine: licet enim tunc ratificando mortaliter peccet, cum consentiat, tamẽ non est excommunicatus,vt patet ibidem.Et idem dicendũ est de homicidio, & alijs. Quod enim meo nomine non est gestum, ratum habere non possum c. ratum. de regul. iur. lib.6.& ff.de neg.gest.l.si pupilli. §.sed si ego.& ff.de precario.l.si seruus.

Quomodo 3 cõmittatur homicidium loquendo.

TErtio principaliter committitur homicidium omittendo. Et hoc etiam tripliciter.Primo non liberando. Nam si quis ex officio habet alium defendere, & videat ipsum occidi, & potest liberare absque periculo suo,si nõ liberat, occidit secundum Scotum.in 4.distinct.15. Et ponit similitudinem de furto, & rapina, quia secundum eum, qui potest liberare hominem,absque periculo suo, vt non spolietur, & ex officio tenetur, & non facit,ad interesse tenetur.Et hoc idem tenet B.Tho.& Rayn.in summa. vnde Ambros.23.quæstione tertia.capitul.non inferenda,dicit: *Qui non repellit à socio iniuriam si potest,tam est in vitio,quàm ille qui facit.* Et de hoc est textus expressus in casu nostro scilicet homicidij. in capitul. sicut dignum. §. illi etiam. extra de homicidio. & in capitul. sequenti. & 23. quæstione quinta. capitul. reos. Et isto modo fuit homicida Pilatus, qui vt ipse testatus est Ioan.19.potuit liberare Christum à morte,& noluit.

3. Principaliter homicidium perpetrat omittẽdo, & hoc tripliciter.

2. Modo, nõ solicitãdo, ac ignorando.

SECVNDO committitur homicidium ignorando, & non solicitando, sicut medici ignorantes. Ignorantia enim culpæ annumeratur, & non excusat. leg. imperitia. ff. de regulis iuris. & §. imperitia. Institut. ad legem Aquil. Similiter propter negligentiam solicitandi, multos perire permittunt medici, & ideo dicitur in capitul. petitio. extra de homicidio: Quòd quando cõscientia reprehendit quem de homicidio, debet se tenere reum homicidij. Quapropter medici debent recurrere ad conscientiam suam, & videre, an ex imperitia, & negligentia sua, aliquem mori permiserint.

3. Modo pauperibus fame morientibus non subueniendo.

TERTIO committitur homicidium non subueniendo pauperibus fame morientibus, capitul. patce. 86. distinctio. dicit Ambrosius: *Pasce fame morientem, si non paueris, occidisti.* Et ideo medici sciant, quod potius tenentur curare infirmum sine mercede, non solum pauperem, sed etiam diuitem, quam permittere eum mori, vt inquit Innocen. extra de homicidio. capitul. tua nos. Et glossa ordinaria, in capitulo primo. 83. di. mouet hanc quæstionem, vtrum medicus teneatur curare diuitem in periculo mortis, quando ipse renuit, & nullam mercedem dare vult. Et primo arguit, quod non. Inuito enim beneficium non confertur. l. inuito. ff. de regulis iur. Item nemo de suo cogitur facere beneficium, maxime diuiti. decima, quæstione secunda, capitul. precariæ. Item medicus licite potest recipere mercedẽ sui laboris. 14. quæstione quinta. capitul. non sane. Respondet glossa, quòd teneatur eum curare etiam suis expensis, & si conualuerit, poterit repetere expensas, quia vtiliter gessit negotiũ eius. l. Pomponius. ff. de negot. gest. Item si mortuus fuerit, quia sufficit bene incepisse, licet effectus non sit subsecutus. l. sed an vltro. ff. de neg. gest. l. illicitas. §. sicuti. ff. de officio præt. & in hoc casu inuito beneficium infertur. argumentum in capitulo, & qui emendat. 45. distinct. Sicut est licitum extrahere furiosum de domo ruinosa, etiam inuitum 23. quæst. 4. cap. ipsa pueritialis ergo medicinas recusans, debet reputari furiosus, argum. ff. de condit. inst. l. quidam, & de succes. ab intest. capit. 3. Et ideo medicus non debet eius verbis attendere. Similiter dicit glossa. 83. distinct. in cap. prouidendum, quòd si quis videat aliquem debere occidi iniuste, & hoc certe sciat, & possit eum liberare dando pecuniam, quòd ad hoc tenetur si potest facere, salua sua necessitate.

SCIRE etiã debetis dilectissimi, quòd si mulier grauida quæsiuit abortum per medicinas, vel labores nimios, vel aliter peccauit mortaliter, ipta, & quæcunque persona ei ad hoc consulens, vel cooperans, vt patet ex prædictis, & hoc etiam si non sequatur effectus, quia mala voluntas pro facto reputatur. Vt in capitul. omnis. de pœ. di. 1. facit lex Diuus. ff. ad l. Corneliam. de Sicarijs. Si vero sequatur effectus, & iam puerperium erat formatum, (quod fit in masculo, secundum Augustinum super Ioannem, capit. secundo. in quadraginta diebus: in fœmina verò in octuaginta, vt notatur. 5. di. in primo & habetur in secundo. senten. distinctione 33.) tunc homicidium committitur per eam, & per cooperantem, vel consulentem. secunda quæstione 3. capit. consuluisti. & 32. quæstione secunda, capitulo, quòd vero. & capitul. Moyses.

Nota tamẽ quid si mulier fuerit in periculo mortis, & pars nõ est animata anima rationali licet abortũ cõmittere, vt saluetur mulier, aliter nõ, secũdum Io. de Nea. in 10. q. 31. Si aũt res dubia esset, vtrum viuerent mortaliter peccare secundum Arist. Flo.

ITEM si mater, vel nutrix, vel alia persona suffocauit puerum, quem tenet iuxta se in lecto, inaduertenter opprimens eum, mortale peccatum videtur, si propter eius culpam, vel negligentiam notabilem, hoc processit, extra de his qui filios occiderunt. capitul. final. Ideo monendi sunt parentes, ne filios tenellos secum in vno lecto collocent. secũdo, quæstione tertia. capitul. consuluisti. in textu, & glo. concordat Dominus Antonius.

Digitized by Google

tonius de But. in dicto capitulo fina. qui inquit: *Quod si casum præcessit culpa grauis, puta quia in medio filium posuerunt, imponitur pœnitentia septem annorum. 50. d. cap. si quæ. Si vero præcessit culpa leuis, vt quia in eodem tecto, sed tamen à longe posuerunt, potest imponi pœnitentia trium annorum, vt ibi: si vero nulla præcessit culpa, de iure non sunt puniendi, sed ad cautelam propter ambiguum, potest imponi aliqua pœnitentia arbitraria.* hæc ille. Item sciendum, quòd si qua mulier procurauit aliqua venena sterilitatis, aut aliquis alicui mulieri aliquid fecerit, vel ad portandum dederit, vt non possit generare, vel concipere, aut ne nascatur soboles, peccauit mortaliter, & homicida dicitur. c. si aliquis. extra. de homi. & Dominus Antonius de But. & de hoc est glossa in cap. consuluisti. 2. quæstion. 3. Et prædicta probantur per l gem, si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. si mulierem. Non tamen contrahitur ex hoc irregularitas, nisi fœtus erat animatus. d. c. si aliquis. Magnum autem est peccatum procurantium venena sterilitatis, maxime coniugatis, de quibus inquit Augu. in lib. de nuptijs, & refert magister in 4. dist. 31. di. Qui venena sterilitatis procurant non coniuges, sed fornicatores sunt. Et idem ponitur in c. aliquando. 32. q. 2.

Sterilitatem procurãtes mortaliter peccant.

ITEM si quis dederit mala medicamenta turpis amoris causa alicui, non vt occideret, & tamen moritur, mortale est, & punitur ac si occidisset, quia dedit operam rei illicitæ. Et hoc notat Dominus Antonius de But. in d. c. si aliquis.

ITEM si quis quis occiderit aliquem casu præter intentionem, dando operam rei illicitæ, vt in ludo noxio, puta faciens ad saxa, & huiusmodi, vel etiam dando operam rei licitæ, sed non adhibendo debitam diligentiam, vt proijciendo tegulas de tecto, non clamando, vel aliud signũ faciendo, nõ excusatur à pecc. mortali. extra de homicidio. c. Ioannes. & c. fi. Et ibi Dominus Antonius de But. & idem tenet Alexand. de Ales. in 3. parte summæ super hoc præcepto, & facit capitulum tape & capitulum. clerico. 50. di. Similiter si mulier grauida dedit causam abortui, etiam præter intentionem, vt quia nimis chorizauit, vel nimis luxuriæ operam dedit, aut grauibus oneribus se submisit, vel indiscrete laborauit, non videtur à mortali peccato excusari. extra de his qui filios occiderunt. capit. de infantibus. Si etiam quis ex necessitate euitabili, vel etiam ineuitabili, ad quam deuenit ex sua culpa, homicidium fecit, non excusatur. Vt si adulter comprehensus à viro, qui nolebat ipsum interficere, vt euaderet mortem, ipsum virum adulteræ interficit, & vterque peccauit mortaliter, & vtrique imputatur culpa homicidij. extra de testi. c. sicut vbi glossa. de homicidio. c. sicut dignum. Item si quis mutilauit, vel membrum aliquod alicui inutile reddidit, vel vulnerauit, aut ex iniuria percussit, mortale est. 23. q. 8. c. penul. & si quis occidit, vel mutilauit aliquem in loco sacro, sacrilegium committit, & Ecclesiam violauit. 17. q. 4. c. sicut.

ET si quis per violentiam, etiam officialis, malefactorem, vel debitorem eduxerit de loco sacro, vel capere fecit, mortaliter peccauit, duobus casibus exceptis, velut si sit publicus latro, vel nocturnus, populator agrorum, & insidiator. c. sicut. 17. quæstio. 4. & c. inter alia de immuni. Eccle. Item si quis fecit fieri torneamenta, vel hastiludia, aut alia huiusmodi, vel iuit ad ea, in quibus est periculum mortis corporalis, vel spiritualis, mortaliter peccauit secundum Richard. in 4. dist. 24. art. 2. q. 3. Et tales interea mentis morientes, non debent in cœmeterio sepeliri, nec super eos ecclesiasticũ officium potest celebrari. extra. de torne. c. 1. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

PARS

PARS SECVNDA, QVAE DICITVR excusationis, in qua declaratur, in quibus casibus possit committi homicidium sine punitione.

Homicidiũ tribus casibus, sine culpa committi potest.

Iudex occidere potest alium triplici cõcurrente iustitia.

SECVNDO in isto sermone dico, quod in tribus casibus principalibus potest committi homicidium sine culpa, videlicet si fiat iustitia intercedente, aut necessitate cogente, aut casu accidente. Primo sciendum secundum Alexan. de Ales. in 3. parte summæ super hoc præcepto. ar. vltim. quòd iudex publicus potest occidere alium triplici iustitia concurrente, videlicet iusta causa, iusto ordine, & iusto animo. Primo notandum est secũdum Alexand. vbi supra artic. 3. & Thom. vbi supra ar. 2. & Astesan. parte 1. libro 1. titul. 25. art. 2. quæstione 2. quòd iudex secularis potest occidere sine peccato malefactorem in iudicio conuictum. Et de hoc scriptum est Exod. 22. vbi inquit Dominus principibus, maxime Moysi : *Maleficos non patieris viuere*, & Dauid in Psal. dicebat : *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Et de hoc Hieronym. super Esaiam loquitur, hanc sententiam confirmans. Et habetur 23. quæstione 5. cap. qui malos. & c. iudex. & c. homicidas. & in capitul. miles. hoc enim redundat in communem vtilitatem sceleratos punire. Nam pœna vnius, est metus multorũ. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. & l. quicunque. C. de hære. Ideo in l. si à reo. §. fin. ff. de fideiuss. scriptum est, *Pœnam ob maleficia solui magna ratio suadet.* est in l. si operis. C. de pœnis. iterum dicitur : *Non remitti pœnam facile, publicè interest, ne ad maleficia quisquam temere prosiliat. Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi* 23. quæst. 4. c. est iniusta & c. sequenti. Vnde Montanarius, in luna celeri inquit c. 72. *Omne frequentiari facit impunitio crimen: Accendit culpam facilis dimissio pœnæ*, dicitur & Eccle. 8. *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala.* Debent ergo iudices publici punire reos, ne corrumpant bonos, *modicum enim fermentum totam massam corrumpit.* 1. Cor. 5.

Iudex debet minuere vel differre pœnã in aliquibus casibus.

EST tamen sciendum secundum Alex. de Ales. vbi supra. in responsione primi argumenti, quòd aliquando iudex debet differre punitionẽ malorũ in aliquibus casibus, videlicet quando malitia nõ est nota. Sicut fecit Dominus Matt. 13. qui prohibuit extirpare zizaniã, ne simul extirparetur & triticum: quando ergo non possunt occidi mali, quin etiam occidantur boni, tunc debet prolongare punitionem. Itẽm aliquando ratione ætatis illius, qui deliquit, vel alia iusta causa seueritas iustitiæ aliquantum mitigatur, vt habetur, C. ex quibus causis infamia irrogatur. l. & si seuerior & plene notatur. ff. eo. tit. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. & de mune. & hono. l. 2. §. similiter, & ff. de re. mili. l. non omnes. §. à barbaris. Item quãdo quis peccauit ex lubrico linguæ. l. famosi. §. 1. ff. ad l. Iuliam maie. Item quando calore iracundiæ aliquid factum est, debet mitius puniri, vt expresse patet. ff. de regul. iur. l. quicquid. & in l. 3. ff. de diuor. vbi dicitur: *Quicquid calore iracundiæ fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse.* In alijs quoque casibus debet iudex mitigare vltionem, sicut in casu legis. 1 ff. de bo. eo. qui mortem sibi conscinerunt, vbi dicitur: *Ignoscendum est eis, qui sanguinem suum qualitercunque redimere voluerunt;* Similiter quando iudex non est bene certus de crimine, non debet malefactorem punire. Melius est enim impunitum nocentem relinquere, quàm innocẽtem condemnare. ff. de pœnis. l. absentem. & C. eo. l. decurionum. Itẽ debet maturè progredi in punitione, quãdo mali habent multos sequaces: nã propter multitudinem peccantium, detrahitur aliquando aliquid seueritati, vt habetur 9. q. 1. c. ordinationes. & 44. dist. c. comessationes. Quando enim quis vult accendere nimium ignem, sæpe comburit totam domum. Ideo dicitur, quòd parcẽdum

dum eſt aliquãdo multitudini.ſ.propter maius malum euitandum. c. vt conſtitueretur.50.diſt.1.q.7. c. quoties. & 23.q.4.c. ipſa pietas & c.non poteſt.& c.cum quiſque.vbi dicitur,quòd propter ſcandalum vitandum debet correctio differri.

Nulli vel Iudici, vel alicui principi licet interficere innocentẽ.

ET notandum eſt ſecundum Alexã. de Ales.vbi ſupra.& Thom.1. 2. quæſtio. 64.art.6.quòd nec iudici,nec alicui principi licet occidere innocentem: nec debet trahi in exemplum Abraham, qui voluit innocentem filium immolare. Gen. 22.Nam hoc fecit præcepto diuino. c.lex æterna. 23.q.5.Ideo ſcriptum eſt. Exod.23. Innocentem, & iuſtum non occides. & Dan.13.Iuſtum & innocentem nõ interficies.Quapropter inquit B.Thom. in libr. de regi. prin. quòd magnũ ſuppliciũ mereretur innocentem damnando? Vnde ſciendum eſt ſecundum Alex. vbi ſupra. art. 4.in ſolutione tertij argumenti,quòd iudex ſciens innocentem falſò accuſatũ per falſos teſtes, debet magna vti prudentia, & diligenter examinare teſtes,vt eos cõuincat de falſo teſtimonio, & ſic eos repellere,& innocẽtem liberare; aut ſi hoc non poteſt facere, debet eum ad ſuperiorem remittere.Quod ſi iudex non poteſt ſubterfugere, quin eum iudicet, ſic conuictum poteſt iudicare, & eum condemnare,nec peccat ſecundum quoſdam.Primo quia talis non cõdemnat eum, qui eſt iuſtus inquantum iuſtus, ſed inquantum cõuictus,& comprobatus iniuſtus, & dignus morte. Secundo quia iudex talis ferens ſententiam ſecundum allegata, non occidit innocentem, ſed illi, qui eũ falſo accuſant. Iudex enim debet iudicare ſecundum allegata, & probata.l.illicitas. §.veritas.ff.de offi.præſid.l.iudices. C.de iudic.facit.2.q.1.§.His omnibus auctoritatibus.& 3.q.7.c.iudicet.Sed ſciendum eſt, quod Nicol.de Lyra.ſuper Exod.23. tenet contrarium, quia licet ſecundum legem humanã prędicta poſſint fieri impune,& iudex poſſit procedere ſecundum allegationes,& probationes,tamen quo ad Deum,eſt aliter. Nõ enim vult Deus iudicari ſecundum illud quod apparet, ſed ſecundum illud quod in veritate eſt. vnde Io.7.ſcriptum eſt:*Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicũ iudicate*: propter quod homo debet potius tolerare omne malũ, quam conſentire peccato.23. q.5.c. ita ne. Vnde ſcriptum eſt extra de ſent.excom.c. inquiſitioni ; quod ſciens pro certo impedimentum coniugij, licet illud apud eccleſiam probare non poſſit,debet potius excommunicationem ſuſtinere,quàm per carnale commercium, peccatũ operari mortale. Sed de hac quæſtione tractabo diffuſius in ſecunda parte principali huius operis ſermone 31. per tria.vide ibi.

Iudex qũe ſe dẽt habere circa innocentem falſo accuſatum.

QVANTVM verò ad miniſtrum, dicit Tho.vbi ſupra ar.6. quòd ſi ſententia contineat intolerabilem errorem,nõ debet obedire iudici in occiſione innocentis,aliter excuſarentur carnifices, qui occiderunt martyres: in his enim, quæ ſunt contra Deum nulli eſt obediendum.11.q. 3.c. non enim ſemper.cum.8.capitulis ſequentibus.Si verò non contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat præceptum exequendo, quia ipſe non habet diſcutere, non peccat in ſuperioris ſententiam, & in dubijs ſubditus tenetur obedire ſuperiori.12.quæſt. 1. c. quod autem in fin. vnde ſi ipſe eſt in bona fide excuſatur propter obedientiam.l.liberorum.§.fi.in fi.ff.de his qui notantur infamia.

Miniſter iuſtitiæ quãdo obedire tenetur Iudici.

SEcundo ad hoc, vt iudex poſſit interficere malefactorem, requiritur ſecundum Alexand. de Ales. vbi ſupra arti.9. & Thom.vbi ſupra art.4. & Alten.vbi ſupra.art.2.quæſt.4. quòd non ſit ſacerdos, vel in ſacris ordinibus conſtitutus. Licet enim miniſtris teſtamenti veteris hoc eſſet licitum, vt patet de Moyſe, qui interfecit ſimul cum ſocijs ſuis,vigintitria millia hominum, qui adorauerunt vitulum conflatilem. Exod.23. Et de Phinees, qui occidit Iſraëlitam peccantem cũ muliere Madianitide. Numer. 25. Samuel quoque occidit Agam regem Amalech.

Digitized by Google

1. Regum. 15. Et Elias interfecit prophetas Baal. 3. Reg. 18. Tamen ministris noui testamenti hoc non licet, quia sunt, & debent esse maioris perfectionis, & deuotionis. Et de hoc est textus in cap. clericum 50. dist. vbi dicitur, quòd non debent se impedire clerici de effusione sanguinis, & 23. quæstion. 8. capitul. non per illa. & cap. clerici. Ideo Dominus noster Matth. 19. Luc. 22. & Ioan. 18. præcipit Petro, reponere gladium in vaginā, de quo est textus. 23. q. 7. c. cum à Iudæis: imo nec debent portare arma sine iusta causa, puta si transeant per loca periculosa ad terrorem latronum, licet non debeant aliquem percutere, si possunt aliter periculum euitare, & hoc notatur per gloss. extra de vita & hone. cleri. c. 1. Facit. c. Maximianus. 23. q. 3. & dicit gloss. vbi supra, quod clerici portantes arma sine causa, si tertio admoniti non destiterint, perdunt priuilegium illius canonis qui habetur in c. si quis suadente. 17. q. 4. & extra de sen. excom. c. in audientia. & in c. contingit.

Clerici sine iusta causa arma portare non debent,

TErtio ad hoc, vt possit iuste occidere malefactorem aliquis iudex, requiritur iustus animus, videlicet quod hoc faciat iusto animo; sicut enim requiritur quod reus sit accusatus, & conuictus, vt inquit Ambr. super psalmum *Beati immaculati,* & Aug. in c. multi. 2. q. 1. & eadē sententia habetur in c. si peccauerit, & c. Deus omnipotens, eadē quæstione & causa, & in c. iudicantem. 30. q. 5. Quia sententia citra ordinem iudiciorum a præside lata, auctoritatem rei iudicatæ non obtinet. §. item sententia, secund. quæst. sext. ita requiritur, quod faciat zelo iustitiæ, & non amore pecuniæ, vel rancore, aut liuore vindictæ, vt dicunt Alexand. de Ales. & Thom. in locis prælegatis: ait enim Isidorus libro secundo soliloqui. capitul. 54. *Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua.* Ideo non solum iudex, sed etiam minister occidens malefactorem animo malo, & ex vindictæ libidine, vel alia mala intentione, licet ille malefactor sit conuictus in crimine, tamen vt homicidæ reputantur. 23 q. 5. c. miles, & c. cum minister. Secundo principaliter excusat à pœna homicidij, si quis illud faciat necessitate cogente, secundū Alex. de Ales vbi supra. ar. 7. Et Thom. 2. 2. q 64. ar. 7. & Richar in 3. di. 37. ar. 3. q. 2. & Aste. vbi supra. ar. 2. q 7. Si enim quis insequitur ab aliquo, vt occidatur, & alio modo euadere potest, quam per mortem aduersarij, si insequentem occidit, reus homicidij erit. Si autem aliter non potest euadere mortem sine occisione aduersarij, tunc si non odij furore, sed cum animi dolore insequentem occidat, non peccat: vnde dicitur C. ad l. Corneliam de sicarijs. l. 2. *Is qui aggressorem, vel quemcunque alium in dubio vitæ discrimine constitutum occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet.* & in l. sequenti scribitur: *Si quis percussorem ad se venientem ferro depulerit, non tenetur crimine homicidij, quia defensor propriæ salutis videtur in nullo peccasse.* Dicitque. ff. de iustitia & iure. l. 3 *Hoc iure euenit, vt quam quisque ob tutelam sui corporis vim fecerit, iure fecisse existimetur,* & ff. ad l. Aquil. l. 3. scriptum est. *Aduersus periculum, naturalis ratio permittit se defendere,* & ff. de bo. eorum qui mor. sibi consci. l. 1. ponitur eadem sententia & C. quando liceat vnicuique se sine iudice vindicare. l. 1. dicitur, *Melius est ante tempus occurrere, quam post exitum vindicare.* Et idem habetur in l. fi. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. & ff. ad l. Aqui. l. Icientiam. §. qui cum aliter. dicit Iurisconsultus, *vim vi repellere, omnes leges, omniaque iura permittunt.* hoc idem habetur extra de homicidio in c. significasti. el. 1. Tamen hæc defensio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt habetur in dict. c. significasti. Vnde dicitur in d. c. per Doctores, & gloss. quod dicitur tunc fieri cum moderamine, si illud tantum fiat sine quo violentia repelli non potest; vnde post iniuriam illatam, non licet ex interuallo insurgere contra iniuriantem, quia sic esset vindicta, nisi viderit iniuriantem paratum denuo repercutere, vt inquit gl. in d. c. significasti.

2: Principaliter quomodo index excusatur à culpa homicidij.

Sed

Digitized by Google

An liceat clericis inuasorem occidere.

SEd quærunt quidam: vtrum clericis liceat occidere inuasorem? Et dicunt quidam, quod non: & huius opinionis videtur fuisse Laurentius: & Bernardus in c. ex multa. extra de voto. & extra de homicido c. suscipimus in gloss. dicitur: quod clericus non debet propter temporalia, etiam contra Saracenos, armis se defendere, & præliantem interficere argum. 23. quæstion. 8. capitul. secund. & c. conuenientior. & c. suscepimus. Laicus vero potest patriam suam, & res suas defendere, & hostam etiam præuenire. argum. C. vnde vi. l. 2. 23. quæstio. secunda capitul. de his. Spiritualiter allegant isti capitul. de his clericis. 50. di. vbi Nicolaus Papa inquit: *De clericis, qui occiderant paganum, scito nos nullam occasionem, nec vllam tribuere licentiam eis, quemlibet hominum quomodolibet occidendi.* Sed ad hanc quæstionem ego respondeo, quod ita clerici, sicut laici possunt vim vi repellere, & defendere se, & sua, & extra de homicidio. c. significasti, & de hoc est text. in c. dilecto. de sentent. excom. libro sexto. Imo dico, quod si clericus ita inuadatur, quod aliter mortem vitare non potest nisi occidat, vel mutilet inuasorem, hoc faciendo non est irregularis, Clementin. furiosus, extra de homicidio. Non obstat modo. c. de his clericis, quia ibi loquitur de illis clericis, qui iuterfecerant ex necessitate euitabili, tales enim efficiuntur irregulares, secundum Ray. & Bernard. & Hostiens. vt recitatur in summa confessorum libro secundo tit. primo, quæstion. 21. Non autem loquitur de necessitate ineuitabili. Vel possumus dicere, quod ibi non licuit ei interficere paganum. Vel potest dici, quod de iure antiquo, clerici occidentes hominem efficiebantur irregulares, & de hoc loquitur ille textus; modo autem non per dictam Clementinam, si furiosus. Vnde licite possunt clerici se defendere, tamen maioris perfectionis esset clericis, imo quibuslibet bonis Christianis, potius pati iniuriam, quam inuasorem percutere, iuxta illud Saluatoris dictum, Matth. 6. *Si quis percusserit te in vnam maxillam, præbe ei, & alteram.* Sed pauci habent istam perfectionem.

SCiendum quoque secundum Alex. de de Ales, & Richard. vbi supra, & etiam Asten. in loco prælegato: Quod secundum legem reus homicidij non erit, qui latronem nocturnum occiderit, quod intelligitur, si fine periculo rerum, & personæ ei parcere non potuit, nam Exo. 22. scriptum est: *Si effringens fur domum, & suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. quod si orto sole, hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur.* Et ratio est secundum August. ibi. quia de die poterat occidens discernere, quod ad furandum, non ad occidendum, venisset. Tamen si talis fur diurnus perfodiens domum, & infringens defendat se cum armis, pôt impune interfici, extra de homicidio. c. si perfodiens, & ff. ad l. Corneliam, de sicarijs l. furem. Et secundum aliquos, si diurnus fur velit me occidere, possum eum præuenire. argum. l. 2. 3. & 4. C. ad legẽ Corneliam, de Sicarijs. Similiter nocturnum populatorem agrorum suorum, potest quis interficere impune, quando aliter se defendere non potest. C. quando liceat vnicuique se sine iudice vindicare. l. 1. & 2. Tertio principaliter excusatur quis occidens alium, si hoc facit casu accidente sine sua culpa secundum Thomam 2. 2. q. 64. art. 8. & Alexandrum vbi supra, art. 8. & Asten. etiam vbi supra. ar. 8. Si quis enim det operam rei licitæ, & adhibeat diligentiam d bitam, si quid præter intentionem acciderit mali, etiam homicidium non imputatur ei ad peccatum. Cum enim secundum Aristot. 2. physicorum, casus sit causa agens præter intentionem, & casus fortuiti non possint humana prouidentia præcaueri, vt dicitur in l. quæ fortuitis. C. de pignoratitia actione. Cum omne peccatum sit voluntariũ, vt dicitur. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor, & 45. di. c. de Iudęis. & 15 q. 1. cap. merito. & c. illa. & c. non est, Ideo si quis aliquid licitum

3. Principaliter quo iudex interficiens alĩ excusatur.

citum faciat, & bona intentione, si contra eius voluntatem aliud occurrat sine sua negligentia, non debet ei ad peccatū imputari, vt inquit August. 23. q. 5. c. de occidendis. Ideo in capit. hi qui 50. di. inquit Nicolaus Papa: *Hi qui arborem incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxij, quia nec voluntate eorum, nec desiderio homicidium perpetratum est.* Similiter sciendum est, quod si quis miles in bello iusto occidit hominem, non ex odio, vel desiderio effundendi sanguinem, sed quia aliter non potest hostes subijcere, seu inducere ad debitum iustitiæ, non peccat secundum Thom. vbi supra. artic. 8. & hoc inquit expresse Augustin. 23. quæstion. 1. c. quid culpatur, vbi ait: *Quod si quis in bello iusto occiditur, non est homicidium.* Si verò quis dat operam rei licitæ, sed non adhibet diligentiam debitam, quamuis cōtra voluntatem suam fiat homicidium, tamen est reus homicidij, vt dictum est in parte prima huius nostri sermonis. Sicut cum quis proijcit lapides ad expellendas bestias de agro, & hoc faciat in locis, per quæ solent homines transire, & non attendit si quis transeat, vel vult ad terram prosternere arborem, & non clamat, vel aliquid per quod interfici aliquis potest, vult proijcere de fenestra, aut tecto, & transeunti non denunciat, nec signū facit. Vel equum currere facit, vbi est multitudo hominum, & similia, vt dicitur in cap. hi qui 50. di. Et ideo Lamech imputatur homicidū, qui interfecit hominem, credens interficere bestiam. Genes. 4. & c. merito. §. sed obijcitur. 15. q. 1. Quando verò omnino præter intentionem nostram, & sine culpa nostra, accidit homicidium casu fortuito, non debet nobis imputari. Scriptum est enim in l. verum. §. si locupleti. ff. de minorib. *Quod fato contingit, cuinis patrifamilias, quamuis diligentissimo potest contingere.* Et idem in sententia habetur. in l. ad eos. ff. commodati. & in l. 2. §. si eo tempore. ff. de admini. rerum ad ciui. pertinentium, scriptum est: *Fortuitos casus nullum hominum consilium prouidere potest.* Et hoc sufficiat pro secunda parte nostri sermonis.

PARS TERTIA, De homicidij detestatione.

Homicidij peccatum summè detestabile.

QVANTVM sit detestabile, horribilissimum homicidij vitium, patet in primo homicida Cain, qui interfecit defratrem suum Abel. Genes. 4. Cui dixit Deus ad ostendendum homicidij grauitatem: *Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua; cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos. Vagus, & profugus eris super terram omnibus diebus vitæ tuæ.* Et ideo desperatus ex nequitia sua dixit Cain: *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear: ecce eijcis me hodie à facie tua, omnis qui viderit me, occidet me,* & sic factum est: *Qui enim gladio ferit, gladio perbit.* Matth. 26. Dicitur quoque in dicto 4. c. Gen. quòd posuit Deus signum in Cain, scilicet tremorē horribilem omnium membrorum ad eius maiorem afflictionem. Hoc maledictum vitium homicidij proprie est diabolicum. De diabolo enim dicitur. Ioan. 8. *Ille homicida erat ab initio:* quod vitium est nō solum contra legem diuinam, sed etiam contra legem naturalem, quæ vult, quòd nullus faciat alteri, quod sibi nolit fieri. c. ius naturale. 1. di. & secundum circunstantiam potest esse grauissimum omnium peccatorum contra proximū, quia per homicidium nō solū priuatur proximus corporis virtute, sed etiā damnatur frequēter eius anima in infernū, quando occiditur quis existēs in mortali peccato, vel ex ira, & odio cōtracto ex occisione, moritur cū desiderio vindictæ. Et ideo inquit Ari. in 1. parte. secreti secretorum ad Alexandrū: *Quantum potes cane effundere sanguinem humanum.* Hoc etiam maledictum, & horribile peccatum homicidij, omnibus legibus acriter punitur. ff. ad l. Cornel. de sica. l. 1. & l. 3. §. legis Corneliæ. & C. eodem. l. 1. Ideo dicitur. C. de Episcopali audien. l. ne-

Quodnam fuit illud signū quod posuit Deus in Cain.

Homicidiū quomodo grauissimū peccatum contra proximum.

Digitized by Google

l. nemo. *Homicida, & parricida, quod fecit semper expectet*, ſcilicet horribiliſſimam pœnam mortis, quæ ſtatuta eſt homicidis à lege ciuili, vt habetur in ſupradictis iuribus. Et multo grauior occidentibus patrem, vel matrem, filium, vel filiam, aut fratrem, vel ſororem. ff. ad l. Pompeiam. de parricidijs l. 1. Eſt enim nimia crudelitas, & admirabilis horribilitas occidere tales. Vnde Montanarius in Luna celeri, inquit: *Sanciat hoſtili fraternus acerbius enſis*: Et quidam alius verſificator ait: *Eſt offenſa grauis, nimium paritura dolorem, Cum mihi qui debet commodus eſſe, nocet.* Qualiter autem puniantur tales, & quam acerbe, poſui ſupra in ſermone ſecundo de honore parentum. Non ſolum autem puniuntur morte, qui occidunt actualiter, ſed etiam qui voluerunt occidere quando ad actũ venerunt, licet implere non potuerunt. l. is qui cum telo. C. ad l. Corne. de ſica. Is qui cum telo ambulauerit hominis necandi cauſa, ſicut is, qui occiderit hominem, legis Corneliæ de ſicarijs pœna coërcetur. Quæ lex canonizata eſt, de pœ. di. c. 1. c. his qui cum telo. In grauioribus enim, & magnis criminibus, voluntas, & non exitus inſpicitur. l. diuus. C. ad l. Cor. de ſic. Secus vero in leuioribus quo ad pœnam. Et ita ſoluitur quod poſſet opponi. in l. 1. in. fi. ff. eodem ti. vbi dicitur. *Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuit effectum?* Punitur quoque homicida pœna legis Canonicæ, per quam efficitur irregularis, & non poteſt promoueri ad ſacros ordines, & ejicitur iam promotus. 50. di. c. ſi quis viduam. & 51. di. c. aliquantos & extra de homicidio. c. ſicut dignum. & c. ſignificaſti.

TErtio puniuntur homicidæ pœna diuinali. Deus enim maximam vindictam de talibus facit. Sunt enim quatuor quæ in conſpectu Dei clamant, poſtulantes vindictam. Primum eſt homicidium. Gen. 4. vbi dixit Dominus ad Cain: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Et propterea dicunt quidam, quod vulnus interfecti aduenientе interfectore, ſtatim eo præſente emittit ſanguinem, quaſi clamans, & petens à Deo, & hominibus vindictam fieri de illo. Secundum eſt vitium Sodomiticum. Gen. 18. *Clamor Sodomorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Tertium eſt oppreſſio innocentium. Exod. 2. vbi dicitur de filijs Iſrael ab Aegyptijs iniuſte oppreſſis: *Aſcendit clamor eorum ad Dominum ab operibus ſuis, & audiuit gemitus eorum.* Quartum eſt mercenarij defraudatio. vnde Iacob. 5. dicitur: *Ecce merces mercenariorum veſtrorum, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in auribus Domini Sabaoth introibit.* Et eſt ratio quare iſta clamẽt, quia in committitur quaſi homicidium. Nam in peccato contra naturam, perditur id quod potuit eſſe materia corporis humani, ideo eſt quaſi homicidium. In oppreſſione quoque innocentium, & fraudatione mercenariorum, ſubtrahitur illis vnde viuant, & ideo à Deo quaſi homicidium reputatur. Eccl. 34. *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi, qui victimat filium in conſpectu patris ſui: panis egentium, vita pauperis eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt, qui auſert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt,* hæc ibi. Et ideo Deus horribiliter punit tales homicidas, & facit eos interfici, vel à iudicibus, vel ab alijs priuatis perſonis. Scriptum eſt enim Apocalyp. decimotert. *Qui gladio occiderit, oportet eũ gladio occidi.* Et idem ait Dominus Matth. 26. Nam vt ait Hermogenes, quando homo hominẽ interficit, virtutes cœlorum clamant ad diuinam maieſtatem, vt faciat vindictã. Item animæ interfectorum: vnde Apoc. 7. dicit beatus Ioannes quod audiuit voces occiſorum clamantium, & dicentiũ: *Vindica Domine ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt.* Et propterea Deus facit eos interfici. Et ideo Seneca ad Lucillum, epiſtolarum li. 16 epiſtola 2. inquit: *Ab alio expectes, alteri quid feceris.* Inquit enim Gofredus in poetria. c. 23. *Sæpe ſagittantem didicit referre ſagitta. Inque virum plagæ conuerſa recurrere plaga.* Ideo dicit Dauid in Pſalm. *Vir ſanguinum, & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos.* Punitur quoque

Quare vitium, oppreſſio innocentium, & mercenarij defraudatio clamem ad Deum.

Quatuor ſunt vindictam Dei poſtulantes.

Digitized by Google

homicida lege Mosaica. Nam Exodi. 21. dicitur: *Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur* Et in eodem c dicit Deus: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evellas eum, vt moriatur.*

Homicidæ maximopere tenentur ad restitutionem, & primo mutilantes vel vulnerantes ad tria tenentur.

SCitote etiam ô crudelissimi homicidæ bestijs acerbiores, quod ad maximam restitutionem estis obligati. Et primo de mutilantibus, & vulnerantibus dicit Richard & Scotus in 4. sen. di. 15. & Landulfus Neapolitanus in eadem di. quod tales tenentur ad tria. Primo ad expensas quæ circa medicum, & vulneris sanitatem fiunt, vt habetur de iniu. & damno dato. c. si rixati: & originaliter habetur Exod. 22. vbi dicitur: *Si rixati fuerint homines & percusserit alter proximum suum, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto, qui percusserit, operas eius*, scilicet amissas secundum gloss. & *expensas*, scilicet in medico, & in medicinis *restituat*. Secundo tenetur ad illa, quæ vulneratus, talis læsionis occasione amisit, puta homo vulneratus vel vel mutilatus deditus erat alicui laboritio corporali. Vnde verisimiliter credi potest, quod inde lucratus fuisset aliquid, tenetur enim lædens ad talem satisfactionem, vt inquit gloss. in prædicto. c. facit. c. 1. de iniurijs, & dam. da. & ff. ad l. Aquil. l. qua actione. Tertio tenetur ad placandum lædum, d iniuria dato. Cùm enim honor sit inter exteriora bona maximum bonum, non potest inferri alicui iniuria grauis per quam dejiciatur multum, quin iniurians obligetur, ad restitutionem talis honoris, secundum Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. Vnde debet ab eo petere veniam per se, vel per interpositam personam, & satisfacere ei de iniuria ad arbitrium boni viri, secundum Scotum, vbi supra, & Asse. nostrum in summa. lib. 5. tit. 29. Similiter ille, qui mutilauit membrum alicui, puta abscidit manum, vel pedem, vel eum cæcauit, tenetur solutionem expensarum factarum in curatione plagæ satisfacere mutilato pro toto tempore vitæ suæ, quo vsus fuisset illo membro, secundum Scotum vbi supra, qui dicit, quod tenetur ad satisfactionem afflictionis illius membri mutilati, cum perpetuo vita illius sit sibi dolori, & tristitiæ, viuere sine oculis, vel manibus, & tenetur alere truncatum si indiget, & non solum ipsum, sed etiam eos quos ipse alebat, & nunc alere non potest. Et hoc ad arbitrium boni viri.

Homicida tenetur vitam suam aliqua iusta de causa, vt pote contra Ecclesiæ hostes exponere, vel alitua bona non occurrerent, facere pro anima interfecti.

SImiliter sciendum est, quod occidens aliquem tenetur secundum Scotum, vbi supra, & Rodonensem, quem refert, & sequitur Astesanus ist summa. lib. 1. tit. 23. q. 4. in prin. exponere vitam suam, in aliqua iusta causa, vt pote contra inimicos Ecclesiæ, seu alios infideles, ordinando labores, & periculum vitæ suæ, pro satisfactione illius, quem occidit, vt cui non potest in corporalibus, satisfacit in spiritualibus bonis. Si autem prædicti casus non occurrerent, debet totã vitam suam, talis homicida in oratione, & pœnitentia consummare, pro anima illius quem occidit, secundum Giraldum Odonis, & Scotum, vbi supra. Et dicit Specular. in tit. de iniurijs. Et damno dato §. sequitur. ver. sed nũquid, q̃ *licet liberum corpus, non recipiat æstimationem.* ff. si quadru. pau. fe. di. l. penult. tamen si quis occidat aliquem liberum, vltra omnes expensas factas in curatione vulnerum illius, veniet etiam æstimatio operarum, quibus pater, vel filij occisi, & alij qui per ipsum viuebant, propter homicidium carituri sunt. l. ex hac lege. ff. si qua pau. fecit. di. & ff. de his qui deie. vel effu. l. fi. Et si occisus non habebat artem, nec laborabat, respondit idem Speculator, vbi supra, quod æstimabitur interesse. ar. ff. de liber causa l. fi. & ff. de vsufruct. l. arboribus §. de illo. Et si quæratur vsque ad quod tempus æstimabuntur operæ occisi, respondet idem Speculator, vbi supra, vsque ad tempus quo verisimile est illum occisum viuere potuisse, iuxta æstimationem legis. ff. ad l. Falcidi. l. 1. & l. hæreditatum computatione, & ff. de transac. l. cum hi. Ex quibus omnibus comprehenditur, quantum peccent confessores quidam fatui, & bfoluentes

d by Google

uentes leuiter homicidas non explicantes eis necessarias restitutiones, & obligationes: & vt ita dixerim, leuius trãsire permittentes, quam si occidissent bouem. Nam si proximi bouem, vel asinum occidissent, non absolueretur sine restitutione; de homicidio autem non curatur. Et ideo tam confessores, quam confessi ad æterna supplicia peruenient. A quibus nos liberet Deus noster. Amen.

SABBATO POST SECVNDAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

De peccato luxuriæ.

SERMO XXIII.

Luxuria, ex omnib. mundi vitijs hominis bona omnia dissipat.

Bona fama amittitur per luxuriã quæ peioris infamiæ est cæteris vitijs.

Luxuria infirmantur.

Luxuria animæ bona dissipãtur.

Luxuria bona gratiæ dissipat.

DISSIPAVIT *substantiam suam viuendo luxuriosè.* Luc. 15. & in Euangelio occurrentis feriæ. Super omnia vitia mundi, nullum est, quod ita dissipet omnia bona hominis, sicut luxuria. De qua dicitur Iob. 31. *Nefas est, & iniquitas maxima, & ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Et merito hæc de ea dicũtur. Nam cum homo habeat triplicia bona, scilicet fortunæ, naturæ, & gratiæ, hæc omnia dissipat maledicta luxuria. Primo de dissipatione bonorum scilicet temporali loquitur Salomon, Prou. 24. di. *Qui nutrit scortum, perdit substantiam.* Hinc quidam sapiens versificator inquit: *Qui sequitur Bacchum, taxillos, & meretrices, Infamis semper, semper egenus erit.* Et versificator fabularũ Aesopi, fabula 50. *Thaida si quis amat, non se, sua credat amari: Thais amore carens, munus amantis amat.* Inter bona etiam fortunæ connumeratur bona fama, quam quis amittit per luxuriam, vnde ait Gregorius. 1. moralium: Quod peccata carnalia sunt peioris infamiæ, quam cætera vitia. Ideo Ecclesiast. 47. dicitur: *Inclinasti femora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua.* Secundo luxuria dissipat bona naturæ, scilicet sanitatem corporis. De qua Aristot. 1. Ethicorum ait: Sanum esse delectabilissimum est, & desideratissimum. quam sanitatem facit perdere luxuria: vnde gloss. super epistolam primam Pauli ad Cor. 6. vbi dicitur: *Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat,* inquit: *Cætera peccata, tantum animã maculant, fornicatio autem non tantum animam, sed etiam corpus contaminat.* Sene. quoque ad Lucil. epistola 24. inquit: *Libidines tremores manuum, ac pedum generant,* & Hiero. in suo testamento, inquit: *Vnde infirmitates, & mors tam tempestiua, nisi ex nimia ciborum copia, & frequenti mulierum vsu?* Similiter dissipat bona animæ luxuria. De qua Seneca in libro. 1. declamationum ait: *Nihil est tam mortiferum ingenijs, quam luxuria. Siquidem rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, oblinionem immittit, errorem infundit, ignorantiam inducit, & hominem quasi bestiam facit,* hæc ille. Et eandem sententiam ponit Hieronymus, super Matth. & in li. 1. contra Iouinianum. Aristot. quoque in 2. Ethicorum dicit; quod actus venereus rationem absorbet. Et per consequens, ille qui est deditus luxuriæ, & amori venereo, efficitur fatuus, & stultus. Et ideo à pictoribus amor depingitur cæcus. Et ad hoc propositum dicit Ouidius in epistolis epistola. 4. *Quid deceat non videt vllus amans.* Tertio luxuria dissipat bona gratiæ, id est omnia dona spiritus sancti iuxta illud 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus sancti. Item facit hominem Deo inimicum, & de hoc loquitur Hieron. in epistola ad Damasum Papam, de filio prodigo. di. *Luxuria inimica virtutibus, perdit omnem substantiam patris, & à patris voluntate delirans, futuram paupertatem cogitare non finit.* & Chryl. inquit:

inquit: *Nulla res sic præscindit virtutem, sicut corporalis voluptas.* Luxuriosus ergo quo ad omnes virtutes, & gratias Dei est mortuꝰ. vnde Hieronymus ad matrem, & filiam in Gallijs commorantes inquit: *Qui luxuriatur, viuens etiam mortuus est.* Et ideo bene dicunt verba proposita. *Dissipauit, &c.* Super quibus verbis duas considerationes de luxuria faciemus. Prima dicetur, Detestatio. Secunda Declaratio.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA, IN qua probatur luxuriam esse detestabilem, & prohibitam omni lege.

PRimo sciendum, quod luxuria est prohibita præcepto diuino. Dicit enim Deus Exod. 20. *Non mœchaberis*, & hoc est sextum præceptum, & dicit Augustin. 32. q. 4. in c. meretrices, quod nomine mœchiæ prohibetur omnis illicitus concubitus, & membrorum illegitimus vsus in actu venereo. Et secundum Alexandr. de Ales in 3. parte summæ in trac. de lege naturali, & in 2. parte in tract. de peccatis mortalibus, & Richard. in 4. d. 26. & Thom. 2. 2. q. 153. articul. 3. & in summa contra gentiles p. 3. c. 121. multis rationibus probari potest, quod quilibet actus venereus (excepto matrimoniali) est peccatum mortale, si voluntas consentiat: Verum quia satis intellecti frustra fit demonstratio. l. 11. in fine. ff. de dote præle. ideo quia vos hoc creditis, & intelligitis, non aliter per rationes demonstrabo. Nam hoc patet satis expresse Genesis. 2. c. vbi dixit Deus de homine: *Adhærebit vxori suæ*, non dixit concubinæ, & suæ vxori; ergo non suis, vt ostenderet vnitatem vxoris. Similiter Deuteronomij 5. prohibuit Deus fornicationem, quod habetur transumptiue. Matth. 5. & 32. q. 5. c. *non mœchaberis*, & Leuit. 20. dic. Deus: *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, morte moriatur, & mœchus, & adultera*, & Deut. 12. dicitur: *Quæ fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui, morietur.* Et Deut. 13. scriptum est: *Non erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator in vobis*, & Tob. 4. habetur documentum Tobiæ quod dedit filio suo di. *Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam non patiaris crimen scire*, & Eccl. 9. dicit Sapiens: *Ne des fornicarijs animam tuam, ne perdas te, & illam*: & 19. eiusdem lib. scriptum est: *Qui se iungit fornicarijs, erit nequam: putredo, & vermes hereditabunt illam*, & 25. eiusdem operis dicitur: *Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, & ideo non concupiscas illam, quia in specie mulieris, ira, & confusio magna*, & 21. eiusdem libri, etiam ait Sapiens: *Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scorteris ancillam eius*, & 24. etiam dicit: *In medio mulierum noli morari, de vestimentis enim procedit tinea, & de muliere iniquitas viri*, & Oseæ 4. dicitur: *Fornicatio, vinum, & ebrietas, auferunt cor*, & 5. eiusdem libri, etiam scriptum est: *Spiritus fornicationis in medio eorum, & Deum non cognouerunt*, & Amos 6. scribitur: *Væ qui lasciui estis in stratis vestris.* Similiter Ioannes Baptista volens ostendere conclusionem nostram esse veram, dicebat Herodi Matth. 14. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Et Saluator Luc. 16. inquit: *Omnis qui dimittit vxorem suam, & accipit alteram, mœchatur.* Apostolus quoq; 1. Cor. 6. dicit: *Neque fornicarij, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt, fugite ergo omnem fornicationem.* Et ad Ephes. 5. *Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos: hoc enim scitote: quod omnis fornicator, aut auarus, aut immundus: non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.* Et idem in substantia dicit, ad Gal. 5. & ad Hebræ. vlt. etiam inquit: *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus*, & Apoc. 7. dicit Angelus Ioannis: *Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, cum qua fornicati sunt reges terræ.* Ex quibus auctoritatibus, patet quod maledicta luxuria prohibita est lege diuina, Mosaica, prophetica, Euangelica, & Apostolica, si auctoritates bene considerentur. Similiter dico, quod prohibetur lege auth. s. sanctorum. Ait enim Ambro. super Lucam: *Qui non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis copulantur, non tam cõiuges, quam*

A sanctis luxuria quæ prohibetur.

quàm fornicarij videntur,& in lib.de Abel,& Cain dicit: *Libido eſt ianua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis perceſſio, nocumúmque genus eſt fœmina cùm approximat: ſtipula, quæ ignem accendit, quæ flammigero igne percutit conſcientiam paruer habitantis, extrahit fundamenta montium; ſi fœmine cum viris habitent, viſcarium diabolo non deerit.* Hierony. quoque ad Suſannam inquit: *O quàm acerbus eſt luxuriæ fructus, amarior felle, & crudelior gladio*, & Aug. in lib.de conflictu vitiorum ait: *O quàm parua concubitus hora, pro qua perditur æterna vita.* & in lib.de agone chriſtiano, idem inquit: *Inter omnia chriſtianorum certamina, duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana pugna, & rara victoria.* Gregor. etiam in 11. lib. moralium dicit: *Quælibet alia bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non aboletur, immenſitate huius criminis obruuntur.* & 31. lib. moralium, iterum dicit: *Diaboli propriè corpus ſunt, qui carnalibus delectationibus conſentiunt.* Auctoritate quoq; canonica prohibetur hoc maledictum vitium, vt patet: 27.q.1. c.nubendi vbi dicitur: *Fornicatio nulli impune conceditur.* & 32.q.2.c. non ſolùm, dicit Iſido. *Inter cætera ſæpe mortis vitia, fornicatio maximum ſcelus eſt, quia per carnis immunditiam, templum Dei violatur.* Et idem habetur 32.q.4.c. fornicator. Prohibetur quoque hoc maledictum vitiũ in.c.ſicut.& in c.ſicut non ſunt,& in c.Abſalon. & in c.meretrices, eadem quæſtione,& cauſa, vbi dicitur: *Meretrices eſſe, & ad meretrices accedere prohibet Deus, etiam quarum publicè venalis eſt turpitudo.* hæc ibi. Et ideò dicentes, fornicationem non eſſe peccatum, tãquam hæretici ſunt cenſendi, vt habetur in Cle. noſtra. extra de hæreticis, vbi aliquibus dicentibus, quod actus carnalis, cùm ad hoc natura inclinet, nullum eſt peccatum, maximè cùm quis de eo tentatur, Reſpondit Papa, prauitas hæretica eſt, ſic aſſerere, & pertinaciter defenſare. Quod etiam prohibeatur in lege canonica hoc ſceleratiſſimum vitium, habetur 22.q.1.c. prædicandum,& 50.diſt.c.qui tua,& 23.q.5.c.ſi non & diſt.49.c. hinc poſt me. & 31.q.1.c.nec aliqua.& q.5.eiuſdem cauſæ.c.nec ſolo. vbi habetur. Nec ſolo tactu,& affectu, ſed aſpectu quoque appetitur concupiſcentia fœminarum. prohibetur etiam di.32. c.1.in fi.& 15.quæſt.8.c.hi qui.& 32.qu.7.c. quemadmodum.& extra de vita & honeſtate cle.c.2. vbi dicitur. Quod cùm luxuria ab omnibus ſit vitanda, à clericis tamen maximè. Lege quoque humana prohibetur luxuria, vt habetur. C. de concubinis. l. nemini.& C. ad le. Iul. de adulterijs. l. fœdiſſimam, dicitur: *Fœdiſſimam earum negotiationem, quæ puderem ſuum alienis libidinibus proſternunt, repreſſa voluptate leges vlciſcuntur*: item C. de raptoribus virginum. l. vnica ſcribitur: *Violatio virginum, vel etiam viduarum, maximè quæ Deo ſacratæ fuerint dedicatæ, non ſolùm ad iniuriam hominum, ſed etiam ipſius omnipotentis irreuerentiam committitur, cùm virginitas & caſtitas corrupta, reſtitui non poſſit.* & C. de Epiſcopis,& clericis. l. raptores, dicit Imperator: *Raptores virginum, vel etiam viduarum, quæ Deo ſacratæ fuerint dedicatæ, capitis ſupplicio plectendos eſſe decernimus*: & in authen. de trien. & ſemiſ. ſi autem. col. 3. etiam dicit: *Nos non præbemus luxuriantibus, ſed caſtè viuentibus, leges.* & in authent. de teſtibus, col. 4. dicitur: *Non enim habebit amplius caſtitatem luxuria, ſed ſubijciatur quidem & ipſa pœnis, periculumque ſuſtineat*,& ff. de origine iuris. l. 2. §. initium, Iuriſconſultus inquit. *In ſeruitute ſupponatur, qui captus amore virginis, nefas permiſcet.* & ff. de damn. infec. l. ex damni. dicitur: *Honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata cuiuſcunque luxuria ſubſequenda.* & ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem, ſcriptum eſt: *Stupri metus maior viris bonis eſſe ſolet, quàm mortis.* & ff. de extraord. cri. l. 1. dicit Iuriſconſultus: *Sollicitatores aliarum nuptiarum, & interpellatores, etſi effectum ſceleris habere non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis extra ordinem puniantur.* Auctoritate quoque poetica deteſtatur hoc diabolicum vitium luxuriæ: vnde Claudianus poeta inquit:

Luxuries prædulce malum, quæ debita ſemper
Corporis arbitrijs, hebetat caligine ſenſus.

Prudentius etiam ait:

Totis exuſta libido medullis
Inſpirat teneram labefactæ per oſſa vetuſtam.

Lege humana luxuria prohibetur.

& canonice luxuria prohibetur.

Fornicationem nõ eſſe peccatum aſſerentes, inter hæreticos ſunt cenſendi.

Poetica auctoritate luxuriã eſſe deteſtabilem, oſtenditur.

Tu præceps ad mortis iter, tu ianua lethi,
Corpora commaculas, animas ad Tartara portas.

Item quidam alius verificator inquit:

Fœmina corpus, opes, animum, vim, lumina, vocem,
Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat.
Occiditque animam, consortia, fœdera, famam
Debilitat, perdit socios, aufertque fideles.

Ouidius quoque in epistolis. epistola. 1. inquit contra amorem:

Res est solliciti plena timoris amor.

Et auctor libri, qui dicitur Pamphilus ait:

Ignem ille furor, nescit habere modum.

Et auctor astrolabij dicit:

Non capit humanas animas, plus fœmina quicquam.

Ouidius quoq; in secundo de arte amandi inquit:

Quod iuuat exiguum, plus est quod lædit amantes.
Proponantque animo, multa ferenda suo.

Lucanus etiam in quinto sui operis, ait:

Heu quantum mentes dominatur in æquas
Iusta venus dubia, stupidumque ad prælia magne,
Te quoque fecit amor.

Virgilius quoque in 4. AEneid. inquit:

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

Et Iuuenalis lib. 2. Satyra. 1. ait de meretrice:

Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,
Et spoliis.

Et auctor libri, qui dicitur Pamphilus dicit:

O Deus in quantis animus versatur amantis.

Et Matth. in poetria sua, parte 2. ait:

Enervat studium pernicios a Venus:

Et Cato, in suis documentis, dicit:

Cùm te detineat Veneris damnosa voluptas,
Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.

Gualterius quoque in Alexandriade, lib. 3. ait:

Te non emolliat intus
Prodiga luxuries, nec fortia pectora frangat.
Mentis morbus amor, latebris, & murmure gaudens.
Si Bacche, Venerique vacas, qui cætera subdis,
Sub iuga venisti, periit delata vacantis
Libertas animi, Veneris flagrante camino.
Mens hebet interius, rixas & bella moueri
Imperat, & suadet rationis vita sepulchrum
Ebrietas, rigidos enervant hæc duo mores.

Hæc ille.

Cum quo concordat Hieron. in epistola ad matrem, & filiam in Gallijs commorãtes di. *Ferreas mentes, libido domat.* Domuit enim Dauid sanctissimum, Samsonem fortissimum, & Salomonem sapientissimum, de quo in c Salomon. 32. q. 4. Hieron. ait: *Salomon quippe immoderato vsu, atque assiduitate mulierum, ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret. Et qui prius templum Deo construxerat, assiduitate libidinis, & perfidiæ subtractus, idolis constituere templa non timuit.* Ex quo patet, quod hoc nequissimum vitium, eum quodammodò dementauit. Libido enim carnis, hominem vt bestiam, imò deteriorem bestia facit. Vnde in c. non solùm 32. q. 7. Isido. inquit: *Sunt quidam sicut animalia, qui absque vlla discretione libidini seruiunt. quos ego nec mutis pecudibus comparauerim. Pecora enim cùm conceperint vltra non indulgent maribus copiam sui.* Vltimo demonstratur hoc maledictum scelus detestabile auctoritate philosophica. Vt enim legitur in vitis philosophorum, Pythagoras dicebat. *Fugienda sunt omnibus modis, & abscindenda, languor à corpore, imperitia ab anima, & luxuria à venere.* Et idcò cùm quidam lasciuus diceret Pythagoræ, quòd mallebat cum meretricibus esse, quam cum philosophis conuersari; ipse respondit: *Sues quoque libentius in cœno, quàm in aqua versantur.* Seneca quoq; in primo declamationum, ait: *Nihil est tam mortiferum ingenijs, vt luxuria. Luxuria blanda pestis, victrix orbis, immensas opes auaris manibus rapit.* Idem quoque ad Lucillum epistola 18. inquit: *Quis hostis in quemquam tam contumelioſus fuit, quàm in quosdam voluptates suæ? Est igitur animus blandimentis voluptatis abstrahendus, debellandæque sunt à nobis voluptates, quæ vt vides, sæua quoq; ingenia rapiunt.* & ad eundem scribens, in alia epistola, dicit: *Vanas fu-*

ge ve-

Digitized by Google

ge voluptates, breues, & pœnitendas. & in 2. declamationum, iterum ait: *Adolescens luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit.* & in lib. Tragœd. etiam dicit: *Vincit sanctis dira libido.* Tullius quoque in primo de Officijs ait: *Si cōsiderare volumus quæ sit in natura hominis excellentia, & dignitas, facilè intelligimus, quàm sit turpe defluere luxuriā, ac molliter viuere, & quam sit honestum viuere cum temperantia, obriè, & castè.* Et in eodem lib. idem inquit: *Luxuria cum omni ætati turpis sit, teneræ maximè fœdissima est.* Et in libro de senectute, iterum dicit: *O præclarum munus ætatis, si quidem aufert à nobis quod est in adolescentia vitiosissimum,* scilicet libidinem corporis. Valerius quoque Maximus lib. 9. sui operis, ait: *Etiandum malum luxuria, quam accusare aliquando facilius est quàm vitare, quæ inuictum Annibalem armis illecebris complexa, vincendum Romano militi tradidit. illa ducem vigilantissimum, illa exercitum acerrimum dapibus largis, ac Veneris usu luxuriore, ad somnium è delicijs euocauit. Quid ergò hu vitijs fœtidius? quid damnosius? quibus virtus asseritur, vigor æ languescunt, sophia gloria in infamiam cōuertitur, animi, & corporis vires expugnantur,* hæc ille. Cæcilius quoque Firmanus lib. de beata vita. c. 4. inquit. *Libido effectu maximè concutiatur.* Et in eodem. c. etiam ait. *Tres sunt communes affectus, qui homines in omnia facinora præcipites trahunt, ira, cupiditas, & libido.* Terentius etiam in Eunucho. c. 2. dicit: *In amore hæc omnia insunt vitia, suspitiones, inimicitiæ, iniuriæ, ac bellum.* Fulgentius quoque in fabulis suis ait: *Omnis qui luxuriam amat, cæcus est.* Et meritò. Cœcum. n. se esse demonstrat, & stultum, qui in ignem intrat. De luxuria autem inquit Albertus in tractatu de virtutib. pollicitis, quod *est ignis qui nunquam dicit, sufficit, sed quanto plus homo luxuriatur, tanto semper amplius appetit, etiam si opere implere non possit. Item sicut terra non saturatur aqua, ita nec homo luxuria. Item luxuria hydropisim repræsentat, quæ tantam sitim generat, vt bibēdo, sitim incendat, vt hydropicus, quanto plus bibit, tanto plus sitiat. Nam & Cleopatra Aegypti regina licet Antonio Imperatori matrimonialiter esset iuncta, tanta tamen erat libidine succensa, quod ad potribula nocte vadens, licet aliquando 36. concubitus passa fuisset, redibat famelica, sed non saturata.* hæc ille. Et hoc sufficiat pro prima parte nostri sermonis.

PARS SECVNDA, IN QVA declarantur quatuor species luxuriæ in particulari.

MVLTA de hoc peccato dici possent, quæ causa breuitatis omitto, maximè quia aliqua tetigi supra in sermone de peccatis. De hoc enim maledicto vitio inquit Hieron. in suo testamento: *Ensis diabolus luxuria,* & Salomon Eccle. 7. etiam dicit: *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor illius, vincula sunt manus illius.* Prima autem species hui' vitij, est fornicatio simplex, sicut plenius declaraui, vbi suprà. Sed sciendum est, quòd fornicatio tripliciter accipitur. Primo pro idololatria, & infidelitate, Oseæ 4. *Fornicati sunt à Deo suo.* & 1. Paral. 5. *Fornicati sunt post deos plurimos,* & Iudicum 8. *Fornicati sunt cum Baal,* quod erat idolum gentium, & Sap. 14. *Initium fornicationis exquisitio idolorum.* De talibus fornicātibus, ait Dauid in Psalmo: *Perdidisti eos, qui fornicantur abs te.* Secundo dicitur fornicatio, quæcunq, culpa mortalis, inquantum quis per eam recedit à Deo, legitimo spōso animæ. Oseæ 2. & de hac dicitur à Deo Hiere. 3. animæ peccatrici. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Anima enim cum tot amatoribus fornicatur, quot creaturas inordinatè, & contra Deū diligit, vt inquit Aug. li. 1. de ser. Dom. in mōte. Tertio propriè dicitur fornicatio act' venereus inter solutum, & solutam, & intelligitur solutus & soluta à vinculo coniugij, & consanguinitatis, ac affinitatis, ordinisq; & religionis, ac voti continentiæ. Et ista fornicatio dicitur simplex. Et ideò omnis concubitus factus inter tales solutos, seruato vsu naturali, propriè dicitur fornicatio simplex. Dicitur tamen generaliter fornicatio, omnis actus luxuriæ, sicut patet 1. ad Cor. 15. vbi inquit Apostolus: *Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes,* & loquitur de incestu. Hoc igitur maledictum vitium fornicationis, prohibetur

Luxuriæ prima species est fornicatio, quæ tripliciter accipitur.

Fornicatio propriè quid sit.

Digitized by Google

in c.fornicari.28.di.vbi dicitur : *Fornicari hominibus nunquam licet.*& 32.q.4.c. nemo dicitur:*Nulli licet ſcire mulierem, præter vxorem, ideóque coniugij tibi datum eſt ius, ne in laqueum incidas,& cùm aliena muliere delinquas.*Hęc ibi. Filij enim nati ex reprobato concubitu, plerumque ſunt ſcelerati, licèt aliqui inueniantur boni.Vnde ſcriptum eſt. 56. di. c.ſi gens. *De tali conceptione meretricum exiſtimandum eſt, degeneres populos, ac ignobiles,& furentes libidine,fore procreãdos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora & ignobilia vergentem,& nouiſſimè,nec bello ſeculari fortem, nec fide ſtabilem,nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam.* hæc ille. Patet in Abimelech filio Gedeonis, nato ex concubina, qui mortuo patre interfici fecit.70. fratres legitimos, vt ſolus dominaretur. Iudi.9.Hoc maledictum vitium facit hominem Deo rebellem.Vnde Lactan.libr. 2.diuinarum Inſtit.ad gen.inquit:*Ex luxuria, vt vitia omnia,ita impietas aduerſus Deum naſcitur.*& 23.q.7.dicitur in c.non ſolùm : *Ex delectatione fornicandi , variæ gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur.* & 32.q.4.c. in eo ſcriptum eſt, *per hæc vitia quippe, maximè dæmones coluntur.* Eſt etiam luxuria ſingulariter dilecta,& præcipua filia diaboli.Ipſe enim diabolus cogitans, quod ſi haberet filios ex his generos faceret, quos ſecum traheret ad infernum; duxit vxorem iniquitatem,de qua genuit ſimoniam, quam copulauit clericis; & poſteà hypocriſim, quam copulauit religioſis, monachis,& beghinis. Item rapinam nobilibus, vſuram Burgenſibus,doloſitatem aduocatis, & ſuperbiam potentibus. Sed luxuriam nulli appropriauit , ſed eam communem omnibus expoſuit, vt plures ſecum ad interitum traheret.De qua filia diabolica inquit Agellius.lib. noctiũ Atticarũ: *Nulla beſtia capitalior, quàm voluptas corporis,cuius animæ libidines temerè , & effrenatè incitant. Hinc patriæ perditiones. Hinc reipublicæ euerſiones.Nullum denique ſcelus, nullum facinus eſt , ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impellat.* hæc ille.

Diabolus in luxurioſa anima moratur.

IN luxurioſa quoq; anima habitat diabolus.Vnde de ea dicitur Apoc.17.*Facta eſt habitatio ſpiritus immundi,*& Iob 40.de diabolo ſcriptum eſt : *Sub vmbra manet,in locis humentibus,*id eſt in luxurioſis. Vnde Luc. 15.de filio prodigo,ac luxurioſo dicitur, quod pauit porcos, id eſt dæmones. Dæmones enim habitant in luxurioſis, ſicut porcus in luto: Vnde Hiero.in teſtamento,inquit,comparãdo luxurioſos porcis: *Quidam luxuria fœtidi, vt turpiſſimæ ſues,ſunt deturpati* & ideò dicit Greg in ho.28. oſtendens fœtorem luxuriæ,quòd peccata carnis,ſtercora vocantur, vt habetur Iohel. 1.c. Quantum eſt enim fœtidum vitium luxuriæ, patet per illud quod ſcriptum eſt in Vitis patrum, quòd quidam Angelus vadens in forma hominis cum quodã eremita,obturauit nares, cùm obuiaſſet cuidam luxurioſo,in ſignum maximi fœtoris.Nulla.nlatrina tam eſt fœtida,ſicut luxurioſi conſcientia. Quòd autem dæmones libenter habitent in luxurioſis, patet per illud quod ſcriptum eſt Matt.8. & Luc.8. vbi dicitur, quòd legio dæmonum eiecta ad imperium Chriſti à quodã dæmoniaco,petijt licentiam intrãdi gregem porcorum , & accepta licentia,præcipitauit eos in mare.Ex quo ſignificatur quòd dæmones præcipitabunt in mare vitiorum,& in abyſſum infernalem,omnes fornicarios,per porcos ſignificatos. O igitur maledicti concubinarij ſcitote, q̃ dæmones exultant perditione veſtra. Legitur enim in Vitis patrũ, quòd cùm quidam filius ſacerdotis idolorum , ſecutus patrem remanſiſſet ſolus in templo,vidit ibi venire principem dæmonum, & cùm ſediſſet circumdatus maxima multitudine dæmonum,venit vnus dæmon, & adorauit eum. Requiſitus autem ab eo quid mali feciſſet, reſpondit quòd per 30.dies fuerat in tali prouincia,vbi multa prælia excitauerat, multaque homicidia facta fuerant , & multæ ſanguinis effuſiones. Cui princeps dæmonum iratus ait: hoc ſolum tãto tempore feciſti ? & fecit eum flagellari.Poſteà alius veniẽs dixit, quòd ſpatio 30.dierum fecerat multas naues in mari ſubmergi,& omnes homines qui erant in eis perire, de quo principe fecit,

vt de

vt de primo. Tertius dæmon venit dicés, quod in quadam ciuitate in quodam conuiuio nuptiali, concitauerat seditionem, in qua sponsus, & multi alij sunt occisi, & hoc in decem diebus fecerat, princeps autem dæmonum similiter fecit eum verberare. Postremo venit quartus dicens, quod per. 40. ann. in eremo fuerat, vnum tentans eremitam, & vix eum in ipsa nocte fornicari fecerat. Quo audito, surrexit diabolus osculans eum, & diadema posuit super caput suum, & secum considere fecit dicens: Magnam rem fecisti, quam in 40. annis cõplere potuisti. Quod videns ille filius sacerdotis idolorum, factus est monachus probatus. Quod autem dæmones maximam lętitiam faciant de peccatis fornicariorum, habetur Ecclesiastic. 18. vbi dicitur: *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, dabit te in gaudium inimicis tuis.*

De 2. specie luxuriæ, quæ stuprũ dicitur.

SEcunda luxuriæ species dicitur stuprũ, scilicet quando aliqua virgo nõ coacta defloratur, vel econtra. Et de hoc peccato tractatur 36. q. 2. c. 2. Et dicit Tho. 2. 2. q. 154. art. 6. quod est speciale peccatum ratione specialis deformitatis, scilicet virginitatis defloratæ. Et si quęratur ad quid teneatur deflorans virginem, respondet Alex. de Ales, in 2. parte summæ in tractatu de speciebus luxuriæ cap. de stupro. art. 4. & Thom. 2. 2. q. 154. quod hoc peccatum habet duplicem iniuriam annexam, scilicet patris, & puellæ. Primo enim patri, & alijs cognatis defloratę facit iniuriam, vnde Ecclesiast. 42. dicitur: *Super filiam luxuriosam conserua custodiam, ne quando faciat te venire in opprobrium inimicis tuis*, facit ad hoc. l. isti quidem. ff. quod me. causa. Sed ego dico tibi, quod si non habet bonã voluntatem, difficile erit ipsam custodire. Sicut difficile custoditur aceruus pulicum, ne saltet. Et ideo dicebat Ouidius 3. de arte amandi: *Centum fronte oculos centum cervice gerebat Argus, & hos vnus sæpe fefellit amor*: Tu tamen propter hoc nõ dimittas eius custodiam, quia non custodita faceret peius. Secundo damnificauit virginem auferendo ei virginitatem, cui debetur fructus centesimus. Luc. 8. Matth. 13. Marc. 4. Item posuit eam in periculo meretricandi. Semel enim malus, præsumitur de facili labilis in eodẽ crimine. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. Item eam vituperauit, ita quod nõ faciliter reperiet maritum, si sciatur, vel non inueniet cõuenientem, vt prius. De talibus de florantib. dicitur Tren. vltimo: *Mulieres in Sion humiliauerunt, & Virgines in ciuitatibus Iuda.* Et ideo secundum prædictos doctores, tenetur deflorans satisfacere patri, & puellæ. Sed dicet quis, Præsupponitur in casu, quod ipsa consensit; scienti autem, & consentienti non fit dolus. l. nemo videtur. ff. de reg. iur. l. venditor. C. de rescindenda vendi. & c. scienti. de reg. iur. libr. 6. l. 1. in fin. ff. de acti. em. & C. de transact. l. cũ donationis. Ergo, &c. Respondeo, quod licet ipsa cõsentit, non tamen pater, & alij cognati, ex quo sunt iniuriati. Præterea illa regula scilicet, quod volenti, & consenti non fit dolus, intelligitur de his, qui bene sunt doli capaces, non autem leues, instabiles, & inconstantes, ac faciles ad fraudem, & deceptionem suscipiendam, sicut sunt puellæ: quod enim sint leues, patet per illud Ecclesiast. 19. *Qui citò credit, levis est corde.* De puellis autẽ dicit Ouidius in epistolis, epistol. 16. *Credulitas damno sæpe solet esse puellis.* Quod autem sint leues, patet per Senecã, in libro de remedijs fortuitorum, dicentem: *Nihil tam mobile, quam feminarũ voluntas*, & Iacobus Beneuentanus, sui libri, ca. 15. dicit: *Mobile cor cunctis, & mens est vana puellis. Firmum propositum fœmina nulla gerit*, & Virgilius 4. Aeneid. inquit *Varium, & mutabile semper Fœmina.* Et ideo dicit Ouidius in epistola 2. *Fallere credentem non est operosa puellam Gloria.* Faciunt ergo isti maledicti luxuriosi decipiẽtes virgines illud, quod hortatur Ouidius, in primo de arte amandi, ca. 9. dic. *Promittas facito, quid enim promittere lædit? Pollicitis dines quilibet esse potest. At quæ non dederis, semper videare futurus. Sic dominum flentis sæpe fefellit ager.* Cùm igitur deflorans virginẽ eam decipiat multis promissionibus, blandimentisque: & ixpe

Ad quid teneatur Virginem deflorans.

Licet virgo consenserit, tenetur tamen deflorans satisfacere.

Digitized by Google

dans ei spem, & promittendo, quòd accipiet eam in vxorem; profecto æquum est, quòd tali sic deceptæ succurratur. Deceptis enim & non decipientibus, iura subueniunt. l. 2. §. verba. ff. ad Velleia. Dicit ergo Alexand. de Ales, & Thom. vbi supra, quòd talis defloranș tenetur accipere in vxorem, virginem defloratam, quando sic eam decepit, maxime quando promisit eam accipere. Et hoc verum, si ipsa consentiat, & pater eius. Si autem noluit, cogitur eam dotare iuxta facultatem suam, & puellæ dignitatem, habita consideratione vituperationis, propter quam oportebit eam ponere caput, vbi non potuisset pedes. Item quantum plus datura est alteri viro, ratione defloratiodis. Et si stuprator nolit eam in vxorem, tunc debet verberibus castigari à iudice. prout ei visum fuerit, ac etiam excommunicari, ac detrudi in monasterio ad agendam pœnitentiam. Et hæc omnia habentur, & notantur in cap. 1. & 2. de adul. Concordat ad supradicta Scotus in 4. dist. 15. dic. quod licet hæc pœna sit legis veteris, vt habetur Exo. 22. tamen quia lex noua concordat cum lege veteri, est seruandum, quod supradictum est. Concordat etiam Ioannes de Platea, Insti. de public. iudi. §. item lex Iulia. & Ray. in cap. 1. de adul. facit. 26. q. 2. c. tria: concordat etiam Richar. in 4. dist. 15. articul. 4. q. 2. & Hosti. in summa in titul. de matrimonio, sub rubri. qualiter contrahatur, verb. hæc in iudicio. Et licet Gulielmus dixerit, quòd quando quis voluntariam defloraut, nullo habito tractatu de cõtrahendo matrimonium cum ea, defloranș non tenetur ad supradicta, in foro iudiciali; tamẽ Panor. in cap. 1. de adul. dicit, quod etiam in hoc casu tenetur qualitercunque eam seduxit.

De tertia luxuriæ specie, quæ raptus nuncupatur.

TErtia luxuriæ species, dicitur raptus, s. quando quis per vim rapit puellam, vt accipiat sibi in vxorem, vel vt eam corrumpat. Et de hoc vitio tractatur in ca. lex illa. 36. quæst. 1. Et dicitur raptus non solùm, si virgo rapiatur, sed etiam si vidua, vel corrupta. 36. q. 2. cap. raptores. Et etiam si non extrahatur de domo, dummodo vi opprimatur, & corrumpatur, secundum Alexand. de Ales, in secunda parte, summæ, in tractatu de luxuria: capit de raptu. Hoc autem si eleratissimum vitium, secũdum Alex. vbi supra. art. 3. & Ray. in summa debet puniri pœna mortis, vt habetur Deut. 22. Et secundum leges ciuiles, talis raptor debet decapitari. l. vnica. C. de raptu. vir. Et eius substantiã debet raptæ applicari, si ingenuam rapuit. Si vero ancillam, vel libertam, substantiam non amittit, sed tantum decapitatur ar. 36. quæst. 1. ca. de raptoribus cum his quæ ibi notantur. Si tamen rapta vellet cõtrahere cum raptore, potest, vt expressè habetur, 36. quæst. 2. cap tria. & capit sequentib. & intelligitur cessantibus impedimentis matrimonij. Et dicit glo. Ray. quòd pœna illa potest infligi in foro iudiciali, nõ pœnitentiali. Notandum etiam secundum Goffredum in summa, quod dictæ pœnæ intelliguntur infligendę, si rapuit mulierem honestam, secus si meretricem. C. de raptu. vir. l. vnica. & C. ad. l. Iul. de adul. l. quæ adulterium. O diabolici raptores, & violatores, scitote quod si stuprans virginem consentientem, tenetur ad ea de quibus supra, puellæ, & principi, multo magis vos ad illa estis obligati, & satisfacere eis de iniuria, & damno. cap. de raptoribus. 36. quæstio. prima, & c. tria. e. causa. quæst. 1.

Rapiẽs mulierem, quæ pœna puniri debeat.

QVarta species luxuriæ, est adulterium. De quo adulterio tractaturus, possum dicere illud quod scriptũ est Hier. 23. vbi dicitur: *adulterijs repleta est terra.* Diffinitur aũt adulterium, secundum Hosti. in summa libr. 5. tit. de adul. vbi ait: *adulterium est alieni thori violatio, vel proprij deturpatio.* Quæ verba sumi possunt ex his, quæ dñr, 36. q. 1. ca. lex illa. §. cum ergo. Ex quibus colligi potest, quod triplex adulterium commit. proprij. nõ. l. improprie. 2. proprie. 3. proprijssimè. Primò committitur adulterium improprie, inter virũ & vxorem. Et hoc tripliciter. Primo ratione impeditionis, sc.

Adulterium tripliciter committitur: primo improprie, & hoc etiam tripliciter.

quando

Digitized by Google

De impedientib. matrimonium cõtractum.

quando sunt inter eos impedimenta propter quæ matrimonium stare non potest, vtputa si aliquis eorum fecit votũ solẽne castitatis. De quo impedimento habetur in Cle.eos. de consan.& affi.& per Theologos in 4. di.38. Item si contrahens sit in sacris ordinibus,de quo impediméto habetur.di.32.c.si quis eorum,& c.seriatim, & c.placuit.& c.lectores.& c.si quis vero & c.erubescant,& extra de Cle.coniu.c.1. 2.&3.& qui cle.vel vo.c.1.& 2. Item si quis machinatus est in mortem viri alicuius, vt possit cum vxore eius contrahere, aut aliqua machinata est in mortẽ vxoris alicuius, vt virũ eius acciperet in maritum, & mors fuerit subsequuta,nam matrimonium non tenet, si postea tales contraxerint,vt notatur.31.q.1.c.quis viuente marito. Et maxime si adulteriũ præcesserat ante inter eos, dum primũ stabat cõiugium, secũdum Richar. in 4.di.35. Tamen Hosti. & Inno.tenẽt,quod sola machinatio cum effectu, impedit matrimonium. Ioan.aũt Andre. quem sequitur Panorm.in c.super eo.de eo,qui cog.con.vxo.suç,tenet,quod hoc est verum, quando ambo machinati sunt. Secus vero si vnus tãtum,quia in altero non est impedimentum, quin cõtrahere possit.Si vero præcessit adulterium, vnius machinatio impedit. Item si adulter dat fidem adulteræ viuente marito,de contrahendo cũ ipsa,sciens ipsam habere maritum, etiam si intelligat contrahere cum ea post mortem viri sui, non poterit eam ducere in vxorem, sed separãdi sunt, si cõtraxerint vt notatur.31.q.1.c.relatum, & extra de eo qui duxit in mat. quã poll. per adul. c. fi. quis vxore. Item si quis habens vxorem,sumat aliam, vel non habẽs vxorem accipiat alterius vxorem legitimam. Et de hoc impediméto habetur, extra de spon.duo.c.licet.&32.q.7.c.1.2.&3. Item si inter maritum, & vxorem sit affinitas. & contrahitur affinitas non solùm per copulam coniugalem, sed etiam per actum fornicariũ,vt notatur 35.q.2.ca.nec eam,& extra de eo,qui cogno.consangui. vxo.suæ.ca.discretione,& ca.tuæ.Et tales contrahentes, vsque ad quartum gradum affinitatis,sunt excommunicati,vt in Cle. eos.de consan. & affi. Item si inter eos sit cognatio spiritualis,quæ contrahitur per compaternitatem in baptismo, & sacramento confirmationis.Et de hoc impedimento tractatur in c.1.2.& 3.de cogna.spiri.li.6.Itẽ si inter eos sit cognatio legalis, quæ fit per adoptionẽ, vel arrogationem, quando quis adoptatur in filiũ,vel filiam. Et de hoc impedimento habetur,extra de cogna.legali.c.vnico.&30,q.3.c.diligere, & Insti.de nup.§.ergo, & ff.de ritu nup.l. adoptiuus.Item si sint consanguinei, vsq; ad quartum gradum.c. non debet,de consan.& affi.Et sunt excommunicati sic contrahentes,Cle.eos.e.tit.Item si quis contrahẽtium errauerit in persona, cum qua contrahit, de quo impedimento habetur per Theol.in 4.di.30.& per canonistas.29. q.1.ca.quod autem. Nam qui taliter errat, non consentit. ff. de iurisd.om. iud.l.si.per errorem.Et errantis voluntas nulla est.C. de iur.& fact.igno.l. cum per testam. & l. non idcirco. Item si errauerit in cõditione personç, cum qua contrahit,putans liberã,quç est serua.39.q.2.si quis ingenuus, & c si fœmina,vbi dicitur,non tenere tale matrimonium, nisi postquã sciuit eius conditionem, consenserit in eam expresse, vel iuris interpretatiõe per carnalem copulam, vt habetur extra de natis ex libero ventre.c.proposuit.& c.ad nostram. Et idem dicẽdum est de errante in persona.Item si sint disparis cultus,nã prohibitum est tale matrimonium, si vnus est fidelis,alter non Exo.34.& Deut.7. Et ideo non tenet.28 q.1.§.ex his,& ca.caue. Item si per coactionem, & vim,ac metum, qui potest cadere in constantem virũ,contractum est matrimoniũ est,extra de his quæ vi,metusue causa fiũt c. perlatum. & c.ad audiẽtiam,& de spo.c.veniens,el.2. Item si aliquis contraxit sponsalia,cum aliqua, nullus de consanguinitate sponsi, vsq; ad quartum gradum, potest illam habere in vxorem,ratione publicæ honestatis.Et de hoc impedimento habetur per Tho. in 4. di.41.& perCanonistas in c.continebatur §.fi.extra de despon.impu.& de spon.cap. iuuenis,

inuenit, & c. ad audientiam, &c. sponsam. Item si in aliquo contrahentium sit naturalis impotentia ad debitum matrimonij. De quo impedimento quod facit, matrimonium non tenere habetur, 33. quæst. 1. c. 1 & 2. & de frigi. & male c. quod sedem. Item aliud impedimentum, si quis contraxerit contra interdictum Ecclesiæ, de quo habetur, extra de matrimonio contract. contra inter. Eccl. per totum. Aliud est impedimentum, si quis contraxerit ferijs prohibitis, scilicet illis temporibus in quibus prohibetur traductio vxoris, & omnis nuptiarum solennitas; de quo. 33. quæst. 4. cap. non oportet, & tribus capitulis sequentibus, & in ca. capellanus, extra de ferijs. Sunt quoque alia septem impedimẽta, quæ impediunt matrimonium cõtrahendum, sed non dirimunt iam contractum. quæ ponuntur à Ray. Tho. & Hostien. vt recitatur in summa confessorum libr. 3 tit 9. q. 1. quæ causa breuitatis omitto. In omnibus igitur casibus in quibus matrimonium est nullum, vel ab Ecclesia prohibitum, aut saltem actus matrimonialis, semper peccant taliter coniuncti, si scientes impedimenta, non abstinent, & reputantur adulteri. Sciendum tamen est, quòd si post rite cõtractum matrimonium, vnus coniugatorum cõtra alterius voluntatem, voueat etiam solenniter abstinentiam, vel ordinetur in sacris, & huiusmodi, alter qui non consensit, potest debitum exigere, nec peccat, & ille tenetur reddere, sed potest excipere, cap. quidam, & c. placet. de conuer. coniu. & per Theolog. in 4. dist. 37. maxime Tho. & Petrum de Palude, ibidem, & plene de hoc tractatur in summa confessorum, li. 1. ti. 8. quæst. 58.

2. Potest esse adulterium inter virum & vxorem impropriè ratione inordinatæ amoris.

SEcundo sumitur adulterium impropriè ratione inordinationis, quando, scilicet inter virum, & vxorem est amor inordinatus, & adulterinus, de quo Hieronym. inquit in cap. origo. 32. q. 4. Origo quidem amoris erat honesta, sed magnitudo deformis. vnde. & Sextus Pythagoricus in suis sententijs ait: *Adulter est in sua vxore amator ardentior. In aliena quippe vxore, omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu libidinis, non regnet in eo impetus voluptatis. Nihil est enim infelicius, quam amare vxorem quasi adulteram*, hæc ille. Ideo vt tale adulterium euitetur, nõ debet quis vxorem accipere principaliter ratione pulchritudinis. Nam vt refert Hieronym. contra Iouinianum, quærit Aureolus Theophrastus philosophus, si vir debet ducere vxorem pulchram, aut turpem? & respondet. quod melius est accipere turpẽ, & bene morigeratam, quam pulchram, & fatuam. Homo enim ex pulchritudine vxoris sæpe decipitur, nam vt dicitur Prouerb. vltim. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo*, vnde Augustin. ait: *Mulier est muscipula animæ, latro vitæ, suauis mors, blanda percussio, pernicies delicata, rosa fœtens, malum libens, &c.* Scriptum quoque est Prouer. 11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua.* Aliam etiam causam assignat idem philosophus dic. *Pulchra cito adamatur, sed facile contemnitur. Difficile est custodire quam omnes amant. Molestum est possidere, quam nemo dignatur habere. Minori tamen miseria deformis habetur, quam formosa seruetur.* Ex quibus concluditur quod etiã data paritate morum, vtilius est habere vxorẽ minus pulchram, quia vt dicitur Ecclesiastic. 9. *propter speciem mulieris multi perierunt*, id est, propter inordinatũ affectum. Est tamen sciendum secundum Richar. nostrum in 4. dist. 31. ar. 3. quæst. 1. & sanctum Bonauent. ac Tho. ibidem, & Alexandrum de Ales in 3. parte summæ, in tractatu de præceptis, præcepto. 6. & in tractatu de conceptione Christi, q. 13. q si quis solũ causa delectationis cognoscit vxorem, ita tamẽ quod non faceret cum alia, nec etiam cum vxore, quãdo crederet mortaliter peccare, venialiter peccat: sed quando cognoscit eam saturandæ libidinis, tanquam adulter, & sine prædictis circunstantijs, semper mortaliter peccat, secundum prædictos doct. & Ray. in summa. & Hug. 32. q. 2. §. his ita, & glossam Ioannis in c. quicquid. eod. causa, & quæstione. Et tunc maxime est mortale, cũ excitat canem mortuum, vel immundo.

mundis cogitationibus, & actibus, tanquam cum meretrice se prouocat, vel cognoscit vxorem tanquam aliam, & econtra.

Adulteriũ etiam sumitur impropriè, quando coniuges excedũt regulam honestatis.

TErtio sumitur adulterium impropriè inter virum & vxorem ratione modificationis, quando regulam honestatis excedunt, de talibus dixit Angelus Tobiæ Iuniori, Tobiæ. 6. Contra eos prævalet dæmonium, qui coniugia ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suę libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. O quot turpia fiunt, quæ nó possunt sine verecũdia narrari? Quot illiciti tactus? quot bestialia? quot solatia inhonesta? quot nefandissima scelera? Ideo dicit Ambros. in libr. de Patriarchis, & notatur. 32. quæstione quart. cap. nulli. *grauius est crimen, vbi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor soluitur.*

Adulteriũ proprie quãdo aliquis vxoratus accedit ad soluã personam, vel econtra.

SEcundo accipitur adulterium propriè cum aliquis vxoratus accedit ad aliquam personam solutam, vel econtra; & ideo dicitur adulter, quasi ad alter; quia scilicet ad alterius thorum accedit: sed vt in pluribus plus in hoc deficiunt viri, quam vxores, & tamen quidam adeo fatui sunt, vt putent viris ad peccatum non imputari, vel esse leue peccatum. Contra quos est dictum Innocentij Papæ, 32. q. 5. capitulo, Christiana religio vbi inquit: *Christiana religio adulterium in vtroque sexu, pari ratione condemnat*, & Hierony. ad Oceanum ait: *Quod non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem seruitus pari ratione censetur*: & Ambros. 32. quæst. 4. cap. nemo, inquit: *Nec viro licet, quod mulieri non licet, & eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia*: & August. 32. q. 6. capitulo, si dicturi. dicit: *Si dicturi estis vxoribus vestris, seruate vos, quales vultis eas inuenire, tales & ipsæ vos inueniant. Quis inuenis est, qui non velit castam ducere vxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desiderat? intactam quæris? intactus esto: puram quæris? purus esto. Non enim illa poterit, si tu non potes.* Paulus quoque primæ Corinth. 7. dicit: *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir; & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier*, & ideo debent esse casti tam vir, quàm mulier, vt alias personas non cognoscant ad peccatum. Quia sicut seruus furtum committeret, qui alteri Domino se daret, ita coniuges furtum committunt, qui corpus quod est in potestate consortis sui, alteri tradunt. Item cum de matrimonio dicat Apostolus, ad Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est in Christo, & in Ecclesia*, (significat enim vnionem naturæ diuinæ cum humana, quæ inseparabilis est:) qui carnem suam diuidit, sacramento incarnationis magnam iniuriam facit.

Obiectio, qua ostenditur licitum esse adulterium.

SED arguunt multi allegantes, quòd Abraham habuit filium de ancilla, Genes. 16. Vt etiam refert Paulus, ad Gal. 4. & Iacob habuit duas vxores, & duas concubinas. Similiter, & alij multi patres veteris testamenti, quibus tamen hoc non fuit imputatum ad peccatum. Respondet sanctus Bonauent. in quart. distinct. 33. quòd illud factum est ex dispensatione diuina, quæ fuit conueniens illo tempore multis rationib. quas breuitatis causa omitto. Non sunt igitur antiqui patres in hoc imitandi, quia alia fuit conditio illius tẽporis, quàm nostri: reperiuntur tamen, & nunc pleriq; adulteri peccatum excusare volentes propter vxorum sterilitatem, & propter appetitum habẽdi filios. Hæc enim fuit vna causa quare sancti Patres habebant plures vxores, & concubinas, vt inquit Ambros. in libr. de Patriarchis, & habetur in capit. obiciantur. 32. quæst. 4. contra quos est Augustin. eo. q. & hoc causa. capit. sic non sunt, qui dicit: *Sic non benai, ... est sunt: facienda adulteria, etiam voluntate filios gene adulterium randi, quemadmodum nec furta voluntate pascendi cõmittere. pauperes sanctos.* Et in li. de bono coniugali, & transumptiue in 6. sicut. 32. q. 4. sanctius, iterum ait: *Sicut sanctius est fame mori, quàm idolothyto vesci, ita sanctius est mori sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem quærere.* Et idem 32. q. 5. capitulo, si quis, inquit: *Si quis vxorem habeat sterilem, siue corpore debilem, siue membris debilem, vel cæcam, aut claudam, vel surdam, vel quod*

Digitized by Google

aliud, siue morbis, siue laboribus, doloribusque confectam, & quicquid (excepta fornicationis causa) cogitari potest vehementer horribile, profide, societateque fugiendum. hæc ille. Malum ergo est & reprehensibile si quis vxorem relinquat, ob eius sterilitatem, vel infirmitatem, vel deformitatem alteri adhæreat: sed pessimum est, & valde iniquum, si pulchram vxorem, si fœcundam, si bene natam, & moribus decoram, si virum amantem ipse contemnat, pro quacunque alia persona. Audi quæso ô vir fatue, quid dicat sapiens Prouerb. 5. *Lætare*, inquit, *cum muliere adolescentiæ tuæ*, i. cum vxore, & Ecclesiast. 7. dicitur: *Noli discedere à muliere sensata, & bona, quam fortius es in timore Domini, gratia enim verecundiæ eius super aurum.* Vidi ego plures venerabiles, honestas, pudicas, formosas, mansuetas, atque benignas vxores, ab ingratis maritis derelictas, ipsosque amatores factos turpissimarum meretricum. O proditores viri, ô dementes, ô stulti, nonne vxores vestræ corona sunt capitis vestri? Audite quid scriptum sit Eccles. 26. *Sicut sol oriens mundo, sic mulieribus bonæ species in ornamentum domus suæ.* Econtra autem de concubina, & meretrice, dicitur Prouerb. 5. *Ne intenderitis fallaciæ mulieris, fauus enim stillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem eius amara quasi absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius, pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrãt, per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergo fili audi me, & ne recedas à verbis oris mei, longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.*

Proprijssime adulterium quid sit, & quare grauius alijs adulterijs.

TErtio sumitur adulterium proprijssime, scilicet cum coniugatus accedit ad coniugatam, quod peccatum est grauissimum, secundum Thom. secunda secundæ, quæstione 154. eo quòd fit iniuria tam propriæ vxori, quàm etiam viro adulteræ. Sed hic quæritur vnum dubium, & faciemus finẽ huic sermoni, ne ex prolixitate vobis tædium generem, de reliqua autem parte sermonis, cras Deo dante differemus.

Quid agere debeat mulier, quæ de adulterio susceperit filium.

QVærunt doctores, quid faciet mulier, quæ de adulterio suscepit filium? respondit Scotus, in quarto, distinctione decimaquinta, quæstione secunda, articul penult. Cum quo concordat Landulphus Neapolitanus, in eadem distinctio. & Richard. ibid. m articulo quinto, quæstione quarta, & etiam Ray. in summa, & Guilielmus di. quod illa mulier debet, si potest, sine infamiæ suæ periculo, diuulgatione sceleris sui, reuelare hoc filio suo taliter concepto, si videat eum spiritualem, & timentem Deum: Et hoc poterit sibi dicere per se, vel per aliam personam, puta per confessorem, vel Episcopum, & consulere sibi, vel facere consuli, vt intret religionem, vel transferat se ad longinqua, ita quod nihil recipiat de bonis putatiui patris, vel vt efficiatur clericus, & recipiat beneficia Ecclesiastica. Et his quasi sufficientibus contentus, hæreditatem dimittat alijs fratribus in sæculo remanẽtibus. Si autem videat filium non esse persuasibilem, sed malum, & indeuotum, nõ tenetur se diffamationi exponere, & peccatum suum illi manifestare. Similiter dicit Guliel. quòd si illa mulier videat, quod possit sine periculo hoc reuelare marito (sunt enim quidam viri, qui sustinent scientes adulterium vxorum, & aliqui qui consentiunt, quia non possunt proprios habere filios) si talis mulier reuelet peccatum suum marito, & ipse consentiat, mulier est soluta secundum eum: quod intelligi debet nisi respectu eorum qui nihilominus remanerent in damno, sicut filij veri, respectu portionis legitimæ, vel etiam quicunque alij, ad quos p ruenire deberet, ex substitutione, vel alio modo, ipso marito adulteræ sine filijs legitimis decedente. Si vero talis mulier non potest sine periculo peccatum suum reuelare, nec marito, nec filio; tenetur de rebus suis, si quas habet, vel in futurum habebit, satisfacere viro de omnibus damnis, quæ patitur, propter illum filium putatiuum, & facere talem satisfactionem secrete, & caute, per se vel per alium, & sic faciens erit in bono

Digitized by Google

bono ſtatu, ſi doleat de peccato ſuo, & confiteatur. Argumentum ad hoc 22. quæſtion. quint. capitul. hoc videtur, & extra de pœ & remiſ. c. offi. Et hanc opinionem tenet Hoſt. in ſum. Tenetur etiã ſatisfacere hæredibus viri ab inteſtato ſuccedentibus, vel hæredibus ſcriptis, vel quibus verisimiliter credit, quod reliquiſſet bona ſua, & ſi hoc neſcitur, debet dari pauperibus. Similiter adulter tenetur ſatisfacere pro poſſe patri putatiuo, de omnibus expenſis & damnis, propter illum filium procedentibus, & hæredibus eius veris, tamen ſi alter eorum ſatisfaciat, videlicet adulter, vel adultera, alius liberatur, argument. ff. de reg. iu. l. bona fides. Item dicit Scotus, vbi ſupra, quòd mulier iſta tenetur facere quicquid poteſt bono modo, vt hæreditas reſtituatur vero hæredi. Et dicit Innocent. vbi ſupra, quòd ſi mulier nõ habet quod reſtituat, & habet aliquas ꝓbationes, vel actiones per quas dicti hæredes poſſint reuelari a damno quod habent, debet mulier eas adducere in eorum fauorem, & hoc niſi graue malum eſſet prouenturũ propter illud. Nam tunc non tenetur hoc facere, nam minus malum eſt damnum rerum, quam periculum animarum, & corporum, & infamię. Si verò non habet quomodo ſatisfaciat, ſufficit ei quòd doleat, quod non poſſit ſatisfacere, & quod faceret quantum poterit. 2. quæſt. 7. cap plerique. Et hæc eadem ſententia ponitur in ſumma confeſſorum, lib 2. tit. 5. q 13. Tenetur quoque, ſecundum Scotum, vbi ſupra talis mulier, habere intentionem ſemper ſatisfaciendi, quando poterit, ca. 3 extra de ſolutio. Vltra autem hanc ſatisfactionem adulter, & adultera debẽt puniri pœna mortis. C. ad l. Iuliam de adul. l. quamuis. Sed tamen his pœnis nõ obſtant hos quotidie adulteria fiunt. O bened ẽte Deus, quot ſunt mulieres in tali crimine mortuæ, quæ nunquã ſatisfaciunt, & tamen omni anno communicant? O quot ad tartara deſcendunt, propter hoc maledictum vitium adulteriũ? O quot filij legitimi, matre ſciente, ſuccedunt in hæreditatem? Et ideo dimittite adulterium, quod eſt horribiliſſimũ peccatum, & inuiolabiliter ſeruate ordinem in quo profeſſi eſtis, ſcilicet matrimonij, quod eſt ſacramentum maximæ dignitatis, & primo ex inſtituentis ſublimitate. Quanto enim fundator alicuius religionis eſt nobilior, dignior, & ſanctior, tanto & membra eiuſdẽ ordinis debent plus gloriari. Cum igitur Deus omnium excellentiſſimus, & ſanctiſſimus inſtitutor, & auctor fuerit matrimonij vt dicitur in capitul. literæ, in fine de frigid. & maleſ. ideo vos maritati debetis gratulari, & ei gratias immenſas referre, & tam ſanctum Sacramentum, ac ordinem illibate ſeruare. Si enim reprehenditur, qui ordinem ſancti Benedicti, vel Francilci infringit, quanto magis, qui polluit ordinem Dei? Hic etiã ordo magnificatur ex loci dignitate, quia non in ſtabulo, ſicut hodie multorum mos eſt cõtrahere, nec in alio loco deſpecto, ſed in loco omnis voluptatis, & decoris, ſcilicet in tali ad locereſtri fuit inſtitutus, vt dicit Damaſc. l. 2. Verecundari ergo debent, qui non in loco patenti, & honeſto, ſed in occulto primordia ordinis ſui vitæ perdant. Item dignificatur ex inſtitutionis antiquitate. Non enim de nouo inſtitutus eſt, ſed antiquitate excedit omnes alios ordines in terris inſtitutos, qui omnes poſt peccatum ſunt inſtituti, hic autem in ordine matrimonij tempore innocentiæ fuit inſtitutus. Item hunc ordinem Chriſtus in tribus dignificauit. Primo enim, quod ipſe de matre conuugare, (licet Virginali voluit. Secundo enim, quod primam ſuæ ſanctæ nuptias honorauit, vt Ioann. 2. Tertio, quia ad honorem huius ſanctæ matrimonij ipſis primum miraculum fecit. Fecit autem eorum diſcipulis ſuis ex aqua vinum, vt per hoc oſtenderet quod licet actus huius ordinis ſit in ſe fœtidus, & vilis, vt aqua, tamen ex bono matrimonij fit precioſus, & bonus, vt vinum. In matrimonio igitur aqua inſipida in vinum optimum commutatur, quia actus carnalis, qui de ſe eſt peccatum mortale, vertitur in actum meritorium, tam bene facto ordine.

Adulter quomodo tenetur ſatisfacere patri putatiuo.

Matrimoniũ eſt maximæ dignitatis, & 1. ex inſtituentis dignitate.

2. Magnificatur matrimonium, ex loci dignitate.

3. Ex inſtitutionis antiquitate dignificatur.

Matrimonium a Chriſto in tribus dignificauit.

dine. Magna ergo reprehensione digni sunt, qui miraculum Dei peruertunt, facientes de vino aquam, qui pulchras vxores ex dono Dei habentes, ipsis relictis eligunt scorta: & vxores, pulchros, & bonos habentes viros, despiciunt eos, & sequuntur adulteros sceleratos. Hunc autem ordinem instituit Deus ad hominis vtilitatem. Primo, vt multiplicaretur humanum genus per eum, vnde dixit Genes. 1. *Crescite, & multiplicamini, &c.* Propter quod dicitur, quod nihil est hominibus vtilius matrimonio. §. hęc nos. in authentic. de resti. & ea, quæ parit. Videtur enim introducere quandam immortalitatem in hominib. l. lege duodecim tabularum. C. de legi. hære. Secundo, vt per ipsum homo à peccato præseruetur, & ideo inquit Apostolus, primæ ad Corinth. 7. *Propter fornicationem*, scilicet vitandam, *habeat vnusquisque vxorem suam, & vnaquæque mulier habeat virum suum.* Tertio, vt per ipsum homo ex consortio adiuuaretur. Vnde ait Dominus Genes. 2. *Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi*, & Ecclesiast. 36. dicitur: *Vbi non est mulier, ingemiscit egens.* Quarto, vt bona hominis fideliter conseruarentur, vnde Ecclesiast. 36. scriptum est: *Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem bonam.* Quinto, vt proles legitima nasceretur, & parentum de iure hæres efficeretur. §. quoniam, in authentic. qui mo. na. effi. legi. Quibus omnibus consideratis, ô vxorati diligenter custodite instituta tam sancti, ac salubris ordinis, & viuite in fide matrimoniali. Et vos viri seruate illud Apostoli, ad Ephesi. quinto, vbi inquit: *Viri diligite vxores vestras, sicut, & Christus Ecclesiam.* Quod facientes ad vitam peruenietis æternam.

(:)

Quare Deus instituit matrimonium.

DOMINICA TERTIA IN QVADRAGESIMA,

QVOMODO POSSIT vir dimittere vxorem, & econtra: Et de incestu, sacrilegio, ac Sodomia, atque de luxuriæ punitione.

SERMO XXIV.

MNIS *fornicator aut immundus, non habebit hereditatem in regno Christi & Dei*, ad Ephe. 5. & in Euangelio occurrentis Dominicæ. Agitor, dilectissimi ciues, necnon ventilor à duobus ventis contrarijs, & inter se præliantibus. Primus est pudoris, & timoris, qui mihi intimat, ne velim de peccato luxuriæ, maxime de inhonestis, & turpibus loqui. Cum enim sim religiosus, non videntur bene sonare in ore meo verba, de inhonestis rebus carnalibus, & impudicis. De hoc enim sæpe scandalizantur quidam dicentes; quòd qualis quisque est, talis & loquitur, ff. de tuto & cura. dat. ab his. l. his qui. §. fi. & ff. de condi. insti. l. quidã, & de quæstionibus. l. de minore. Et maxime hic ventus me cõturbat, insinuans, quòd ex hoc multi me in displicentiam habebunt, qui hoc vitio sunt infecti. Scriptum est enim Ecclesiastic. 21. *Audiet luxuriosus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum.* Equus enim calcitrat, si eius dorsum marcidum, & vulneratum tangatur; similiter si in aliquo pede clauus carnem viuam equi tranfixerit, subito cum à fabro tangitur in illo clauo, saltat, & recalcitrat, non autem si tangatur in pede sano. Similiter porcus rugit, si ei auferatur cibus optatus. Et sic profecto faciunt luxuriosi vitupe-

Digitized by Google

vituperantes prædicatores, qui contra eorum facinora proclamant. Vnde Gregor. inquit in moralibus: *Aegra mens prædicationem non sustinet, quia tacto vulnere dolet.* De tali loquitur Salomon. Pouerb. 10. di. *Qui odit increpationes, insipiens est.* Sed ex aduerso insurgit ventus charitatis, dicens mihi illud Bernar. in quodam sermone: *Non licet tacere, cui ex officio incumbit peccantes arguere.* Idcirco Apostolus 1. ad Cor. 9. ait: *Vae mihi si non euangelizauero.* Scriptum est enim 86. di. in c. facientis. vbi dicitur: *Facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Negligere quippe, cùm possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere, nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Quapropter motus charitate, *quae omnia vincit*, 1. ad Cor. 13. & quae *foras mittit timorem.* 1. Ioh. 4. alium sermonem vobis intendo facere de hoc maledicto vitio. Sed prima pars pertinebit ad declarationem dictorum in præcedenti sermone de adulterio, & appellabitur Dimissionis, Secunda dicetur Abominationis, Tertia & vltima Punitionis.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA. IN qua quæritur vtrum liceat dimittere vxorem, vel econtra.

Matrimonium separatè intelligi potest dupliciter.

QVO ad primam partem, quæritur: Nunquid aliquo casu separetur matrimonium. Et respondeo, secundùm Richard. in 4. dist. 35. quod hoc potest intelligi dupliciter, aut quo ad vinculum matrimonij, aut quo ad habitationem & thorum. Primo modo quo ad vinculum matrimonij, in hac vita nó dissoluitur, quando est cõsummatum, ita quòd nulla ex causa potest quis dimittere vxorem suam, & accipere aliam viuente ipsa vxore. Et hoc est quod dicit Dominus Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Sed hic quæritur vna quæstio: Pone quòd quidam habens vxorem, est mortuus; quo defuncto, vxor eius nupta est alteri; deinde ille fuit miraculosè resuscitatus, sicut fuerunt multi: quæritur nunquid debeat, & possit repetere vxorem suam, & illa tenetur ad eum redire, relicto secundo marito? Et primo videtur quòd sic, per Apostolum ad Hebræ. 11. qui dicit: *Acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos.* præterea glossa. in l. ex his. ff. de legibus. dicit quòd Lazarus resuscitatus poterat rumpere testamentum, si aliquid fecerat, & auferre bona sua ab hæredibus, quibus ea reliquerat in testamento. Et ideò idem videtur de vxore, quòd eam repetere possit resuscitatus. Tamen in contrariũ est veritas, quia matrimonium soluitur morte vnius coniugis. l. 1. ff. de diuor. Vnde dicitur, quòd mors omnia soluat. §. deinceps in authen. de nuptijs. Et hoc est quod inquit Apostolus. 1. ad Corin. 7. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit; quod si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui vult nubat in Domino.* Non obstat modò auctoritas Apostoli, scilicet quòd mulieres. &c. quia respondet Richard. in 4. dist. & 27. artic. 2. q. 4. & Henricus de Gandauo in quodlibeto suo, quòd hoc intelligitur per nouum consensum, & nouum matrimonium, si auctoritas intelligatur in casu nostro. Secundo modo potest intelligi separatio matrimonij, quantum ad cohabitationem, & thorum. Et si quæratur, vtrum maritus possit dimittere vxorem suam, vel econtra, & ab inuicem separari? Respondeo quòd non, nisi in casu de quo infra. Matrimonium enim sic diffinitur à Magistro sententiarum. dist. 27. cap. 2. vbi inquit. *Quod matrimonium est viri, & mulieris coniunctio maritalis, inter legitimas personas, individuam vitae consuetudinem retinens.* Quæ diffinitio ponitur etiam. 27. quæst. 2. cap. 1. & extra de præsumpti. c. illud. Ex quo datur intelligi, quòd mariti, & vxores debent simul viuere, & cohabitare, & non facere sicut quidam, qui viuunt separati per multos annos propter aliquas discordias vel maleuolentiam inter eos, ex quo viuunt in peccato mortali.

An maritus liceat vxorem dimittere, vel econtra.

Matrimonium quid sit.

Dubium ratione habente vxorem, & postea resuscitato.

SCiendum tamen, quòd maritus potest dimittere vxorem propter adulterium. Et hoc est quod inquit Saluator, Matt. 19. *Qui dimiserit vxorem, excepta causa fornicationis*, &c. Et eodem modo vxor virum adulterum relinquere potest, quia in tali casu ad paria iudicantur. 32. q. 7. c. si quis vxorem, & eadem causa q. 5. c. præcepit. & c. Christiana. Non tamen intelligendum est, quòd possit alteri nubere. 32. quæst. 7. capit. omnes causationes. Facit lex. 2. C. de incæstis nuptijs. Et ista causa extenditur etiam ad fornicationis suspicionem, quando suspicio est multum violenta, inconuincibilis, & certa, vt si probatum sit, quòd fuerit solus cum sola in loco suspecto, secreto, & latebroso, & hora inconuenienti, & sit suspicio de eis de fornicatione, maximè si inuenti sunt in eodem lecto, vel alio modo inhonesto. Hoc enim casu potest dimitti. Facit capitulum, dixit Dominus 32. quæstione prima, & cap. literis, extra de præsump. Item extenditur ad vitium Sodomiticum, vt propter illud possit vxor dimittere virum, & e contra. 32. quæstione septima. cap. omnes causationes. & cap. adulterij, & idem intelligendum est de spirituali fornicatione, vt si maritus vel vxor incidat in hæresim, vel Iudaismum, siue gentilitatem, & vult tenere coniugium ad infidelitatem: nam in hoc casu potest separari, sed non alteri nubere. 28. quæst. 1. c. idololatria. & extra de diuor. c. quæsiuit. & c. de illa, & de conuersione coniug. cap. vltimo.

Propter Sodomiticum vitium & hæresim vir vxorem, & contra dimittere potest.

SEd hic quæritur vtrum in aliquo casu non possit mulier à viro suo dimitti, & econtra. Et respondeo, quod sic, in septem casibus, quos ponit Raymundus in summa. Primus est, si vir conuincitur etiam ipse de fornicatione 32. quæstione 6. per totum, maximè in cap. nihil. vbi inquit Augustinus: *Nihil iniquius, quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud in quo alterum iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas*, quapropter quicquis causa fornicationis vult dimittere vxorem, prius debet esse à fornicatione purgatus. Facit c. significasti. extra de diuor. Secundus casus est, si maritus tradidit eam adulterandam, maximè inuitam. extra de eo qui cognouit consanguineam vxo. fuę. c. discretionem. In hoc enim casu adulterium magis imputatur viro, quàm vxori. Tertius casus est, si fuit vi oppressa. 32. q. 5. c. puto Christianum. Facit c. ita ne. 32. q. 5. cuius ratio est, quia, vt scribitur. 34. q. 1. c. cùm per bellicam. *Nullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahitur, quod conditio necessitatis extorsit.* Vnde dicitur. in l. si ea res. ff. de act. emp. *Custodia adueęsus vim, parum proficit.* Et hoc intelligitur de vi absoluta, aliter non excusaretur. 32, q. 7. c. omnes causationes. Quartus casus est, si ipsa probabiliter credebat virum defunctum, & contraxit cum alio: nam maritus rediens, tenetur eam recipere, vt dicitur in c. cùm per bellicam & in c. cùm in captiuitate. & in c. si virgo. 34. q. 2. nisi fortè postquam illa scuit de vita primi, cognouit secundum maritum, & sic facta est adultera, vt dictis iuribus Et hoc habetur in summa confessorum lib. 4. tit. 13. q 3. & 4. Quintus casus est, si adulter sub specie matiti cognouit eam, nam ipsa per ignorantiam excusatur, si putabat esse suum virum, argumen. 34. quæst. 2. c. in lectum. Sextus casus est, quando post adulterium cognouit eam, quia crimen per reconciliationem dimissum, obijci amplius non debet, nisi recidiuum sequatur. Et idem est si eam publicè adulterantem retinet in consortio maritali. C. de adulterijs. l. crimen adulterij. Septimus casus est, si matrimonio vtriusque in infidelitate contracto, vir repudiauit vxorem, & illa nupsit alteri, si postea ambo conuertantur ad fidem, vir tenetur eam recipere, ex. de diuor. c. gaudemus. §. vl. & ratio est, quia dando ei libellum repudij, iniustè tradidit eam quodammodò adulterandam, & concordat cum supradictis Th. & Pet. de Paludo. in 4 di. 35. concordat etiam Gloss. & Host. vt habetur in sum. confess. lib. 4. tit. 12. q. 3. Aliqui autem addunt octauum casum, de-

Septem casus, quibus vir non potest dimittere vxorẽ adulteram.

1. Casus. 2. Casus. 3. Casus. 4. Casus. 5. Casus. 6. Casus. 7. Casus. 8. Quo casu.

Digitized by Google

scilicet si vir contra voluntatem vxoris, abstinendo à matrimonio dedit ei occasionem adulterandi. Alij verò dicunt, quòd propter hoc non excusaretur mulier adulterans. Posset autem sic distingui, quod si vir abstinuit propter infirmitatem, vel necessitatem, tenenda est secunda opinio, aliter vxores infirmorum, vel cursorum, siue mercatorum, & huiusmodi, qui ex necessitate quandoque ab eis absentantur, possent sua adulteria palliare. Si verò abstinuit fraudulenter, & dolosè, non videtur posse eam repudiare; quia fraus & dolus nemini debet patrocinari. c. tuæ. de cleri. non resi. c. ex literis de dolo, & contu. & c. ex tenore. de rescrip.

Vir, qui occultè adulteratus est, an possit dimittere vxorem, quæ manifestè adulterij commisit.

SEd hic quæritur, nunquid vir qui occultè adulteratus est, possit accusare, & dimittere vxorem, quæ manifestè adulterata est? respondit Rayn. in summa, credo quòd non, quia non deficit vxori ius excipiendi, sed tantùm probandi, ar. 32. q. 6. per totam. Idem tenet Tho. Alber. Gof. & Host. vt in summa confessorum libr. 4. tit. 22. q. 15. Si tamen vir egisset pœnitentiam, & vxor monita nollet agere, sed in adulterio perseueraret, sine peccato posset eam per sententiem dimittere. 32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. Sed sciendum est, quòd quantum ad separationem à thoro, potest vir dimittere vxorem proprio arbitrio, statim cùm scit ipsam adulterasse, nec tenetur ei reddere debitum exigenti, & econtra. Si autem loquimur quantum ad separationē à cohabitatione, distinguo, quia aut matrimonium est clandestinè contractum, & absque testibus, & tunc licitè potest eam dimittere proprio arbitrio, & separare à cohabitatione, & probatur per illam regulam. in l. nihil. ff. de regul. iur. vbi dicitur. *Nihil tam naturale, quàm vnumquodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est:* & idem in substantia habetur in c. omnis extra. eo. tit. Si autem matrimonium est contractum in facie Ecclesiæ, vel saltem coram testibus, tunc non possunt separari à cohabitatione, nisi per iudicium Ecclesiæ, secundùm Thom. in 4. dist. 35. Si autem quæratur, nunquid vxor adultera post pœnitentiam, possit repellere virum ab accusatione? Respondit Rayn. vbi suprà, credo quòd non potest, quia pœnitentia non tollit ius accusandi in foro iudiciali. 22. dist. c. primum. 33. q. 2. c. admonere, & 6. q. 1. c. qui crimen. vir. videndum, idem tenet Thom. Alber. Gof. & Host. vt habetur in summa confessorum lib. 4. tit. 22. q. 16. Tamen de æquitate dicunt omnes Doct. quòd debet cessare ab accusatione, acceptare eam quando est correcta, & parata benè viuere. c. de illa, extra de diuor. Si autem videat eam esse incorrigibilem, non solùm non debet eam tenere, sed tenetur eam dimittere, ne suo crimini videatur consentire. Vnde Chrysost. super Matt. & habetur. 32. q. 1. c. sicut inquit: *Sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit, sic fatuus est & iniquus, qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris.* hæc ille.

Vir quomodo, & quando potest dimittere vxorē proprio arbitrio, & econuerso, & quando. Viro & vxori quādo liceat non cohabitare.

Vxori adulterij quare viri adulterio est grauius.

OMnia autem, quæ dicta sunt de marito erga vxorem, quòd possit eam dimittere, intelliguntur etiam de vxore erga virum adulterum, secundùm Rich. in 4. dist. 35. vbi dicit, quòd adulterium vxoris videtur aliquib. respectibus esse grauiùs, quàm adulterium viri; quia mulier adultera magis confundit virum suum, & omnes de cognatione, quàm econuerso. Item quia adulterium mulieris magis lædit matrimonium, quia causat incertitudinem prolis. Item possumus reddere tertiam rationem, quia mulier adulterās perdit illud quo maximè ornatur. Scriptum est enim in authentic. quomodo oportet Episcopos. §. qui verò eas: *Pudicitia quàm maximè mulieres ornat.* Sed de his valdè inueniuntur paucæ, quæ in veritate sunt pudicæ, vnde inquit Iuuenalis: *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo, Si cui contigerit castæ matrona pudici.* O quot sunt, qui putant accipere vxores virgines, qui accipiunt meretrices, habuerunt enim filios, & filias, in parentum domo,

Quot

Quot viduæ ostendunt se castas, & sunt in turpibus, & inhonestæ? vt inquit Hieron. ad Eustochium. Sed non minus etiam in hoc vitio peccant viri.

Quibus ex causis viri & vxores cohabitare nesciunt.

SED miror valdè vnde procedat, quòd quotidie videmus separari matrimonia, & maritos ab vxoribus discedere, & econtra, nec posse eos simul habitare. Sed postquam bene recogito, inuenio, quòd maximè hoc procedit ex trib. causis. Prima dicitur cupiditatis. s. quando quis accipit vxorem propter dotem; vel aliqua nubit viro, qui est diues, & non habent respectum ad mores, & alia, quæ requiruntur in matrimonio. Sicut fit hodiernis temporibus. Nam cùm alicui proponitur aliqua vxor, interrogat statim quantam dotem portabit, & similiter mulier interrogat de viro, si est diues, & non cõsiderat, quòd melius est habere coniugem boni intellectus, & bonæ conscientiæ, cum paucis opibus, quàm diuitem, vsurarium, aut stultum, &c. Item melius est viro habere pauperculam vxorem sine dote aliqua, quàm linguosam & insanam mulierem benè dotatam. Prædicti autem non videntur in matrimonio accipere vxores, sed dotes, & mulieres non viros, sed opes. Et propterea vt refert Hierony. contra Iouinianum: *Marchia Catonis interrogata, quare secundum non acciperet virum, respondit se non inuenire virum, qui vellet eam propter se, sed propter sua. Erat enim turpis sed diues.* Themistius autem philosophus, interrogatus cuinam libentius filiam suam traderet vxorem, an pauperi, sed scientia, & morib. ornato, an locupleti parum probato, respondit: *Malo hominem indigentem pecunia, quàm pecuniam indigentem viro.* Quærit etiam Aureolus philosophus supradictus, quid sit melius, an ducere vxorem pauperem pacificam, an diuitem litigiosam, & respondet dicens: *Pauperem alere difficile est, diuitem verò ferre tormentum.* Et quamuis non determinet quid sit melius, Salomon tamen determinat, qui ait, Prouerb. 21. *Melius est habitare in angulo domatis*, id est domus solitariæ, & vilis, & venit ex Græco, *quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.* Propterea homines prudentes principaliter considerant in muliere, quàm accipere volunt vxorem, an sit sapiẽs, & benè morigerata, quia scriptum est Prouer. 14. *Sapiens mulier ædificat domum: Insipiens verò, extructam quoque destruet*, & 19. eiusdem lib. c. etiam dicitur: *Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino verò propriè vxor prudens*, & Eccle. 26. scriptum est: *Mulieris bonæ beatus vir.* Non autem dicitur mulieris pulchrę, nec mulieris nobilis, & generosæ sanguine, nec mulieris diuitis, sed mulieris bonæ. Qui igitur nubunt principaliter propter diuitias acquirendas, vt plurimum sunt malè consolati. Et ideò inquit Cato in suis documentis: *Vxorem caue ne ducas sub nomine dotis*, & Sene. in lib. de remedijs fortuitorum. c 21. inquit: *Inuenies, si nihil quæris, nisi bonam vxorem.* Debetis ergò benè considerare, quando habetis contrahere matrimonia. Et hoc est quod inquit Ouid. in 3. de Fastis: *Nubere si qua voles, quamuis properabitis ambo, Differ, habent paruæ commoda magna moræ.* Vera est enim sententia Senecæ, vbi supra, qui dicit: *Vxor aduentitium bonum est.* Nam est inter illa, quæ vnicuique semel contingunt. Vnde qui bonam coniugem sortietur, iucundus erit propter eam in tota vita sua. Econtra autem possumus dicere de illo, qui habebit vxorem malam. Secunda causa, quare veniunt tales separationes, dicitur esse inordinationis. s. quando nubunt causa explendæ libidinis. Sicut multi faciunt hodiernis temporibus. Statim enim cum eis proponitur vxor, quærunt si sit pulchra, & econtra facit mulier de viro, & sæpè ex cæcitate amoris inordinati, aliqui nubuntur, qui postea remanent malè consolati, & maximè, quia ille, qui accepit aliquam propter pulchritudinem, & amorem, semper dubitat ex zelotypia, quòd ita faciat cum alijs, sicut faciebat secum. Et ideò quidam Philosophus studiosè accepit vxorem turpem. Et interrogatus quare sic feciſſet, respondit: *Turpem seruabo, pulchram autem quæ omnibus placet, quomodo seruare potero?* Tales autem turpes

2. Causa separationis inter virũ & vxorem

vxores

Digitized by Google

vxores ſunt ſimiles macellariorum tabulis, quæ die noctuque ſine alicuius cuſtodia, abſque ablationis periculo remanẽt in plateis, viri autem pulchrarum vxorũ eas inſequuntur, vbique cum maximo cruciatu, obſeruantque eas, & ex omnib. eorum verbis & factis malum ſuſpicantur. Et quod peius eſt, ſæpe cornua portãt ceruinis longiora. De tali enim muliere formoſa, & vana, inquit Sapiens, Eccleſi. 25. *Si non ambulauerit mulier ad manum tuam, confundet te, in conſpectu inimicorum tuorum.* Talia ergo matrimonia ex concupiſcentia cõtracta, Deo permittente remanent tandem anguſtijs, & tribulationibus plena. Scriptum eſt enim in c. principatus. 1. q. 1. *Difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.* Ideo inquit Andreas Capellanus Domini Papæ Innocentij Quarti, in lib. de diſſuaſione vxoris, *libertas tibi adimitur, ſi nequam fœmina ſocietur, nec tuus eſſe poteris, quia quod fugias non habebis*, & Richard. in lib. de nuptijs. c. 5. dicit: *Eſt mulier linguoſa viro pars martis amaræ. Nocte die-que modis mille fat gat eum. Cum bene prandere, portare, quieſcere ſecum Optat, tunc ipſa iurgia ſæua parat.* Iraſcuntur enim viris tales fœminæ, ſi nolunt eis condeſcendere in vanitatibus & ſumptuoſitatibus veſtium faciendis, & permittere quod vadant ad tripudia &c. Et dicunt: Talis dimittit vxorem ſuam ire ad feſta, & choreas, & non eſt ita Zelotypus de ea, ſicut vos de me, quæ ſum honeſtior & melior illa. Et talis mulier, quæ eſt nobis impar in nobilitate, habet talem veſtem &c. Nullus in hac ciuitate peius tractat vxorem ſuam, quam vos, qui eſtis ſine amore, & vrbanitate. Et iſta permittit Deus ad punitionem illorum, qui nubunt cauſa libidinis.

3. *Separationis cauſa viri ab vxore*

TErtia ratio dicitur inæqualitatis, videlicet quando pauper nubit diuiti. Inquit enim Sapiens Eccl. 25. *Mulier primatum habens contraria erit viro ſuo*, & in Chronica de Nugis Philoſophorum, cap. 7. dicitur: Quod Cleobolus Vnus de ſeptem ſapientibus ait, vxorem ducendam eſſe ex paribus. addens rationem, & dicens: Si enim ex maioribus ceperis, Dominos habebis cognatos. Similiter quando eſt diſparitas temporis, hæc eſt cauſa multarum diſcordiarum. vnde inquit Andreas Capellanus, vbi ſupra: *Si iuuenẽ ſenex duxerit, contemneris.* Iuuenalis quoque lib. 2. Satyra 1. dicit: *Semper habet lites, alternaque iurgia lectus, In quo nupta iacet, minime dormitur in illo.* Et hæc eſt vna ex maximis anxietatibus, quæ reperiantur in mũdo, quando maritus habet rixam cum vxore, & econtra. vnde Fulgentius lib. 1. fabularum ſuarum fabula. 21. dic. *Sicut nihil benigna iucundius cõiuge, ita nihil infeſta crudelius.* O igitur demen tia magna, quæ hodiernis temporibus viget plurimum. Nam videmus ſenes decrepitos, & in fouea iam pedem habentes, qui puellas ſibi accipiunt in vxores, quarum poſſent eſſe proaui, profecto tales puellæ poſſunt pheretrum ſecum deferre, in quo infra paucos dies ſe portand tumulum viros ſuos deferri. Alio quoque mulieres prouectę ætatis iuuenes accipiunt in maritos, quod eſt incongruum, ſicut ſi vacca ſenex, cum vitulo tenerrimo poneretur ad arandum. Et ideo ipſi iuuenes poſtea tenent concubinas, committunt adulteria, & ipſas vxores deſpiciunt. Similiter aliquæ puellæ nobiles ſæpe traduntur in matrimonium aliquibus viris ignobilibus, ac ruſticis, propter diuitias, quas habent, qui ſunt ſine moralitate, prudentiaque ac diſcretione. Ex quibus omnibus ſequuntur ſæpe adulteria, contentiones, & multa ſcandala. Ideo dicit Ouidius, in epiſtolis Epiſtola. 9. *Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci, Tam premitur magno coniuge nupta minor.* Hæc eſt enim alia inæqualitas, quando aliquis potens accipit in vxorem aliquam pauperem, vel minoris conditionis, quam ipſe ſit, tunc enim eam premit, & vult tenere, vt famulam. Ideo hortatur Ouidius, vbi ſupra dicens: *Si qua voles apte nubere, nube pari.* Et Sapiens Eccleſ 7. di. *Trade filiam tuam, & grande opus feceris, ſed homini ſenſato da illam.* Et hoc ſufficiat pro prima parte noſtri ſermonis.

PARS SECVNDA, DE abominatione incestus, sacrilegij, & Sodomiæ.

De incestu quinta luxuriæ specie.

QVinta luxuriæ species dicitur incestus. De quo Aug. 23. q. 7. c. adulterij, inquit: *Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu.* Diffinitur autem incestus ab Isid. 25. q 3. c. nec eam, vbi inquit: *Incestus est sanguinearum, vel affinium abusus, vel vbi est iustitiæ publicæ honestatis.* Magis autem stricte diffinitur à Gelasio Papa. 36. q 1. c. ex illa. Et à Magistro sententiarum. in 4. dist. 4. dist. 42. & ab Alex. de Ales. in 2. part. summæ, in tractatu de incestu. Quod *incestus est consanguinearum vel affinium abusus, vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus abutuntur,* Hæc ibi. Committitur autem hoc maledictum vitium multipliciter, vt puta si quis peccaret cum vxore patris sui, vel auunculi. Tales vero incestuosi merentur mortem, secundũ legem Mosaicã Leuit. 11. & 20. Similiter si quis cognouerit eãdem mulierem, cum patre suo incestum committit. Nam ex tali copula contrahitur affinitas personarum. c. qui fornicatus est. 34. quæst. septima. Item qui peccauerit cum matre vxoris suæ, debet comburi, Leuit. 20. De hoc etiam peccato habetur 35. quæstio. 3. c. si quis cum matre. Similiter si quis cognouerit nurum suam vxorem filij, debet cum prædicta nuru occidi. Scriptum est enim 35. quæstio. 3. c. si vir. *Non aliter nurus reputanda est, quam filia.* Si etiam quis peccaret cum matertera, vel amita sua, horribile peccatum commttit, & ambo debent occidi. Leuit. 20. Grauissimus autem incestus est, si quis fornicatur cum matre, vel filia cum patre, aut si quis peccauerit cum sorore sua, etiam si sit soror solum ex patre matris, vel patris, ambo enim debent occidi. Leuit. 20. Et de hoc 35. q. prima. §. his ita. Et hoc de etiam habetur Leuit. 17. Grauiter etiam peccat cognoscens carnaliter filiam filij sui. Leuitic. 17. & 35. quæstione tertia. capitul. de his. & capitul. nec eam. Item si quis peccaret cum duabus sororibus, grauissimus est incestus 34. quæstio. secunda capitul. si quis. & Leuit. 17. Similiter si peccaret cum vxore fratris sui, Leuit. 17. & 35. q. tertia. capitul. de incestis. Si etiam quis cognosceret commatrem suam, vel filiã spiritualem, vel econtra, 30. quæstione prima. §. primo. & c. peruenit & capit. si quis vuo 30. quæstione quarta. Si quis etiam cognosceret filiam suam adoptiuam, vel sororem. 30. q 3. cap. ita diligere. Et vt generaliter concludam, non licet alicui accipere in vxorem aliquam personam, quæ sit sibi coniuncta, vsque ad tertium gradum cognationis, vel affinitatis. Et aliter facientes sunt excommunicati. Clem. eos. de consan. & affinita. & sunt incestuosi. Et multo magis si cognoscunt se vsque ad illum gradum, committunt incestum grauissimum, vt habetur 15. q. 3. ca. coniunctiones. Hoc autem maledictum vitium reprobatum est etiam à iure ciuili, vt habetur in l. fratris vxorem, & in l. si quis incesti, & in l. licet quidam. C. de incestis nuptijs. & in l. ab incestis. C. eodem tit. inquit Imperator. Ab incestis nuptijs vniuersi, qui nostro reguntur imperio nouerint temperandum. Filij quoque, qui nascuntur ex hoc maledicto incestu, sunt priuati omni hereditate paterna, & nullo modo possunt ei succedere, vt habetur in authen. licet. C. de naturalibus liberis, ita vt etiam alimenta eis denegentur ex substantia patris, vt in authen. ex complexu. C. de incestis nuptijs, & extra qui fi. sint legiti. c. per venerabilem. ad finem. Sed tamen de æquitate canonica alimenta eis conceduntur, vt habetur extra de eo, qui du. in matrimonium quam pol per adul. c. cum haberet. & ibi glo. O quot inueniuntur qui in tali vitio sunt inuoluti, de quo nũquam ex verecundia confitentur. O si possemus ponere aures in latrinis, & alijs occultis locis, in quibus sunt sepulti filij, qui nati sunt ex tali peccato, audirem voces animarum clamantium: Vindica Domine sanguinem nostrum, qui effusus est. Apoc. 6. *Tales auẽ incestuosi sunt,* vt ait Albertus

Incestus quomodo multipliciter committitur.

Incestus reprobatur à iure ciuili.

Digitized by Google

bertus in tractatu de virtutibus politicis, *ſimiles canibus, qui nec à ſorore, nec à matre abſtinent. Item tales peiores ſunt quam cameli, & equi, quamuis plurimum ſint laſcini. Narrat enim Ariſtot. quod ſeptentrionis equam pulcherrimam habuit, quæ ei equum pulcherrimum peperit, ex quibus duobus cum equam alius vellet habere, cooperiri fecit vultum equi, ne matrem agnoſceret, qui poſt commiſſionem cum ea diſcooperto, cum eam fuiſſe matrem cognouiſſet, rupto vinculo fugit, & ab alto ſe proijciens ſe occidit. Idem quoq; legitur de elephante qui propter eãdem cauſam eodẽ modo ſe peremit, ſed prius ductorem ſuũ interfecit. Referi quoque idem Ariſtot. quod in quadam ciuitate, cum camelimater cooperta à paſtoribus eſſet, camelus eam non cognoſcens ſuper ipſam aſcendit, quam ex voce matrem agnoſcens, mox coitum non cõpleto deſcendit, & ſuum ductorem occidit. Turpe eſt igitur, & rationi contrarium eſſe oſtenditur, vt homo agat, quod beſtia deteſtatur*, hæc ille. Sexta ſpecies luxuriæ dicitur ſacrilegium, ꝙ diffinitur ſecundum Ray. in ſumma lib. 1. & beatum Thom. 2.2.q.99 art.1. & Alex. de Ales. in 2. parte ſummæ in tract. de ſacrilegio. in 1. *ſacrilegium eſt ſacræ rei violatio, vel eiuſdem vſurpatio.* Scriptum eſt etiam in ca. quiſquis. 17 quæſt. quart. quod ſacrilegium cõmittitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro. Et ideo poſſumus dicere, quod ſacrilegium committitur multipliciter, vtputa verberando clericum, vel perſonam religioſam, aut cum eis peccando carnaliter. 17 q. 4. c impudicas. & c ſequenti & c. ſicut. Et tale ſacrilegium eſt grauius quam adulterium ſecundum Richar. in 4. diſt. 35. art. 1. q. 5. Similiter ſi quis permittat Iudæis officia publica exercere in Chriſtianitate, velut in ſacrilegum excommunicatio profertur. 17 q 4. c. conſtituit. Similiter ſi quis peccauerit in loco ſacro, committit ſacrilegium. Ideo Dominus noſter Ioannis 2. & Matt. 21. expulit ſacrilegos vendentes & ementes in templo. Item qui frangit Eccleſiam 17. q. 4. c. quiſquis. Et qui extrahit violenter fugientem ad Eccleſiam, committit ſacrilegium, vt in eadem quæſtione, & cauſa, capitul. nullus. & capitu. ſi quis. Multis etiam alijs modis committitur ſacrilegium, de quibus in ſequentibus capitulis habetur. videlicet. 27 quæſtione 2. c. illud. & 12. q. 2. capitul. prædia. & 13. quæſtione 2. c. oblationes. & 16. quæſtione 1. capitul. in canonibus. & 17. quæſtione quarta, capitul. qui rapit. & §. ſi ſacrilegium. & di. 50. capitul. ſi quis presbyter. & 16. quæſtione prima, capitul. quoniam in fine. & extra de deci. in capitul. dudum. & de foro competenti. capitul. conqueſtus. & ſacrilegus Iudæ proditori comparatur. 17. quæſtione quarta, capitul. ſi forte. & 28. quæſtione quarta, capitul. inquit. Multos etiam modos ſacrilegiorum poſuit auctor ſummæ confeſſorum, libro primo, titul. 13. quos non refero, quia non ſunt præſentis ſpeculationis.

De 6. Specie luxuriæ, quæ ſacrilegium dicitur.

Sacrilegiũ quid ſit.

Sacrilegiũ inquantum eſt ſpecies luxuriæ grauiſſimũ peccatum.

SEd ad propoſitum noſtrum de ſacrilegio inquantum eſt ſpecies luxuriæ, dico, quod eſt horribiliſſimum peccatum, videlicet quando aliquis peccat cum perſona religioſa, vel in loco ſacro. Eccleſia enim eſt domus Dei, vt in figura habetur Geneſ. 18. & religioſi ſunt miniſtri Dei. 12. quæſtione prima, capitul. clericus. Scriptum eſt autem Leuitic. 21. quod homo qui habet maculam, non debet accedere ad miniſterium Dei ſui O benedicte Deus quot hodie inueniuntur religioſi, & religioſæ, ac clerici, ſacerdotesque, de quibus poſſumus dicere illud Oſeæ 8. capitul. *Factus eſt Iſrael quaſi vas immundum in nationibus.* Sed dicunt iſti, nos generamus nepotes Dei. O maledicti, & perfidi, melius manibus veſtris ſtaret gladius, aut lancea, quam corpus Chriſti. Tales filij ſunt, filij diaboli. cum enim ſponſum veſtrum relinquatis, qui eſt Ieſus Chriſtus, Oſeæ ſecundo, & corpus veſtrum tradatis immunditiæ, profectò, O religioſæ, diabolus efficitur veſter maritus: nonne pudet vos ſponſo veſtro cæleſti fidem frangere? & tam turpia, & inhoneſta, ante eius oculos perpetrare? O ſacrilegi nefandiſſimi, quomodo audetis æterni Imperatoris ſponſam violare? Quid dicam de ſacerdotibus? qui vt in-

quit Greg. ad Mauritium Imperatorem. *in ſacris eloquijs dij vocantur*, & tamen aliqui ex eis horribiliſſima vitia perpetrant, ita quod non amplius dij, ſed potius dæmones appellandi ſunt, & dæmonum filij Ioan. 8. Audite ò deputati cultui diuino, quid ſcriptum ſit Exod. 12. *Renes veſtros accingetis*, & Luc. 12, *Sint lumbi veſtri præcincti, & Lucernæ ardentes in manibus veſtris*, & primæ Petri vltimo, idem dicitur: & 1. Ti. 5. inquit Apoſtolus religioſo, *Teipſum caſtum cuſtodi*. Et idem inquit ad Epheſ. 6. Ideo quando diabolus vos tentat de hoc horribiliſſimo vitio, debitis dicere, cum Ioſeph. Gen. 39. *Quomodo poſſum hoc malũ facere, & peccare in Dominum meum?*

De nefandiſſimo vitio contra naturam.

SEptima ſpecies luxuriæ eſt, vitium cõtra naturam, ſecundum Alexandrum de Ales. in 2. parte ſummæ in tractatu de vitio luxuriæ. & beatum Thom. 2. 2. quæſtione 154. articul. 1. De quo horribiliſſimo vitio, dicit Auguſt. in libro de adulterinis coniugijs, & ponitur. 32. quæſtione ſeptima capitul. adulterij. quod peius eſt hoc peccatum, quam ſi aliquis cognoſceret carnaliter matrem ſuam. Ideo dicit Alexand. de Ales. in 2. parte ſummæ, in tractatu de vitio contra naturam. in princip. & Beatus Thom. 2. 2. quæſtione 154. articul. 12. quod iſtud vitium eſt ſimpliciter grauiſſimum, ſuper omnes alias ſpecies luxuriæ. Sciendum eſt etiam, quod hoc maledictum peccatum, non habet proprium nomen, ſed habet ſeptem cognomina, declarantia eius peruerſitatem & malignitatem. Primum cognomẽ huius maledicti vitij, dicitur Sodomia: 32. quæſtione ſeptima, capitul. flagitia. & 33. quæſtione tertia. capitul. hoc autem. Et ideo ſcriptum eſt diſtinctione 14. capit. quod ait, quod Loth videns Sodomitas velle nefandiſſimum hoc vitium committere cum Angelis, qui in domo eius hoſpitati erant in forma iuuenum, & quod volebant eos violare, ſtatuit potius dare filias ſuas, vt fornicarentur cum eis, quam tam maledictum vitium perpetrarent, vt habetur Gen. 19. Et aliud ſimile exemplum habetur Iudicum 19. de ſene, qui receperat hoſpitio leuitam cum vxore, quem filij Beniamin volebant violare. Ille autem ſenex, voluit eis potius exponere filiam ſuam virginem, cum vxore leuitæ, ne tantum facinus committerent. Hoc autẽ vitium dicitur Sodomiticum, & Gomorreanum, quia homines Sodomę & Gomorræ ciuitatis, erant huic vitio dediti. Secundum cognomen huius vitij dicitur ſtuprum. vt patet. ff. de offic. præſi. l. final. & ff. ad l. Iuliam. de vi. pu. l. 3. §. primo. & ff. quod metus cau. l. iſti quidem. §. penultimo. & ff. de ad ult. l. cui domum. & l. mariti lenocinium. §. final. & l. ſtuprum §. primo. & ff. de extraor. crimi. l. 1. §. qui puero. & de pœ. diſtinctio. prima. § qui puero. dicitur enim: *Qui puero ſtuprum alicuius perſuaſerit*, &c. Tertium cognomen huius ſcelerati vitij dicitur virũ nubere in fœminam. C. de adulterijs. l. cum vir nupſit in fœminam, & ibi gloſſ. Et ideo dicitur hoc peccatum committens, in corpore ſuo muliebria pati. ff. de poſtulando. l prima §. remouet. Quartum cognomen dicitur nefanda libido, patet Inſtitut. de pu. iudic. §. item lex Iulia. Et ideo dicitur 32. quæſtione quarta. capit. in eo fornicator: *In veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, quæ nominari etiam turpiſſimum eſt, ne dicentis os, & aures audientium pollnerentur, generaliter ſcriptura completa eſt dicens: Verecundos facite filios Iſrael ab omni immundicia*, hæc ibi. Quintum cognomen dicitur grauiſſima luxuria, vt patet in authentico. vt non luxu. contra naturam. colum. ſexta, vbi dicitur: *Quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi, grauiſſimis luxurijs ſemetipſos inſernere*, &c. Sextum cognomen appellatur fœdiſſima nequitia. vt habetur. C. de adulterijs, lege, fœdiſſimam. Septimum, & vltimum cognomen, quod eſt magis proprium, quam alia, dicitur vitium contra naturam, de de quo extra de exceſ. præla. capit. clerici & 32. quæſtione ſeptima. capitul. adulterij, & capitulo flagitia dicitur: *Flagitia quæ contra naturam ſunt, vbique, & ſemper repudianda, qualia Sodomitarum fuerunt*. Et in authen.

Sodomiticũ vitium proprium nomẽ non habet, ſed ſeptẽ habet cognomina, eius peruerſitatem declarantia

Quare dicatur vitium Sodomiticũ.

2. Cognomẽ huius vitij.

3. Cognomẽ.

4. Cognomẽ

5. Cognomen

6. Cognomẽ.

7. Cognomẽ.

vt non

vt non luxu. contra naturam, colum. sexta. dicitur de talibus: *Et ipsi naturæ contraria agunt.* Notãdum quoque est quod ista species luxuriæ, nõ est specialissima, sed subalterna, quia habet sub se alias species. Prima quarum dicitur mollities, quæ secundum Alexandrum de Ales. in secũda parte summæ in tractatu de vitio contra naturam, & beatus Thom. 2. 2. quæstione 154. articul. 11. est, quando quis tactibus impudicis polluit seipsum. De quo vitio maledicto dicit Apostolus, ad Roma. primo: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.* & primæ Corinth. 6 dicit: *Neque molles regnum Dei possidebunt.* Et propter hoc vitium, Deus occidit Onam filium Iudæ, Genes. 38. Secunda species vitij contra naturam, dicitur Sodomia, & est quando vir cum viro turpitudinem operatur contra naturam, & ista species est grauius peccatum, quam prima, vt inquit Alexand. vbi supra. Et de hac specie habetur Leuit. 20. & ad Roma. primo, & primæ ad Corinth. sexto. O quot hodie tales reperiuntur scelerati, quot iuuenes hoc vitio implicati, tanquã meretrices. Audite vnum miraculum quod accidit beato Iacobo de Marchia. In ciuitate enim Asculana quidam Sodomita desponsauerat quendam adolescentulum, & dederat ei annulum, qui crescente digiti carne, non poterat euelli: quapropter ille adolescens ductus est ad beatum Iacobum, & plorans cuncta illi narrauit, qui miraculose extraxit annulum de digito eius, absque vllo dolore. Et postea in prædicatione monstrauit illum populo, deinde proiecit in aërem dicens: O Deus, accipe confusionem fidei tuæ. Ille autem annulus, nunquam ab aliquo fuit visus, vel repertus, quod ostẽdit Deus in detestationem tanti facinoris. Tertia species huius peccati, dicitur corruptibilitas, scilicet quando mulier more viri, peccat cũ alia muliere. Et hoc est grauissimum peccatum cõtra naturã: nam in tali casu efficitur vt masculus. Et de hoc habetur. C. de adulterijs. l. fœdissimam. & ibi glossa. Et de hoc etiã loquitur Apostolus, ad Rom. 1. de quo Hieronymus loquitur, in libro contra Iouinianũ, & ponitur in cap. vsus naturalis 32. quæstione 7. sed verba dictarum auctoritatum non refero. Nam bene intelligenti pauca sufficiunt, nec aliter volo declarare, quomodo hoc fiat, ne ignorantes addiscant. Quarta species dicitur bestialitas, quando cum brutis, & irrationabilibus peccatur, & ista est grauissima inter oẽs species, quæ contra naturam sunt, vt inquit Thom. & Alexãder vbi supra. Et hoc vitium prohibetur Leuit. 18. & in tali crimine erant inuoluti fratres Ioseph, sicut dicit glossa, Gen. 27. vbi dicitur quòd Ioseph, sicut accusauit fratres apud patrem de crimine pessimo. Leuit. quoq; 10. præcepit Deus tam virum quam mulierem taliter peccantem occidi. O si scirent loqui animalia irrationabilia, profecto dicerent: O homo factus es sicut vnus ex nobis. De hoc peccato loquitur Virg. 4. Aeneid. dicens: *Hic crudelis amor tauri, suppostáque furto. Pasiphæ mixtumque genus, proiesque biformis, Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.* Propter tales luxurias oriuntur filij monstruosi. Narrat enim beatus Iacobus de Marchia in quodã tractatu; quod cum prædicaret in quadam terra, vna mulier peperit filium habentem caput arietis. Item in Dalmatia, vna iuuenca parturiuit medium hominem, & medium bouem. In Salerno vna sus parturijt mediũ hominem, & medium porcum, vt refert quidam frater, qui eum vidit. Vidi ego in ciuitate Mediolani duci ad comburendũ quendam hominem, qui erat hoc vitio implicatus, & erat indutus pelle cuiusdã bestiæ. Non sunt adhuc 15. anni, quòd prope Modoetiam quædam mulier peperit vnum monstrum horribilissimum, quo edito venit maxima pluuia, quæ duranit per multos dies, nec vnquam cessauit, donec illud monstrum fuit sub terra reconditum, & ego tunc de familia morabar in monasterio gratiarum. In Alamania ab annis decem citra, vna capra peperit vnum puerum, qui solummodo habe-

Sodomiticũ vitium est species specialissima luxuriæ, sed subalterna, habet enim species sub se.

2. Species Sodomitici vitij.

3. Species vitij Sodomitici.

4. Species huius vitij.

Quod nota fuit crimen de quo Ioseph accusauit fratres suos Genes. 27.

Multa mõstra propter hoc Sodomiæ specie oriuntur.

habebat pedes caprinos, & inuentus est pastor quidam qui peccauerat luxuriando cum ea. O nefanda rabies, ô inordinatus amor, ô horribilissima bestialitas, profectò talibus inuoluto, potest dici illud Psalmistæ: *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Quinta species huius vitij dicitur innaturalitas. scilicet quando vir cum aliqua muliere peccat, non seruato loco naturali. Et de hoc loquitur Augustinus. 31. quæstione septimo capitul. adulterij di. *Peccatum quod sit contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed multo execrabilius fit cum propria vxore.* O horribile vitiũ, ô abominabile peccatum ô grauem iudicium Dei, quod cito venit super tales. Multæ enim vxores, vel minus maritorum, aut percussionibus, vel promissionibus, muneribusq;, ac vestibus, & pŏpis ab eis acceptis, permittunt se tractari, sicut quæ potius dicẽdæ sunt meretrices, quam veræ vxores. Sexta species dicitur demonstruositatis, quæ est quãdo vir seruato loco matrimoniali, se ponit loco fœminæ, & mulier se ponit loco viri, quod est quædam monstruositas. Bonum est certe ædificare domum ad habitandum, inconueniens est, vt in fundamento ponatur tectũ, & ecõuerso. O quot viri & vxores reperiuntur talia facinora perpetrãtes. Hoc enim fuit vnum ex vitijs propter quod diluuium venit, vt inquit magister historiarũ scholasticarum. O quot hodie inueniũtur viri, qui dicunt se posse facere, quicquid volunt, de proprijs vxoribus, sed mentiuntur: quia tantum possunt ea, quæ ratio naturalis dictat, & honestas suggerit. Septima, & vltima species huius vitij dicitur immodalitas, quando scilicet vir cũ muliere extranea, vel etiam cũ propria vxore seruato loco matrimoniali, nõ seruat modum naturalem, sed potius bestialem, & brutalem, ac porcinum, quærendo in huiusmodi maiorem delectationem. Hoc est enim grauissimum peccatum, secundũ Tho. & Alc. vbi supra. Et ex talibus luxurijs impeditur sæpe generatio filiorũ, vel iam concepti periclitantur, & generantur filij monstruosi, & male in corpore matris situantur, & difficiliter pariuntur, & sæpe necessarium est eos extrahere membratim, & sæpe egrediuntur membris corruptis, & inordinatis, & statim aliquando moriũtur, & mater doloribus præfocatur, ac perimitur. Sed pro declaratione harum duarum specierum vltimarũ, quæritur nunquid semper peccet mortaliter vir, & mulier, cõmittẽtes has duas species luxuriæ? Et respondetur, secundum Thomam, & Albertum in 4. senten. dist 31. & gl. Ray. in titul. de matrimonio. §. sed nunquid hæc tria. super verbo fœdius. Et, vt etiam dicitur in summa confessorum. libr. quarto, titul. 2. quæstione 47. quòd si maritus non seruet locum ad eum pertinentem, & similiter vxor, sed transmittent, & similiter nõ seruent modum naturalem, dum tamen non exeant claustrum matrimoniale, & ista faciant, quia aliter facere non possunt, vel propter ægritudinem, vel propter periculum suffocandi fœtum in vtero, vel propter indispositionẽ corporis, aut propter aliã causam rationabilem, excusantur à mortali peccato, si hoc non agunt propter maiorem delectationẽ, sed propter vitandam incontinentiam, & extraordinariam fornicationem, tamen peccant venialiter. §. alias autem. 25. di. melius enim faceret maritus si in tali casu haberet vxorem vt sororem, & abstineret ab ea, vt dicit glossa Raymundi vbi supra. Si autem talia faciant causa maioris libidinis, sine vllo dubio, semper est peccatũ mortale, secundum omnes prædictos doctores, & etiam Alexandrum de Ales in 2. parte summæ in tracta. de vitio contra naturam artic. 3. O quot inueniuntur tali vitio innodati, qui coram Deo sunt fœtidissimi. Scriptum est enim Geneſis 13. *homines autem Sodomitæ erant pessimi, erant & peccatores coram Domino nimis.* Vnde Gregor. in quodam sermone de Sodomia, inquit: *Tanta est turpitudinis, vt quasi admirationem faciat ipsi Deo.* Vnde Gene. 18. Deus quasi admirans, de tanto scelere dixit: *Descendam, & vi-*

q. Species huius vitij.

Vir & mulier cõmittentes has duas vltimas species luxuriæ non semper mortaliter peccant.

6. Species Sodomiæ.

Diluuium propter quid venit.

7. Huius vitij species.

Digitized by Google

& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. hoc scelleratissimum vitium est illud, per quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, ad Ephe. 5. & quod violat amicitiam, quæ est inter Deum, & hominem. 32. quæstion. 7. cap. flagitia. De quo possumus dicere illud Iob. 32. *Nefas est, & iniquitas maxima*, id est peccatum, non nominandum. 32. quæstione quarta, cap. in eo. & Apostolus ad Ephes. quinto, ait: *Omnis immunditia, nec nominetur in vobis.* Isti maledicti Sodomitæ nunquam, vel raro corriguntur, ita quod potest dici de eis illud quod scriptum est Iob. 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* De tali Sodomita indurato inquit Sapiens. Eccle. 15. *Cor durum, male habebit in nouissimo.*

PARS TERTIA. DE PVnitione peccati luxuriæ.

Per leges puniuntur etiam illi qui solũ vitiũ nefandum luxuriæ attentant.

VLTRA dicta in præcedenti sermone, parte prima, in qua audistis multas punitiones, quas facit lex ciuilis de luxuriosis, & etiam canonica. Dico, quod etiam puniuntur illi, qui solummodo attentant hoc vitium perpetrare, licet non possint consequi effectum suum, & puniuntur per leges, vt habetur ff. de iniurijs. l. sed est quæstionis. §. fin. & l. sequenti. Et de pœ. distinct. 1. §. si quis, vbi dicitur: *Si quis tam masculum, quàm fœminam, siue ingenuos, siue libertinos, impudicos facere tentauerit, iniuriarum tenebitur. Et si pudicitia attentata fit, actio iniuriarum locum habet. Attentata pudicitia dicitur, cum id agitur, vt ex pudico, impud ens fiat*, hæc ibi. Et hoc idem habetur. ff. de seruo corrupto. l. 1. §. vltim. & C. de furtis. l. si quis seruo. Et aliter attentantes, in insulam deportantur. ff. de extraor. crimi. l. 1. §. qui puero. Quantum autem à Deo puniatur hoc maledictum vitium luxuriæ, patet. 1. Genes. 7. vbi Deus omnes homines mundi, & omnia animalia terræ, & aues Cœli, mori fecit aquis diluuij, exceptis illis paucis, qui saluati sunt in arca Noe. Hoc enim terribile iudicium fecit Deus, propter hoc vitium luxuriæ, scriptum est enim Genes. 6 quòd omnis caro corruperat viam suam super terram. Vnde dixit Deus ad Noë, vt habetur in prædicto c. *Finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorũ, & ego disperdam eos cum terra.* O terribile iudicium, ô aspera vindicta, ô horribile vitium, vidisses namque, si tunc fuisses in momento temporis repente immutari Cœlum, obscurari aërem, sonare ventos, tonare fulgura, & catarractas Cœli aperiri, & aquas abundantissime fluere super terram. Vidisses attonitos cunctos trementes, atque pallentes, vidisses manducantes masticando ruminare, & non posse cibum deglutire, audisses eiulatum, & clamorem virorum, ac mulierum, iuuenum & paruulorum, morté expectantium, clamantium, & dicétium: heu heu, væ nobis, ad quid deuenimus, vt, pereamus in aquis. O quid erat inspicere inde ad modicũ, illos ab aquis sublatos & extinctos, & hoc propter luxuriam. Secundo apparet punitio Dei, & maxime de Sodomitis Genesis 19. vbi dicitur: Quod pluit Dominus super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem de Cœlo, & subuertit ciuitates, & omnem circa regionem, & vniuersos habitatores vrbiũ, & cuncta virentia terræ; secundum vero magistrum historiarum ecclesiasticarũ, in nocte Natiuitatis Christi, omnes Sodomitæ mortui sunt. Vnde Hieronymus, super illud Esaiæ nono, *habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis*, ait: *Lux illa omnes isto vitio laborãtes extinxit, ne ea quã sumpserat tanta immũditia fœdaretur.* Similiter hodiernis temporibus ob nullam aliã causam credo Deum magis mittere tot flagella, & tribulationes, bella & fames, sicut facit propter peccatum luxuriæ, maxime nefandissimæ Sodomiæ: hoc est enim illud horribile peccatum, propter quod indignatur Deus contra mũdum, & eum seuere flagellat, vt patet in authentico, vt non luxurietur cõtra naturam, collat. 6. & de consecratio, distinct. prima, capi-

Digitized by Google

capitul. in[illegible]a & de excess. prælato capitul. clerici. Ideo dicitur 32. quæstione septima, capitul flagitia. per glossam, & est text. expressus in authentic. vt non luxurietur contra naturam. colum. sexta. quod propter talia delicta, fames & terræmotus, ac pestilentiæ fiunt. Et de hoc etiam habemus aliam glossam, scilicet in capitul. in eod. 32. quæstione quarta, multaque alia flagella mittit Deus mundo, propter peccatum luxuriæ, vt dicitur in capitulo sigens 56. distinctione. Vnde legitur in historia Britonum: quod tempore Saulis regis Israel, in Britannia maiore regebat Rex quidam, qui cum relicta vxore vacaret vitio Sodomiæ, cum quadam die iussset ad venandum, misit Deus multitudinem luporum rapidorum, qui in eum irruentes, miserabiliter illum dilaniauerunt. Dicitur quoque, quod tempore terræmotus, qui fuit in ciuitate Neapolitana, ibant omnes flentes, & vociferantes, propter peccatum Sodomiæ ista patimur. Item in Apulia in terra Betunti, quidam Sodomita post splendidam cœnam cum puero suo lectum ingressus est, habens in camera lampadem lucentem, & ecce media nocte multitudo coruorum ingressa, & super eum irruens, oculos ei renitenti extraxit, & illum mortuum, & nudum in medio cameræ prostrauit, animamque eius ad tartara deportauit: facta autem die, puer totus attonitus, omnia sicut acciderant enarrauit. Inuentique sunt eius oculi in camera sparsi. Cum autem corpus eius ad sepulturam deferre vellent, statim in conspectu omnium velut ros ad solem solutum est, & in saniem totum redactum: & frater Ioannes ordinis nostri, prouinciæque Apuliæ, qui prædicta vidit, enarrauit. Alius quoq; luxuriosus iuuenis cum esset mortuus, vocati sunt duo fratres nostri, vt circa corpus vigilarent. Cum autem circa secundam horam noctis, clausa vndique camera psalterium ante funus legere cœpissent, in medio eorum canis niger apparuit, de quo admirantes illum extra cameram eiecerunt: & ostio clauso iterum incipiunt. Et ecce iterum idem canis apparuit, de quo magis obstupescentes, iterum illum eiecerunt, & ostium clauserunt. Sed statim apparuit canis alius terribilior, qui cum impetu super cadauer irruens, illud asportauit, & frater ille, qui ibi aderat, hoc retulit. Romæ autem, quædam pulchra, sed luxuriosissima fœmina, & omni spurcitia pleniſſima, ad mortem veniens, noluit confiteri. Vnde duobus diebus ante mortem, domus in qua manebat repleta est dæmonibus, & tota cœpit domus tremere, & hinc inde nutare, fremitus magnus in ea audiri. Ex quo omnes ibi morantes fugerunt. Post duos autem dies Guardianus sancti Francisci trans Tiberim, cum socio ipsam domum intrauit, quæ nutabat, vt nauis in aquis currentibus, & inuenerunt illam miseram mortuam, & in modum pilæ rotundã, & nasum eius in fæce sua infixum, & tibias eius retro tractas, manusque extortas, ac vt monstrum perditę illius corpus apparebat. Et ideo ô dilectissimi ciues, effugite hoc maledictum scelus luxuriæ, exemplo Ioseph, qui potius voluit incarcerari, & multa mala pati, quam adulterio consentire. Genesis 39. Habetis quoque exemplum Susannæ, quæ potius voluit se morti, & infamiæ exponere, quàm hoc facinus perpetrare, Daniel. 13. Habetis quoque exemplum sancti Benedicti, & sancti Francisci, qui vt tentationes carnales superarent, inter spinas horribiles se cruentabant. Habetis etiam exemplũ Scipionis, Principis Romani, de quo Valerius, libro nono inquit: Quod cum esset 27. annorum, deuicit Carthaginem, & de Africa victoriam habuit, vnde Africanus appellatus est. Inter cæteros autem captiuos, puella quædam nobilis, & valde pulchra fuit ei oblata, quæ nobili sponso erat coniuncta. Scipio aũt vocatis parentibus eius, & spõso, inuiolatam puellã eis tradidit, aurum quoq; pro redẽptione puellæ oblatum, doti eius addidit,

Vide exẽpla ista de vindicta Dei in Sodomitas.

Exempla de quibusdam faciẽtibus luxuriam.

Digitized by Google

dit; qua continentia gens barbara, libentius se illi dedit. Quanto ergò nos magis pro patria illa superna totis viribus continentes esse debemus? quam non Romano imperio acquirimus, sed nosipsos in ea reges constituimus, semper cum Patre & Filio, & Spiritu sancto regnaturi, in secula seculorum, Amen.

EODEM DIE POST PRANDIVM.

DE FVRTO, INVENTO, & rapto.

SERMO XXV.

OMNIS *auarus non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei*, ad Ephes. 5. & in epist. occurrētis Dominicæ. Septimum decalogi præceptum di. *Non furtum facies.* Exod. 20. Leuit. 19. & Deut. 3. c. Super quibus verbis di. Nicol. de Lira, quod prohibetur per hoc omnis rei alienæ vsurpatio, & retentio iniusta. Et hanc sententiam tenet etiam Alex. de Ales. in 3. par. sum. in tract. de præceptis, præcepto 7. ar. 1. quod confirmat Aug. in lib. quæstionum. Exod. di. *Furtiue, bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed aperiè totum intelligere voluit, quicquid illicite rerum proximo auferitur*, hæc ille. Quæ etiam habentur. 14. q. 5. c. pœnale. & c. omnis mœchia. 32. q 4. Et ideò in hoc sermone tres considerationes faciemus. Prima erit de furto propriè dicto. Secunda de inuento, Tertia, & vltima, de rapto.

Quid prohibetur per septimum præceptum, quod est, Non furtū facies.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA, IN QVA ponitur furti diffinitio, eiusque detestatio, & excusatio.

FVRTVM, vt habetur in l. 1. ff. de furtis. & Institu. de obli. quę ex delic. na. §. furtum. el. 1. *est contrectatio rei alienæ mobilis & corporalis fraudulosa, inuito Domino, lucrandi gratia, siue ipsius rei, siue etiam vsus, possessionisve.* Pro cuius diffinitionis declaratione, sciēdum est secundùm Ray. in summa, vt etiam habetur in sum. confess. lib. 2. tit. 6. qu. 1. quod in hac diffinitione, Primò ponitur contrectatio, quia sine contrectatione non fit furtum, etiam si interueniat voluntas, vel verbum, facit. ff. de furtis, l. 1. §. 1. Tamen per solam voluntatem furandi erit trāsgressio alterius præcepti s. non cōcupisces rem proximi tui. Secundo ponitur rei alienæ, quia in re propria non committitur furtum, quod intelligendum est, nisi alius habeat in re illa aliquod ius: puta, quia est ei pignorata, vel commodata, & fecit in ea vtiles expensas. ff. de furtis. l. si res. §. 1. & l. si is qui rem. in fi. Et idem dicit Thom. 2. 2. q. 71. Tertiò dicitur mobilis, & corporalis, quia immobilibus, vt in agro, vel domo, & incorporalibus, vt sunt actiones, & seruitutes, nō committitur furtum, quia talia non possunt contrectari, vt ff. de fur. l. verum. el. 1. Quartò dicitur fraudulenta, quia furtum dicitur à fraude secūdùm vnam etymologiam. ff. de fur. l. 1. Et ideò si rem putabat suam esse, quæ non erat, vel etiam si erat sua, & alius habebat aliquid iuris in ea, sed putabat, quòd posset accipere, non committit furtum, sed aliter punitur, videlicet quia perdit ius ꝙ habebat in re; & si non habebat ius aliquod, condemnabitur ad restitutionem rei, & insuper ad æstimationem illius, quia voluit sibi ius facere. Insti. de vi bo. rapt. §. quia tamen. & §. seq. Quintò dicitur inuito Domino, quia si putabat Dominum permissurum, nō committit furtum: & hoc intelligitur si habebat iustam

Furtū quid sit, & diffinitionis declaratio.

causam credendi, aliter non excusatur. ff. de fur. l. si is qui rem. In dubio autem præsumitur dominus inuitus. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare, vbi dicitur: *Vetare Dominũ dicimus, qui non consentit.* Et ideò etiam si Dominus videat se auferri, dicitur inuitus, quàuis non contradicat. l. pe. ff. de fur. di. glo. quod hoc ideò est, quia requiritur expressus cõsensus, per dictũ §. vetare. Quidam autem dicunt, quod quando potest verisimiliter præsumi, quòd ratione timoris, vel etiam verecundiæ, non contradixit, habẽt locum prædicta, quòd si propter hoc non fleterit, cùm potuerit sine incommodo, & respectu aliquo contradicere, & tacuerit, videtur consentire, argument. in c. error. & in c. consentire. 83 di. Si autem quis putauit se facere inuito domino, & tamen dominus est contentus, furtum quidem facit quantum ad intentionem, sed non tenetur ad restitutionem, nec dominus potest petere, obstante sibi sua volũtate. ff. de fur. l. inter omnes. §. pen. Sexto ponitur lucri faciendi gratia, quia si quis secretè auferret gladium furioso, vel volenti cum eo aliquem occidere, non committeret peccatũ habens animum restituendi, cùm sedatus ille fuerit, vel aliter satisfaciendi, si non sedatur. Item si quis alienam ancillam tolleret, non lucrandi gratia, sed libidinis, nõ committit furtum. ff. de fur. l. verum. licet aliter peccet, & fortè nõ minus. Septimò dicitur ipsius rei, siue etiam vius possessionisve, quia nõ solùm committit furtũ, qui vult lucrari dominium rei, sed etiam, qui vult lucrari solùm vium, vel possessionem, vt habetur. 50 di. c. qui saccum. & in §. itaq;, & §. placuit. Insti. de obli. quæ ex del. nas. Vnde si quis reb. sibi commodatis, vel pignoratis, vtitur cõtra voluntatem domini, puta vellet pignorata, vel equo eum ducendo alibi, quam voluerit Dominus commodans, & similiter in reb. depositis, siue vtantur per se, siue per alium, committit furtum ff. de fur. l. qui iumenta. & l. qui re. & ff. cõmod. l. si vt certo §. quinimò. & ff. de condictione furtiua, l. qui furtum, & ff. de fur. l. pignoris, Item si quis accipiat aliquid commodatum ab vxore alicuius, vel à seruo, aut ancilla, & simili persona, si putauit maritum, vel Dominum, cuius est res non permissurum, furtum committit. ff. commo. l. seruus. Sed hic quæritur nunquid furtũ committatur ita in re parua, sicut in magna Et respondetur quòd sic, quia in furto, non quod ablatum est, sed mens furantis attenditur. 14. q. 4. c. vlt. Et hoc intelligendum est, quando voluntas est talis, quòd etiam maiora subtraheret, vel quãdo ex ablatione paruæ rei, ille, cuius est, intelligitur grauari, vel quia credit, quòd facit contra voluntatem eius, & sic frangat eius charitatem & dilectionem, & eum conturbet, secundùm Tho. 2. 2. q. 66. Vnde dicitur in §. gallinarum, Insti. de rerum diui. quod potest committi furtũ in vna gallina, imò dicit glo. ibi quod etiam committitur in vno ouo. Si quis autem putet Dominum esse contentum, quod accipiat ista minima, non peccat mortaliter, secundùm Tho. vbi suprà, & fortè nec etiam venialiter, si habeat iustam causam ita credendi. Tamen si postea intelligat eum non esse contentũ, debet restituere, alias nõ excusatur, vt in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6.

Secundò habemus videre de furto, eius detestationem: prohibetur enim ab omni lege. Omissis ergò auctoritatibus, quæ præmissæ sunt in exordio, in quibus & primò à scriptura ptæcipit Deus ne furtum faciamus, tanquam mortale peccatum; audite quid scriptum sit Exod. 21. *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur*, & Iosue 7. Deus magnam plagam immisit in populo Israel, propter furtum Achor, vnde ibidẽ dicit Dominus ad Iosue: *Peccauit populus, transgressus, & furati sunt de anathemate*, & Psal. 44. dixit Deus peccatori damnando: *Si videbas furem currebas cum eo* & Prouerb. 29. dicit Salomon: *Qui cum fure participat, odit animam suam.* & Eccl. 5. scriptũ est: *Super fures enim est confusio, & detestatio pessima*, & Esa. 1. dicitur: *Principes tui infideles, socij furũ*, & Hiere. 2. dicit Propheta: *Quomodo confun-*

Digitized by Google

confunditur fur, quando comprehenditur, sic confusa est domus Israel. & Zachariæ 5. scriptum est: *Omnis fur iudicabitur.* s. ad pœnam æternam. Similiter magnum esse peccatum, hoc vitium ostendit Saluator Matt. 15. & Mar. 7. vbi connumerat furtum, cum homicidio adulterioq; & blasphemia. Et posteà subdit, quòd hæc sunt, quæ coinquinãt hominem, quia scilicet sunt grauia peccata. & ad Eph. 4. dicit Apost. *Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis.* & Apoc 9. dicit Ioan. *Non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis, neq; à fornicatione, neq; à furtis suis,* quasi dicat: Digne sunt in infernum mittendi. Item reprobatur hoc peccatum auctoritate canonica, extra de fur. c. qui cũ fure. Et sunt verba Hierony. super parabolas Salomonis, & in multis alijs capitulis eiusdem tituli, reprobatur hoc vitium, & 14. q 6. c. vlt. & de pœ. di. 1. c. si propterea. Item auctoritate legis Mosaicæ, vnde Exod. 22. ait lex: *Si quis furatus fuerit bouem, vel ouem, & occiderit, vel vendiderit, quatuor boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si inuentum fuerit apud furem, quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, vel ouis, duplum restituet.* Auctoritate quoq; legis ciuilis hoc maledictũ vitium punitur. Vnde sciendum est quòd furtum est duplex, scilicet aut manifestũ, aut non manifestum. Furtum manifestum est, quãdo fur depræhenditur cum re furtiua, antequam peruenerit ad locum destinatum, ad quem volebat portare rem, siue depræhendatur ab eo, cuius res est, siue ab alio. ff. de fur. l. 3. furtum non manifestum est, quando fur non depræhenditur, nisi postquam detulit rem furatam ad locum destinatum. l. 2. & 3. ff. de fur. Furtum ergò manifestũ punitur in quadruplum, secundum legem ciuilem, non manifestum autem in duplum, vt extra de fur. c. 2. & Instit. de obli. quæ ex delic. nas. §. pœna. Et hoc intelligitur in foro contentioso. Potest enim dominus rei cum bona conscientia accipere hanc pœnam, secundùm omnes Doct. 14. q. 5. c. fi. in glo. vlt. nisi sit furtum domesticum factum à filio patri, vel ab vxore marito vel econtra, vt ff. de pœnis. l. respiciendum §. furta domestica. ff. de fur. l. si quis vxori. §. 1. & 2. Si tamen quis velit restituere illud quod furatus est sine lite, & antequam fuerit condemnatus, sufficit ei restituere simplum cum omni damno, secundùm Thom. & Alber. in di. 15. vt notatur etiam in summa confessorum. lib. 2. ti. 6. q. 3. Hæc enim pœna, non debetur in foro pœnitẽtiali, nisi fuerit facta condemnatio, vt notat glo. in c. fraternitas. 12. q. 2. Nõ solùm autem quis potest agere contra furem ciuiliter, sed etiam criminaliter, & postquam egit vno modo, potest agere, & alio. C. quando ciui. acti. præiu. crimi. l. vnica. & ff. de fur. l. fi.

Canonibus furtum reprobatur.

A lege Mosaica furũ prohibetur.

A lege etiã ciuili furũ punitur.

Furtum est duplex.

Furtum quomodo puniri debet.

SED quæritur vtrum iustè possint fures suspendi & occidi: Respondet Scotus in 4. dist. 15. quòd fur nocturnus potest suspendi, quia etiam præsumitur homicida, scilicet quo ad intentionem, si reperiretur in furto. Diurnus autem non debet suspendi secundùm eum, quia lex non debet punire aliquem, nisi secundum malum quod commisit. Vnde lex vetus dedit pœnam talionis, scilicet oculum pro oculo, dentem pro dente. Deuter. 19. Et ideò dicit ipse, quòd non debet occidi, sed alio modo puniri, prout iudici videbitur, quando sine armis deliquit. Et facit pro eo authentica, sed nouo iure. C. de furtis. vbi dicitur, quòd talis fur debet fustigari vel exulari, aut alio modo ad arbitrium iudicis puniri. Petrus autem Ioannis, in 3. di. 39. in 7. præcepto, tenet quòd licet occidere furem, sicut hodie fit, maximè quando sunt vsi in talibus maleficijs, quod etiam tenet glo. Prouerb. 6. in verbo liberabit se. vnde dicit glo. Raymur. & Vlde. quòd hodiè in multis locis, etiam simplex fur suspenditur de consuetudine, & dicit quòd hanc consuetudinem facit rationabilem, necessitas pacis communis, & frequentia huius maleficij, & incorrigibilitas talium furum experta. Et hoc recitatur in summa

Fur in fu-
spendi pos-
sit.

confessorum lib. 2. ti. 6. q. 3. & concordat Hosti. in summa lib. 1. ti. 33. vbi allegat Rodonensem. Et cum his etiam concordat Landul. in 4. dist. 15. Licet enim antiquitus fur non suspenderetur, quando erat simplex fur, quia hoc est priuatum delictum. & ideò pœna extraordinaria debet puniri. ff. de fur. l. fi. & ff. de priuatis delit. l. vl. tamen pro conseruatione Reipublicæ, & pacis, quæ aliter propter multitudinem furum destrueretur, rationabiliter leges municipales ordinauerunt in multis locis, maledictos fures suspendi, motæ fundamento quod habetur in §. fi quis quinque solidos, de pace tenenda, in vsibus feudorum, vbi dicitur, quòd frangentes pacem vel stratam, possunt etiam pro quinque solidis suspendi. Si quis autem fur vadat cum armis ad furandum, debebat etiam de iure antiquo acerrimè puniri. vt in authentic. vt nulli iudicum. §. fi. coll. 9. & talis fur debet etiam de lege antiqua suspendi, & in eo loco in quo deliquit, ad terrorem aliorum. l. capitalium §. grassatores, & §. famosos. ff. de pœnis. In signum autem, quòd fures deberent suspendi, habemus exemplum Iudæ, de quo scriptum est Ioan. 13. quòd fur erat & latro, habens loculos. Et ea quæ mittebatur portabat, qui tandem laqueo se suspendit, Matthæi 27. O quot in furca appenderentur, si leges seruarentur.

Fur quid teneatur restituere.

SCiendum quoque, quòd fur nõ tantùm tenetur restituere rem furatam, sed etiam omnes fructus perceptos, & qui percipi potuissent, Et si res furata pereat, perit ad damnum furis, & ad restitutionem precij tenetur. Et hæc probantur Institut. de obli. quæ ex delic. nat. §. furti. iuncta. l. in re furtiua. ff. de condicti. fur.

Tribus casibus quis excusatur subtrahens rem alienã.

TErtiò circa furtum, sciendum est, secundùm Alexandrum de Ales in 3. parte summæ, in tractatu de præceptis præcepto. 7. & Tho. 2. 2. q. 66. ar. 7. quòd in tribus casibus quis excusatur subtrahens rem alienam. Primus est casus necessitatis, scilicet cibi, aut potus, aut vestimenti, vel alterius rei necessariæ ad vitam. Ait enim Alexander, vbi suprà ar 3. quòd si quis est in necessitate leui, aut etiam si sit magna, tamen alio modo potest relevari, quam furando, puta laborando, vel mendicando, aut petendo ab aliquibus personis, vel alio modo ille qui furatur, nullo modo excusatur à furto. Si verò talis necessitas sit vehemens & maxima, adeò quòd non credat posse euadere mortem, nisi tali necessitati satisfaciat, & aliter non potest habere, tunc excusatur à furto, nec secundùm rei veritatem potest dici fur. Hæc enim res facta est sua, iure potit, secundùm Scotum in 4. dist. 15. quia vt dicitur in c. exijt qui seminat, de verbo. signi. libro 6. in extremæ necessitatis articulo, ad prouidendum necessitati naturæ, via omnibus extrema necessitate detentis est concessa. concordat cum prædictis Monal. in summa, & Rich. in 3. dist. 37. ar. 3 quæst. 4. vbi dicit, quòd nullum ius positiuum potest statuere, quòd tempore necessitatis extremæ, quæ non possit reuelari aliter, non liceat furari, quod tamen proprie furtum non dicitur, quia furtum est contrectatio rei alienæ. Sed tempore talis necessitatis extremæ contrectatur res facta propria iure naturali, quod est fortius positiuo, quia est immutabile. §. sed naturalia. Institu. de iure naturali, gen. & ci. Nam ius naturale potest tollere positiuum, sed non econtrario. Et concordat cum suprà dictis glo. in c. 3. extra de fur. di. quod sicut licet occidere, cùm se aliter homo tueri non potest, vt in Clementina prima de homicidio, ita licet furari in extrema necessitate famis, vel nuditatis. Hoc enim casu multa alia prohibita conceduntur, & præcipuè vsus rerum. Tali enim tempore omnia sunt communia, de iure naturali, ac ciuili, & etiam canonico, Insti. de rerum diui. §. 1. & in c. sicut hi. 47. di. & in c. dilectissimis. 12. q. 1. & ff. ad l. Rhodiam. de iact. l. 2. §. cùm in eadem, & extra de fur. c. si quis propter, al. per necessi-

Digitized by Google

ceſſitatem. Et ideo talis ſubtrahens non dicitur in dolo, cum vtitur re communi, imò etiam propria. Et ſi ille, qui erat Dominus rei non cõſentiret, & hoc ipſe præſumeret, tamen non teneretur furti. Et ille qui erat Dominus, peccat mortaliter nõ conſentiens in tali caſu, d.c. ſicut hi. & 86. di. c paſce. De hoc etiam habemus exemplum Matth. 12. vbi habetur, quòd diſcipuli neceſſitate famis, ſpicas euellebant, qui tamen excuſati ſunt à Domino. Et hoc idem habetur de conſe. di. 5. c. diſcipulos. Si tamen quis vellet furari alicui, qui eſſet in tanta neceſſitate ſicut ipſe, non debet hoc facere, quia in tali cauſa, potior debet eſſe ratio poſſidentis. ff. de condi. ob tur. cauſam. l. ſi ob turpem. §. porro. Et pro hoc facit, quia duobus concurrentibus præualet, quod eſt potius. ff. de ſtatu. ho. l. quæritur. Ideo tenetur reſtituere rem illi cui rapuit, ſecundum Scotum in 4. diſtinct. 15. Si autem talis exiſtens in extrema neceſſitate ſubtraxit alicui, qui nõ erat in ea neceſſitate, licet dicant quidam, quòd nunquã teneatur ad reſtitutionem, quia ſemel eſt facta tua, iure poli, tamen alij tenent, quòd ſi poſtea veniat ad pinguiorẽ fortunam, debet reſtituere, ſicut ille, qui ceſſit bonis. C. de his qui bonis cedere poſſunt. l. 1. Tamen ſecundum eos, non tenetur talis, niſi in quantum facere poteſt. l. 3. ff. de ceſſi. bo. Et intelligitur facere poſſe in hoc caſu, deducto ne egeat. ff. de reg. iu. l. in condemnatione. Et dicit B. Thom. 2. 2. quæſt. 60. quòd in tali neceſſitate extrema, & ineuitabili, non tantùm poteſt quis ſubtrahere pro ſe, ſed etiam pro alijs, quos alere tenetur. Et iſta etiam ponuntur in ſumma confeſſorum, libr. 2. tit. 6. quæſt. 8. Sed contra prædicta arguunt quidam per cap. 8. quis propter neceſſitatẽ, extra de fur. vbi cuidam qui propter neceſſitatẽ furatus fuerat, imponitur pœnitentia trium hebdomadarum. Reſpondit Thom. vbi ſupra, art. 7. & Ray. in ſumma, in titul. de furtis §. Item quid ſi aliquis furetur, & Inno. ac gl. ſuper dictum, c. ſi quis, quod hoc non intelligitur in extrema neceſſitate, ſed alias magna, vnde imponit pœnitentiam prædicta decretalis, propter ambiguum, & ne quis ſit pronus ad furtum, & quia non eſt determinatum qualiter intelligatur illa neceſſitas extrema, & ineuitabilis, relinquitur arbitrio boni viri, extra de ofici. delega. capitul. de cauſa. O quot reperiuntur hodie qui quotidie furantur, excuſantes ſe propter neceſſitatem, quorũ excuſatio non acceptatur à Deo, nec à iudicibus. Nolunt enim tales laborare, nec mendicare, & ideo iudices faciunt eos ſuſpendi, ne amplius patiantur tales neceſſitates.

SEcundus caſus in quo licet furari, dicitur pietatis. Secundum enim prædictos doctores, poteſt mulier furripere viro ſuo nõ exiſtenti in neceſſitate pecuniam vel alia, vt inde faciat eleemoſynam exiſtenti in extrema neceſſitate. & hoc quando nõ habet aliquid de ſuo quod poſſit ei dare, nec eſt rapina in hoc caſu, nec furtum, imò eſt neceſſarium ad ſalutem. Vnde dicit Ray. in ti. de nego ſecu. §. ſed quid ſi videat. quod in caſu extremæ neceſſitatis poteſt religioſus etiam inuito prælato ſuo dare eleemoſynã indigenti, quia in tali caſu, omnis homo tenetur paſcere indigentem, 86. di. c. paſce. Et ideo ſimili modo quicunque poteſt occulte auferre aliena, vt ſubueniat ſic indigenti in extrema neceſſitate ineuitabili, quando aliter eis prouidere non valet, vt inquit Thom. vbi ſupra. *2. Caſus in quo licet furari.*

TErtius caſus dicitur infidelitatis. Vnde quærunt quidam, vtrum liceat furari Chriſtianos ab infidelibus detentos, & ſic liberare. Reſpondit Ray. & Hoſti. vt habetur in ſumma confeſſorum libr. 2. ti. 6. quæſt. 9. quòd ſi eſt tempus guerre, poteſt fieri. 23. quæſt. 2. c. Dominus, & ſimiliter poſſunt auferri ab eis aliq res, & auferens non tenetur ad reſtitutionem, vt notatur in prædicto c. & in c. vt pridem, eadem q. & cauſa. Si verò ſit tempus treguæ, tenetur ipſi pagano reſtituere, non homini propter periculum animæ, ſed æſtimatio- *3. Caſus in quo licet furari.* *An liceat furari chriſtianos ab infidelibus detentos.*

Digitized by Google

mationem, & similiter de alijs ablatis tenetur, argument. 23. quæst. 1. capit. noli. & dicit Raymun. quòd in hoc casu crederet furantem nullo modo peccasse quantum ad hominem quem furatus est, si rectam habuit intentionem, imò potius meruisse, dummodo aliter satisfaciat. Si tamen pagani compulerant eum, vel volebant compellere ad circuncisionem, vel idololatriam, vel aliquod mortale peccatũ, tunc ille penitus liber factus est, & sic furans eum non peccat, sed meretur, argument. di. 54. cap. nulla. Alij autem dicunt, & bene, quòd furans Christianum ab infidelibus detentum iniuste, quòd est regulare, & communiter fit, non peccat, nec vnquam tenetur ad aliquam satisfactionem, quando tenebant eum, vt seruum, vel mancipium, vt habetur in rubrica. C. ne Christianum mancipium, hæreticus, vel paganus, vel Iudæus, habeat, vel possideat, & in l. vnica. ibi posita. Et 54. dist. capitulo mancipia. In alijs autem casibus non licet furari. Sed quidam arguũt contra, quia scriptum est Iob 29. *Comterebam molas iniqui, & a dentib. illius auferebam*: Respondit Thom. vbi supra, & Alexand. etiam vbi supra, articul. 4. Quod non licet alicui furari, vt de furto subueniat alteri, nisi in casu superius dicto, quãdo quis moreretur fame, & aliter non posset ei prouideri. Secundum enim Apostolum, ad Roman. 3. non facienda mala, vt eueniant bona. Nec sub prætextu pietatis, committenda est iniquitas, vt dicit glo. in ca. ad Apostolicam, extra de simo. articul. 1. quęst. 1. c. non est putanda. vnde August. 14. quæstione quint. in capitul forte, ait: *Forte aliquis cogitat, & dicit, Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum, si iuxta illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero. Sed hæc cogitatio, diaboli calliditate suggeritur; nam & si totam distribuat, quod abstulerit, addit potius peccatum, quàm minuat.*: hæc ille. Ad auctoritatem Iob respondit Alexand. de Ales, vbi supra, quod loquitur in persona iudicis, ad quem pertinet punire fures, & facere furta restitui.

Hæc opinio videtur melior.

Obiectio.

Responsio.

SED si quæratur cui restituenda sit res furtiua, respondit Ray. in summa, quòd restituenda est ei, cui res subtracta fuit, etiam si nõ sit Dominus rei, sed sua interest ex causa honesta, rem nõ esse sublatam, quia habebat in ea ius pignoris, vel vsum, aut aliquid huiusmodi. ff. de fur. l. is cuius. Si vero ipse cui est res ablata fuerat eam furatus, non sibi sed Domino erit restituenda, vel illi cui prior fur surripuerat, si sua intererat, ex causa honesta eam nõ surripi. Et regulariter restitutio fienda est spoliatis. 3. quæst. 1. capit. redintegranda. & ferè per totam quæstionem & extra de resti. ipo. ferè per totum. Et non solùm tenetur ad restitutionem fur, sed etiam ille, qui scienter rem furto sublatam emit, quia & ipse rẽ alienam, inuito Domino cõtrectat. C. de furtis. l. ancillæ. Tenentur quoque omnes ad restitutionem, qui iusserunt furtum fieri, vel dederunt consilium, fauorem, vel auxilium. Vt patet Instit. de obli. quæ ex delic. nas. ſ. at vbi ope. Et hoc per illam regulam: *Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur*, capit. si culpa. de iniurijs, & damno dato. Et per aliam regulam quæ dicit: *Agentes, & consentientes, pari pœna puniuntur*, ca. notum sit, 2. quæstio. 1. & 17. quæst. 4. c. omnes. Sciendum est autem, quod omnes qui tenentur ad restitutionem, ratione adhæsionis continentur secundum quosdam in his versibus: *Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Partic. pans, mutus, non obstans, non manifestans.* Ait enim Apostolus, ad Rom. 1. *Digni sunt morte nõ solùm, qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

Cui, & à quibus restituendum est furtum.

NOs tamẽ dicere possumus, quod duodecim modis, quis participare dicitur in furto, & tenetur ad restitutionem, si principalis non restituit. Primo cooperatione, sicut faciens ferramenta pro furtis faciendis, vel scalas, vel faciens scortam, vel alio modo præstans opem, & auxilium, nam talis tenetur furti, Instit. de obli. quæ ex quasi delic. nas. ſ. interdum, & ff. de fur. l. is qui opem. & ff. ad le. Cor. de sic. l. nihil interest, & tenetur in solidum, etiam

Duodecim modis quis dicitur particeps in furto.

Primo.

Digitized by Google

etiam si nihil habuit, quando sine sua cooperatione nō fuisset furatum, alias non, licet peccauerit mortaliter. Et similer ille tenetur, qui cum fure, vel raptore vadit, vt ipsum defendat ab eo, quem damnificare vult indebite, secundum Inno. & Hostī. in c. sicut dignum, de homi. Secundo participat quis iussione, seu mandato; & tenetur in solidum de omni damno, etiam si nihil habuit vtilitatis, & similiter exequens. ar. in c. Iulian. 11. q. 3. Tertio quis participat consilio, quando scilicet alicui consulit, vt furetur, vel rapiat, & tenetur ad restitutionem, si ille consiliuluit, alias non erat facturus furtum. §. interdum iuncta glos. Insti. de obli. quæ ex delic. na. & l. si remunerandi. §. plane ff. man. Si vero omnino erat facturus etiam sine consilio, non tenetur, licet peccauerit mortaliter & probatur in §. at vbi ope. Insti. eodem. De malis autem consiliarijs, dicitur Iob. 12. *Addaces consiliarios in stultum finem.* Quarto quis participat consensu, scilicet quando quis expresso consensu consentit in furto, alias non furaturo, ita quod sine ipso consensu damnificatio non fuisset subsecuta. Et ita intelligitur illud, quod agentem, & consentientem, par pœna constringit. c. notum sit. 2. quæst. 1. Similiter ratificans furtum, vel rapinam suo nomine factam, tenetur ad restitutionem, quia ratihabitio mandato comparatur, capitulo. ratihabitionem, de reg. iur. lib. 6. & tenetur in solidum. capitulo. qui consentit. cum duobus capitulis sequentibus. 11. quæst. 3. & capitulo. cum ad sedem. de restit. spo. Quia secundum Scot. in 4. distin. 15. talis est consensus interpretatus: Et hoc intelligitur, quando tale damnum non fuisset datum, si non præsumpsisset damnificans eum ratum habere debere, alias solum mortaliter peccauit ratificando, & non tenetur damnificato, nisi ex tali ratificatione impediretur recuperare damnum suum, secundum Monal. in summa, in ti. resti. Quinto participat palpando, id est, laudando, & adulando ei de furto, vel rapina, ita quòd probabiliter credit, quòd ex hac adulatione, sit motus ad damnificandum proximum, quia talis adulatio est quidam consensus, 86. di. c. nemo. & ff. de seruo. cor. leg. 1. §. persuadere, vbi dicitur: quòd non oportet, laudando augeri malitiam. & Esa. 9. dicitur: *Et erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati.* Sexto participat recursu, scilicet quando fur, aut latro habet recursum ad eum cum spolijs; nam scienter receptans rem furtiuam, & furem, tenetur furti, vt est tex. in l. eos & ibi. Bald. C. de fur. & secundum Innoc. & Hostien. in ca. sicut dignum, de homi. tenetur de omni damno quod ex receptione factum est, quod alias factum non fuisset. De talibus autem recipientibus res furtiuas, dicitur Esai. 3. *Rapina pauperis in domo vestra.* Septimo quis tenetur participatione, puta scienter comedēdo, vel recipiendo de re furtiua, & tenetur ad restitutionem in quātum participauit, secundum Theologos in 4. dist. 15. Octauo participat mutus, id est, ille, qui vidit rem furari, & sine aliquo periculo suo posset impedire furtum, puta clamādo, vel alio modo, & ex malitia tacet. 23. q. 3. c. non inferenda, vbi ait Ambr. *qui non repellit à socio iniuriam, cum potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit.* Nono non obstando, vt iudex cui ex officio incumbit prouidere, ne damna inferantur, qui non corrigit, nec punit delinquētes, ita quòd propter hoc fiunt furta, & rapinæ: tenetur ad restitutionem, qñ sine periculo suę personæ, vel alterius maioris scandali potuit obuiare, & ita intelligitur illud quod habetur 23. q. 3. c. qui potest, & in c. facientis, 86. di. vbi dicitur: *quòd faciēs proximi dubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare*, & idē habetur in c. error. & in c. consentire. 83. di. Et dicit Bald. in l. mancipia. C. de seruis fu. quòd non faciens restituere cum potest, & ex officio tenetur, & est obligatus ad restitutionem, & in solidū, secundum Scot. in 4. di. 15. Decimo participat non manifestando, quando scit vbi est res furtiua, & sine sui periculo eā potest manifestare, & interrogatus à iudice, tacet veritatem, extra de fur. cap. qui cum fure.

Secūdo modo quis participat in furto. *Tertio.* *Quarto.* *Quinto.* *Sexto.* *Septimo.* *Octauo.* *Nono.*

fure. & 9. & q. 3. cap. quisquis, vbi dicitur, quod vterque reus est, & qui tacet veritatem, & qui mendacium profert. Vndecimo ille tenetur, qui habet viam faciendi, quod res deueniat ad manus eius, cui furata est, puta consulendo ei qui eam detinet vt restituat, vel alio modo, sine aliquo sui periculo, vel præiudicio, vel incommodo, & facere non vult ex malitia, peccat enim, quia contra legē naturalem facit, quæ vult, vt faciat alteri, quod vellet sibi fieri cap. humanum genus. 1. dist. Item contra legem diuinam, quæ vult vt diligat proximum suum, sicut seipsum. Matth. 22. Item quia vnicuique mandauit Deus de proximo, Ecclesiastic. 17. Et ideo tenetur damnificando, qua cum sine sua læsione possit eius damnum restitui facere, & ex malitia non vult, videtur consentire, & approbare damnificationem. ar. in d. c. non inferenda, cum si. Duodecimo quis tenetur defendendo, quando scilicet est patronus furum, eos adiuuans, ne accusentur, vel denuncēitur, vel ne cōdemnētur ad restituendum, ita quòd propter eius patrocinij spem furantur, quod alias non facerent, vel propter eius defensionem, non restituunt male ablata. De tali enim dicitur, 11. q. 3. cap. qui consentit. Qui defendit aliquem delinquētem, maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seueriſſima: & talis meretur acrius puniri, quam ipse delinquens c. qui aliorum, 24, quæst. 3. & de offi. deleg. c. 1. De restitutione autem fautorum, scilicet quantū restituere teneantur, & quomodo, diffuse tractat. B. Thom. 2. 2. quæst. 62. & Alexand. de Ales, in 3. parte summæ super hoc præcepto, & Richar. in 4. di. 15. art. 4. quæst. 4. & Scotus, ibidem quæst. 2 ar. 2. & Alexand. de Alexandria, in eadem di. & Ray. atque Monal. in summa, quorum dicta, quia irent nimis in longum, non refero ad præsens. Vide Summistas.

Vndecimo.

Duodecim.

Furtum, multis modis committitur interpretatiue, de quibus duo casus hic ponuntur.

Clerici dãdo diuitib. vel meretricibus bona Ecclesiæ, sacrilegium committũt.

Furtum, multis modis committitur SCiendum quoque secundum Alexand. Ales, in 3. parte summæ, super hoc præcepto art. 5. quod multis modis committitur furtum interpretatiue, de quibus solum duos casus ponemus causa breuitatis. Nam à clericis, & alijs religiosis furtum committitur expendēdo, & erogando: vnde dicit Ray. in summa, quod clerici qui dant potentibus, & diuitibus bona Ecclesiæ, siue reditus earum, siue meretricib. aut histrionibus, raptores sunt, & sacrilegium committunt. Quia vt inquit Hieronym. 16. quæst. 1. c. si. *Quicquid habent vltra necessitatem suam, & Ecclesiæ, ac ministrorum, pauperum est*, vt etiam habetur. 12. q. 2. c. gloria episcopi, &c. & si illi. Et peccant mortaliter, nō solum quia pauperibus subtrahūt, sed etiam quia turpibus personis tribuunt, 86. di. ca. qui venatoribus, & c. donare. Et idem dicit Thom. in simili casu, 2. 2. quæst. 185. & in quadam quæstione de quolibet. Et idem habetur in summa confessorum. lib. 2. ti. 5. quæst. 16. vbi etiam dicitur: *Nota quòd prælatus tenetur de bonis Ecclesiæ amissis dolo, & lata culpa, & leui*, secundum Ber. & Hostien. extra de officio Archi. c. ea quæ. Licet ergo possit beneficiatus dare consanguineis aliquid de fructibus beneficij perceptis per modum eleemosynæ, quando sunt pauperes, imò ad hoc teneatur, si potest facere, iuxta illud primæ ad Timoth. 5. *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Tamen quando sunt diuites, & potentes, nō potest eis cum bona conscientia dare, quia illa bona sunt pauperum, & peregrinorum: vnde Hieronym. ad Damasum Papam inquit: *Quicquid habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus debet esse communis, debentique susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare.* Peccant ergo secundum Ray. & Alexand. de Ales, vbi supra, & reputantur, fures, quando de bonis Ecclesiæ dāt consanguineis, non vt pauperibus, sed vltra statum cōditionis eorum, & propter fauorem, & pompam seculi. Et idem habetur in summa confessorum. l. 2. ti. 5. quæst. 14. Deus autem de talibus maximam facit vltionem: Vnde legitur, quod quidam Abbatiam opulentam possidens, & reditus eius in lasciuijs, ac meretricibus, & vanitatibus mundi consumebat: qua propter

Exemplũ de distributo reditus eius meretricibus bona Ecclesiæ.

Digitized by Google

propter repentina morte sine cõfessione, & sacramentis Ecclesiæ defunctus est. Cũ autem corpus eius mortuum in lecto iaceret, ac multitudine consanguineorum, atque vicinorum circundatum esset: Ecce tanta multitudo tabanorum, siue muscarum aduenit, vt omnes qui aderant exire cogerentur, nõ enim ibi manere poterãt, nec illis resistere, aut illos abigere. Abeuntibus autem tãdem illis musconibus, nihil in lecto repertũ est. Dæmones enim sicut eius animam, ita & corpus abstulerunt. Quod cernens quidam eius consanguineus, ordinem Minorum intrauit. Et hoc prodigium, quod proprijs oculis vidit, publicè prædicauit. Contra eos etiam qui dant consanguineis reditus Ecclesiæ, legitur quod quidã Abbas fratri suo carnali dabat de reditibus abbatiæ, & ille ipsam pecuniam cõmiscebat, & negociabatur. Et quocunq; pergebat semper cum dãno redibat, & facta est ei pecunia monasterij sicut ignis, & propria substantia, sicut stipula. Et quãto magis ei abbas largiebatur, tanto magis ad inopiam tendebat. De quo ille valde mirabatur, & maximè quod socijs suis omnibus lucrãtibus, ipse qui omniũ cautior erat, semper perdebat. Stupet etiam abbas, & eum interrogat, quomodo substãtiam suam sic consumeret? Cui ille respondit: Parcè viuo, & negocia mea diligenter custodio. Sed quomodo sic pauper efficiar, ignoro. Tãdem ad se rediens dixit: vadam confiteri, quia forte Deus mihi cognoscere faciet, vnde hoc procedat. Facta igitur confessione, dixit illi confessor: Vtere consilijs meis, & cito dines efficieris. Pecunia abbatis fratris tui furtũ est, quia pauperum est, & ipsa tuam consumit. De cætero nihil accipias. Et de modico quod tibi superest, negociare iuste, & videbis super te manum Domini. De lucro autem quod facies, medietatem singulis annis monasterio tribue, donec habita ab Abbate plenè restituas, & de reliquo vive: quod ille faciens, in breui ita ditatus est, vt valde abundaret, & fratri omnia ab eo recepta restitueret. Cui abbas dixit: Vnde tibi tãtæ diuitiæ? At ille respondit. Quamdiu substãtiam monasterij accepi, semper miser fui, tuq; grauiter peccasti, non tua, sed pauperum largiendo, & ego ea recipiendo. Ex quo autem ea restitui, & de peccato pœnitui, ita benedicente Domino abundaui. Considerent ergo hoc seculares, qui volunt viuere de sudoribus crucifixi. Et ideo filijs suis beneficia procurant, vt de redditibus eorum gaudeant, & diuites fiant. Sciantq; quod sic facientes ignem in domo sua attrahunt, qui eorum propriam substãtiam in breui deuorabit. Ipsi quoque præbendari videant, quomodo reditus suos expendant, quia si in vanis consumunt, fures sunt, vt supra diximus, & latrones. Et ideo exclamat Bernar. contra tales beneficiatos, qui in põpis expendũt reditus suos, & dicit in quadam epist. *Clamant nudi, clamant famelici, & conqueruntur & aiunt: Dicite Pontifices, nunquid aurum in freno expellit frigus, aut famem? In freno quid facit aurũ? nostrum est, quicquid expenditis, à nobis extrahitur crudeliter, quod consumitis inaniter.* Et iterum ad quendam Canonicum scribens ait: *Quicquid præter necessarium victum, & vestitum, Ecclesiæque ornatum de altario tenes, tuum non est, rapina est, sacrilegium est*, facit c. clericos, 1. q. 2. & c. pastor. ea. q & causa. Secundo committitur furtum interpretatiue, à clericis beneficia possidentibus, & debitum suum non facientibus. Si enim tantum peccant illi clerici, qui ad Ecclesias suas residẽt, & officia dicunt, quando male expendunt ea, quæ sibi superfluunt de rebus Ecclesiæ; profecto pessimi fures sunt illi, qui beneficia possident, nec officia ad quæ obligãtur, exercent; & quicquid percipiunt de illis beneficijs, pro furto illis imputabitur: scriptum. n. est, *quod qui nõ laborat, non mãducet*, vt ait glo. in l. quamuis. ff. de dam. infect. & allegat. l. si ex duobus. §. fi. ff. de noxa. Et fuerunt originaliter verba Pauli. 2. ad Thessal. 3. Et ideo Alex. vbi supra dicit, quod tenentur Ecclesiæ, ad restitutionem omnium ab eis consumptorum. & hæc sufficiant pro prima parte nostri sermonis.

Aliud exemplum.

2. *Casus in quo cõmittitur furtum interpretatiue.*

PARS SECVNDA, DE Inuento, quodnam restituendum.

SEcundo videndum est de inuento, quid fiendum. Et respondeo, vt potest colligi ex dictis B. Tho. 2.2 q. 66. & Alexand. de Ales, in 3 part. summa, super. 7. præcepto, & Richar. in 4. dist. 15. art. 5. q. 5 Quòd sunt quædam res quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmæ, quæ inueniuntur in littore maris, vbi nascuntur, & istæ occupanti conceduntur, vt habetur Instit. de rerum diui. §. item lapilli. Similiter si quis bestias, aut aues nõ domesticas, quæ non sunt in bonis alicuius, inueniat & accipiat, non peccat. §. & quædam. & §. feræ. & §. singulorum. Instit. de rerũ diui. & ff. de acq. re. domi. l. 3. & l. in laqueum. & §. illud quæsitum. Insti. de re. diui. vbi dicitur, quod si quis posuerit laqueum, & apprehenderit in eo bestiam, vel auem, si alius extrahit inde, quod efficitur sua, quamuis extrahat de alieno laqueo, vt etiam habetur in l. 3. §. illud. ff. de acquir. re. domi. Dicit tamen glo. in dicto. §. illud, quod de cõsuetudine venatorum, aliter seruatur. Et ideo standum est consuetudini. ff. de ædil. edict. l. quod si nolit. §. qui assidua. Quædam autem res sunt vniuersitatis, vt illud quod est ciuitatis in communi, vt sunt theatra, & similia, Instit. de rerum diui. §. vniuersitatis. Et talia accipiens vel inueniens, vt puta pecuniam, vel aliud, quod sit de communi, tenetur restituere. Scriptum est, enim ff. de furtis l. falsus. §. qui alienũ: *Qui alienum quid iacens in terra lucrifaciendi causa sustulerit, furti astringitur, siue scit, siue ignorauerit.* Et ratio est, quia ex quo scit rem nõ esse suam, debet supponere esse alienã. C. de thesauris. l. vnica. li. 10. & C. vnde vi. l. conquerebatur. Quædam vero res sunt alicuius particularis personç, quas si quis inueniat, & non restituat, verificatur in eo quod scriptum est, 14. q. 5. c. si quid inuenisti, vbi dicitur: *Si quia inuenisti, & non reddidisti, rapuisti; quantum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti. qui alienum negat, si posset tollere, Deum cor interrogat, non manum.* in c. multi, eadem quæstione, & causa, inquit Hieronymus: *Multi sine peccato esse putant, si aliena quod inuenerint teneant, & dicunt, Deum mihi dedit, cui habeo reddere? discant ergo hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta non reddit,* hæc ille. Et si quæratur, quid faciat ille qui inuenit aliquid, & nescit cuius scit, respõdit Hosti. in tit. de pœnitentijs. §. quibus. ver. quid si quis inuenerit, & Raymun. in summa, quod debet dare operam, vt inueniat cuius sit, & faciet publicari per prædicatores, vel præconem in locis, vbi melius videbitur posse reperiri: Et si inueniat aliquem, qui dicat rem esse suam, certificetur per circunstantes, quod illius fuerit, & restituat. Quod si nõ inueniat, debet erogari pauperibus, auctoritate pœnitentiarij sui, secundum quosdam, vel sibi retinere, cum eius auctoritate, si sit pauper. Et tenetur orare pro anima illius cuius fuit, vt etiam habetur in summa confessorum, libr. 2. tit. 6. q. 17. Si autem Diœcesanus retinuerit sibi talium dispensationem, dicit gl. Ray. cum quo concordat Vlderi. vt patet in summa cõfes. vbi supra, quod debet retinere sibi vel alijs distribuere, cũ auctoritate ipsius diœcesani.

Quid faciendum sit de re inuẽta habita pro derelicta a domino proprio.

SEd quæritur quid fiendum, quando quis inuenit rem, habitam pro derelicta à Domino proprio? Respondeo quod res quæ habetur pro derelicta, occupãti conceditur, siue sit mobilis, & abijciatur, siue sit immobilis, vt si exeam de domo, aut fundo, hac mente, vt habeam pro derelicto. §. pro derelict. l. 1. Sed si in mari iactauero res meas, causa alleuiandi nauem, non habeo eas pro derelictis, & ideo occupãs tenetur restituere. Et similiter dico de alijs quæ proijciuntur, non vt habeantur pro derelictis. Inst. de rerum diui. §. fi. Et de hoc plenè habetur in summa cõfessorum. l. 2. ti. 6. q. 16. secundum Hostien. & Vldericum.

Quid faciendum sit de thesauro inuento.

SEd hic quæritur quid fiendũ est de thesauris inuentis? Respondit Richard. & Alexand. de Ales, & Tho. vbi supra. Quod thesaurus

thesaurus inuẽtus ab aliquo in loco proprio, efficitur totus inuenientis, vt etiam inquit Ioan. de Platea, in § thesauros. Instit. de rerum diui. vbi de hoc est textus. Si autem inueniatur in agro alieno priuato, vel publico, vel Cæsaris, aut ciuitatis, acquiritur pro medietate inuentori, & pro alia medietate Domino agri, vt habetur in d. §. thesauros. & in l. si is, in prin. ff. de acquir. re do. & in l. vnica. C. de thesauris. l. 10. vbi dicitur, quod hoc est verũ, quod dimidiũ inuentoris est si inuenit in alieno, non data opera. Sed si data opera inuenit, totum est Domini, vel cuius est locus, vbi inuentus est. Sciendum quoque est quod nõ licet quærere thesaurum, etiam in suo solo, arte magica, vel diuinationibus, vel alijs modis illicitis, vt dicitur in d. l. vnica. C. de thesauris. l. 10. Aliter thesaurus inuentus esset totus fisci, & not. gl. in §. thesauros. Inst. de re. diui. Et si quæratur quid sit thesaurus? Respondeo, quod est pecunia ab ignotis Dominis vetustiori tempore abscondita, cuius pecuniæ depositionis memoria non extat ff. de acquir. re. do. l. nunquam. §. Thesaurus. Et ideo dicit Bal. in rubric. ff. de re di. quod si aliquis in fundo suo reperiat pecuniã in forma thesauri, in aliquo vase sub terra absconso, tunc habet locum prædicta distinctio. Secus si reperit pecuniã sparsam, quia tunc illam teneretur indistincte restituere. Dicunt quoq; Doctores, quod si aliquis abscondisset pecuniam, causa lucri, vel propter metũ, vel custodiæ causa, non proprie dicitur thesaurus, ideo nihil acquitur inuentori, sed est eius qui abscondit, vel hæredis sui, vt notatur in d. § thesaurus, & in l. item Labeo. ff. fami. herc. & in l. à tutore. ff. de rei. vendi. vnde dicit gl. in d. §. thesauros. Inst. de re. diui. in verbo. in suo, quod si mercenarius laborans in alieno, casu inueniat thesaurum, medietatem sibi acquirit, & medietatem Domino. Secus si inueniat pecuniã in facculo inuolutã in fenestra, quia non efficitur inuentoris, sed debet restitui Domino. Et si in domo nouiter empta inueniatur, debet restitui venditori. d. l. à tutore. Et ita consultũ fuit Florentiæ, per plures Doctores. Et quod dictum est de lapillis, & gemmis in littore maris inuentis, intelligendum est de his quæ productæ sunt in ipso littore maris, non aũt de his quæ cecidissent alicui inde transeunti, Inst. de r rũ diui. §. Item lapilli, & §. fina. Et quotiescunque quis inuenit rem alienam, & nescit cuius sit, interim debet secundũ Scot. in 4. di. 15. tradere eam alicui publicæ & fideli personæ custodiẽdam donec inueniat dominũ ipsius rei, & fideliter ei restituere. Vel dicere possumus, quod interim ipse poterit eam conseruare, maxime vbi esset periculũ, quod tradendo eam alteri, non deueniret ad manus Domini. Licet aũt de iure ciuili antiquo thesaurus inuentus, nõ data operain loco sacro esset dimidius fisci, vt ff. de iure fisci. l. 3. §. fi. & de iure moderno, totus sit inuentoris. d. §. thesauros, Iusti. de re. di. tamen videtur, quòd de iure æquitate Canonica debeat effici medius Ecclesiæ, vel locus sacer debet esse peioris conditionis quam locus publicus, vel alterius priuati, imò magis debet faueri. l. sancimus. l. 2. 2. C. de sacrosanctis Ec. vbi dicit Imperator. *Cur non fscimus discrimẽ inter res diuinas, & humanas? & quare non competens prærogatiua cœlesti fauore conseruetur?* Et ideo cũ Ecclesia sit summè priuilegiata, vt in l. priuilegia, & in l. iubemus l. 2. 2. C. eo. ti. & in §. hoc ius 10. q. 2. & c. placuit. 12. q. 2. Et in authentic. de nõ alie. aut permu. re. Eccl. §. si munus. coll. 2. & extra de testa. c. relatum, & cũ omnes, & in c. Ecclesiarum. 12. q. 2. & in c. nouarũ. 16, q. 1. & in authenc. de alie. & emphy. §. & quoniã, coll. 4. in quibus iuribus ponuntur multa Ecclesiæ priuilegia quæ alijs non conceduntur. Ergo videtur quod inueniens in sacro loco alicuius Ecclesiæ thesaurũ, debeat dimidietatem Ecclesiæ dare de æquitate, ne Ecclesia fit minus priuilegiata quã domus priuata, etiam mundana. Et hoc sufficiat pro secunda parte nostri sermonis.

Non licet aliquo modo illicito thesaurum quærere.

Quid de thesauro inuẽto in loco sacro.

PARS TERTIA, DE RAPINÆ detestatione, & perpetratiõne, scilicet quod modis fiat.

QVantum sit detestabile rapinæ scelleratissimum vitium, patet discurrendo omnem paginam, tam sacræ scripturę, & doctorum fidelium, quam etiam infidelium. Scriptum est enim Esaiæ 33. *Væ qui prædaris, nonne tu ipse prædaberis?* quasi dicat sic sine dubio. Et Ezechiel. 18. *Si genuerit quis filium latronem rapientem rapinas, nunquid viuet?* quasi dicat non. Et sequitur, *morte morietur, & sanguis eius in ipso erit.* Patet hoc de Iezabel & Achab rege Israel, qui cõdemnati fuerunt, quia rapuerunt iniuste, 3. Reg. 12. & Esaiæ 46. dicit Dominus: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum.* Iob quoque, 12. dicitur: *Abundant tabernacula prædonum, & audaciter prouocant Deum,* & 22. eiusdem li. scriptum est: *Nudos spoliasti vestibus, esurienti subtraxisti panem,* quasi dicat, ideo damnaberis. Et in eodem c. etiam dicit Iob: *Si fructus eius comedi absque pecunia, pro frumẽto oriatur tribulus, & pro hordeo spina.* Tales raptores sunt similes diabolo, de quo dicitur Psal. 9. *Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.* In die autem iudicij contra tales raptores insurgent omnes Sancti, maxime ab eis tribulati, vnde dicitur Sapientiæ 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt.* Tales spoliantes pauperes sunt homicidæ. Scriptum est enim Ecclesiast. 34. *Panis egentium vita pauperis, qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Et Hieremiæ 22. dicit Dominus: *Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & amicum suum opprimit, ac mercedem eius non reddit ei.* Ideo præcipit Deus Leuit. 19. di. *Non morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.* Ezechiel. quoque 22. dicit Deus: *Rapiebant violenter egenum, & pauperem affligebant, & effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos, viam illorũ in caput eorum reddidi,* & 23. eiusdem libri scriptum est: *Qui in sanguine comeditis, nunquam terram viuentium hæreditate possidebitis,* & Abacuc 2. dicitur raptori. *Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes.* & Saluator noster Matthæi 23. dixit Iudæis: *Pleni estis rapina,* & Apostol. primæ Corinth. 5. præcipit. *Ne cum rapacibus quis sumat cibum.* Et 6. ca. eiusdem epistolæ, dicit: *Rapaces regnum Dei non possidebunt.* Et Iacob. 5. dicit Apostolus. *Ecce merces operariorũ, quæ fraudata est à nobis, clamat, & clamor eorum introiuit in aures Domini Sabaoth.*

Spoliantes pauperes sunt homicidæ.

AVctoritate quoque canonica prohibetur hoc maledictũ rapinæ vitium, vt patet, secund. quæstion. quint. capitul. sicut Ecclesia, & 12. quæst. secund. capitul. gloria episcopi, vbi dicitur: *Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiam fraudare, sacrilegium, accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis, omnium prædonum crudelitatem superat,* hæc Hieronymus. Et in eadem q. & causa, capit. & si illi. dicitur: *Et si illi qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni iudicis voce damnantur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt?* Et 13. quæstione prima, capit. Ecclesias, in fine, scriptum est: *Dum quæritis vsurpare quod vestrum nõ est, iusta animaduersione & illud cogimini amittere, quod vobis aliquo modo videtur competere.* Hieronymus quoque dicit, quod à Deo grauius punitur rapina, quam furtum. Et Augustin. 14. quæst. 5. cap. pœnale, inquit: *Pœnale est occulte auferre, sed multo maioris pœnæ est visibiliter eripere.* Et ideo Beat. Thom. 2. 2. q. 66. ar. 9. probat multis rationibus quod rapina est maius vitium quam furtum, & idem probat Astensis in summa, maximè quia per rapinam nõ tantùm infertur alicui damnum in rebus, sed etiam vergit in quandam iniuriam, siue ignominiam personæ, sed eorum rationes causa breuitatis omitto. Polichra. quoque libro 1. capit. 3. dicit, quòd philosophi in suis præceptis & moribus præceperunt, vnumquemque suis rebus debere esse cõtentum, ita quòd nemo quod alterius sit vsurpet, manente in omnibus indiuiduo charitatis affectu. Prosper quoque in libro Epigrammatum dicit: *Quisquis enim cupide non expendenda recondit: Quæ nulli tribuit, pauperibus rapuit:* & Ouidius

Canonica auctoritate prohibetur rapina.

Furtũ enim est occulta acceptio rei alienæ inuito Domino, rapina autem est quãdo violenter rem alienam accepit.

A philosophis, & paganis prohibetur etiam rapina.

Digitized by Google

dius in 1. Meta. inquit : *Viuitur ex rapto non hospes ab hospite tutus, Non socer à genero* : & in libro primo de arte amandi : *Non habet eventus fraudis præda bonos.* Ideò dicit Dauid Psalm. 61. *Rapinas nolite concupiscere.* Ait enim Sene ad Lucil. epistolar. libro 14. epistola. 2. *Nulli cui rapina fœliciter cessit, gaudium rapti durabit in posteros.* Ea propter dicit Iurisconsultus, in l. si constiterit. ff. fini. reg. *Vnusquisque contentus suo, rem non expectet iuris alieni.* Nam inquit Fulgentius lib. 1. fabularum suarum fabula. 9. *Omnis rapina arida est, & sterilis, atque ad euolandum celerrima.* Cato quoque in suis documentis ait: *Alienum noli concupiscere* : & Cassiodorus epistolarum libro 12. epistola. 11. dicit : *Periculum est tapibus rapere, qui nesciũt aliena fraudare.* Et versificator fabularũ AEsopi, fabula. 46. ait: *Viuere de rapto, vitam rapit, inuidus, instans Alterius damnis, in sua damna redit.* Et auctor libri de moribus medicorum. capitul. 27. dicit : *Stare diu nequeunt, quæ male parta vides.*

Detestatur etiam & prohibetur rapina per iura ciuilia

DEtestabile est etiam hoc maledictum vitium, per iura ciuilia, & non solum qui rapuit, sed etiam qui rapinam ratificauit, vt patet. ff. de vi & vi. arg. l. 1. §. sed & cùm quis, & ff. de regul. iur. l. hoc iure. §. deiecit. Similiter communitates, & domini non punientes ministros, & officiales raptores, quia videntur consentire, non corrigendo. n. tenentur ad restitutionem. arg. ff. de offic. præ. vigi. l. 1. vbi dicitur : Quod præfectus tenetur de incendio, ac furto, & huiusmodi quæ in vrbe contingunt sua negligentia. Magister quoque nauis tenetur de furto in sua naui facto. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. l. 1. §. item exercitor. Tenetur quoque ad restitutionem illi qui aliquid rapuerunt ex naufragio. Cod. de naufrag. l. 1. Nemo enim debet locupletari ex aliena iactura. ff. de incen. rui. & naufra. l. 1. Item qui res Ecclesiæ rapit & vsurpat, sacrilegium committit. ff. ad l. Iuliam. pecu. l. sacrilegij.

Raptoris pœna secundùm iura ciuilia.

SI aut in quæratur, quæ sit pœna raptoris, secundùm iura ciuilia? Respondeo, quòd si agitur contra eum ciuiliter, infra annum punitur in quadruplum, post annum verò in simplum. ff. vi bo. rap. l. 1. & 2. Et ad istam pœnam quadrupli, raptor tenetur solùm postquam condemnatus est, vt ponit Thom. 2. 2. q. 62. Si verò agatur criminaliter, tunc propter vim sine armis punitur in tertiam partem bonorũ, & fit infamis. ff. de vi pu. l. 1. responso. 1. & l. fi. Si autem cum armis, punitur deportatione in insulam, & perdit omnia bona sua, vt Insti. de pu. iudi. §. item lex Iulia de vi publica. & C. de fur. authen. nauigia. Quòd si dicatur; Cùm rapina sit grauiùs peccatũ, quàm furtum. Inst. de vi. bo. rap. §. 1. quare leges municipales non ordinauerunt, raptores debere suspendi, sicut fures? Respondeo quòd imo hoc statuerunt in multis locis. Et si dicatur, quòd non. Respondeo; quòd ideò statuerunt fures suspendi, quia furtum non ita venit ad notitiam iudicum, sicut rapina. Rapina enim plerumq; fit coram aliquibus, ita quòd potest legitimè probari & puniri. Furtum autem fit occultè, vnde dicitur à furno ; quod est nigrum, quia clam, & obscurè fit, & plerumque in nocte. ff. de fur. l. 1. in princip. Ideò fit frequentiùs, & rariùs manifestatur. Et ideò ad reprimendum furum perfidiam, maiorem pœnam statuerunt leges municipales furi, quàm raptori. Si tamen quis esset latro famosus, etiam secundùm leges ciuiles debet suspendi. capitaliũ, l. §. grassatores. & §. famosos, ff. de pœnis. Punitur quoque hoc vitium per leges canonicas, secundùm quas debent excommunicari raptores, ab illo Episcopo, in cuius episcopatu rapinam fecerunt, extra de rapto. c. 1. & 6 q. 3. cap. placuit. Item negatur eis pœnitentia, nisi restituant ablata, vel plenam securitatem faciant de reddendo, si habeant vnde possint restituere. Si verò habentes vnde restituerent, distulerunt accipere pœnitentiam vsq; ad mortem, & sic impœnitentes decedunt, denegatur eis viaticum, & sepultura,

Furtum vnde dicatur.

Raptoris pœna secundùm leges canonicas.

tura,extra de rapto.c. super eo. & in c.literis Si autem decedunt contriti & confessi, sed non habent vnde restituant,nec hæredes,aut propinqui volunt pro eis satisfacere, dabitur eis pœnitentia & viaticum,sed tamen sepultura denegabitur, quod statutum est ad terrorem aliorum. Presbyteri verò, qui contra prædicta fecerint,spoliando ipsos, debent deponi ab officio,& beneficio, c. super eo.extra de rapto. Sed tamen de occultis raptoribus,secundùm Inno. non debet talis rigor seruari.ar.in cap. in literis,extra eo. Quod etiam notatur in summa confessorum.libro 1.ti.16.q 6 Et licet Raymun.dicat quòd tales raptores decedentes contriti,& facientes pro posse, licet non valeant restituere,possunt sepeliri, sed hæredes & propinqui ad quos bona perueniunt,sunt Ecclesiastica censura ad satisfactionem compellendi. ar. extra de sepul.c.parochiano; Tamen Hosti.in summa dicit simpliciter, quòd neganda est eis sepultura, quando vsque ad mortem permanserunt obstinati,licet tunc voluerint satisfacere,& non potuerint. Si verò nunquam super hoc fuerint admoniti, vel etiam admoniti modico tempore, contumaces steterunt,& absolui per proprium sacerdotem fecerunt,quod potuerunt in morte,erunt sepeliendi, & hæredes compellendi sunt satisfacere, iuxta facultates defuncti.c.in literis, extra de rapto. Similiter excommunicati sunt omnes piratæ prædantes per mare,& non possunt absolui,nisi per sedem Apostolicam.Item spoliantes peregrinos,& Romipetas sanctuaria visitantes,aut eos qui pro suis negocijs ad curiam Romanam se transferunt,vel inde redeuntes, aut portantes aliquid ad curiam , si non restituant malè ablata,ipso facto sunt excommunicati. c. excommunicationi, extra de rapto. 2. 14.q.3.c.illi qui : vnde dicit Ioannes Andre. & Ant. de Butrio. in dicto.c.excommunicationi , quod piratæ ter in anno excommunicantur ex ore Papæ. Punitur etiam rapina à lege diuinali,vt patet 2.Machab.3.vbi Heliodorus grauiter à Deo est punitus , quia rapere voluit de templo Dei victualia viduarum & pupillorum Item principes latronum.1.Racbab.& Baana , portantes ad Dauid caput Isboseth filij Saul , occisi sunt ex præcepto Dauid 2. Reg.4. Item Roboam filius Salomonis , quia voluit aggrauare populum nouis exactionibus, amisit decem partes sui regni , id est decem tribus,3 Reg.12. Pharao etiam quia populum Israel opprimebat operib. duris , vt patet Exod.1. post multa flagella à Deo sibi data,tandem submersus est in mari rubro,cum toto suo exercitu. Exodi.15.

Rapina quot modis fit.

SEcundo de rapina videnda est eius perpetratio.f.quot modis fiat. Et respondetur quòd diuersimode , sicut & diuersa sunt genera accipitrum. Raptores enim dicuntur accipitres , iuxta illud quod dicitur Leui.11. *Accipitrem non comedes, auisgenus suum*,id est raptores non imitaberis in rapina. Et dicitur, *iuxta genus suum*, quia tria sunt genera accipitrum inter alia. Quidam enim sunt qui tantùm rapiunt sibi, & pullis suis , sicut accipitres syluestres. Et tales sunt vsurarij & auari, de quibus dicitur Prouerb.1. *Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.* Alij sunt qui tantum rapiunt dominis suis , sicut accipitres domestici. Et tales sunt officiales mali,& quilibet eorũ, vt dicitur Abacuc 2.*Væ ei qui multiplicat non sua.* Alij verò rapiunt sibi, & dominis suis , sicut accipitres gulosi, & tales sunt raptorum socij, de quibus dicitur Prouerb.24. *Ne æmulerus viros malos, nec desideres esse cum eis,quia rapinas meditatur mens eorum , & fraudes labia eorum loquuntur.* Dicere autem possumus breuiter, quòd rapina principaliter duodecim modis perpetratur, vltra ea quæ possunt colligi ex prædictis.

Rapina duodecim modis committi potest:primo in vsurpatione dominij.

PRimo in vsurpatione dominij, vt cùm aliquis accipit,vel detinet aliquam ciuitatem,seu castrum Ecclesiæ , aut alterius dominij.non iusto titulo , vtique raptor est,& omne lucrum,census , & salarium

Digitized by Google

rium quod inde percipitur rapina est: vnde Prouerb. 21. scriptum est: *Rapine eorum detrahent eos*, scilicet ad inferos. Hoc vitium habuit Alexander magnus, de quo scriptum est primi Machabæorum 1. *Quod postquam percussit Darium Regem Persarum, & Medorum, constituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ, & accepit spolia, & obtinuit munitiones gentium, & tyrannos, & facti sunt illi in tributum.*

2. Rapina perpetratur in bellis iniustis.

SEcundo committitur rapina in bellis iniustis. Nam qui iniustum bellum agunt, in omnibus quæ ab hostibus accipiunt, rapinam committunt. Quando autem sit iustum bellum, & quando non, & quæ requiratur ad hoc, vt quis possit bellum committere, habetur per Thom. 2.2. q. 40. & ponitur in summa confess. li. 2. ti. 5. q. 45. Si ergò bellum est iustum, secundùm Monal. in summa non tenetur, nec princeps, nec miles ad restitutionem. c. ius gentium. 1. di. & 23. q. 7. c. si de rebus, vnde quicquid capitur, efficitur capientis. Insti. de rerum diui. §. item ea. nisi capiatur victis hostibus, quia tunc debet diuidi communiter, secundùm proportionem, & qualitatem personarum, vt notat glo. in l. ius militare. ff. de captiuis, & in c. ius gentium. di. 1. & in c. dicat. 23. q. 5. Si verò bellum est iniustum, talis bellum faciens tenetur aduersarijs, de omnibus damnis datis: Tenetur etiam suis proprijs hominibus, de damnis quæ receperunt ab aduersarijs, iustè repugnantibus. Et hoc si ipsi proprij homines iuuerunt ipsum bona fide, credentes bellum esse iustum, aut si inducti fuerunt ex eius consilio, timore, vel coactione, & de se non erant facturi. Secus si mala fide ipsum iuuerunt. In hoc enim casu nullam habent coactionem contra eum. Nam in re turpi nulla contrahitur obligatio. Insti. mandat. §. illud quoque. & ff. mandat. l. si remunerandi. §. 1. turpis. & l. si mandauero. §. qui eidem. Et hoc quod dicitur, quòd pugnantes in bello iusto contra hostes, non committunt rapinam per violentiam accipiendo aliquid ab hostibus, nec tenetur restituere, verum esse affirmat Alex. de Ales, in 3. parte summæ, in tractatu de præceptis præcepto. 7. ar. 5. & Thom. 2.2. q. 66. ar. 8. in responsione primi argumenti. Vnde inquit Ambro. in in lib. de patriarchis: *Prædam in bello accipere ab hostibus, licitum est.* Tamen sciendum est secundùm Augustinum, in libro de verbis Domini, quòd hæc intelligûtur quando bellum iustum fit bona intentione, propter iustitiam defendendam, & huiusmodi. Si autem fiat prauâ intentione, scilicet cupiditatis, & principaliter propter prædam, peccatum est: vnde Augustinus vbi suprà, inquit: *Militare non est delictum, sed propter prædam militare est peccatum,* ideò Ioannes Baptista, Luc. 3. dicebat militibus: *Estote contenti stipendijs vestris*, docens, inquit Ambrosius super Lucam: *Idcircò stipendia esse constituta militib, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur.* dist. 66. c. singulis. Sciendum quoque, quòd subditi iniustè bellantium, si in tali bello non præstent dominis suis auxilium, consilium, vel fauorem, non sunt expoliandi, vel in aliquo puniendi. Peccata enim suos tantùm debent tenere auctores, extra de his quæ fiunt à mai. par. capituli. capitulo. quæsiuit, & 1. q. 4. c. 1. Similiter non sunt expoliandi clerici, vel religiosi, peregrini, mercatores, & in agricultura existentes, nec etiam animalia quibus arant, vel semina portant, extra de treuga & pace. c. innouamus. & 24. q. 3. c. si quis Romipetas.

Vide hic quando liceat rapere ab hostibus in bello & quando non.

3. Rapina extorsione cõmittitur.

TErtio committitur rapina extorsione Nam raptor dicitur iudex, qui alienum iudicium reputat prædam iuam. Cod. ad leg. Iul. repetund. l. omnes Non enim iudex potest quæcunque accipere à partibus, vt habetur extra de rescriptis. capitulo. statutum. §. insuper. lib. 6. Vnde dicit Augustinus 11. quæst 3. c. non licet. *Non licet enim iudici vendere iustum iudicium*: & ideo in c. qui recte, ea. q. & causa dicit Gregorius: *Qui recte iudicat, & præmium remunerationis expectat, fran-*

fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Et idem habetur extra de vita & honest. cle.capitulo.cùm ab omni. Ideo dicitur Micheæ 3.c.contra tales: *Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia prophetabant, & propter hæc, Sion quasi ager, arabitur.* Similiter raptor dicitur iudex, aut alius qui minis, fraude vel potentia aliquid extorquet.C.de metatis. l.deuotum.lib. 12. & C. de salgamo hospitibus non præbendo.l.vnica, præcipitur ne quis comitum,vel tyrannorum, aut militum,salgamum,id est culturam,ligna,aut oleum, à suis extorqueat hospitibus, sed nec à volentibus dare aliquid accipiat. Et dicit glo.quod hoc præcipitur, quia sic accipiendo præsumitur cócussio. Iudex quoque, aut officialis dans iniustam sententiam ex certa scientia quacunq; de causa,siue odio, siue amore, siue corruptus pecunia tenetur de omni damno, & interesse parti læsæ, imò si causa est ciuilis, non solùm tenetur ad restitutionem damnorum,sed etiam punitur in triplo. Si aut. in est criminalis,restituit damna, & confiscationem patitur, vt in authentic. vt litigantes ex ordine iuris iurent. §. Si quis autem.colla.9. Contra tales iudices dicitur.Esa.10. *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio inopem, & vim facerent causæ humilium.* Dicit quoq; Monal.in summa,quòd iudex qui ex ignorantia iniquam tulit sententiam,tenetur læso de damno dato. ff. de vari.& extraor.cogni.l.fi. & Insti.de obli.quæ ex quasi delic.nasc.in princ. Et hoc, nisi possit inducere illum, pro quo sententiam iniustam tulit, ad plenam satisfactionem læso.C de pœna,iu.qui ma.iud.l.fi.& 11. q.3. c. quatuor.Non enim debuit se intromittere, ad id, ad quod non erat idoneus,ideò punitur ex quasi delicto,& idem dicit Io.An.in c.cùm æterni. in ver.condemnandus,extra de sen. & re iudic. libr. 6. Si autem deceptus fuit talis iudex consilio assessoris, qui putabatur idoneus, tenebitur assessor ad satisfactionem,secundùm Ray. & Hostien. in summa.

Iudex quã do nihil debet accipere pro iudicio.

QVartò committitur rapina exactione, vt quando dominus bona subditorum rapit iniuste, prætendendo excussationem,quod multa expendit in Ecclesijs,in eleemosynis,filijs educandis, & filiabus maritandis. Contra quem dicitur. 14.q.5.in c.denique: *Si non potest alteri subueniri, nisi alter lædatur, commodius est neminem iuuari, quàm alterum grauari,* & 12.q.2.c. bonæ rei.& c sacerdotes dicitur:Quod nemini est subueniendum cum damno alterius. *Non.n.debet alteri per alterũ iniqua cõditio offerri.* ff.de reg.iur.l.non debet.Est igitur raptor dominus temporalis,qui vult ludere,vel vltra vires ad vanitatem expendere, & postea cogere subditos ad tales expensas erogandas,hoc enim non possunt facere, secundùm Thom.2.2.q.66.Vnde dicit Augustinus,in 4 de ciuit.Dei.c.3. *Remota iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?* & Ezechielis 24.scriptum est: *Principes eius in medio eius, quasi lupi rapientes prædam:* Vnde legitur quod quidam pirata,deprehensus ab Alexand.& interrogatus ab eo, quare in mari tot latrocinia faceret, respondit: *Quia ego exiguo nauigio prædam facio, latro vocor, quia tu magna classe, dicere Imperator.* & Valerius Maximus.l.7.dicit, quòd interrogatus Socrates cur rideret:Respondit, *videns magnos latrones ducentes paruos latrones ad suspendium, qui digniores iuni suspendio. Sed sacrilegia minima puniuntur, magna verò in triumphis habentur.*

4. Exactione rapina perpetratur.

Princeps quando dicitur raptor.

QVintò committitur rapina aduocatione. Nam raptor dicitur aduocatus,qui sua negligentia,vel culpa, aut ignorantia perdit causam illius, cuius est aduocatus, vel immoderatum salarium exigit. Licet enim dicat Augustin.quòd aduocato licet vendere iustum patrocinium,& Iurisconsulto verum consilium. 4.q.5.c.non lanè. non tamen debet petere immoderatum. Moderatum autem salarium attenditur,secundùm Ray. in summa, considerata quantitate causæ,& labore

5. Aduocatione committitur rapina.

Digitized by Google

bore aduocationis, & ſcientia, ac facundia aduocantis, & conſuetudine regionis. Et de hoc eſt textus in l.1.§. in honorarijs.ff.de vari.& extra.cogni. Aduocatus quoque qui ex dolo & fraude iniuſtè damnificat partem contrariam, vtendo ſatanica doctrina, quam ponit Speculator in tit.de aduocato.§.conſequenter, & §.ſequitur.& §. vtriuſque, vbi deſcribit cautelas quas debent habere aduocati, tenetur parti læſæ ad omne intereſſe, ſecundùm Monal.in ſumma,in tractatu reſtitutionum. Similiter ſi inſtruxit clientulum ſuum ad negandũ veritatem, quod facere ſolent aduocati,vt inquit glo.in c. 1.de confeſſ.lib.6.& 50.di. c.ſæpe. Vel ſi admonuit eum ad petendum dilationes ſuperfluas,& terminos indebitos, quod ſolent facere aduocati,vt inquit glo.in c. ſtatutum.§.fi.de reſcriptis. lib.6. peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem taliter offenſo per eius cauillationem. Iſti autem aduocati non reſtituentes damnantur. Nam legitur in chronicis ordinis noſtri, quòd frater Ioannes, qui fuit ſecundus generalis ipſius ordinis,cùm eſſet iudex & aduocatus in ciuitate Caſtellana, ſemel exiſtens ad feneſtram domus ſuæ,quę reſpicit in viam publicam, videbat cuſtodem porcorũ porcos in ſtabulo claudere volentem, nec valentem,cùm vnus iret hinc,& alius inde.Cumq; ferè inſaniret plenus ira, clamare cœpit. O porci maledicti intrate ſtabulum, ſicut iudices & aduocati intrant infernum. Quo dicto,ſtatim porci mutuo ſe impellentes ſine mora & ſtrepitu intrauerunt, propter quod ipſe iudex & aduocatus timore perterritus,mũdanis renunciauit, & ordinem noſtrum intrauit, ac ſanctus homo fuit. Hoc tamen de malis aduocatis,& iudicibus ſolummodo intelligitur. Prædicta autem de aduocatis damnificantibus proximũ, intelliguntur etiam de procuratorib. & notarijs, qui per ignorantiam damnificant partes. Secundùm enim Io. de Pla. Inſti de obli.quæ ex delic.naſ. in principio,tenentur ad intereſſe.l.fi.C.de magiſtratibus conueniendis. Tenentur enim iura ſcire,vt à faciendis inſtrumentis de contractibus illicitis abſtineant, vt notat gloſſa in l.generali. C. de tabularijs libro 10. Vnde ſi falſum inſtrumentum fecerit notarius,punitur grauiter, Inſti. de publi.iudi.§.item lex Cornelia,de falſis. Similiter ſcribens contractus alienationis prohibitæ, meretur manus amputationem, vt in c.Imperialem.§. ſcriba vero.de prohibi.feu alie. per Fede.in vſibus feudorum. Quilibet ergò artifex perhibens ſe eſſe peritum in arte ſua, tenetur de omni damno facto ex ſua imperitia,ſecundùm Ioan.de Pla. Inſti.de oblig.quæ ex quaſi deli.naſ.in principio, & probatur per l.fi.§.1.& 2.ff. ſi menſ. falſ. mod.dix.& notat glo. in l. ſi quis fundũ. §. Celſus, ff.locati. Ex quo concluditur, quòd medicus malè curans ægrotũ ex ignorantia, vel derelinquens curam eius ante terminum, tenetur ad ſatisfactionem ægro.§. præterea. Inſti. ad l. Aquil. concordat.l.qua actione.§.fi.cũ l.ſequenti.ff.ad l.Aquil. Imperitia enim medici culpæ annumeratur. Et ſimiliter de iudice,& quocunq; artifice.ff.de reg.iur.l.imperitia,& 1.q.1.c.non eſt putanda in fin.& 29.diſt.c.fi.& extra de æta.& qua.c.ad aures,& l.illicitas.§.ſicuti.ff.de offic. præſi. æquiparatur dolo. l. ad commentarienſem.ff. de cuſto.reo. Similiter litigantes contra iuſtitiam tenentur ad intereſſe damnificato, ſecundùm Hoſtien. in ſumma.

Notarij iura ſcire tenentur.

Exemplum miraculoſum.

Corollarium de medicis.

SExto committitur rapina ſubtractione,ſcilicet decimarum. Vnde ſcriptum eſt.16.q.1.c.decimæ. *Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare voluerint, res alienas inuadunt.*

6.Subtractione rapina perpetratur.

SEptimo committitur rapina teſtificatione. Quando aliquis ſcienter teſtificatur falſum contra aliquem, mortaliter peccat,& tenetur ad reſtitutionem, ſecũdum Thom.2.2.q.70.ar.14 q.5.c. non ſanè, & 2.2.q.1.c.notum ſit,& 17.q.4.c.ſi quis in atrio.

7.Committitur teſtificatione.

Digitized by Google

8. *Falsificatione committitur.*

OCtauo committitur rapina falsificatione. Raptor enim dicitur qui falsificat monetam principis, vel radit, aut tingit nummos, talis enim si liber est, traditur ad bestias, si seruus, morte punitur. ff. ad l. Corneliam de falsis. l. quicunque. Et qui cudit nouam monetam principis, sine eius auctoritate, debet comburi. l. 2. C. de falsa. mo. Qui verò cudit falsam monetam ciuitatis, vel alterius inferioris, à principe debet decapitari. l. 11. C. de fal. mo.

9. *Deceptione perpetratur rapina.*

NOno committitur rapina deceptione, scilicet pedagiorum, quando sunt licita & honesta, secundùm Ray. in summa, & habetur in summa confess. lib. 2. ti. 5. q. 29. Quæ autem sint licita pedagia, vide per Doctores, in c. super quibusdam, de ver. signi.

10. *Impositione committitur.*

DEcimo committitur rapina impositione, scilicet nouorum pedagiorum. Nam talia imponentes sine licentia eorum ad quos spectat, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt. Et non possunt absolui, nisi per sedem Apostolicam, vt patet in processu curiæ Romanæ, maximè Martini quinti. qui incipit: *Martinus Episcopus, &c.* Et omni anno ex ore Papæ excommunicantur imponentes noua pedagia, & hoc in die cœnæ Domini. Et ideò tales mortaliter peccant, secundùm Monal. in summa, in tractatu restitutionum. & Hosti. in summa: Vide. C. noua vectigalia instituí non posse l. 2. & 3. prohibentur talia vectigalia noua instituí; & probantur hæc omnia per cap. si quis Romipetas. 24. q. 3. & extra. de treuga & pace. cap. innouamus, & extra de censi. cap. peruenit, ver. oportet, & c. cùm Apostolus. §. prohibemus. & 12. quæst. 2. cap. nobis, circa finem. ver. si quid forte. & ff. de publica. l. vectigalia. ff. loca. l. ex conducto. §. vno. Quando autem vectigalia sunt legitimè instituta, secundùm formam capituli super quibusdam. de verb. signifi. tunc possunt exigi cum bona conscientia. Et hoc si exigentes faciunt illud, propter quod fuit institutum pedagium, aliter non. Nam cessante causa in recipiente, cessat obligatio in dante, 16. dist. §. his omnibus, & extra. de rureiu. c peruenit. Quando autem pedagium non est iustum, vel quando est iustum, & exactores non faciunt illud, propter quod institutum est pedagium, tenetur ad restitutionem illis, à quibus acceperunt, si inueniantur, aliter debent erogari pauperibus, extra de vsu. c. cùm eu. & hæc fuit sententia Raymun. & Vlde. ac Inno. vt patet in summa conf. libr. 12. ti. 5. quæst. 29. Imponentes quoque collectas, siue præstantias, vltra debitum rationis, & exigentes seruitia indebita à subditis, vt operas in agris, & victuras, rapinam committunt, secundùm Thom. 2. 2. quæst. 62. ar. penul. Exigentes autem talia à clericis, sine licentia Papæ, rapinam committunt, & si post monitionem non cessauerint, sunt excommunicati, extra de pœnis. c. nostram. Exigentes autē à personis Ecclesiasticis per se, vel per alios, gabellas, vel pedagia, pro personis eorum, aut pro rebus, quas non deferunt, vel deferri faciunt causa negociationis; si sunt singulares personæ, ipso facto sunt excommunicatæ, non obstante qualibet consuetudine talia exigendi. Si autem sit collegium vel vniuersitas, castrum, vel ciuitas, ipso facto subijcitur interdicto; nec à prædictis absolui possunt nisi plenè restituant, & de trāsgressione satisfecerint. extra de censi. c. quamquam lib. 6.

11. *Rapind committitur non soluendo legata.*

VNdecimo committitur rapina ab his qui nolunt soluere legata facta ad pias causas, & committunt sacrilegium. 13. quæstione secunda, c. qui oblationes.

12. *Damnificando committitur.*

DVodecimo quicumque damnificauit aliquem quocunque modo, tenetur ad restitutionem, secundùm Scotum in 4. dist. 15. alias est raptor. Item ille qui est obli-

Digitized by Google

obligatus alicui, & non ſoluit cùm poſſit, valdè peccat, & puniendus eſt, Inſti. de acti. & obli. §. vtique in iſta. Tales enim qui accipiunt ad credentiam in apochis, & poſtea nunquam ſoluunt, ſunt raptores & fures domeſtici, qui rapiunt, & furantur ſine periculo vitæ, ſed ad mortem peruenient ſempiternam. Sed tamen ſicut magnum eſt peccatum non ſoluere debita, cùm quis poteſt: ita graue ſcelus eſt illorum creditorum, qui incarcerari faciunt pauperes non valentes ſoluere, & conſequenter illos deſtruentes. Inanis enim eſt actio quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. & c. olim. de reſtit. ſpol. Similiter quicunque habet rem ad alium pertinentem, tenetur ſecundùm Scotum in 4. diſtin. ar. 2. quæſt. 4. reſtituere eam de præſenti, ſi poteſt. & aſſignat Scotus rationem, & Thom. atq; Alexand. Lombar. & Richard. ac Landul. Neapol. & Franciſcus de May. in 4. diſt. 19. Aſten. in ſumma. libr. 5. ti. 29. quia licet præcepta affirmatiua ipſius Dei non obligent ad ſemper, tamen obligant præcepta negatiua. Et quamuis præceptum de reſtitutione facienda, videatur affirmatiuum, ſecundùm formam verborum, tamen implicat aliquid negatiuum, quo quis prohibetur detinere alienum, & ideò ſicut auferre alienũ eſt mortale contra præceptum Domini negatiuum. Exodi vigeſimo. *Non furtum facies*; ita & tenere alienum inuito Domino. Ideò tenetur ſtatim reddere, cùm poterit. Vnde di. Scot. vbi ſuprà: Quod ſicut tenens adulteram, ſemper eſt in peccato mortali, donec reſtituerit eam viro ſuo, & non eſt capax pœnitentiæ, ſed irriſor, ſi non relinquat eam; & ſi veniat ad pœnitentiam antequam relinquat, addit peccatum peccato; ita detinens alienum. Ideò Auguſtin. in Epiſt. ad Macedonianum, & habetur. 14. quæſtio. 6. c. 1. di. Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur malè ablatum. Et idem habetur de reg. in libr. 6. c. peccatum. & 24. quæſt. 2. c. legatur. & de pœni. diſt. 2. c. nemini. & contra de fur. cap. porrò. & in gloſſ. ibi ſuper verbo, ſatisfacere. & de vſuris. c. cùm tu. Vnde ſi poteſt reſtitui, debet reſtitui idem, per iura allegata. Si autem non poteſt reſtitui, debet fieri reſtitutio in æquiualenti ſi ſit poſſibile, vt notatur extra. ne lite pen. c. 4. Si verò æquiualẽs reddi non poteſt, debet fieri reſtitutio ad arbitrium boni viri, vt inquit Aſteſa. vbi ſuprà, contra faciens autem eſt raptor. Ait enim gloſſ. in cap. ſæpè. de reſti. ſpo. Iura pro eodem reputant, auferre, & detinere iniuſtè, ar. ad hoc. 16. quæſt. 1. c. de crimine. Et ideò contra tales raptores exclamat Auguſtin. in libro de verbis Domini, dicens: *Si in ignem mittitur qui non dederit rem propriam, vbi putas mittendus eſt qui inuaſit alienam? Si cum diabolo ardere habet qui nudum non veſtit, vbi putas arſurus eſt, qui veſtimum expolianit?* Et idem dicit Rabanus ſuper Matthæum, quinto cap. & Fulgentius tractans illud Matthæi 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c.* dicit: *Si ſterilis in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Et ſi iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam, quale iudicium erit ei qui fecerit rapinam?* hęc ille. Et ideò *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Matth. 22.

Habens rem alienã quàm citius poteſt, tenetur reſtituere.

FERIA II. POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

IN DIE SANCTI MATthiæ in mane, de Simonia, & de vsuris.

SERMO XXVI.

ERAT *vir potens & diues, sed leprosus*, 4. Reg. 5. Secundùm expositores sacræ scripturæ Leui. 13 per leprâ intelligitur spiritualiter peccatum hæreus, vt etiam inquit August. in Homilia super Luc. 17. cap. Tamen aliquãdo per lepram in sacra scriptura, significatur omne peccatum mortale; vnde quilibet in mortali existens, dicitur leprosus, vt inquit Nicol. de Lyra, in suis moralitatibus super 4. Reg. 5. Quandoq; etiam per lepram significatur simonia, secundùm August. in quodam sermone ad Eremitas. Nonnúquam etiam per lepram significatur auaritia, vnde scriptum est 1. q. 1. in c. scito turpem: *Omnes cupidi, omnesque auari spiritualem lepram cum diuitijs suis possident.* Ideò benè dicunt verba proposita. *Erat vir potens & diues, sed leprosus.* Super quibus verbis duo considerabimus. Primò simoniæ vitium. Secundò verò peccatum vsuræ.

Per lepram quid in sacra scriptura intelligatur.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA. De simonia.

CIRCA simoniam quærũtur quinque. Primo eius diffinitio: pro qua sciendum secundùm Alexandr. de Ales. in 3. parte summæ, in tract. de 7. præcepto decalogi, q. vlt. & Richar. nostrum. in 4. dist. 25. & Thom. ibidem. & 2. 2. q. 100. & Canonistas. in c. qui studet. 1. q. 1. & Raymundum in summa, quòd simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi, aliquid spirituale, vel spirituali annexũ. Et secundùm prædictos Doctores, per spiritualia, intelliguntur Sacramenta, vt Baptismus, Chrisma, Eucharistia, Ordo, Pœnitentia, Extrema vnctio, & Benedictio nuptiarum, pro quibus dare pecuniam vel recipere, vt pretium eorum, prohibitum est, quia simonia. Annexa verò spiritualibus, vel Sacramentalia, sunt dedicationes Ecclesiarum, consecrationes Virginum, & aliarum rerum, ad cultum diuinum pertinentium, benedictio Abbatum, absolutio ab excommunicatione, vel ab alijs censuris Ecclesiasticis, electio prælatorum Ecclesiasticorum, confirmatio eorum, renunciatio, visitatio ipsorum prælatorum, correctio criminum, vel desistere à correctione in iudicio Ecclesiæ, cura animarum, ingressus religionis, vel monasterij, Ecclesia, seu beneficium simplex vel curatum, præbenda, dignitas Ecclesiastica; vt Archidiaconatus, præpositura, Episcopatus, officium sepulturæ, vel locus Ecclesiæ consecratus ad sepulturam, vbi iam est sepultus aliquis, ius capellæ, vel patronatus, ius percipiendi decimas, officia Ecclesiastica, vbi est aliquid iurisdictionis spiritualis, vt œconomus, vicedominus, & huiusmodi, ferre sententiam in iudicio Ecclesiastico, &c. similia. pro quibus pacisci est simonia. 1. q. 2 c. quam pio. vbi dicitur: *Cessent omnis pactio, cessent omnis conuentio.* Et est sciendum, quòd non solùm qui spiritualia vẽdunt, vel emunt, simoniaci sunt, sed etiam illi qui in his mediatores sunt. 1. quæstio. 2. sicut Episcopos. Notandum etiam quòd si quis sine pactione, vel exactione expressa, conferat aliquid spirituale, principaliter hac intentione, vt propter illud recipiat tẽporale, puta audit confessionem, vel dicit missam, confert ordinem, siue beneficium, & similia, principaliter quia sperat propter hoc se habiturum pecuniam, vel

Simonia quid sit.

Digitized by Google

vel aliquid aliud. Et ſimiliter qui dat tẽporale,principaliter vt recipiat ſpirituale,puta, Euchariſtiam, ordinem, beneficium,& huiuſmodi, ſimoniam committit mentalem, quæ eſt mortale peccatum ſecundum Richar.& Thom.in 4.Raymũ. & Innoc. ac Hoſt.in ſumma,vt etiam refertur in ſumma confeſſ. lib. 1. titu.1.q.5. Sed talis ſimonia mentalis tollitur per pœnitentiam, extra de ſimo. c.mandato. Hoc tamen capitulum ſi bene conſideretur,non loquitur de pecunia accepta per ſimoniam mentalem in venditione ſpiritualium, ſed ſolum vult dicere, quod cũ beneficiatis , vel electis per ſimoniam mẽtalem,poteſt diſpẽſari,ſine hoc quod renuncient.Et hoc innuit gloſſa eiuſdem capituli di.*Sola pœnitentia purgatur ſine renunciatione.* Non autem dicit ille textus,licet ad hoc communiter allegetur,quod accipiens pecuniam per ſimoniam mẽtalem, poſſit eam ſibi licite retinere, cum hoc ſit turpiſſimum lucrum. Et ideo de æquitate videtur debere reſtitui , vt infra patebit,vbi declarabitur quod etiam quando talis pecunia non eſt reſtituenda danti, nec Eccleſiæ , aut alteri particulari perſonæ, videtur debere erogari pauperibus. Nec obſtat prælegatum capitulum in quo dicitur , quod ſufficit ſatisfacereDeo per pœnitentiam;Quia reſponderi poteſt,quod pœnitentia includit in ſe ſatisfactionem, & reſtitutionem malè acceptorum,vt per Theologos.in 4. diſt. 15. illud autem quod reſtituitur pauperibus,dicitur reſtitui Deo. Matth.25. *Quodcunque vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis,* dic.Saluator.Et iſta dixi ex conſilio,prout mihi videtur de æquitate,licet Doctores communiter aliter ſentiant. Vbi autem non fit pactio, vel exactio,nec principalis intentio eſt ad temporalia in collatione ſpiritualium,vel receptione,ſed gratis,& eleemoſynaliter detur aliquid, vel accipiatur ad ſuſtentationem naturæ, vel reuerentiam Sacramentorum, vel ad ſeruandam laudabilem conſuetudinem, licite & ſine ſimonia dari , & accipi poteſt. Vnde 12.q.2.cap. Eccleſiaſticis, dicit Gregor. *Eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruientem, Eccleſiaſtica oportet remuneratione gaudere facere.* 1.q.1.c.quicquid inuiſibilis.& 1.q.2.c.ſicut Epiſcopus,vbi idem Gregor.ait: *Eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit,quæ nõ ex ambitionis petitione proceſſit.* & 1.q.1. in c.iudices, Aug.inquit,*Accipiãt neceſſitates ſuſtentationem à populo,mercedem miniſtrationis à Deo.*

Simonia dicitur de ſic dicentur.

SEcundo de ſimonia videnda eſt eius nominatio.Et reſpondetur, ſecundum Alex.de Ales.in 3. parte ſummæ in tract. de 7.præcepto decalogi, & beatum Tho. atque Richar.in 4.diſt.25.& Petr.& Vlde. in eadem.di.& Ray. in ſu. ac Thom.2.2.q. 100.& etiam habetur in ſumma confeſſ. li. 1. tit. 1. q. 4. quod ſimonia dicitur à Simone Mago, de quo habetur Actuum 8. quod cũ vidiſſet dari Spiritum ſanctum per impoſitionem manus Apoſtolorum, obtulit eis pecuniam dicẽs: *Date mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus,accipiat Spiritũ ſanctum.* Petrus autem dixit ad eum; *pecunia tua tecũ ſit in perditionem,quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.* Sed cõtra hoc dici poſſet,quòd Simon ſolum voluit emere ſpiritualia. Giezi autem diſcipulus Heliſæi vendidit Naaman Syro ſpiritualia.4.Reg.5.Ergo potius dicenda eſt Giezia,quàm Simonia. Reſpondent prædicti doctores,quòdGiezi ſolum vendidit donum Dei.Simon autem ad hoc emere volebat,vt poſtea alijs venderet,prim.quæſtion.tert. capit. Saluator. Et ideo potius dicitur Simonia, quia quo ad intentionem, Simon in emptione & venditione peccauit.

obiectio. Reſponſio.

Simoniã eſſe peccatum tribus rationibus oſtenditur. 1. Rat.

TErtio quæritur de Simonia,eius detectatio, ſcilicet quare ſit peccatum, & poſſumus aſſignare tres rationes. Prima ex parte vendentis, quia ille qui vendit ſpiritualia, nõ eſt illorum Dominus, ſed diſpenſator,vnde 1.Corinth 3 dicit Apoſtolus: *Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti, diſpenſatores miniſteriorum Dei.* Secunda ratio eſt ex parte ementis. Ille enim qui emit rem multo minori pretio, quam valeat, iniuſte emit, ſecũdum Tho.2.2.q.78.

2.Ratio.

Digitized by Google

Sed spiritualia sunt tantæ nobilitatis & perfectionis, & per consequens valoris, quòd excedunt omnia temporalia. l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccle. Et ideo non possunt pretio temporali emi. Vnde de sapientia, quæ est res spiritualis, dicitur, Sap. 8. *Preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Tertia ratio est ex parte vēditionis, quia qui vtitur aliquo actu ad aliud seu alio modo, quam ordinauit Deus, iniquè facit, & tāto peius, quanto illud est in se dignius. Ordinauit autem Deus spiritualia gratis cōferri debere hominibus, per ministros suos, vnde Matth. 10. cap. inquit Saluator: *Gratis accepistis, gratis date*, scilicet Sacramenta, & alia spiritualia. Quæ verba habentur. 1. q. 1. cap. quicquid. Ex quibus colligitur, quod simonia est peccatum mortale.

3. Ratio.

4. Additur ratio. Et potest addi quarta ratio, quia nullus debet excommunicari, nisi pro mortali peccato, vt inquit glo. in cap. ex parte, de verbo. signifi. Et est textus de hoc in c. nemo. 11. q 3. Propter simoniam autem debet quis excommmunicari. 1. q. c. quicunque, ergo est mortale. De hoc maledicto vitio loquens Gregorius in registro, equiparat illud infidelitati, cuius verba habentur in ca. cum omnis. 1. q. 1. & in c. eos. eadem. q. & causa, dicitur. Quod impia hæresis Macedonij, tolerabilior est, quā simonia. Et ideo cætera crimina in comparatione huius peccati, quasi pro nihilo reputantur. 1. q. 1. c. fi.

Simonia infidelitati æquiparatur.

Simoniaco debentur multæ punitiones, 1. dicitur proditionis.

QVarto quæritur de simonia, eius punitio, de qua loquitur Greg. Nazianzenus, 1. q. 1. cap. qui studet, dic. *Iudas omnium Redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus, eandem Redemptionis gratiam non obtinuit, & merito, quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam Magus cum eandem gratiam Spiritus sancti emere vellet, damnationis suæ sententiam audiuit à Petro.* Dicit etiam Aug. 1. q. 1. c. sicut. Quod ignis sacrificij, qui per 30. annos Babylonicæ captiuitatis, sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium, qui significauit ignem, id est, gratiam Spiritus sancti nō lucere in simoniacis Sacramentis. Et hæc prima punitio, potest dici perditionis. Secunda pœna dicitur suspensionis, notorij enim simoniaci sunt suspensi ab ordinibus, & beneficijs simoniacè susceptis. 1. q. 1. cap. statuimus, & c. quisquis. Et hanc suspensionem videtur Ambrosius vocare excommunicationem, in c. reperiuntur. 1. q. 1. secūdum gl. Et tales, scilicet conferentes ordines, vel beneficia, & officia Ecclesiastica, & illa recipientes per simoniam, si sunt clerici, debēt deponi, & priuari omni officio, & beneficio, si communicantur de hoc in iudicio Ecclesiæ. Si autem sunt laici, vt mediatores simoniæ, debent excommunicari. 1. q. 2. capit. si quis. Efficiuntur etiam infames, & quilibet criminosus admittitur ad accusationem eorum, extra de simo. c. tāta. & c. fi. Dominus. Sed sciendum, quòd hodie omnes simoniaci, tam vendentes, quàm ementes, tā principales, quàm fautores, tam notorij, quam occulti, ipso facto sunt excommunicati, vt patet per extrauagantem Martini quinti in consilio Constantiensi factam, quæ incipit, Multæ. Et per aliam extragantem eiusdem, quæ incipit; Damnabile scelus, & fuit facta Mantuę. In quibus etiam dicitur, quòd ordinati simoniacè ipso facto sunt suspensi ab executione suorum ordinum. Et electiones, aut cōfirmationes, & quæuis prouisiones factæ simoniacè, sunt ipso iure nullæ, nec promoti, aut cōfirmati faciunt fructus suos, sed ad restitutionem tenentur, tanquam iniustè ablatorum. Et idem confirmauit Eugenius quartus in alia extrauaganti, quæ incipit. Cum detestabile. Item oēs simoniaci, & mediatores, quolibet anno in Cœna Domini excommunicantur ex ore Papæ, vt patet in processu curiæ. Dicunt tamen communiter doctores, quòd solum sunt excommunicati ipso facto simoniaci in ordine, vel beneficio. Nec obstat. cap. reperiuntur, & c. quicunque & c. placuit. 1. q. 1. & similiter. c. ex multis. 1. q. 3. Quia licet sub pœna anathematis prohibeant, tamen solum loquuntur de Simonia in ordine, vel beneficio. Aduertendum quoque secundum Alten. lib. 6.

2. Simoniæ pœnæ.

Simoniaci infames efficiuntur.

Simoniaci omnes in Cœna Domini excommunicantur quolibet anno.

Digitized by Google

lib.6.tit.55.quòd quãdo simonia est solum mentalis, sine omni pactione, non ligatur talis simoniacus aliqua prędictarum pœnarum. Tertia punitio dicitur restitutionis. Pecunia enim simonicè recepta, secũdum Ray. in summa, debet restitui Ecclesiæ, in cuius contumeliam data est, extra de simo. ca. de hoc autem. ar. 17. quæst. 4. c. si quis in atrio. & 27. q. 1. c. si quis rapuerit. Et hoc idem dicitur in summa confess. libro 1. tit. 1. q. 23. Et hoc cum pecunia datur alicui particulari personæ, puta prælato soli, vel alij cuicunque. Ita quòd Ecclesiæ collegium non est in culpa. Si tamen ille qui dedit pecuniam, transeat postea ad aliud monasterium, cum non possit stare in primo monasterio, c. quoniam. de simo. debet illi monasterio dari pecunia, vt eo viuente habeat vsum illius pecuniæ; & postea restituatur priori Ecclesiæ ar. 16. quæst. 6. cap. de lapsis. & cap. si quis rapuerit. 27. quæst. 1. Quod si opponatur, quòd fienda sit restitutio illi qui dedit, cap. veniens, extra de simon. Respondit Raym. quòd quidam dicunt, illud dispensatione factum fuisse. Alij distinguunt multipliciter, sed nos possumus distinguere sic, quod aut ille qui dedit vult remanere in seculo, & tũc ei non est fienda restitutio, nisi in duobus casibus, secundum Host. in summa. Primo si donans errauit in iure, quia subuenitur illi, & restitutio fiet ei per dictum capitulum, veniens. Secundus casus est, si adeo est pauper, quod non habet, vnde viuat. Et idem dicitur in summa confessorum, vbi supra; Extra autem hos casus debet dari Ecclesiæ, in cuius iniuriam erogata est, vt patuit supra. Et hoc quando ipsa Ecclesia non est in culpa, puta, quia solus prælatus vel alij particulares solum sunt in culpa, & non totum collegium. Et ita intelligitur glo. in capitul. de hoc autem. extra de simonia. Si autem ipsum monasterium vel Ecclesia, fuit in culpa, vt si quis dedit monasterio, vel collegio pecuniam vt recipiatur, non debet reddi ei, secundum Bernardum in dicto capitulo. De hoc aũt quia non est conueniens, quod Ecclesia siue monasterium, cũ tali fraude sit in lucro. ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria: (nemo enim potest licite retinere, quod dolose lucratur. ff. de regulis iuris. l. non fraudantur. §. nemo. & ff. de dolo per totum) ideo cum Ecclesia, non possit in hoc casu retinere, nec debeat restitui ei qui turpiter dedit; in hoc casu debet erogari pauperibus, arg. in capitulo cum tu. de vsuris. Si autem ille qui dedit, vult intrare religionem, vel iam est persona religiosa, & transeat de illo monasterio ad aliud, modo debet restitui ei, ne ex ea committat aliam simoniam. *Semel enim malus semper præsumitur malus in eodem genere delicti.* lege si cui. §. hisdem. ff. de accusation. Sed debet aliquo bono modo dari monasterio ad quod vadit, sine reuelatione peccati illius; & cum reseruatione dominij primo monasterio, vel Ecclesię in cuius cõtumeliam facta est simonia, quando ipsa Ecclesia non est in dolo, vt supra patuit, ita quòd post mortem illius reuertatur ad ipsam Ecclesiam primam, siue monasterium. Si autem Ecclesia ipsa fuerit in culpa, debet dari in totum monasterio quod intrat, ne fit ei onerosus, arg. decimaext. quæstione sexta, capitulo, de lapsis & vigesimaseptim. quæstione prima, capitul. si quis rapuerit. Non obstat capitulum, *veniens*; Quia quod datur Ecclesiæ pro eo, siue monasterio, videtur datum ei, & per ipsum monasterio. Quod enim mei contemplatione acquiritur, perinde est ac si ex re mea acquiratur. ff. de acquir. hæred. l. aditio. & ff. de vulga. & pupil. l. sed si plures. §. in arrogato. Ex quibus omnibus colligitur, quòd pecunia per simoniam accepta obligata est ad restitutionem. Et hæc est tertia punitio simoniacorum Punitur quoq; hoc maledictum vitium, lege diuina, vt de quart. Reg. 5. Giezi propter simoniam factus est leprosus, cum omni posteritate sua.

3. *Simoniæ pœna.*

Pecunia per simoniam acquisita cui debeat restitui.

Obiectio.

Responsio.

QVinto videda est de simonia eius modificatio, scilicet quot modis fiat. Et respondetur secundum Gregorium, 1. q. 1. in cap. sunt nonnulli, quòd committitur quando aliquod munus datur, vel accipi-

tur pro

tur pro emptione, vel venditione ſpiritualium: vnde ibidem dicit Gregor. quòd aliud eſt munus ab obſequio, aliud à manu, & aliud à lingua: munus ab obſequio, eſt ſeruitus indebite impenſa: munus à manu, eſt pecunia: munus à lingua, eſt fauor mundanus. Et per pecuniam intelligitur omnis res temporalis, vt dicit glo. ibi. Et per quodlibet horum munerum in ſpiritualibus datorum, vel acceptorum, vel pacto, exactione, vel intentione principali committitur ſimonia. Et confirmatur hoc. 1. q. 3. in c. Saluator, vbi Vrbanus Papa inquit: *Quiſquis res Eccleſiaſticas, id eſt, ſpiritualia quæ dona Dei ſunt, non ad hoc ad quod inſtituta ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obſequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt*, hæc ibi. Quomodo autem munus à lingua, vel à manu inducat ſimoniam, videte per Thom. in quart. di. 25. & ſecunda ſecundæ, quæſt. 100. & Ray. in ſumma.

PARS SECVNDA HVius ſermonis de vitio vſuræ.

Vſura quid ſit.

SECVNDO & vltimo de vſura duo videnda ſunt, 1. eius diffinitio. 2. eius detestam. 1. ſciendum, quòd vſura diffinitur à Ray. in ſumma qui dicit: *Vſura eſt lucrum mutuo pacto debitum, vel exactũ.* Et hanc eandẽ diffinitionem ponit Innoc. in cap. 1. extra de vſuris & Monal. in ſumma. Beatus autem Ambroſ. 14. quæſt. 3. cap. plerique. ſic eã diffinit. *Vſura eſt, quodcunque accedit ſorti.* Et cum hac deſcriptione concordat capitulum primum, & capitulum vltimũ eiuſdem quæſtionis. Goff. autem in ſumma huic deſcriptioni ſuperaddit dicens: *Vſura eſt quicquid ſorti accedit, intentione præcedente, vel pacto.* Hoſti. vero. in ſumma tit. de vſuris, latius diffinit vſuram dic. *Vſura eſt quicquid ſolutioni pecuniæ mutuatæ, accedit ipſius rei vſus gratia, pactione interpoſita, vel hac intentione habita in contractu, vel exactione ex poſtfacto.* Pro cuius diffinitionis declaratione ſciendũ quod quicquid accipitur vltra ſortem, id eſt, vltra portionem mutuatam, ſiue ſit pecunia, ſiue fructus, vltra vt bladum, ſiue vinum, aut ſeruitium, ſiue quodcunque aliud quod aliquo precio æſtimari poteſt, vſura eſt, vt per Tho. 2. 2. quæſt. 78. & habetur in ſumma confeſſ. libr. 2. tit. 7. quęſt. 2. & 5. vbi dicitur, quod etiam ſi propter mutuum recipiatur munus à lingua, vel ab obſequio, tanquam ex obligatione mutui, & hoc pacto vel intentione principali, vſura eſt Ideo inquit Ambroſius, 14. quæſt. 3. cap. plerique: *Plerique refugientes præcepta iuris ſiue legis, cum dederint pecuniam negociatoribus, non in pecunia vſuras exigunt, ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta accipiunt. Ideo audiant quid lex dicat. Neque, inquit, vſuras eſcarum accipies, neque omnium rerum.* Bene ergo dicitur in diffinitione, *quod vſura eſt, quicquid ſolutioni mutui accedit.* Et hoc eſt cõtra quoſdam aſſerẽtes, ſufficere in contractu, quòd pars non damnificetur, quæ mutuum accepit, quamuis altera commodum ſentiat. Contra quos inquit Geral. ſuper. 5. Ethic. *Si quis dicat, quod ſi mercator accipiat pecuniam ad vſuram, & inde multum lucretur, talis contractus videtur vtrique parti commodus, & voluntarius.* Reſpondendum eſt non eſſe verum. Nam recipiens mallet reddere ſine vſura, quàm cũ vſura, nec eſt commodus, quia ſecundum formam pacti eſt dãnoſus, cum plus debeat reddere, quàm accepit, & euentus lucri ſequentis, nõ iuſtificat hanc iniquitatem. Ex prædictis etiam colligitur, quòd ille qui mutuat frumentum antiquum, principali intentione, vt nouum accipiat, & magis bonum, vſuram committit, ſecundũ Goff. in ſumma ſua in titul. de vſuris. ad finem, & idem tenet Raym. & Hoſtien. quando aliquis propter hoc facit mutuum frumenti, vt ex melioratione lucretur c. conſuluit & c. in ciuitate. extra. de vſuris. Si autem mutuat, non principaliter vt lucretur, ſed vt non ſibi pereat, & accipienti gratiam faciat, non committit vſuram, ſecundum Hoſtien. & Raym. in ſumma in tit. de vſuris, & ita intelligendum eſt dictum Ioan. de Ligna. in c. in ciuitate. extra de vſu. Si tamen quis taliter mutuans præſumeret.

1. Vltra capitale.

Non tamen ſi mutuat ad capiendum amorem vel benenolẽtiam cõmittit ſecundum Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. quod verũ eſt, niſi ſpei alterius præcederet ad bonum.

Vide multa hic de vſura.

veriſi-

Digitized by Google

verisimiliter,quod nouum deberet plus valere,mutuans hac intentione,esset vsurarius.cap.nauiganti.extra de vsur.vt inquit Guil.& habetur in summa confess. eod. tit. quæstion. 42. Petrus quoque de Anch.in cap.vsurarum, de vsuris. libr.6. dicit,quòd si non est verisimile,quod frumentum nouum debeat plus valere tempore solutionis,nullum est vitium,extra. de vsuris.c.nauiganti? si autem est verisimile,quod erit pretiosius tempore solutionis: & tunc aut creditor aufert libertatem debitori,liberando se interim soluendo frumentum vetus in eadem bonitate intrinseca,quod fieri debet. ff.si cert. peta.l.cum quid.&est vsura:aut nō aufert talem libertatem,& non est vsura. & hāc distinctionem dicit Io. Cal. esse multum æquitati consonam,quā etiam tenet Guiliel.vbi supra. Ex prædictis etiam sequitur, quòd si quis mutuat cōmunitati hoc pacto, quòd durante debito non tenetur soluere collectas, videtur vsurarius, si collectæ sibi vt cæteris ciuibus erant impositæ:& hoc videtur tenere Io. And. in c.consuluit.extra de vsuris.Et Pet.de Ancha.super c.1.extra eo.tit. Si autem mutuat,vt non soluat, quod alias soluere nō tenetur,non est vsurarius,vt videtur sentire Inno.in cap.1.de vsuris.di.quod idem tenet Guliel.& Speculator.Ex prædictis etiam colligi potest, quòd si quis mutuat pecuniam Titio, vt molat ad molendinum suum,principali intentione, vel pacto, vel vt coquat ad furnum suum, vel doctor mutuet scholari, vt intret ad scholam suam, videtur vsura secundum Io.Cal.in cap.nauiganti.de vsuris,quando ex hoc recipit commodum,vel vtilitatem quæ potest pecunia æstimari, & tenetur ad restitutionem, non de mercede quam accepit pro labore suo, quam etiam acciperet alter, sed de vtilitate quā habet alias,puta,quia ex hoc molendinū, vel furnum,vel scholæ suæ habent maiorem concursum personarum, & efficitur doctor maioris famæ.Ista enim bene possunt pecunia æstimari, videlicet tantum quantum reputat, vel reputare debet illud commodum, vel honorem propter hoc,quòd Titius iuit ad molendinum,vel furnum, vel intrauit scholas suas, quod non feciſſet, si pecuniam non mutuasset. Guliel. tamen & Monal. dicunt, quòd si debitores propter hoc non sunt damnificati, non tenentur creditores ad restituendū eis aliquid, nisi quatenus æstimari debet libertas molēdi,vel eundi ad scholas,vbi volebant,etiam pensatis circunstantijs de facultate & qualitate molendi,vel eundi ad scholas, & de bonitate eorum. Si vero quæratur cui fit restitutio *Dubium.* in prædicto casu,videlicet de hac vtilitate,quam consequitur mutuans, ex qua nō damnificat debitorem,cum ei non dat nisi tantum quantum daret alteri, nec ex sublatione libertatis eundi ad alios, aliquid patitur;& ideo ei non est fienda satisfactio,qui in nullo læditur.c.fin. extra de iniurijs.Respōdeo quod debet erogari *Solutio.* pauperibus qui semper succedunt, quando non constat cui sit restituendum, extra de vsuris.c.cum tu. Et notatur extra de Sinomia.c.de hoc. Et cum hoc concor. Io.And.in regula.peccatum. de regul.iu. lib.6.

SECVNDO ex diffinitione patet,quòd vsura committitur solum in contractu mutui veri,vel interpretati. Vt etiam inquit Alexā.de Ales. in 3.parte summæ,in tractatu de septimo præcepto decalogi. q.7.Mutuum autem est contractus,in quo quis aliquid dat, recepturus non idem in numero,sed tantundem in genere suo. Et dicitur mutuum, ex eo quod de meo tuum fiat, quia mutuās transfert dominium in eum cui mutuat.Et fit in rebus quę consistunt in numero,pondere, vel mensura.vt in l.2.ff.si cert.peta. Et committitur vsura in isto contractu,quādo aliquid recipitur vltra sortem,nō obstante quod mutuās recipiat in se in aliquo casu sortis periculum.vt in c.nauiganti. extra de vsu. vt si quis mutuat eunti ad nundinas pecuniam, & suscipit in se periculum maris;est enim vsurarius,vt ibi dicit tex. Idem secundum Ale. Lombar. in 4. dist.

vsura committitur in contractu mutui veri et interpretati.

Mutuum quid sit. & quare dicatur mutuū.

Digitized by Google

15. Si quis mutuat centum ad decem annos, ita quod si infra decennium, alter contrahentium moriatur, debitor sit liber, sin autem nullus moriatur, det duce ros, vsurarius est. Ratio autem quare solú in mutuo vero, vel interpretato sit vsura, est, secundum Alexandrum de Ales, & Alexandrum Lombar. vbi supra, quia cum vsura sit vitium & peccatum, necesse est, quod sit in aliquo contractu, respectu sortis datæ. Hoc autem cadere non potest, Primò in contractum veræ emptionis & venditionis, quia in tali contractu non accipitur aliquid, quod accidat sorti, quinimo si aliquid accipitur de re empta cum venditur, illud est de sorte. Nam si quis emat agrum pro centum, & in fine anni percipiat fructus qui valeant decem, talis excrescentia est fructus sortis & non accidit sorti. Eodem etiam modo, si quis emat merces pro minori pretio, in vno loco vbi abundant, & aliquid lucretur vendens in alio loco, lucrum est de sorte, & ideo licitum. Item non cadit vsura in vero contractu locationis, quia illud quod datur pro re locata, est merces ipsius rei, & non vsura: nec in cómodato, quia si pro re cómodata datur, commodatum tunc verè transit in locatum. Vnde quædam gloss. 14. quæst. 3. in ca. quod autem inquit, quod duo sunt cõtractus, qui de natura sua gratuiti sunt, scilicet mutuum, & commodatum. Mutuum autem si non est gratuitum nõ est mutuum, sed vsura, commodatum autem si non est gratuitum, non est vsura, sed tunc desinit esse commodatum, & transit in locatum.

Quare solũ in mutuo vero vel interpretato sit vsura.

In cõtractu locationis quare liceat accipere aliquid vltra sortem, non autem in mutuo.

QVod si quæratur quare plus in contractu locationis liceat accipere vltra sortem quàm in mutuo? Respondeo quod hoc est duplici ratione. Primo in re locata siue conducta distinguitur eius vsus & fructus rei ab alienatione, siue consumptione, sicut patet in vectura, seu aquatione, aut in habitatione domus conductæ, & vtilitas talis vsus non prouenit ex solo actu, & industria ipsius vtentis, sed etiam & principalius ex virtuali efficacia rei vtilis: vnde si in rebus mutuatis vera ratio locationis detur, licite vltra sort m recipi potest. Nam si pecuniam in facco sigillatam alicui quis locauerit ad ostentationem, vt à visitantibus credatur diues, amplius honoretur & timeatur, aut ad dandum pignori, aut vt sola præsentatione aliquod periculum siue detrimentum euadat, talis posset accipere aliquid pro hoc, quia non fuit vera mutuatio, nec vsus eius consumptio, seu rei alienatio, sed potius fuit quædam locatio. Talem enim vsum p cuniæ licitæ quis vendere posset, sicut homo licite vendit vsum vasorum argenteorum, quorum retinet sibi dominium: & hæc habentur per Thom. 2. 2. quæstione 77. articulo primo, in respõsione sexti argumenti, & per Hostien. in summa in titul. de vsuris, & prædicta probantur per ea quæ habentur. ff. commodati. l. 3. §. penulti. & fin. & lege sequenti, & idem notat glossa in capitul. conquestus. extra de vsur. & in capitul. si fœneraueris, 14. quæstione 3. & hæc notantur in summa confess. libro 2. titul. 7. quæstione 4. In re autem mutuata non distinguitur vsus rei ab ipsa re, quia vsus rei est ipsius consumptio, vt patet in blado, vino, & huiusmodi, vel destructio, siue alienatio, vt in pecunia. Secunda ratio quare concedatur in locato accipere aliquid, & non in mutuo, est secundum prædictos Doctores, & Ioann. Andreas in capit. final. extra de vsuris, quia in locato manet proprietas rei locatæ apud locantẽ ff. locati. l. non potest: quapropter lucrũ iustum est, cum nemo cogatur de proprio facere beneficium. 10. quæstione 2. capitulo precariè, in fine; In mutuo autem mutuans non tenet dominium rei mutuatæ, sed transfertur in eum cui mutuatur, & ideo non est iustum, quod res fructificet ei cuius non est: & hæc est etiam sententia Scot. in quæstione distinct. 15.

Et hinc est quod aliquid accipiens de re mutuata vltra sortẽ, quòd vendit rem ipsi, vel id quod non est.

Tertio

Digitized by Google

An liceat accipere pœnam petitã in cõtractu mutui.

TERTIO colligitur ex iſta diffinitione dum dicitur, *ipſius rei vſus gratia*, quòd ſi non accipiatur aliquid vltra ſortem gratia conſumptionis vſus ipſius rei, ſed loco pœnæ appoſitæ abſque fraude, non eſſet vſura. Pro cuius declaratione quæritur, nunquid poſſit licite accipi abſque vitio vſuræ, pœna appoſita in cõtractu mutui, & reſpondetur ſecundum Ray. in ſum. & Richard. in 4. diſtinctione 15. quòd exigens talem pœnam, non tenetur ad reſtitutionem, ſi non fuit appoſita in fraudem vſurarum, ſed intentione arctandi accipientem ad obſeruantiam fidelitatis promiſſæ, extra de arbitris. capitulo dilecti. & 12. quæſtione 2. capitulo fraternitas. articul. 23. dicto capitul. quanquam. & ff. de regulis iuris. l. qui auctore. & l. 1. ff. ſi quis ius di. non ob. ſcriptum eſt enim in l. *quod à quodam*, alias, *quod à quoquam*, vel *à quoque*. ff. de regulis iuris. *Quod à quodam pœnæ nomine exactum eſt, eidem reſtituere non cogitur.* Quod verum intelligit Monal. in ſumma, ſi ſemper ſit intentio recta ſcilicet, vt creditor non ea intentione mutuet, quia credat vel ſperet, quòd taliis recipiens mutuum incidet in pœnam, quia tunc eſſet vſurarius, ar. in dicto capitl. quanquam. 25. di. & in dicto capitulo dilecti. de arbitris. Si autem ſine fraude appoſita ſit pœna, poteſt exigi licite, quia publicæ vtilitatis intereſt pacta ſeruari. Et idem tenet Innocen. in capitu. ſuam. extra de pœnis. Et hoc multo magis obtinet in pœna legali, impoſita a canone, quæ poteſt exigi vltra ſortem. 12. quæſtione 2. capitulo in legibus. Et in authentica, contra qui propriam. C. de non numerata pecunia. Similiter ſi iudex ſtatueret, quòd debitore non ſoluente infra terminum mutuum, aliquid ſolueret propter cõtumaciam, poſſet licite accipi: vnde licitum eſt petere, & retinere, pœnam à lege ſeu à ſtatuto impoſitam, vel etiã à iudice promulgatam, *quia iuſtè poſſidet, qui auctore prætore poſſidet.* l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren poſſeſſio. Notandum tamen quòd ſi dicta pœna apponeretur à iudice de conſenſu partium, deberent attendi coniecturæ, quæ infra dicentur, ac ſi pœna eſſet conuentionalis & non iudicialis, quia in hoc magis ſequitur iudex voluntatem partium, quàm ſuam. ff. de re iudi l. ſi cõuenerit. Et idem eſſet ſi fieret in iudicio colluſio, puta quia partes fingerent ſe litigare, & tandem debitor permittit contra ſe ſententiam ferri, vt ſic creditor videatur eum habere obligatũ ex hac ſententia ad tollendam ſuſpicionem vſurarum, ſicut fit interdum: *plus enim debet valere, quod agitur, quàm quod ſimulate cõcipitur.* C. plus valere quod agitur, per totum. Sed quæritur in dubio quid præſumendum, quando talis pœna poſita eſt in contractu mutui? Et reſpondit Monal. in ſumma, quòd ſi ille qui talem pœnam appoſuit, conſueuit eſſe vſurarius, præſumitur appoſuiſſe talem pœnam in fraudem vſurarum. ff. de actio. empt. l. putas. §. 1. & l. Iulianus. & ff. de pigno. act. l. vel vniuerſorum. Item præſumeretur vſura, ſi per ſingulos menſes, & annos committatur pœna, authentica ad hæc. C. de vſuris. tamen in iudicio animæ, ſtabitur eius cõfeſſioni, ſecundum Hoſtienſ. in ſumma. & Vlde. vt habetur in ſumma confeſſ. eodem titul. quæſtione 23. & idem notat Innoc. in ca. ſuam. extra de pœnis, & Dominus Anton. de But. in capitulo conqueſtus. extra de vſuris. Tamen quando debitor ſine culpa ſua factus eſſet impotens ad ſoluendum, nõ eſſet honeſtum, nec licitum, petere talem pœnam, quãuis aliud ſit de rigore legis ciuilis. l. ad diem. ff. de verbor. oblig. Nam hoc caſu non poſſit puniri contumacia quæ non eſt, illud quod acciperetur, tolleretur ſolũ ratione tẽporis, quod eſſet merè vſurarium, & ideo nec ex partium conuentione, nec ex aliqua lege introduci poteſt vſura, vt in Cle. ex graui. de vſuris. Item ſi debitor ſoluit partem debiti, non poterit exigi pœna niſi pro parte non ſoluta, vt notat Innoc. in dicto cap. ſuam. poſſet etiam eſſe pars ſoluenda, ita modica, quòd

Dubij ſolutio.

nulla etiam pœna committeretur. dicto cap. suam, vbi dicitur, quòd non debet exigi pœna ab eo qui promisit soluere quadraginta infra terminum, sub pœna, & soluit triginta tres, sed debent solum exigi septem, id est, residuum sortis. Aliqui tamen intelligunt illud capitulũ in clericis, qui non debent inhiare ad ista lucra, vt ibi dicitur. Sed & si intelligatur in clericis, tñ etiam in laicis saltẽ pro soluta parte obstabit petenti exceptio. Si quis autem cogeret ad pœnam talem soluendam, illum qui sine culpa sua factus fuit impotens ad soluendum, vt non posset soluere in termino tali coacto, dabitur restitutio in integrum propter tale impedimentum. ff. ex quib. ca. maio. l. 1.

Expressa vsura quãdo fiat.

QVarto ex ista diffinitione colligitur, quòd si in mutuo sit expressa pactio de aliquid accipiendo vltra sortem, quod tunc expressa est vsura. Et tales facientes hos contractus, proprie dñr vsurarij, secundum Host. maxime quando sunt cõfessi in iure, vel conuicti, vel qñ tenẽt mensam paratam ad vsuras, ar. extra de cohabi. cle. & multi. c. sua & c. fi, & in c. cum in diœcesi. extra de vsuris. Vnde di. Scotus, in 4. dist. 15. quod ad vitandum vitiũ vsuræ, non debet se alter contrahentiũ constituere in loco tuto de lucro, & proximum in damno, quod intelligit Scotus, vt non ponat se quis in lucro semper, aut in pluribus cõtingente. Vnde si quis mutuaret frumentum, eo pacto vt sibi restituatur in tempore, quo vel semper, vel vt in pluribus est plus valiturum, vel si quis vendit ad terminum, & pretium determinat pro quacunque die, qua interim plus valebit, talis committit vsuram, secundum Host, in summa in tit. de vsuris. §. an aliqui. & Io. And. & gloss. in c. fin. extra de vsuris. & Monal. in sum. eod. tit. & & Vide. vt habetur in summa confess. eod. tit. quæstio. 21. talis enim contractus claudicat in pact. ar. C. de solu. l. pe. & ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis. & ff. pro socio l. si non fuerit. §. Arist. & notat hæc Archi. 14. q. 4. §. 1. Quando autem debeat plus vel minus valere, attend. nous est solitus cursus regionis. l. cũ de lanionis. §. asinam. l. ff. d fun. instruc. & l. 1. ff. de flumi. & notat Host. in summa. in titu. de vsuris. §. an aliquo. ver. quid ergo. Sed pone, quòd aliquis rogat me, vt vendam sibi frumentum; ego autem vendo cum pacto, quòd soluat mihi tantum pro illo, quantum valebit tempore Maij, quando communiter est carius, nunquid est vsura palliata? Respondit Richar. in 4. distinct. 15. artic. 5. quæstion. 5. quòd si alias remillam eram venditurus pro minori pretio, & ex certa scientia plus vendam in alio termino, quando verisimiliter plus debet valere, est vsura. cap. in ciuitate. extra de vsu. si autem tempore contractus non eram venditurus, sed seruaturus vsque ad tempus positum in solutione, tunc ratione dubij contractus huiusmodi excusatur. capitu. nauiganti. §. ille quoque. & §. fin. de vsu. & eandem sententiam tenet Scotus in 4. distinctio. 15. Nemo enim cogitur vendere rem suam inuitus. Sed dicunt Canonistæ in dict. capit. nauiganti. quòd debet præfigi aliquis terminus specialis, vtputa quantum valebit. 15. mensis Maij, quia in eodem mense, & eadem hebdomada ascendit, & descendit sæpe pretium iri.

Dubij solutio.

Vide quomodo potest cõmitti vsura in mutatione frumenti.

QVinto dicitur in diffinitione; *vel hæc Si gratis detur & gratis accipiatur vltra sortem, non est vsura.* scilicet aliquid habendi. Pro cuius declaratione sciendum, quòd si aliquis mutuet gratis & aliquid sibi detur gratis, vltra sortem, non est vsura. 14. quæstione 3. capitul. vsura. & distinctione 18. c. de eulogijs. & 1. quæstione 1. cap. sicut. S. militer secundum Goff. in sum. & Innoc. Bernar. & Ale. in cap. consuluit. extra de vsu. si aliquis principaliter mutuet ex charitate, tamen secundario habeat spem habendi aliquam remunerationem ab illo, ita tamen, quia etiam si sciret se nihil habiturum, vellet mutuare, non videtur vsura, vt etiam tenet Monal. in summa.

Si gratis detur & gratis accipiatur vltra sortem, non est vsura.

Digitized by Google

ſumma.ar.77. di.c.in ſingulis. & 59 di. c. officia.& 72.diſtinctio.capitul.quid proderit. Cum enim quis mutuum dat liberaliter,ſcire poteſt debitorem ſibi naturaliter obligari ad antidota.ff. de peti. hæredi.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit. & extra de teſta.capitul.cum in officijs, & 1. quęſtione ſecunda,capitul. quam pio. & extra de ſimonia c.tua. & concord. cum his Hoſtienſ.in ſumma.& in gloſſ in capitul.conſuluit. extra de vſu. Et notatur in ſumma.confeſſ. vbi ſupra 8. quæſt. 1. Si autem principaliter cauſa mutuandi ponitur in expectationem lucri, vel emolumenti, præcipue ſi alias non erat mutuaturus, quicquid poſtea accepit vſura eſt,ſiue ſit pecunia,vel alia res, ſiue conſiſtat in dando, ſiue in faciendo. 14. quæſtione 3.capitul.1.2. & 3. & extra de vſuris.capitul.1.& c.conſuluit. Quicquid enim accipitur cum tali corrupta intentione,eſt vſura,vt inquit gloſſ. ſuper. 18. capitul. Exodi. & Hieronymus ſuper Ezechielem. capitul.6.& habetur textus Deuteron.33.vbi dicit Deus , quod non debemus recipere propter mutuum fruges,nec aliquam aliam rem. Et cum his omnibus concordat Archi.& Goffred.in ſumma,in titu.de vſu. §. quid ſi tibi. & Raymun.in ſumma eodem titul. & Hoſtienſ.in ſumma etiam eodem titul.§ fin. Ioan.Cald.in capitul.fin.extra de vſu. vbi dicit quod ſicut in ſimonia prohibitio muneris includit non ſolum munus à manu,ſed etiam à lingua, & obſequio. 1. quæſtione 1.capitul. ſunt nonnulli. & in Clem.& ſi quæſtiones. extra de ſimonia, ita & in vſura.

Quomodo etiam committatur vſura licet non interueniat aliqua pactio.

VLtimò additur in diffinitione,*vel ex actione ex poſt facto*, quia quicquid etiam ſine pacto extorquetur propter mutuum,eſt vſura.14.q.3.cap.plerique.& ibi Archi.Dicit quoque Scotus.in 4. diſtin.3. quòd vltra prædicta neceſſe eſt, quod in contractu mutui, lucrum non veniat ex tempore,quia tempus non poteſt vendi. Vnde in c.qui manumittitur. 12. quæſt. 2. dicitur. *Quod eſt commune, minus eſt particulare ſingulorum*: & concordat cum prædictis Alex.de Ales.in 3.parte ſummæ in tractatu de 7.præcepto decalogi.

Vſure deteſtatio & primo per legem Moſaicam.

SEcundò de vſura declaranda eſt eius deteſtatio.Primò ergo Exod. 22.dicit Deus per Moyſen: *Si pecuniam mutuo dederis populo meo qui habitat tecum , non vrgebis eum quaſi exactor,nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo acceperis, veſtimentum ante ſolis occaſum reddes ei. ipſum ſolum quo operitur, indumentum eſt carnis eius,nec habet aliquid in quo dormiat;ſi clamauerit ad me,exaudiam eum,quia miſericors ſum.* & Leuit.25.ſcriptum eſt: *Si attenuatus fuerit frater tuus , non accipies vſuras ab eo , nec amplius quam dediſti.time Deum tuum, vt viuere poſſit apud te: pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram,& frugum ſuperabundantiam non exiges.* Et Deuteron.23. *Non fœneraberis fratri tuo pecuniam ad vſuram;ſed abſque vſura,id quo indiget fœneraberis,vt benedicat tibi Deus tuus in omni opere tuo in terra.* Sed quamuis Moyſes permiſerit Iudæis dare ad vſuram extraneis , tamen mortaliter ſemper peccauerunt, & peccant tales vſuras exercentes , vt inquit Alexand.de Ales. vbi ſupra , quæſtion. ſept. Nam ideo permiſit dare ad vſuram alienis,quia videbat eos taliter inclinatos , quod dediſſent etiam ſuis proprijs, niſi dare poſſent alienis. Et ita conceſſit etiam dare libellum repudij vxoribus, ne occiderent eas,propter duritiam cordis ſui,vt inquit Saluator. Matth.19.tamen diuino punientur iudicio de mortali crimine. Quæ omnia confirmat Nico. de Lyra,ſuper Deuter.23.capitul. Et ſic patet auctoritate legis Moſaicæ, vſuram eſſe deteſtabilem. Similiter auctoritate prophetica. Nam Nehemiæ. quinto capitul.dicitur : *Increpani optimates magiſtratus, & dixi eis , vſuras ne exigatis à fratribus veſtris,ſed centeſimam pecuniæ , frumenti, & vini & olei,quam exigere ſoletis ab eis,date illis* : & Prou.28.di. *Qui congregat diuitias ex vſuris & fœnore, in malum ſuum congregat eas.* Et Pſal.

Digitized by Google

14 di. Dauid: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?* & sequitur, *qui pecuniam suam non dedit ad vsurā.* Et Psalm. 54. ait: *Non defecit de plateis eius vsura, & dolus*, Et Psalm. 71. etiam inquit: *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*, & Ezech. 18. dicit Deus, *Vir si fuerit iustus, & pignus debitori reddiderit, ad vsuram non accommodauerit, & amplius no acceperit, vita viuet, ait Dominus Deus. Quod si genuerit qui filium latronē abominationem facientem, & ad vsuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? non viuet cum haec detestanda fecerit, sed sanguis eius in ipso erit.* Prohibetur etiam in auctoritate Euangelica, Matth. 5. vbi dicit Saluator, *Volenti à te mutuare da illi*, & Luc. 6. idem inquit: *Mutuum dare nihil inde sperantes.* Auctoritate quoque canonica prohibetur, in §. his igitur. 23. di. & in c. nec hoc 14. quæst. 4. & etiam in c. super eodem de vsuris, di. Alexander Papa: *Cum vsurarum crimen virusque testamenti pagina detestetur, super hoc dissēsationem aliquam posse fieri non videmus, quia cum sacra scriptura prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda captiui vita, vsurarum crimine inuoluatur.* & in c. consuluit eodem tit. Vrbanus secundus etiam hoc crimen detestatur. & Augustin. in epist. ad Macedonium, & ponitur 14. quæstione 4 in capitul. *quid dicam*, inquit, *quod crudelior est qui trucidat pauperem fœnore, quam qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti.* Detestatur etiam maxime hoc scelus idē Augustin. super Psalm. 36. & habetur 14. quæstione 3. in c. si fœneraueris, & Hieron. super Ezech. & habetur, 14. quæstione 4. in capit. putant. Gregor. quoque, vt habetur 47. di. capit. de Petro, improbat vsurarum viraginem. & Ambros. 14. quæst. 3. capit. plerique dicens: *Esca vsura est, vestis vsura est, & quod velis, eis nomen imponas, vsura est*, scilicet si exigatur vltra sortē. Reprobatur etiam auctoritate Physica: Vt enim dicitur in lib. de moribus philosophorum, Syxtus Pythagoricus dicebat: *Qualem vis tibi proximum tuum esse, talis esto & tu proximis tuis.* & Tullius. in 3. de officijs ait: *Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis in commodo, suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors. Vnde si vnusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatque cui subuenire possit, emolumenti sui gratia, commoditas hominum, & societas euertatur, necesse est.* Arator quoque poeta lib. 1. ait: *Auri cessat amor, qui pectora semper aduris. Quo capitur mortale genus.* & Virgil. 2. Aenei. inquit: *Polydorum obtruncat, & auro Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?* Et Horatius in epistolis, epistola prima, inquit derisiue: *O ciues, ciues, quærenda pecunia primum est: Virtus post nummos.* Auctoritate quoque legum ciuilium reprobatur vsura. Nam in l. 1. C. de vsuris di. gloss. quod vsuræ pessimo iure debentur.

ITem in iure ciuili approbantur quatuor Concilia, in quibus vsuræ prohibētur, vt patet. C. de vsuris. l. 1. in glo. vbi dicitur, quod nouo iure tolluntur ex toto vsuræ, vt in authen. de Eccles. tit. §. 1. Non enim inferior potest tollere legem superioris. ff. de arbitris. l. nam & magistratus. Nec seruus legem Domini sui. C. de pactis. l. seruus. Cum ergo vsura sit contra legem Dei, vt supra patuit, ideo lex humana non potest eam concedere. Quapropter Ecclesia statuit, ne vllo modo vsuræ accipiantur. 47. distinct. c quoniam. Et in Clemen exgraui, de vsuris. dicitur: quod *quicunque pertinaciter asseuerit Vsuras posse fieri sine peccato; pro hæretico debet condemnari.* & ibidem excōicantur excommunicatione maiori, tam primates quam capitanei, correctores, & consules, & quicunque alij, statutum facientes, quod vsuræ possint exigi. Item qui ad soluendum vsuras, compellunt, & iudices qui soluendas esse vsuras iudicant, & qui operam dederint, quod vsuræ solutæ non repetātur, & qui statuta dicta in vsurarum fauorem, infra tres menses non deleuerint de libris, si possunt. Et qui statuta, vel consuetudines super vsuras præsumpserint obseruare, omnes sunt excommunicati, vt patet in dicta Cle. exgraui de vsur. Vnde dicit Ale. de Ales. & Host. ac Inno. vbi supra, quod ab omnibus legibus vsuræ prohibentur.

Nullo modo concedūtur vsuræ, & asserentes ipsas posse fieri sine peccato, sunt hæretici.

Digitized by Google

hibentur. Nec aliqua lex ciuilis concedens vſuras eſt ſeruanda, nec valet: Quia cum inferior non habeat imperium in ſuperiorem. c. innotuit. extra de elec. ergo non potuit imperator terrenus tollere legem diuinam, quæ prohibet vſuram, vt ſupra, nec etiam canonicam. Leges eñ non dedignantur ſacros canones imitari, vt in authen. vt cle. apud proprios epiſc. conue. §. ſi vero eccleſiaſtic. cum. col. 6. Præterea cum dicat Ariſt. 1. Poli. quod vſuraria acquiſitio pecuniæ, eſt maxime præter naturam, etiam inquit Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. quod eſt contra naturalem iuſtitiã. Ideo leges concedentes vſuram, omnes ſunt illicitæ, & non ſeruandæ, quia contra ius naturale, nulla lex valet. c. quæ contra mores. 8. di. & di. 6 § his ita & c. flagitia. 32. q. 7. Ideo Dominus Ant. de But. ſuper rubrica. extra de vſu. licet referat Cy. & Iac. de Bellaper. di. quod lex humana poteſt ex cauſa permittere vſuras, tamen ipſe concludit contrarium, quia quo ad forum conſcientiæ, etiam Imperator eſt ſubiectus iuri diuino, & canonico, vt in c. duo ſunt. 86. di. Vnde cõcludit quod vſura nullo modo poteſt permitti ab aliqua lege, ſub ratione vſuræ. Vſurarij ergo omnes ad infernales pœnas deducentur, & ſecum trahent ſuas vſuras, non reſtituentes, aut eorum vitia imitantes. Nam legitur, quod quidam ſanctus vir ſemel raptus fuit, ad pœnas infernales videndas delatus. Vbi vidit quendam vſurarium, qui cum prius eſſet pauper, & vſuris factus fuerat diues, ſed in breui mortuus, fuerat in profundo inferni ſepultus. Arbor autem lata, & magna de eius viſceribus aſcendebat, & in ramis illius appendebãtur multi homines vtriuſque ſexus, & flamma horribilis aſcendebat de profundo inferni, & cruciabat horribiliter illum qui erat in imo, & omnes alios qui erant in ramis ipſius arboris. Et reuelatũ fuit illi S. Viro, quod illi omnes viri, & mulieres habuerant originem ab illo vſurario, qui erat in imo. Et ideo quia ſciẽter poſſederant bona male acquiſita illi⁹ vſurarij, cuius fuerant hæredes, tali cruciatu in æternum cum eo cruciarentur. Et idẽ fieret de omnib. alijs, ab illo deſcendentib⁹, ac prædictas vſuras poſſidentib⁹.

SEd hic quæritur, cum ſint excommunicati illi qui faciunt leges de vſuris, & omnes facientes eas obſeruari, vt ſupra patuit; quid erit de illis qui vſurarijs cõcedunt domos ad fœnus exercendũ? Reſpondeo, quod nec collegium, nec aliqua vniuerſitas, aut ſingularis perſona debet permittere, quod vſurarij alienigenæ. ſ. non oriundi de terris ipſorum, publice exercere volentes vſuras, habeãt domos conductas, ſeu aliter habitent in terris ſuis; ſed omnes infra tres menſes expellendi ſunt de terris ſuis. Et nemo poteſt eis locare, aut alio titulo concedere aliquam domum ad fœnus exercẽdum. Cõtra facientes autem, ſi ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, incurrunt ipſo facto ſuſpenſionem. Si autem ſunt minores clerici, incurrunt excommunicationem. Et ſi eſt collegium, vel vniuerſitas, incurrit interdictum. Et ſi talem ſententiam per mẽſem ſuſtinuerint, ex tunc terræ eorum ſunt interdictæ, quamdiu ibi vſurarij morantur. Si vero ſunt laici, debent per ordinarios Eccleſiaſtica cenſura compelli, & hæc omnia habentur in c. 1. de vſur. lib. 6. Et ſecundum Dominum Petrum de Anch. pœna huius capitul. obtinet contra omnes vſurarios tam Iudæos quã Chriſtianos. cũ indiſtincte loquatur, ſicut & Cle. exgraui, de vſur. quæ cõprehendit ẽt Iudæos, vt patet ibi per gl. ſuper verbo, cenſura, & idem tenet Paul⁹ de Eleazaris, ibid. & Dñs Dominicus de S. Geminiano, in c. vſurarũ. de vſ. li 6. & Dñs Laurent. de Flor. in tract. de vſuris. q. 146. & Bald in quodam conſilio quod incipit, *Inter Iudeos*. Si aũt domus locetur vſurario non alienigenæ, ſed oriundo de de terra illa, talis locans licet peccet mortaliter, tamen incurrit cenſuras prædicti ca. ſecund gl. ibi.

SEd hic quæritur, nunquid liceat accipere ad vſuram? Et reſpondet Thom. 2, 2. quæ-

2.2 quæstione 78. & Richard. in quarto, distinctione 15. articul. 5. quæstione quinta, quod ad hoc vt quis possit accipere ad vsuram sine peccato, oportet quod mutuans sit de se paratus, ad mutuādum sub vsuris. Si autem inducatur, peccat mortaliter eum inducens, etiam si sit in necessitate, quia minus malum est illi rapere violenter ea, quibus indiget, quam facere ipsum per vsuram peccare mortaliter. Quia in extrema necessitate omnia sunt communia. ff. ad legem Rhodiam, de iac. l. secunda. §. cum in eadem & in capitul. si quis propter necessitatem. de fur. Item requiritur, quod accipiens ad vsuram sit in necessitate, tunc enim excusatur, argument. ad hoc 23. quæstio. 1. ca. quid culpatur. Intelligitur autem necessitas, quamuis non sit extrema, dummodo homo nō accipiendo tale mutuum, notabiliter damnificaretur, vel notabilem penuriam pateretur, secundum Richardum vbi supra, & Monaldum in summa sua. in tit. de vsur. vbi dicit, quod qui ex necessitate accipit ad vsuram, non peccat, sed mortaliter peccat si sine necessitate: Sicut faciunt illi qui propter pōpas faciendas, vel propter aliquid illicitum peragendum, accipiunt ad vsuras. Et eiusdem sententiæ est sanctus Bonauent. in 3. dist. 28. & Alex. de Ales. in quarta parte summæ, in tractatu restitutionum. Et hæc omnia habentur in summa confessorum libro 2. titul. 7. q. 44. Et dicit Innocent. in capitul. super eo. de vsur. quod imminente necessitate, sine qua non potest quis commode viuere, debet primo induci mutuans, vt gratis mutuet. Et si non vult, tunc potest accipi.

Mediatores vsurarum an mortaliter peccent.

SEd quid dicemus de mediatoribus vsurarum? Respondeo secundum Richar. vbi supra, quod mortaliter peccant, si proximum sub vsuris mutuare nolentem inducunt ad fœnerandum, argument. in c. sicut dignum §. qui vero de homi. Item si quærunt mutuum sub vsuris pro his qui non indigent. Medium enim tenet natura extremorum. 2. Ethicor. O quot propter hoc scelerati simum vitium ad tartara descendunt, tam principales, quam mediatores: O diabolici vsurarij, scitote, quod nisi restituatis vsuras, diabolus vos portabit. Legitur enim quod in Valentia quidam, qui multa lucra iniusta fecerat, mortuus est, non restituens illa, atque indutus habitu Minorum, & ad conuentum eorum deportatus est, & sepultus. Et ecce circa horam noctis duo aduenium, quorum vnus erat albus, & alter niger. Et pulsantes ad ostium dicunt portario: Vade & voca talem magistrum theologiæ. Quo veniente, dixit ille albus: Veni mecum, & noli timere. Perrexerunt ergo ad Ecclesiam, in qua ille miser erat sepultus. Et ille niger diabolus aperuit sepulchrum, & corpus extraxit, & tūc dixit: Vade magister, & aufer corpus Christi, quod indigne assumpsit, & habet in ore. Quo facto, dixit ille albus: Auferei habitum. Quo denudato, statim diabolus corpus illud asportauit, inaudito fœtore ibi relicto. Quæ omnia ille magister sequenti die, ad terrorem aliorum publice enarrauit. Sed ô fœneratores perditi, & maligni, vultis quod ostendam vobis dare ad vsuram sine peccato? Audite quid Prouerbio. 19. scriptum sit: *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* De hoc autem legitur exemplum in historia Martiniana vbi habetur, quòd Tiberius Secundus Imperator Romanorum Christianissimus, omnes Palatij thesauros pauperibus dedit. Et cum ab Augusta, velut bonorum Reipublicæ dissipator argueretur: Respondit, confido in Domino, quòd amore eius eleemosynas faciendo, pecunia non deerit fisco. Vnde quadam die, cum per imperiale palatium transiret, vidit in pauimēto tabulam marmoream signo Crucis sculptam. Quā cum eleuari feciſſet, dicens, indignum esse signum Crucis pedibus conculcari, quod frontibus hominum debet impingi, apparuit sub illa, alia tabula eodem modo

Exemplum de quodam vsurario.

Exemplum de Tiberio Imperatore eleemosynas facientе.

modo ſculpta. Cumque & illam leuari feciſſet, apparuit & tertia, ſimili modo ſculpta. Quam cum etiam leuari feciſſet; inuenit ſub ea theſaurum quaſi infinitum latentem. Quem Imperatrici cum gaudio oſtendens ait: Ecce Auguſta, quàm fidelis eſt Deus noſter, qui multo plura mihi reſtituit, quam pro eius amore pauperibus dedi. Hic autem Imperator regnauit anno Domini, 625. Date ergo Deo ad vſuram, à quo recipietis non decem, aut viginti, aut triginta aut quadraginta, pro centenario, ſed centum, & plus pro denario. Ait enim Saluator, Matth. 16. *Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis*, Ad quam. &c.

EODEM DIE POST PRANDIVM, ITERVM DE VSVRA;

Scilicet de eius perpetratione, & excuſatione.

SERMO XXVII.

Vſurarij aſſimilantur morſui aſpidis.

DE Syria egreſſi ſunt latrunculi. 4. Reg. 5. & in epiſtola occurrentis feriæ, inquit Chryſoſt. ſuper Matth. *Similis eſt pecunia vſurarij morſui aſpidis.* Percuſſus enim ab aſpide, quaſi delectatus vadit ad ſomnum. Et per ſuauitatem ſoporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit: Sic vſurarius accipiés pignus, gaudere facit ad modicum recipientem pecuniam, ſecundum paulatim eius ſubſtantiam perimit, & totum pignus conuertit in debitum. Ecce quod exitus manifeſtat, quod ante celebatur. Vſurarius enim ſeruire oſtendebat, & deuorare intendebat. Proinde ſimilis eſt leoni, qui lingua luauiter lingit, & cauda mortifere pungit.

Aſſimulatur etiam ſerpenti.

GVilbertus autem de Tornaco ordinis noſtri exponens illud Pſalmiſtæ: *A demonio meridiano* dicit, quod vſurarius maxime aſſimilatur diabolo, qui neque die, neque nocte quieſcit, dum eius pecunia ſemper lucratur, & creſcit. Et velut diabolus omnes ſpoliare contendit, & ſpoliatos in deſperationem mittit. Scotus quoque in 4. diſt. 15. q. 2. ait contra vſurarios, quod ſi quis habeat pecuniam pro aliquo tempore ſibi inutilem, ſi proximus indigens eſt, & mutuo illam petat; ſi non mutuat ſine omni ſpe lucri vſurarij, mortaliter peccat, quia contra præceptũ naturæ facit. Sicut enim naturaliter in corpore humano ſtomachus non ſuſcipit de alimento, niſi quod ſibi eſt neceſſarium, reliquum vero communicat alijs membris: ſic cum omnes ſimus vnum corpus in Chriſto Ieſu, ſecundum quod ait Apoſtolus ad Roma. 12. & 1. ad Corint. 12. & habetur etiam. 7. q. 1. c. omnes. & in c. damnamus. de ſumma Trinitate, & fid. catho: Ideo omnis Chriſtianus habens pecuniam ſibi inutilem, tenetur illam proximo in neceſſitate mutuare, qui poteſt ſibi de ea facere vtilitatem, & ſubuenire ſuæ neceſſitati. Vnde quantum malũ ſit vſura, demonſtratur Exod. 22. vbi appelletur oppreſſio proximi. Philoſophus quoque 1. Politi. 8. dicit. quod vſura Græce dicitur Tocós, quod eſt partus Latinè. Quia contra naturam pecuniæ vult vſurarius, quod pecunia pariat ſibi lucrum, & generet fructum. Hoc tamen miraculum facit vſura, quod per eam naſcitur aurum de argento. Dicit quoque Plinius 33. libro naturalis hiſtoriæ: quod peſſimũ ſcelus fecit qui primus ex auro denarium ſignauit. Eſt autem ſciendum, quod licet aliqui doctores dicant, quod dominium transfertur in vſura, inter quos eſt Vldericus, & gl. 14. q. 4. c. ſi quis vſuram. & habetur in ſumma confeſſ. lib. 2. titul. 7. q. 15. tamen alij quamplures tenent, quod non transfertur dominium rei acceptæ per vſuram.

Vſurarius eui aſſimilatur.

ſurá. Et hoc videtur tenere gl. Bernardi, & Inn. in c. cum tu, ad finem de vſur. Et idem tenet Hugo. & Ray. in tit. de decimis & Alex. de Ales. in 3. parte ſummæ, in tractatu de 7. præcepto decalogi. Et Sco. & Richar. ac ſanctus Bonau. in 4. diſtin. 5. & mouentur inter alia, per textum in c. ſi quis vſuram. 14. q. 4. vbi Ambroſ. ait: *Si quis vſuram accipit, rapinam facit*, in rapina autem non transfertur dominium: Ergo nec in vſura. Quæ autem opinio ſit verior, ad præſens non diffinio. Sed ſecundum opinionem ſecundam, bene dicunt verba propoſita: *De Syria egreſſi ſunt latrunculi.* Syria enim ſecundum Hieronymum idem eſt quod humecta, & ſignificat auaritiã, quæ ſemper humectatur diuitijs, & ſemper ſitit. Vnde Iacobus Beneuent. ca. 9. ſui lib. dicit: *Hydropico ſimilis, nunquam ſatiatur auarus: Ex lucro lucri multiplicando ſitim.* Super quibus verbis, de auaritia tractaturi duo videbimus. Primum erit de vſuræ perpetratione. Secundum vero de eius excuſatione.

PARS PRIMA. DE vſuræ perpetratione ſcilicet, quot modis perpetratur.

Nobiles quo modo committunt vſuras.

SCIENDVM eſt, quod hoc maledictum vſuræ vitium diuerſimode committitur, & à diuerſis perſonarum generibus. Primi quorum ſunt nobiles, qui nolunt laborare. Et ne pecunia eis deficiat paulatim conſumendo, tradunt eam mercatori, vel campſori, intendentes principaliter recipere annuatim ad diſcretionem eorum, ſaluo tamen capitali. Et ſimiliter faciunt viduæ, dantes mercatoribus dotes ſuas ad diſcretionem, quæ committunt vſuram. Similiter cum prædictis nobilibus, & viduis, vſurarij ſunt illi qui dant mercatoribus, aut artificib' pecuniam, vt cum ea negocientur, cum hac intẽtione principali, quia ſperant ab eis aliquod lucrum. Et aliter non deponerent. Et quamuis ſine pacto hoc faciant, tamen vſurã committunt. 14. q. 3. c. vſura. Nec excuſat eos, quod exponant ſe periculo, quia mercatores apud quos deponunt, ſunt fugere, & deficere in bonis. Non enim illud lucrum ſperant ratione huius periculi, ſed ratione mutui. Quod non licet, vt expreſſe dicitur in c. nauiganti. de vſur. Et quamuis ipſi vocent hoc depoſitum, tamen clare eſt vſura. 14. q. 3. c. ſi fœneraueris. Et ratio huius eſt, quia capitale non currit ad periculum ipſius tradentis. Propterea tales quicquid percipiunt de lucro, ſecundum Bald. extenuant ſortem. Non enim eſt depoſitum neque ſocietas. ff. pro ſocio. l. Mutius. Et ideo tales ſunt vſurarij, vt inquit gloſſ. in c. plerique. 14. q. 3. & concordat Azo. & Accur. & multi alij doctores in l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. Similiter inueniuntur quidam qui mutuant pecunias diuerſis perſonis, accipientes in pignus, vel hypothecam, domos vel agros, aut alias res ſub nomine ſecuritatis, ſed fructum, ſeu vſum dicti pignoris interim volunt habere quouſque reſtituatur eis pecunia, non computando in ſortem ipſum fructum ſeu vſum. Qui omnes committunt vſuram, vt patet in c. 1. de vſur.

Mercatores quomodo cõ mittunt vſuras.

SEcundo committunt vſuram multi mercatores, & artifices qui vendunt ad credentiam vſque ad certum terminum. Et propter hanc dilationem ſolutionis appreciant rem plus quam valeat. Hoc enim fit in fraudem vſurarum c. inciuit. & c. ſi. de vſur.

TErtio fit alius contractus in fraudem vſurarum, quem ponit Alex. de Ales. in 3. parte ſummæ, in tractatu de 7. præcepto decalogi. Cum enim aliquis indiget pecunia, vadit ad diuitem rogans vt mutuet ſibi, offerẽs pro ſecuritate hypothecam bonorum ſuorum. Cui ille reſpondet. Nolo mutuare; ſed paratus ſum emere pro eodem pretio. Et vſque ad certum tempus retrouendere tibi pro eodem pretio. Secundum enim Hoſtien. hic contractus præſumitur fieri in fraudem vſurarum.

vſurarum. Maxime quando eſt inæqualitas in precio. Vt quia ille vult emere multo minori pretio, quam valeat res. Et hoc dixit ipſe Hoſtienſ. in capitul. ad noſtram de empt. & vend. per illum textum, & per legem quamuis. §. ſi cum eſſet. ff. ad Velleia. Et idem tenuit gloſſ. in capit. conqueſtus de vſur. quæ lite et poſtea ſubdat, *& præcipue ſi emptor conſueuit exercere vſuras*, nihil facit contra: Quia talis dictio *præcipue* ſiue præſertim, & maxime denotat, id eſt eſſe, ſi illud non ſit in facto, vt notatur in l. 1. C. de reſcind. vend. Idem etiam videtur tenuiſſe Papa in c. illo vos de pigno. ibi. *Ex duobus tamen quæ in pacto fuerunt expreſſa, contra ipſum emptorem præſumitur vehementer, &c.* vbi videtur, quod ex duobus adminiculis poſſit quis præſumi feciſſe contractum in fraudem vſurarum, & conſequenter, quod non requirantur tria, de quibus infra dicetur. Hanc quoque opinionem tenuit Albericus de Roſate. in l. emptione. C. plus va. quod agi. dicens quod ita in facto obtinuit coram peritiſſimis viris. Et idem tenuit Speculator in titul. de vſur. in verſi. ſi autem contractus in fraudem vſuræ &c. Et idem tenuit Ioannes de Anania in capit. conqueſtus. de vſur. Et in ſuo conſilio. 58. quod incipit, *Viſis inſtrumentis*, & Panor. in ſuo cõſilio. 76. in verſi. *quod autem ſecundus contractus*. Idem quoque tenuit Ioannes de Imo. in capitul. ad noſtram. de empt. & vend. dicens, quod hæc eſt communis opinio. Et Dominus Ioannis de Caſtilione ibidem dicens, quod hanc opinionem tenuit totum collegium Mediolanenſe, & Papienſe. Et idem tenuit Dominus Signorinus de Amadeis, de Mediolano, in ſuo conſilio quod incipit: *certo tempore Ioannes de Homedys*. Cui conſilio ſubſcripſerunt Dominus Benedictus de Plumbino. d. Raphael Fulgoſius. d. Thadeus de Vicomercato. d. Proſdocimus de Comitibus. d. Franciſcus de Capitibus liſte, Dominus Henricus de Alanio, Dominus Alexander, & Dominus Benedictus de Doctoribus de Padua, & Dominus Antonius de Roſellis, prout refert Dominus Bartho. Cæpolla doctor Veronenſis in ſuo tractatu, de ſimulatis contractibus, & Dominus Nelus de ſancto Geminiano dicens, quod quotidie ex illis duabus cõiecturis retractantur contractus, tanquã vſurarij in curijs Epiſcoporum. Et idem tenuit Dominus Ioannes de Petrucijs dicens, cum prædicto Doctore in l. emptionis. C. plus va. quod agi. quod ita communiter tenetur à doctoribus, & quod ita iudicari vidit. Et idem tenet Ioannes de Prato in l. rogaſti. §. ſi tibi in fine. ff. ſi cert. pe. & Dominus Baptiſta de ſancto Blaſio, in ſuo conſilio, quod incipit: *In cauſa Domini Antonij de Suſanno*. vbi hanc opinionem dicit eſſe communem & ipſe fuit iuris vtriuſque Doctor eximius. Et idem tenuit gl. in ſumma in tit. de pigno. in fi. Idem quoque tenuit Hugo: quem refert Archi. in c. plerique. 14. q. 3. & Raymun. in ſumma, qui dicunt, quod ſi talis emens emat bona fide, non peccat, propter pactum ſolum de retrouendendo, quia talis emptio, & venditio eſt licita. C. de pac. inter emp. & vendi. l. ſi fundum, & ff. de in diem addic. l. quotiens. Si autem vltra pactum de retrouendendo ſit inæqualitas in precio, tunc iudicabitur vſurarius, vt etiam dicit Archi. vbi ſupra, per capitulum ad noſtram, de emp. & vend in quo capitulo dicit Inno. quod paucitas precij non facit præſumere vſuram, niſi addatur alteri coniecturæ, videlicet quod venditor poſſit redimere, Hoſtien. quoque in ſumma, in tit. de emptione & vend. tio. §. fin. ver. *illud autem notatur*, reprobat illum contractum, cum duabus prædictis conditionibus, ſcilicet de retrouendendo, & paucitate precij, & dicit: *Quandoque tranſitur de contractu ad contractum in fraudem legis, vt quando accedo ad vſurarium, & volens recipere mutuum, ipſe non conſentit, quia timet de vſuris. Sed dicit, quod emet ſi voluero. Si hoc dicant teſtes, qui fuerunt mecum, quod talia verba habuimus, & venditio ſit longe citra iuſtum precium, vel prope iuſtum precium, ſed conſtat, quod emptor eſt vſurarius, & quod ego, ſi poſſem nullatenus habeo animum vendendi, tam contractus non*

Contractus de retrouendendo, vbi eſt inæqualitas precij, non eſt licitus.

valet. d. c. ad nostram. de emp. & vendi. hæc ille. In quo c. dicit Ioan. An. *Experientia docuit, quod vsurarij dimissis contractibus mutui inchoauerant fatere contractus emptionum conditionalium, scilicet cum pacto de retrouendendo rem. Postea ne forma contractus ex vi illius pacti indicaret illum vsurarium, cœperunt facere bina instrumẽta. Primum puræ emptionis, secundum promissionis de retrouendendo. Hodie vero oportet debitorem indigentem pecunia confidere vsurario, sicut sacrista faciendo sibi instrumentum puræ venditionis*: hæc ille. Idem quoque quod talis contractus sit illicitus, quando cum pacto de retrouendendo est inæqualitas precij, tenet Ant. de But. in. c. in dioceſi. & in c. conbueſtus, de vſur. Maximè autem præſumitur talis contractus vſurarius, ſi in pacto de retrouendendo ponatur, quod in reddendo precium aliquid plus ſoluatur quum emptor dederit, vt inquit Monal. in ſumma. Hoc enim proprie eſt vſura. c. plerique 14. q. 3 licet pallietur contractu emptionis. Item ſi ponatur in contractu venditionis, quod periculum rei pertineat ad ipſum venditorem, vſque ad tempus ſibi conceſſum ad redimendum. Hoc enim eſt contra naturam emptionis. Nam res empta debet pertinere ad periculum emptoris. ff. de peri. & commod. rei ven l. id quod. Vnde hoc præſumitur factum in fraudem vſurarum. Nam potius debent attendi rerum effectus, quam verborum variatio, ſiue circuitus. c. relatum. de cle. non reſi. & c. cum quid, de regul. iur. lib. 6. & l. ab Anaſtaſio. C. man. Nec eſt fraudibus cedendum ſed obuiandum. c. quanto. de diuor. Item poteſt præſumi fraus vſurarum, ſi quis propria prędia vendat, ad huiuſmodi contractus faciendos. Quia non eſt veriſimile, quod intendat emere aliena, quia propria non in vtiliora vendit. Cum hæc ſint contraria. Et nemo præſumatur velle contraria agere ex incontinenti. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. Item præſumitur fraus in iſto contractu, quando fit in loco, in quo ſolet fieri talis palliatio vſurarum. Nam præſumitur actum, quod eſt conſuetum. ff. de ædi. edic. l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, & ff. de aqua plu. argum. l. ſi prius. §. ſi recte. Super omnes autem coniecturas eſt, ſi ipſe emptor eſt vſurarius, quia præſumitur id agere quod facere conſueuit. l. vel vniuerſorum ff. de pigno. act. & c. ſemel. de reg. iur. lib. 6. & l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accu. Et facit quod notat in ſimili Inno. in c. ſuam. de pœnis, in pœna appoſita ab vſurario in contractu. Eſt tamen ſciendum, quod Iacobus de Arena, in d. l. emptione. C. plus valere quod agitur, tenet, quod ad hoc, vt quis poſſit iudicari vſurarius in tali contractu, debent concurrere tria, ſcilicet quod emptor ſit conſuetus fœnerari, & quod interueniat iniuſtum precium, & quod ſit pactum de retrouendendo. Et idem tenet Cy. ibidem, in quarta quæſtione. Et dicunt, quod non ſufficerent illa duo, ſcilicet modicitas precij, & pactum de retrouendendo. Et quod in d. capitul. illo vos. de pigno. & in cap. ad noſtram de empt. & vendi. interuenerunt alia adminicula, quam prædicta duo tantum, vt patet in illis capitulis, prout etiam notat Ioan. Andr. in d. capit. illo vos. Bald. quoque in d. l. emptione. poſt Odofredum ibidem. Et in capitul. c. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, in vſibus feu. tenet hanc opinionem, quòd prædicta tria requiruntur, quam etiam tenet Petrus de Anch. in dicto. c. illo vos. aſſerens ſe ita conſuluiſſe in quadam quæſtione facti. Et idem conſuluit Paulus de Caſtr. in ſuo conſilio 325. quod incipit: *In cauſa mota per dominam Dorotheam*, in 2. coll. Et multi alij doctores idem conſuluerũt, maxime Alexand. de Innol. in ſuo conſilio 120. in 4. volumine. quod incipit. *Viſo proceſſu cauſæ vertentis*, in fin. Et hoc etiam tenuit Dominus Bartholomæus Cæpolla vbi ſupra, in 6. caſu principali, vbi ait: *Secundum iſtam opinionem, vidi conſultum per multos præclariſſimos doctores tamen iſtos. Et iſtam opinionem ſemper tenui, & conſului pro veriore. Et nunc teneo, & ita Conſulerem, & iudicarem, ſi caſus occurreret. Quia hæc opinio pluribus auctoritatibus, & rationibus comprobatur*, hæc ille. Qui ibidem multa

Ad hoc quod aliquis debeat iudicari vſurarius in contractu de retrouendendo, tria debent concurrere.

Digitized by Google

multa argumenta facit pro hac opinione. Dominus quoque Laurentius de Rodul. in ſuo tractatu de vſur. ſuper c. conſuluit, de vſur. quæſtion. 60. idem tenet, & refert quod dominus Laurentius de Pinu. in ſuo tractatu reſtitutionũ, dicit ita ſeruari in practica, ſcilicet quod illa tria requiruntur. Sed quicquid ſit de rigore iuris, & conſuetudine humani iudicij in foro conſcientiæ, attendenda eſt voluntas, & intentio contrahentis. Si enim hic contractus ſit factus in fraudem vſurarũ, licet non ſint omnes iſtæ coniecturæ: tamen quoad Deum talis emens eſt vſurarius, & tenetur ad reſtitutionem, ſecundum Alexandrum de Ales. vbi ſupra, & Monaldum in ſumma, & Angelum, in li. 2. C. de pac. inter emp. & ven. & Ioannem de Anania, in capit. conqueſtus, de vſuris.

Quid in foro conſcientiæ de his cõtractibus ſit cenſendum.

Vide etiam quo cõmittantur vſuræ in emptione poſſeſſionis.

QVarto hoc vitium vſuræ committunt quidam, qui emunt poſſeſſionem, vel domum, valentem mille pro quingentum, vel ſexcentum, aut circa: deinde locant eam, ſiue dãt ad emphyteuſim ipſi venditori, habita conſideratione precij, in emptione ſoluti; recipientes pro fructu annuo, quinque pro cẽtenario ſoluto. Iſte enim contractus eſt illicitus. Et præſumitur factus in fraudem vſurarum, ſecundum Communiter Doctores in d. c. ad noſtram. de empt. & vend. & in d. c. illo vos, de pigno. & Hoſti. in ſumma.

Lege caſum iſtum.

PRO meliori autem declaratione prædictorum, non inconueniens videtur ſubdere vnum cõſilium de libellis, quod annis iam quatuordecim tranſactis edidi ſuper caſu infra ſcripto, videlicet: Titius vendidit Martino fundum valentem mille, cum pacto de retrouendendo infra decem annos, vel in perpetuum. Deinde accepit illum à dicto Martino in emphyteuſim pro quinquaginta omni anno, cũ dicto pacto, quòd poſſit redimere &c, quæritur quid iuris?

CIrca hunc caſum examinanda ſunt quinque. Primo vtrum talis emptio cum pacto de retrouendendo ſecure poſſit fieri, & cum bona conſcientia, præſuppoſito, quòd habeãt bonam intentionem emendi, vel vendendi, ſine fraude, ſicut ipſi dicunt. Secundo quærendum eſt, vtrum in tali re empta, poſſit conſtitui noua emphyteuſis perpetua, cum ante nunquam fuerit data alicui in emphyteuſim. Tertio, vtrum iſte emptor prædicti fundi poſſit ipſum dare in emphyteuſim dicto venditori, cum ipſo pacto de retrouendendo. Quarto, vtrum dictus emptor poſſit accipere ex dicta emphyteuſi quinquaginta omni anno, id eſt, quinque pro centenario pecuniæ ſolutæ Quinto & vltimo, vtrum doctor requiſitus an talis contractus poſſit ſecure, & cum bona conſcientia fieri, debeat reſpondere, quòd ſic.

Emptio cũ pacto de retrouendẽdo an licite poſſit fieri?

QVo ad primum reſpondent quidam, quòd non videtur bonum facere talem contractum: quia licet non poſſit dici vſurarius præſuppoſita intentione nõ ſimulata, tamen poteſt præſumi contra ipſum, & à multis reputabitur factus in fraudem vſurarum. Et ratio eſt, quia ſecundum eos iſte contractus emptionis cum pacto de retrouendendo, inuentus fuit à principio ab vſurarijs ad palliandas vſuras, qui volunt in veritate mutuare, & palliare vſuram ſub nomine emptionis, & hoc aſſerunt dicere Hoſt. & Ioan. An. in c. ad noſtram. de emp. & vend. ergo &c.

Pro parte negatiua aliqua adducuntur.

Secundo non videtur bonum hoc facere, quia difficiliter poteſt cognoſci mera intentio quæ ſuſtinet hunc contractum. Et ſi ſit homo prudens, quærens diligenter latebras conſcientiæ, inueniet eorum intentionem non eſſe ita rectã emendi, & vendendi, ſicut aſſerũt. Eo maxime, quia talis venditor non habet in voluntate ſic contrahere, niſi cum pacto de retrouendendo, & ſic non habet voluntatem alienandi.

2. Pro negatiua arguitur.

Tertio quia cum talis caſus poſſit admittere multas fraudes, & varie ſuper eo ſentiant iuris doctores

3. Pro negatiua.

ac theologi, propter eius periculum, tutius est non facere, quia plus expedit animæ, vt notant Doct. in c. in ciuitate, de vsur. tex. in c. consilium, de obser. ieiu. gl. in c. vnico de scru. in or. fa.

Pro parte affirmatiua primæ ratio.

SED his non obstantibus dico quòd in contrarium est veritas, & quod hic contractus licite potest fieri, ac cũ bona conscientia, nec est aliqua iusta causa quare debeat præsumi, vel suspicari vsurarius vel factus in fraudem vsurarum. Quod sic probatur: Cui non competit diffinitio, non potest competere, nec debet attribui diffinitum, vt notatur in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iur. & in l. 1. ff. de dolo. & in cap. cum causam, de rapto. Sed huic contractui nullo modo potest competere aliqua diffinitio, siue descriptio vsuræ, vt patet discurrenti omnes diffinitiones, siue descriptiones vsuræ, positas in secunda parte præcedentis sermonis in princ. Ergo. &c.

2. Ratio.

PRæterea secundum Doct. in c. 1. de vsur. & Theologos in 4. dist. 15. Vsuræ vitium non committitur, nisi in mutuo vero, vel palliato, vt etiam notat Archi. in cap. 1. de vsur. in 6. in glos. in verbo, publicè. & allegat in argumentum. 14. quæstione 3. capit. 1. secundum Ray. & Gost. & probatur in cap. consuluit. de vsur. vbi in his casibus &c. & dum allegat illud dictum Euangelij Lucæ 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* & de alio contractu non loquitur. Sed in isto contractu non est mutuum verum, nec palliatum: Ergo in eo non potest esse vitium vsuræ. Quòd enim non sit mutuum verum, patet ex diffinitione mutui, de qua in l. 2. ff. si cer pe. & de hoc nemo dubitat. Quòd vero in eo non sit mutuum palliatum, etiam est clarum; quia vt præsupponitur in casu, emptor intendit vere emere, & venditor vendere, sicut ipsi dicunt in conscientia. Et ideo est vera emptio, & venditio, ac iustus, & licitus contractus, cum nõ habeat defectum in causa materiali, aut efficiente, vel formali, aut finali, cum fiat de re vendibili, & emptibili, & ab his qui possunt emere, & vendere; nec aliquid ponatur in hoc contractu, quod sit contra naturã emptionis, & venditionis, interueniatque iustum precium, ac bona intentio vtriusque contrahentis, cum alijs conditionibus, quæ requiruntur ad veram emptionem, & venditionem, de quibus, in l. 1. & 2. ff. de contrahen. em. Quapropter talis contractus est ab omnibus admittendus, & approbandus. *Quia nihil tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatẽ domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi,* Insti. de rerum di. §. per traditionem.

3. Ratio.

PRæterea ad hoc, vt quis ex aliquo pacto committat vitium vsuræ, requiritur quòd ex eo habeat aliquod lucrum in re, vel saltem in spe, secundum notata per Doct. in c. consuluit. de vsur. Sed iste emptor nullum lucrum habet, nec habere sperat pro pacto de retrouendendo, imo per hoc damnificat conditionem suam. Quia cum talis fundus non valeat nisi mille, & ipse eum emat dicto precio, cum pacto de retrouendendo, dictus fundus efficitur minoris valoris quo ad se, quia ratione dicti pacti, & obligationis quæ est super ipso fundo, nõ habet ipsum bene liberum, nec eum posset alienare, nisi cum dicta obligatione. Vnde si vellet alteri vendere, esset valde difficile inuenire sui precium, quod expendit in ipso emendo. Cum ergo per hoc pactum talis emptor faciat meram gratiam, & liberalitatem quandam ipsi venditori, vt dicit dominus Barthoromæus Cœpolla in tractatu suo de simulatis contractibus, in § qui incipit: *Ciuis quidem Veronensis,* circa medium, & in primo casu principali in princ. & per consequens faciat opus charitatis: temerarium esset iudicium, ei impingere vsurarum viraginẽ, & eũ reputare, malefactorẽ, qui ex tali pacto, quod totũ vertitur ad proximi cõmodum, & vtilitatẽ, magnam erga illum exercet pietatem.

Resolutio ad dubiũ de retrouendendo.

CONcludo ergo secundum communem omnium Doctorum sententiam,

in c.

Digitized by Google

in c.ad noſtram, de empt. & vendi. & in dicto capitulo illo vos , de pigno.quòd quando quis iuſto precio rem emit,licet faciat pactum de retrouendendo , dummodo non faciat mala intentione,nec vtatur aliqua fraude,cũ bona & ſecura cõſcientia facere poteſt. Imo potius meretur,quàm in aliquo minimo demereatur, quia vt dictum eſt iſtud pactum totaliter cedit ad venditoris profectum,& conſolationem, & fit gratia ipſius,vt patet per legem ſecundam. C. de pac. inter empt. & ven.cum concor. Et hunc contractum ſecure poſſe fieri tenet Hugo. vt refert Archi.in cap.plerique.14. quæſtion.3. Et idem tenet Hoſtien. & Aſſenſis , & Raymun.in ſumma,& Alexan.de Ales,in tertia parte ſummæ ſuper ſeptimo præcepto decalogi, & ſanctus Bernardinus in ſuis contractibus,& omnes theologi,in 4.diſtin.15. Et dominus Barthol.Cępolla vbi ſupra,in d.§.qui incipit:*Cuius quidam*:dicẽs, quod tale pactum eſt licitum de iure ciuili,canonico, & diuino. De iure ciuili patet in l.ſi fundum, & in *l.* ſi à te. C. de pac.inter emp.& vend.& ibi per Doct.& in l.quotiens.ff.de in diem addict. de quo etiam habetur per Ange.de Peruſio, in l. ad officium. C.communi diui. in fin. qui etiam in l.2.C.de pact.inter emp.& vend. dicit:*Nota ex hac lege quod illud pactum de retrouendendo eodem precio , quod apponitur in inſtrumento quotidie, valet, & tenet, nec ex hoc probatur contractus pignoraticius, vel vſurarius*, & adducit tex.in d.l.ſi à te.& in l.fin.ff. de lege commiſ.& in l.qui fundum, ff de contrahen.emp.ſubijciens,quòd fructus perceptos,emptor non reſtituet,nec computabit in ſortem , niſi à tempore morę,ſcilicet quando fuiſſet in mora reſtituendi rẽ ipſi venditori precium ſoluenti, vel offerenti. Et hoc quando talis emptor intendebat rem ipſam emere , & non pignori accipere. Similiter dicit Albericus de Roſate, in d.l.2. C.de pactis inter emp.& vend.per illum textum,& per textum in d.l.qui fundum. ff.de contrahen. emp.quòd pactum de retrouendendo cõiunctum cum emptione , & locatione, non reddit contractum vſurarium , vel illicitum, ſi non interuenit fraus, vel ſimulatio, aut læſio ipſius venditoris, cui locatur,& quod licite poteſt fieri,in foro conſcientiæ. Et dicit ſe ita in facto obtinuiſſe.Et idem tenet gloſſ. magna in terminis,in d.c. conqueſtus, de vſur.in verbo. magna. circa finem, ibi. *Non eſt tamen vſura, ſi vendo tibi fundum.&c.*Dicit quoque Bald.in c.1.verſi. *quæro quibuſdam pactis*, in tit. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ,in vſi.feu.*quod ex pacto de retrouendendo non naſcitur contractus fœneratitius, quia nulla lex vel decretum hoc dicit. Et quia emptio,& venditio,poteſt fieri ad certum tempus, l. 2. C. de pac. inter empt. & vendi.niſi emptor eſſet ſolitus fœnerari, & in fraudem vſurarum inſtrumenta ſimulata conficere,vt habetur in regula , Semel malus,de reg. iur. in 6.*hæc ille. Dicit etiam dominus Bartho.Cæpolla vbi ſupra,in 3.caſu principali,in duodecima pręſumptione, quòd non eſt differentia an fiat pactũ de retrouendendo, vſque ad certum tempus completum, vel in perpetuum, quia in vtroque caſu eſt licitum, nec ex eo inſurgit aliqua mala præſumptio, vt eſt caſus expreſſus,& in terminis in d.l.2.C. de pac.inter emp.& vendit. ibi, *precium, quodcunque vel intra tempora obtuliſſe*: vbi hoc notat Bal.in fi.qui dicit,quòd ex pacto de retrouendendo eodem precio , etiam lucrante emptore fructus medij temporis,etiam ante moram,contractus nõ pręſumitur ſimulatus. Et idem eſt de iure Canonico, vt probatur in d.c.ad noſtram de emp.& vendi. & in c.illo vos, de pignor. Nam ibi tale pactum non reprobatur ſimpliciter , ſed propter dolum & fraudem emptoris,vt ibi patet. De iure quoque diuino patet hoc pactum de retrouendendo eſſe licitum per ea quæ habentur Leuiti.25. cap. vbi dixit dominus filijs Iſraël : *Cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur.* Et ideo ſic infert dominus Barth.Cæpolla,vbi ſupra di. *Et iſtud ego credo in foro conſcientiæ, quòd hoc ſolum pactum de retrouendendo ad tempus , vel in perpetuum,non inducit aliquam malã præſumptionẽ, maximè præſumendum contractum eſſe vſurarium,*

Pactum de retrouendendo eſſe licitum in foro conſcientiæ oſtenditur.

vel

Digitized by Google

vel simulatum. Nam si lex tinilu, & canonica hoc permittit, non est dicendum illicitum, ne inde iniquarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur. l. meminerint. C. vnde vi. & c. qualiter & quando. el primo. extra de accusa. & facit lex. 2. C. de indic. vidui. sol. Et quia quod fit lege permittente, pœnam nō meretur. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adul. Et nemo dicitur damnum facere, nisi qui id facit quod ius facere non habet, vt in l. nemo damnum. ff. de regul. iur. hæc ille. Idem quoque tenet Monaldus in summa di. *quòd si prædium vendidi tali conditione, vt quandocunque ego, vel habens meus, soluerimus precium: vel sic. Si vsque ad decennium soluerimus, re habeamus prædium, emptor talis prædij, non committit vsuram, si non fiat aliquid in fraudem vsurarum,* & subdit, quòd facit fructus suos, licet ego postea soluto precio recuperem prædium, & hoc quādo interuenit iustum precium. Et idem tenet Archiepiscopus Floren. in secunda parte summæ capitulo octauo. in §. qui incipit: alius contractus, & allegat Vlde. idem confirmantem. Et idem tenet Inno. & Ioan. Andr. in capitulo. ad nostrā de emptio. & vendi. & pater Frater Angelus de Clauasio, in Angelica sua in vsura primo. §. sexagesimo. Et eiusdem sententiæ est Franciscus de Platea in tractatu de vsur. capitulo primo §. quadragesimo. vbi allegat Laurentium de Pinu idem tenentem. Auctor quoque Pisanellæ, & auctor supplementi in tractatu de vsuris. c. 3. idē affirmant, & omnes Summistæ, & Anton. de But. in c. conquestus, de vsur. Et ibi omnes alij Canonistæ.

Soluuntur arg. pro negatiua adductā.

NON obstant modo in cōtrarium adducta. Et 1. dum dicitur quod iste contractus à principio inuentus est ab vsurarijs secundum Host. & Io. An. Quia respōdeo, quod prædicti Doct. hoc non dicunt, sed bene asserunt, quòd vsurarij volentes palliare vsuras, inceperunt vti hoc contractu, sed ex hoc non sequitur quin talis contractus esset in vsu, antequam vsurarij inciperent eo vti ad fraudem. Imo per multa tempora ante erat in vsu. Tempore enim iuris antiqui vsurę permittebantur secundum quod dicit Azo. in summa in tit. de vsur. & hoc patet per l. primam & per totum tit. ff. de vsur. Et ideo tunc vsurarij non necesse habebant palliare vsuras hoc cōtractu, nec eo vtebantur ad fraudem vsurarum, & tamen prædictus contractus vēditionis & emptionis cum tali pacto de retrouendendo, tunc erat in vsu, vt patet per ea, quæ habentur in l. quod fundum. ff. de contrahen. emp. & in l. quoties. ff. de in diem addic. Verum quia postea per Imperatorem Christianum restricta est vsurarum voracitas, vt patet in l. eos. §. circa vsurarum voraginem. C. de vsur. & postea per ius nouissimum in totum prohibita, vt patet in authen. de Eccles. ti. 1. §. 1. col. 9. & in authen. ad hæc. C. de vsur. & per gloss. & Doct. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & fide Cath. Per ius quoque canonicum nō solum fuit prohibita, vt patet in toto tit. de vsur. & in c. quoniā 47. di. sed etiam diuersæ pœnæ contra ipsos vsurarios sunt constitutæ, & contra eorū fautores & defensores, vt patet in cap. 1. de vsur. in 6. & in Cle. ex graui. eodem tit. Ideo ex tunc inceperunt vti vsurarij hoc contractu. Cum igitur hic contractus sit licitus, imo magnæ pietatis, vt supra ostensum est, sequitur quòd cum bona & secura conscientia potest fieri, licet mali eo malè vtantur. Sicut bene facit dans eleemosynam virgini bona intentione, licet luxuriosi talibus eleemosynis soleant virgines sub prætextu pietatis ad luxuriam incitare, & sub specie boni pallient rabiem incontinentiæ. Et prædicta probantur per capitulum de occidendis 3. q. 5. vbi ait August. quod bonum aliquod opus facientibus imputari non debet crimen, pro eo quod aliqui ipso opere male vtantur.

Ad illud quod 2. obijciebatur responsio.

NON obstat secundo, dum dicitur, quòd difficulter potest cognosci bona intentio taliter contrahentium, quia respondeo hoc esse falsum. Præsupponitur enim in casu, quòd ipsi in conscientia dicant, quòd bona intentione emendi, & vendendi contrahunt. Et ideo credendum

Digitized by Google

dum de illis, quia in foro cõſcientiæ creditur homini timorato, pro ſe & contra ſe, vt dicit Hoſtien. in ſumma, & B. Tho. in quadam q. de quolibet. Non eſt ergo verum, quòd non poſſit ſciri nec bene cognoſci eorum intentio. Quis enim melius poteſt ſcire quę ſunt in homine, quàm ſpiritus ipſius hominis? vt ait Paulus primæ ad Corint. 2. & Aug. ſerm. de Virginibus. Cum ergo verba ſint notę earum quę ſunt in animo paſſionũ, vt dicit Philoſophus. in 1. Periher. non poteſt melius cognoſci animus, & intentio alicuius, quàm per eius atteſtationem, & cõſequenter cum ex verbis contrahentium pateat, quod bona intentione contrahunt, non debemus ire per coniecturas & ſuſpiciones, ſiue præſumptiones, quæ tunc debent inquiri, quando aliter rei certitudo nõ poteſt haberi, vt nota in l. 1. ff. de quæſti. & in l. antiqui. ff. ſi. pars hære. pet. Nam in certis non eſt locus coniecturis, c. eſtote. de regulis iuris.

Reſpondetur ad illud quod obijcitur in 2. arg. de non habẽdo voluntatem alienandi.

NOn obſtat tertio, dum dicitur quòd iſte venditor non habet voluntatem alienandi liberam, &c. Quia reſpondeo, quod etiam præſuppoſito quod non habeat voluntatem vendẽdi niſi cum pacto de retrouendendo, quod ſibi detur in emphyteuſim, hoc nihil obſtat quin venditio in caſu noſtro valeat, quia voluntas eius eſt omnino libera, quo ad talem contractum de venditione cum dicto pacto, quod patet ex eius proteſtatione. Et ideo debet talis cõtractus ſeruari, quia eſt nihil tam naturale, quàm ea quæ paciſcentibus placuerunt obſeruare, cap. qualiter extra. de pac. & l. 1. ff. eod. & l. non minorem. C. de tranſact. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. l. contractus. ff. de reg. iur. & c. contractus, eodem titul. lib. 6. & l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti. Falſa ergo eſt iſta conſequentia. Iſte non habet voluntatem vendendi ſine pacto de redimendo; ergo non habet voluntatẽ alienandi, & transferẽdi dominium per venditionem cum tali pacto; quod oporteret concludere, ſi vera eſſet obiectio. Concluditur itaque quòd ex quo per ius diuinũ, Canonicum, & ciuile, eſt ordinatum quòd talis vẽditio valeat, & per ipſam transferatur dominium in emptorem, non obſtante tali pacto de retrouendendo, quilibet intendens taliter vendere, transfert dominium in emptorem. Et ſi dicatur quòd talis venditor niſi eſſet in aliqua neceſſitate non venderet, quod patet, quia vult ſibi fieri pactũ de retrouendendo, & ideo nõ videtur habere voluntatem liberam; Dico quod hoc nõ obſtat: Aliter paucæ venditiones valerent, imò vix aliqua reperiretur valida. Rariſſime enim inuenitur aliquis qui vendat ſuas proprietates, niſi ratione alicuius neceſſitatis. Et ſi poſſet retinere rem ſuam, & facere alia ſibi neceſſaria, vel expedientia, non venderet. Et ſi emptor vellet ſibi facere pactum de retrouendendo, non diminuendo de iuſto pretio, libenter acceptaret, cum hoc pactum non poſſit ſibi nocere, ſed tantum prodeſſe, vt ſupra dictum eſt. Hæc ergo neceſſitas vendendi, & voluntas recuperandi non vitiat contractum, quia talis voluntas licet aliquo modo videatur coacta, tamen eſt voluntas ſufficiens ad ſe obligandum per contractum ar. in l. ſi mulier. §. pœn. ff. quod me. cau. & in cap. merito. quæſtion. prim. aliter autem ſequeretur, quod quilibet venditor poſſet irritare & annullare quamcunque venditionem abſolute factam, ſi probare valeret quòd neceſſitate ductus vendidit. Et conſequenter quaſi omnes venditiones infringerentur, quod eſſet abſurdum.

Conclditur talem contractum eſſe licitum.

Alicuius obiectionis reſponſio.

Ad id quod 2. obijcebatur reſponſio.

NOn obſtat vltimo dum dicitur, quod cum in hoc contractu poſſint cõmitti multæ fraudes, & cum variè ſuper hoc ſentiant doctores, propter periculum nõ debet fieri; Quia reſpondetur, quòd cum talis contractus fiat cum debitis circunſtantijs in caſu noſtro, vt patet ex prædictis, non eſt periculum alicuius fraudis. Nec in hoc caſu aliqui Doct. vel Theologi authentici, dicunt hunc contractum non poſſe fieri cum bona conſcientia, niſi

forte sit aliquis nimis scrupulosæ conscientiæ; cui tamen non est attendendú, iuxta notata, per B. Thom. 1. 2. q. 19. & S. Bonauent. in 2. dist. 39. artic. 1. quæst. 3. Et prædicta cõfirmantur per dictum Domini Laurentij de Rodulph. in suis tractatibus. de vsur. vbi allegando, & sequendo Petrum de Ancha. dicit, quòd vbi apparet ex diuersis indicijs, quòd intentio contrahentium est bona, debet iudicari, quod licite contrahant, & hoc tenere est magis pro salute animarum, nec putat esse tutum, ita stricte decidere, & scribere, propter quod multæ animæ in viam perditionis inducuntur. Scrupulositas ergo est vitanda. l. sed & hę in ver. *sed hæc nimium scrupulosa sunt.* ff. de excu. tu. De quo notant Doct. in cap. inquisitioni. de sentent. excom. & in cap. tua de simon. Præterea vt dicit Bald. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. pet. *actus dubius non debet iudicari vsurarius, vbi potest procedere, sine vitio vsuræ.* per l. si ex pactione. cũ ibi notat. C. de vsur. quia validior præsumptio elidit imbecilliorem. c. literas. de præsump. & facit capitulum, quia verisimile. eod. tit. & quod notat Panor. in c. in nostra. de testi. Multo ergo minus hoc iudicari debet in casu nostro, in quo est certitudo rectæ intentionis contrahentium, quæ debet attendi. c. cum in illis. de præben. libr. 6. & c. cum dilecto. de verb. sig. & c. secundo requiris. de appel. & per Doct. in c. consuluit de vsur.

Responsio ad omnes auctoritates quæ in contrarium adduci possunt.

SI quis autem Doctor allegetur, qui hũc contractum suspectum habeat, dico quod loquitur, quando est inæqualitas, & iniustitia in precio, vel quando talis emptor est vsurarius, aut cõsuetus facere tales cõtractus in fraudem vsurarum. Quia tunc præsumitur contra eum; *nam semel malus, in eodem genere delicti, semper præsumitur malus.* l. 3. idem erit. ff. de suspec. tu. & l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. & l. palam. §. non solùm. ff. de ri. nup. Sed cum emptor in casu nostro, non præsupponatur facere solere contractus illicitos, vel in fraudem vsurarum, sitque æqualitas, & iustitia in precio, præsumptuosum iudicium esset, contra eum opinari quòd faciat in fraudem, maximè cum præsupponatur eius bona intentio. Quia quilibet præsumitur bonus, nisi apareat contrarium l. omnimodo. C. de inoffic. testam. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. cum similibus. Et posito quòd nobis non constaret expresse de eius intentione, tamen deberemus de eo haber bonam opinionem, & bene de ipso præsumere, cum dubia debeant in meliorem partem interpretari, capitul. estote. de regul. iur. & l. semper in dubijs. ff. eodem titul. & l. proximè. ff. de his quæ in testam. delen. Concludo ergo secundum omnes Theologos. in quart. dist. 15. & Canonistas in d. cap ad nostram de empti. & vendi. quòd ad hoc vt emens cum pacto de retrouendendo præsumatur facere in fraudem vsurarum, non sufficit solum tale pactum de retrouendendo, sed vltra illud requiritur, quòd saltem sit iniustitia, & inæqualitas in precio. Quòd intelligi potest dupliciter, scilicet vel quòd non emat iusto precio, vel quòd ponatur in pacto redimendi, quod in redimendo aliquid plus ei soluatur quàm expendit, aut aliquod aliud emolumentum consequatur. Vel si sit iustum precium, saltem requiritur, quòd sit consuetus facere contractus vsurarios, vel in fraudem vsurarum; Tunc enim dicunt multi Doc. præsumi contra eum, & indubitanter, quando hæc tria simul concurrunt, scilicet notabilis inæqualitas in precio, consuetudo fœnerandi, vel illicitos & suspectus contractus faciendi, cum ipso pacto de retrouendendo, & dicunt multi Doctores; hæc tria debere concurrere, vt quis iudicetur vsurarius, vt supra visum est, licet alij dixerint sufficere duo illorum. Sed in casu nostro, nec tria prædicta, nec duo concurrunt, cũ emptio fiat iusta intentione, & iusto precio, & ab homine non consueto fœnerari, & cum alijs bonis circunstantijs: ergo talis bonæ fidei emptor, non debet habere scrupulum conscientiæ ad faciendum talem, nec potest aliqua mala suspicio de eo rationabiliter haberi, secundum communem

Inæqualitas in precio intelligitur dupliciter.

Quãdo præsumi possit contractum de retrouẽdendo esse factum in fraudem vsurarum.

Digitized by Google

nem omnium Doctorum, & Theologorum ſententiam. Et ſic patet primum dubium, ſcilicet quòd licitè poteſt quis emere aliquid cum pacto de retrouendendo pro eodem precio, quando emitur res iuſto precio, & interim donec redimatur, facit fructus ſuos, nec tenetur eos cõputare in ſortem; non obſtante eo, quod ſcriptum eſt Leuit. 25. vbi inquit Deus: *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, poterit proximus eius eam redimere ſi voluerit. Si vero non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore quo vendit. Et quod reliquum eſt, reddet emptori, & ſic recipiet poſſeſſionem ſuam*: hæc ibi. Quia reſpondetur primo, quòd Deus fecit hanc legem particularem in terra promiſſionis, quæ eſt particulari modo ſua, quia eam acquiſiuit populo Iſrael in manu valida. Licet etiam omnis alia terra ſit generaliter ſua, vt habetur Pſalm. 3. Vnde in eodem Leuit. cap. ipſe ait: *Terra hæc non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni mei eſtis. Ius autem ſingulare non eſt trahendum ad conſequentias.* l. ius ſingulare. ff. de legi. Secundo, præſuppoſito quòd non eſſet lex particularis, ſed communis, reſpondetur quòd eſt lex iudicialis, ſiue præceptum iudiciale, ad quod non tenemur de neceſſitate, licet enim ad moralia præcepta legis antiquæ ſimus obligati, non tamen ad iudicialia, cæremonialia autem ſeruare prohibemur, vt per Nicolaum de Lyra Exod. 20. cap. & per Thom. 1. 2. quæſt. 104. articulo tertio. Tertio poteſt dici, quod vt in prædicto capit. habetur, terra illa non poterat vendi, niſi ſub conditione redemptionis, & ſi non redimebatur, reuertebatur tamen ad venditorem, in anno quinquageſimo libera, ſcilicet in Iubilæo. Vnde quanto maius tempus reſtabat vſque ad quinquageſimum annum, tanto carius vendebatur, & quanto minus, tanto vilius. Ideo poſſeſſio vendita in vigeſimo anno in duplo, minus valebat in quadrageſimo, quam in vigeſimo. Et ſic iuſſit Dominus computari fructus, non quia tantum de precio diminueretur, quantum valebant fructus, ſed quia proportionabiliter tantum minuebatur de precio, quantum de tempore percipiendorum fructuum. Et quod iſte ſenſus ſit bonus, ſignum eſt, quia poſito quod illa terra redderet ad rationem de ſex pro centenario, quia erat valde fertilis, & ideo etiam plus reddebat in decem & ſeptem annis, omnis terra vendita fuiſſet in toto libera, & venditor eam potuiſſet reſumere, nullum ſoluendo precium, ſi prædicta verba intelligerentur, quod fructus deberent computari in ſortem, & tamen ibidem dicitur quod vſque ad quinquageſimum annum eſſet emptoris, niſi particulariter ante redimeretur, ergo, &c.

Reſponſio ad quandam auctoritatem Leui. 25.

IDeo autem ſupra ſignanter feci mentionem de notabili inæqualitate precij, quia ſi eſſet aliqua minima ſeu modica inæqualitas in precio, quæ non proceſſiſſet ex fraude ſeu dolo, ſicut ſæpe accidit, quia precia rerum non ſunt punctualia, vt patet in l. precia rerum. ff. ad legem fal. per ipſam modicam inæqualitatem, non vitiaretur contractus, quia vt ait beatus Thom. 2. 2. quæſtion. 77. de mente Philoſophi, tale modicum recta ratio debet apprehendere quaſi nihil, & facit lex. ſcio. ff. de in integ. reſtitu. vbi dicitur, *quòd de minimis non curat prætor*, & dicit beatus Tho. ibidem, quòd tales contractus ſemper videtur comitari contractus donationis in minimis. Vnde dicit Dominus Bart. Cœpolla, vbi ſupra, in tertio caſu principali in ſecunda pręſumptione, *quòd quia iuſtum pretium non eſt punctualiter determinatum; ideo modica additio, vel diminutio, non videtur tollere æqualitatem iuſtitiæ: & hoc tenet ſanctus Bernardinus in ſuis contractibus, ſerm. 35. art. 1. c. 2.* hæc ille. Qui etiam ibidem dicit, quòd non inuenitur aliquis rectus qui dicat cõtractum præſumi vſurarium, vel ſimulatum, propter pactum de retrouendendo, & illam modicitatem inæqualitatis pretij, ſi alia præſumptio, vel coniectura contra ipſum emptorem non appareat. Quæ omnia ſunt vera, præſuppoſita bona

Minima inæqualitas precij non vitiat contractum.

Digitized by Google

intentione & secluſa omni fraude ipſius emptoris, vt præſupponitur in caſu noſtro.

Quid ſi dictus emptor nolit facere hanc gratiam pacti de retrouendendo, vt ſi diminuatur de pretio rei

SEd ponamus, quod dictus emptor nolit facere hanc gratiam pacti de retrouendēdo, niſi diminuatur de pretio rei. Quæritur quid iuris? Et reſpondetur, quod nemo tenetur ſeruire proximo cum ſuo detrimento, c. ſi non licet, & ibi glo. in verbo. à ſemetipſo. 23. q. 5. & l. qui ſeruandarum, in prin. ff. de præſcrip. ver. & cap. qui vult. vbi. glo. de pœni. di. 3. & c. 1. de commo. Cum ergo prædictus fundus præſupponatur ſolummodo valere mille, ſi libere & abſolute vendatur; clarum eſt, quòd nō tantùm valebit cum prædicta obligatione, & ſeruitute, ſiue onere de retrouēdendo: Et ipſi emptori non erit tanti pretij quo ad ſe, nec etiam quo ad alios. Nam ipſe merito reputabit eum minus valere, nec ei erit ita gratus, nec tantam affectionem erga ipſum ponet, ſicut faceret, ſi eſſet certus; quòd non cogetur eum reuendere: propter hāc enim obligationem & timorem ne redimatur, ceſſabit à multis melioramētis, & forte ab emptione aliorum fundorum ibidem, quos emeret ſi eſſet ſecurus ſemper retinere prædictū fundum, &c. Item quo ad alios non tantùm æſtimabitur, nullus enim eſt ita inſanus, vt putet vnum fundum valentem mille abſque aliqua obligatione retrouendendi, valere tantundem poſt dictam obligationem, nec aliquis ſapiens illum emeret pro eodem pretio, niſi hoc faceret pro opere pietatis & Eccleſiæ. Et ideo prædictus emptor poteſt emere ipſum fundum pro tanto minus, quantum ad arbitrium bonorum & expertorum virorum æſtimabitur minus valere. Nec tunc dicetur illū emere iniuſto, ſed iuſto pretio, quia cum tali onere non valet plus, prædium enim cui imponitur ſeruitus ſeu obligatio, dicitur diminui in iure ſuo & valore, ſecundum notata per Bart. in l. 1. ff. de ſeruitu. in diffinitione ſeruitutis, & probatur per l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte. ff. de verb. obl. & ita tenet Panor. in c. ad noſtram. de emp. & ven. 4. col. di. *Emptor, licite poteſt emere pro minori pretio, ratione prædicti pacti de retrouendēdo, quia illud pactum cenſetur pars pretij, argumento. l. fundi partem. ff. de contrahen, em.* Credo tamen, quod talis emptor ſi locat prædictum fundum ipſi vēditori, non debet recipere fructum, ſecundum valorem ipſius fundi abſolute conſiderati, ſed per reſpectum ad valorem ſic conſideratum ratione prædicti oneris, & quantum ei eſtimatum eſt, vt in ſimili dicit Bartholomæus Cœpolla in tractatu de contractibus ſimulatis, in tertio caſu principali in tertia præſumptione, & in quarto caſu principali. Si vero ipſum fundum locet alteri quā venditori, vel ipſe eius fructus percipiat, credo ipſum teneri, ad ſatisfaciendum ipſi venditori, quo ad illam partem fructuum, ſiue reddituum, quæ eſſet vltra prædictum valorem pretij ſoluti. Licet enim dictus fundus ratione illius oneris aliquid minus valeat de mille, & propter hoc poſſit emi tali pretio, tamen reddit fructus fundi valentis mille, & cōſequenter talis emptor non debet locupletari, cum vēditoris iactura. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. aliter iniuſte, & cōtra charitatem reciperet ipſos fructus. Et hæc etiam eſt opinio Domini Bartholomæi Cœpollæ, vbi ſupra, in primo caſu principali, ad finē, & in tertio caſu principali, in tertia præſumptione, ad finem: Qui licet ibi dicat, quod talis emptor nō debet emere ipſum fundum pro minori pretio, ratione pacti de retrouendendo, licet nō faciliter poſtea poſſet vendi pro eodem pretio, ſed oportebit forte eum vēdere minori pretio, propter ipſum pactum de retrouendēdo, & allegat ad hoc, quod beneficio affici hominem decet. l. ſeruus. ff. de ſeruis ex. & addere poſſumus. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. & l. ſi nō ſortem. §. libertus. ff. de condi. inde. tamen hæc ratio non concludit de neceſſitate, ſed de vitę perfectione, ad quam talis emptor non tenetur; nō enim eſt obligatus in ſe perdere, vt alij ſatisfaciat. l. ſi quando. C. de teſt. & l. nuper, in fi. C. de naturali. lib. nec tenetur cū ſuo damno negotia

Digitized by Google

goria amici procurare, ſecundùm Bal. in proœ. decret. per l poſtulante. in fi ff. ad Trebel. regula enim diligendi proximũ, à ſeipſo incipere debet. c. ſi non licet. 23. q. 5. & c. niſi, de aucto. & vſu. pa. & l. præſes. C. de ſerui. & aqua. Quia igitur prædicti Doctoris dictum, non fundatur ſuper aliqua lege, ideò non videtur tenendum per l. illam. C. de colla. & in authen. de trien. & ſemiſ §. conſideremus. Item quia ratio ibi allegata per eum nihil facit contra præſentem deciſionem, in qua ceſſat abſurditas, de qua ipſe loquitur. Nam hic eſt iuſtum pretium rei venditæ, cum ſuo onere conſideratæ, & quantum communiter reperiretur de illa cum tali onere, & fructus non percipiuntur ab emptore, niſi ſecundùm valorem rei ſic conſideratæ cum prædicto onere, & pretij ſoluti. Nec eſt verum, quod dicit prædictus Doctor, quòd talis emptor non emit cauſa vendendi; Quia imò quilibet emens, communiter emit animo vendendi, quotieſcunque ei neceſſarium fuerit vel vtile, licèt ceſſante prædicta neceſſitate, vel vtilitate, intendat ipſam rem tenere.

Quæritur quid iuris, ſi ipſe venditor non redemerit ipſum fundum infra tempus conſtitutum, vel propter mortẽ, vel propter impotentiam.

SEd ponamus quòd ipſe venditor, morte præoccupatus, vel impotentia, aut alia ſimili cauſa, quæ non ſapiat vim donationis, non redemerit ipſum fundum infra tempus conſtitutum, nec etiam eius hæredes, ſi quæratur quid iuris? Reſpondeo, quòd ſi talis emptor interim ratione prædicti pacti de retrouendendo, paſſus eſt aliquod damnum, vtputa, quia accidẽte ſibi neceſſitate voluit eum vendere, & non inuenit emptorem, qui vellet emere cum illo pacto de retrouẽdendo, aut qui vellet ſoluere debitum pretium, propter prædictum pactũ, & propter hoc damnificatus eſt ipſe emptor, vel alia ſimili cauſa poterit retinere, tantum quantum damnificatus eſt, reliquum verò vſque ad totam æſtimationem ipſius rei in ſe, credo quod quicquid ſit de rigore iuris, & in foro contentioſo, teneatur dare venditori, vel hæredibus eius, in foro conſcientiæ, quia minoratio pretij ſibi conceſſa in ſoluẽdo ſolùm ratione ipſius pacti, & oneris, ceſſat ablato illo onere, abſque facto ſuo. Et hoc prædicabat B. Frater Bernardinus Feltrinus, & eadem hebdomada, qua infirmatus eſt illa ægritudine, qua poſtea tranſiuit ad Dominum, dum à me periſſet, quid ſentirem in iſto caſu. Poſt reſponſionem meam, dixit mihi, quòd multi Doctores ita tenebant. Inter quos nominauit quẽdam doctiſſimum iuris monarcham, qui ita in ſcriptis determinauerat, videlicèt, quòd talis emptor teneretur in conſcientia ad ſuppletionem pretij diminuti, ex prædicta cauſa. Quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. c. cum ceſſante. de appel. cum ſimilibus. Quod tamen intelligitur deducto omni ſuo damno, vt ſuprà dictum eſt. Nam vt inquit gloſſa. in c. ex literis, de iureiur. nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat, & allegat l. fundus. ff. familiæ. hercif. Ex hac autem determinatione, poteſt reſponderi omnibus argumẽtis, quæ fieri poſſent contra iſtum contractum. Nam vt patet ex antedictis, nulla fraus, vel læſio ipſius venditoris, interuenire poteſt. Et ideò eſt bonus & iuſtus. Sed Bartholomæus Cæpolla, vbi ſuprà, in quarto caſu principali in verſi. *vt autem hæc materia*, largiùs loquens, ſic dicit ad literam: *Quando vterque habuit animum contrahendi, videlicet emptor ẽmendi, & venditor vendendi, quod quando ſit, conſtare poteſt maximè per confeſſionem partium, vt dixi, in prima præſumptione. tunc indiſtinctè dicas, quòd ille contractus non poteſt dici ſimulatus, vel pignoratitius ſiue vſurarius, etiam ſi eſſet læſio enormis in contractu venditionis & conductionis, & in pacto de retrouendendo. Et etiam ſi emptor eſſet ſolitus fœnerari, vel ſimiles contractus facere. Ex quo ipſi vſurarij poſſunt celebrare veros contractus. Et quandoque ipſos vere, & non ſimulare celebrant, vt dicit Bal. in l. emptione. C. plus valere quod agitur, & dixi ſupra in vigeſima quarta præſumptione, quia in certis non eſt locus coniecturis. l. continuum. §. cùm ita quis. ff. de verborum obligatio. cum ſimili. & dixi ſupra in primo caſu principali. Difficile tamen erit probare in*

Digitized by Google

foro contentioso, quòd vterque habuit animum contrahendi, quando interuenit læsio in contractu, vel emptor est solitus fœnerari, vel similes contractus facere. Sed in foro conscientiæ facilis erit probatio, quia stabitur conscientiæ conscientis se puram, & simplicem intentionem habuisse, vt supra dixi. Et quando læsio interuenit, licet non possit dici contractus simulatus, & fictitius, aut vsurarius, poterit tamen dici illicitus. Inter quæ est differentia, secundùm ea quæ dixi in primo casu principali. Hæc ille. Hanc autem differentiam assignauit, vbi suprà, quòd per hoc non infringetur cõtractus, sed in potestate emptoris erit satisfacere venditori damnum passio de illa læsione, & contractus tenebit, secundùm ea quæ habentur in l. 2. C. de rescin. ven. & in c cum dilecti. de emp. & ven Ex quibus omnibus patet, quòd casus noster est clarissimus, & iustissimus, cùm in eo vltra bonam intentionem cõtrahentium interueniat æqualitas, & iustitia pretij debiti, & emptor nõ præsupponatur esse vsurarius, nec solitus facere cõtractus illicitos.

Emptor an constituere possit nouã emphyteusim in perpetuum in fundo empto.

QVO ad secundum dubium, Respondeo, quòd quia in sequẽti dubio quærendum est, an ipse fundus possit dari in emphyteusim ipsi venditori; in hoc dubio tantum quæremus, vtrum emptor possit in fundo constituere nouam emphyteusim in perpetuum, cùm antè nunquam fuerit alicui traditus per hunc titulum? Et quibusdam videtur, quòd non. Nam si iste emptor emit rem Ecclesiæ, puta auctoritate Apostolica cum pacto de retrouendendo; clarum est, quòd res Ecclesiæ non potest dari de nouo in emphyteusim in perpetuum, per tex. in c. nulli. de rebus Eccl. non alienandis. Si autem loquamur de emptore rei secularis, etiam dicunt, quòd non licet. Nam iste contractus non videtur eis esse æquus de iure, quo dominium priuari nõ debet in perpetuum vsufructu suo. ar. in §. finitur. Insti. de vsufruc. & l. corruptionem. C. eo. & c. exijt qui seminat. §. porrò. vers. nec his obuiare. de ver. signif. in 6. Sed si iste contractus valeret, dominium remaneret in perpetuum, sine vsufructu, ergò &c. Item allegant Inno. in c. in ciuitate, de vsur. dicentem, quòd emptio redditus iam formati, seu cõstituti licita est, sed ab emptione redditus non formati, nec alias constituti consulit abstinendum, ergò & in proposito similiter est dicendum, secundùm eos. Respondeo quòd iste contractus est licitus. Pro cuius declaratione dico secundùm Spec. in ti. de loca. § nunc aliqua. vers. 5. quòd emphyteusis aliquando cõceditur in perpetuum, aliquando ad tempus puta vsq; ad decimum, vel vigesimam annum, vel ad vitam emphyteutæ, aut vsq; ad tertiam vel quartam generationem, vt in authen. de non alienan. §. emphyteusim. Tamen dicit Bal. & Ang. in l. 1. in prin. ff. si ager. vecti. vel emphy. pe. quòd propriè dicitur emphyteusis, quando est perpetua, & idem dicit ipse Bald. in rubri. & in l. 2. C. de iure emphyteu. Et ad hoc facit tex. in §. adeò Insti. de locato. in ver. perpetuo. quem textum ibi ad hoc notat Ang. de Aretio. Et idem habentur in §. licentia in authen. de aliena. emphy.

Responsio ad dubium.

Aliqua adducuntur pro negatiua parte.

NON obstant autem in cõtrarium adducta; & primò dum dicitur quòd dominium non debet remanere in perpetuum sine vsufructu; Quia respondeo, quòd hoc verbum perpetuũ potest multipliciter intelligi, & maximè tribus modis ad propositum. Primò in perpetuum, id est, per totam vitam hominis, siue vsque ad eius mortem, & de hoc est tex. in l. 1. ff. pro socio. Secundò in perpetuum accipitur, id est, vsq; ad triginta vel quadraginta annos. Et hoc modo accipitur, Insti. de perpe. & tem. act. in prin. Et his duobus modis clarum est, quòd potest dari aliquid ad emphyteusim in perpetuum, quia dominium non remanet imper sine vsufruc. ipsi domino. Tertiò dicitur in perpetuum, id est, sine præfinitione temporis, vt in l. 3. ff. de excep. Et hoc etiam modo potest res dari ad emphyteusim, si non est Ecclesiastica. Et de

Responsio ad obiecta pro negatiua parte.

Perpetuum tribus modis accipitur.

Perpetuum potest dari.

hoc

hoc eſt tex.in d.§.adeò.Inſti.de loca. cum gloſſ. & in l.1.ff.ſi ager.vec. vel emphy. pe. Nec in hoc contractu dominium remanet in perpetuum, ſine vſufruc. quia ſi non ſoluatur cenſus, reuertitur omne ius emphyteutæ ad dominum. l.2. C. de iure emphy.& in c.fi.de locato. Præterea dato, quòd ſemper ſolueretur cenſus, dominium nunquam remanet ſine fructu,quia habet annuum redditum, & ſic eſt vtile domino. Et ideò poteſt quis locare in perpetuum fructus annuos, pro annali penſione, etiam per contractum non emphyteuticum,l.1.§.1.ff.de ſuperfi.

Solutio dicti Innoc. in contrarium adducti.

NOn obſtat etiam dictum Innocentij, quia non loquitur in caſu noſtro, ſed in hoc caſu, quando aliquis daret alicui mille,cum hoc pacto quòd ſibi teneretur dare quinque pro centenario in perpetuum,conſtituendo talem redditum, ſuper aliquibus bonis ſuis, à quo contractu conſulit Chriſti fidelibus abſtinere. Cuius tamen dictum reprobat Panormit. & communiter alij Doc.in dicto. c. in ciuitate,de vſur.quando dans pecuniam,vt habeat talem redditum, non intendit ipſam mutuare, ſed ipſam totaliter in dominium accipientis transferre, quia ibi non eſt mutuũ, nec palliatio mutui, ſi vterq; contrahentium habeat bonam intentionem & voluntatem. Nec aliquid valet ratio, quam aſsignat Innoc. quare non poſsit de nouo conſtitui annuus cenſus,ſcilicet, quòd in non conſtituto antè,non videtur merces in rerum natura, & ita nec vera emptio,quæ requirit mercedem,pretium,& conſenſum; Quia imò ibi eſt merces,ſcilicet ipſe redditus, qui contrahendo conſtituitur, & ius illum percipiendi,ex ipſo contractu, quod acquirit emptor. Imò etiam ſine mercede exiſtente,in rerum natura fit emptio, vt puta in ſola ſpe, vt in actu piſcandi. Poteſt enim quis vendere,& alius emere capturam piſcium.Et ſiue aliquid capiatur, ſiue non capiatur, valet emptio & venditio,& tenetur emptor ad pretium,quia ſpei emptio eſt; Vnde & partus futurus ancillæ, vel pecudis emi poteſt. Et de prædictis omnib. eſt tex.in l.nec emptio. ff.de contrahen.em.Et ſic patent duo, ſcilicet,quòd dictũ Inno.nõ eſt verũ,&quòd etiam ſi eſſet verum,non facit ad propoſitum noſtrum, nec aliquid obſtat in re nõ Eccleſiaſtica,quin poſsit iuſtè & licitè cõſtitui de nouo ius emphyteuticũ. Et aliter dicendo eſſet venire contra text. in lege prima, Codic. de iure emphyt.

An emptor poſsit dare, ad emphyteuſim venditori, cum pacto de retrouendendo.

QVo ad tertium dubium, vtrum ille emptor poſsit dare ad emphyteuſim dicto venditori præfatum fundum cum dicto pacto? Reſpondent quidam quòd non,quia ex quo paciſcitur de retrouendendo,& dando in emphyteuſim, & ita facit de facto ad emphyteuſim, poſt venditionem dando ipſi venditori, propter hoc poteſt,& debet ſecundùm eos, præſumi vſurarius. Dicunt enim, quòd licet hoc ſolum pactum de retrouendendo non faciat præſumi aliquem vſurarium,tamen pactum de dando in emphyteuſim ſimul cum alio de retrouendendo, ſatis videtur facere ad præſumendum,quod talis emptio eſt facta in fraudem vſurarum. Duo enim vincula magis ligant,quàm vnum. §.penul. in authen. de conſangui.& vte.fra.l.fi.C.de edic. di. Adrian.tol.& §.affinitatis, Inſti.de nup.

Pro negatiua.

Ad dubiũ reſponſio.

Reſpondeo hoc eſſe falſum. Nam contractus emptionis cũ pacto retrouẽdendi pro eodem pretio,& dandi ad emphyteuſim,eſt licitus de iure ciuili, canonico, & diuino, vt ait dominus Franciſcus de Curte,iuris vtriuſque monarcha, in ſuo conſilio ſuper hoc particulariter edito,aſſerens quòd ſecundùm doct.communiter,in c.in ciuitate,& in c.nauiganti,& in c.conqueſtus,de vſur.in foro conſcientiæ eſt iuſtus: & ita dicit ſe conſuluiſſe in Alemania alta, & ſimiliter conſuluiſſe AEgidium Ariminenſem archiepiſcopũ,in Concil.Conſtantien.& cũ eo excel-

excellentes duodecim Doctores vtriusque censuræ, per modum tractatus, qui appellatur tractatus duodecim doctorũ, & illud etiam consuluerunt plures alij valentissimi viri, vt ibidem ipse testatur, & Martinus Papa V. in sua extrauaganti, Ad futuram rei memoriam, quam affirmat se vidisse, declarauit auctoritate Actoritate Apostolica, & ex certa scientia, præfatum contractum esse iuridicum & licitum, ac bona conscientia posse fieri. Et ideò non est aliqua iusta ratio præsumendi contra ipsum contractum casus nostri, in quo præsupponitur bona fides, & intentio emptoris, qui quantum est in se; pro sua vtilitate, vellet emere sine pacto de retrouendendo, quia magis sibi expediret vt suprà declaratum est. Sed hoc pactum fecit ad meram vtilitatem, gratiam, & contemplationem venditoris, quod quidem pactum, tendit ad liberandũ eum à iurè libelli de sui natura perpetui, vt habetur in c.1.§.1. ibi ex natura perpetui libelli in ti. de alie. feu. & ibi per Doc. in vsi. feu. & in c.1.§. donare in ti. qualiter olim feu. aliena. po. Vnde iste emptor & locator facit illud, quòd vellet sibi fieri, si esset venditor & conductor, seruans præceptum iuris naturalis, in faciendo alteri quod optaret sibi fieri. c.1. prima di. & ideò non potest iustè præsumi contra eum, quia nemo propter bonum opus lapidandus est. Ioannis 10. Similiter cùm prædictus emptor emat fundum præfatum iusto pretio, vt præsupponitur in casu, potiùs esse contentus emere sine hac obligatione dandi ad emphyteusim, quia sibi fortè magis expediret retinere fructus ipsius fundi pro se, quia reciperet forsitan maiorem vtilitatem & magis lucraretur. Nam non est verisimile, quòd venditor tantam instantiam faceret de hoc pacto, scilicet quòd sibi detur in emphyteusim talis fundus, nisi esset spes faciendi bonum lucrum ex eo, deductis expensis, & consideratis periculis, &c. Et posito quòd talis emptor aliquid minùs daret ratione prædicti oneris, per hoc non damnificatur venditor, quia illud plus quod valet res absolutè considerata, censetur melioramentum ipsius venditoris accipientis ad emphyteusim, iuxta notata in l.fi. C. de iure emphy. Præterea si ipse emptor vellet dare ad emphyteusim talem fundum, semper posset inuenire aliquem qui sibi daret tantum quantum iste venditor, cùm, vt præsupponitur in casu, nihil det emphyteuta pro hac emphyteusi, nisi annuum censum. & tamen ex hoc contractu acquiritur ei vtile dominium, & omnia priuilegia, quæ habent alij emphyteutæ, qui soluerunt tempore contractus aliquid pro dominio vtili, vt declarabitur in quarto dubio. Cùm ergò prædictus emptor siue pro se retineat ipsum fundum, tantũdem & plus percipere valeat, deductis etiam omnibus expensis, &c. siue alteri det ad emphyteusim, multos reperire possit, qui pro tali pretio libenter accipient propter multas vtilitates, de quibus dicetur in sequenti dubio; & consequenter nihil lucri faciat ipse emptor ex tali pacto, vel datione ad emphyteusim, imò potiùs damnificet conditionem suam emendo rem cum tali obligatione, inconueniens, & non sine peccato esset opinari contra eum, quod hoc faciat in fraudem vsurarum, cùm faciat ad proximi merum commodum, vt suprà.

Responsio ad obiectionẽ.

Ad obiectionem verò respondetur, quòd duo vincula magis ligant, si ligant. Neutrum autem prædictorum ligat, imo facit præsumptionem, vel suspicionem contra talem emptorem, bona fide iustoque pretio, & cum alijs debitis circumstantijs. Et ideò concludo, contractum illum bona conscientia posse celebrari.

An fundi emptor possit accipere qualibet annuo ex emphyteusi quinq; pro centenario.

QVo ad quartum dubium, scilicet vtrum emptor talis fundi possit accipere ex dicta emphyteusi. 5o. omni anno, id est quinq; pro centenario, quod expẽdit in ipsius fundi emptione? Respondẽt quidam quòd non. Nam in emphyteusi, secundùm eos debet constitui modica pensio, in recognitionem directi dominij,

Digitized by Google

nij,& allegant.l.ſecũdam. C.de iure emp. Sed hic conſtituitur nimia pẽſio, ſcilicet duorum fructuum ſecundùm eos.ſcilicet quinq; pro centenario,ergò &c. Prætera ſecundùm ipſos,penſio libellaria debet eſſe minor penſione locationis, quæ datur reſpectu fructuum, quia cenſetur eſſe quædam emptio fructuum tacita, vt notat Bar.in l.1.D.de iure emphy. Primo quia colonus, vel conductor, habet minùs iuris in re, quia non habet dominiũ nec poſſeſsionem.l. non ſolet.ff. locati. Sed emphyteuta habet dominium vtile, & poſſeſsionem, vt in dictis iurib.& in l.1.ff.ſi ager vect.vel emp. pe. Secundo, quia manu tenere tenetur libellarius rem emphyteuticam ſuis ſumptibus. Vnde dicitur in inſtrumento. Ad meliorandum,&c.vt in l.1. C.de iure em. non autem conductor,vt in l.colonus,in princi. ff.locati. Tertiò quia emphyteuta tenetur ſoluere penſionem, etiam ſi res pereat caſu fortuito, dummodo non tota pereat,vt in l.1.C.de iure emphy.ſecus in colono. Quartò quia emphyteuta non impetrat remiſsionem, propter ſterilitatem ſicut colonus,vt in l.ſi vno. ff.locati.& in c.propter ſterilitatem, extra eodem. Ideò cùm ex prædictis debeat minus dare emphyteuta quàm colonus, ſequitur, quòd iſte contractus eſt iniuſtus. Quia communiter poſſeſsiones locantur ſecundùm eos ad quinque pro centenario,deductis omnibus expenſis, &c. Vt igitur iuſta ſit penſio libellaria, ſecundùm ipſos oportet diſtinguere iuxta notata in §.quia verò Leonis, in authen. de non aliena.vel permu.re.Ec. col.2. & in authen.perpetua, C. de ſacroſan.Eccleſ. quòd aut res libellaria reddit fructus cõmunes,aut maiores, aut minores. Communes ſunt ſex pro centenario, deductis omnibus expenſis, vt ſunt poſſeſsiones, vel quinq; pro cẽtenario,vt communiter eſt in noſtris partib.ſecundùm eos.Maiores ſunt,12.vel 18.deductis omnib. expenſis,vt in molendinis:minores autem ſunt ſecundùm eos,duo,vel tres,pro centenario,vt in domibus. Si ſunt communes, diminutio eſt fienda in ſextam partem. Vt ſi reddat ſex deductis omnibus expenſis,dentur quinque,ſi eſt res Eccleſiæ,quæ non debet facere conditionem ſuam,niſi meliorẽ.Et ſi in aliquo lædatur, reſtituitur in integrum,vt in auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.Ec. & in c.alienationes,& in c.fine exceptio.12.q.2. Maior autẽ diminutio ſecundùm eos debet fieri in rebus priuatorum, & ſæcularium, ratione ſeruandæ ſocietatis, quia quòd plus datur Eccleſiæ,non cenſetur amitti. Si ſunt minores,vt in domibus,debet dari quòd conſueuit in locis, dummodò minor ſit penſio,quàm daretur pro communi & ſimplici locatione.Si ſunt maiores,non datur penſio emphyteuſ. niſi habita conſideratione pecuniarum eburſatarum,videlicet 5.pro centenario. Quia licèt reddat fructus abundantiores,tamẽ illos reddit reſpectu magnæ impẽſæ quæ ibi debetur in reficiendo, ad quam tenetur emphyteuta,& nõ dominus, vt ſupra dictum eſt:Hæc illi.

Pro ſolutione huius dubij, quæritur,an de forma contractus emphyteutici, requiratur quod à principio detur certa quantitas pro emptione vtilis dominij.

SEd his argumentis non obſtantibus in contrarium eſt veritas. Pro cuius planiori declaratione quæritur, an de ſubſtantia & forma cõtractus emphyteutici requiratur,quòd à principio detur certa quantitas pro emptione vtilis dominij. Ad quod reſpondet Iacobus de Arena in l.1.C.de iure emphy.dicens,quòd ſic. Et hanc opinionem videtur affirmare Cynus in ead.l. & etiam Albericus de Roſate ibidem, qui dicit hanc eſſe opinionem. Subijciens tamen quòd vbi à principio non datur certa quantitas, quamuis nõ ſit propriè contractus emphyteuticus, erit tamen contractus innominatus, qui regulabitur ſecundùm naturam contractus emphyteutici. Quia contractus innominati regulantur ſecundùm naturam illorum cõtractuum nominatorum,quibus magis aſsimilantur. l.1.§.Si quis ſeruum.ff.depo. Et iſtam etiam opinionem affirmat Raphael Fulgo.in d. l.1. C.de iure emphy.ſed Bar.l.ſi mihi, & Titio.ff.de verb.ob. aperte dicit, quòd ad hoc

hoc vt sit cõtractus emphyteuticus, non requiritur de necessitate aliqua datio à principio. Vbi ait quòd emphyteusis potest haberi duplici titulo. s. lucratiuo & oneroso. Oneroso, quando à principio præstatur illa quantitas, & postea constituitur census annuus: lucratiuo, quando non datur aliqua quantitas à principio, sed tantùm constituitur census annuus. Et hanc eandem opinionem, quòd de necessitate non requiratur aliqua datio à principio in cõtractu emphyteutico, tenuit Petrus de Bellaper. & Raphael Cumanus, in d. l. 1. qui dicunt hanc esse opinionem communem, & ita seruari de cõsuetudine. Et istam opinionẽ esse veram de iure, & de consuetudine tenet Salycetus. in d. l 1. per textum in authen. si quas ruinas, & in authen. perpetua. C. de sacrosanct. Eccl. Et quia hoc non est de forma, quòd præstetur aliqua quantitas à principio, sed ex conuentione partium, ideò ipsæ partes huic renunciare possunt. C. de pac. l. penul. maximè in hoc contractu, qui diuersimodè contrahitur secundùm diuersas conuentiones partium, quæ debent diligenter obseruari. l. C. eodem ti. & §. adeò Insti. loca. Et hanc opinionem videtur tenere. gloss. in authen. qui rem. in ver. potest. C. de sacrosan. Eccl. & Bald. in rubrica. C. de iure emphy. dum dicit, quòd est contractus emphyteuticus, si dicatur, loco in emphyteusim, pro annua præstatione vnius nummi, nec ex parui tate pretij dicitur non esse contractus emphyteuticus. Et istam partem apertè affirmant Canonistæ in cap. potuit. de locato super glo. maximè Ioan. Andr. Io. de Imo. & Panor. & Bal. in simili. in c. 1. §. donare, qualiter olim feu. pote. alie. in vsu. feu. qui concludere videntur, quod in cõtractu libellario nõ requiritur quòd præstetur aliqua quantitas de necessitate à principio. Contractus autem libellarius & emphyteuticus sunt vnum & idem in effectu, secundùm Bartol. in l. 1. C de iure emphyteu. licet aliquantulum differant quantum ad personas contrahentes; sed materna lingua omnis cõtractus emphyteuticus, dicitur libellarius, & econtra: & idem sunt effectualiter. Hanc etiam opinionem, quod non requiratur aliqua quantitas à principio, tenet idem Bald. in l. vsufructu. in prin. ff. solu. mat. & in l. si quis conduxerit. in lectura antiqua. ff. loca. & Spec. in tit. de loca §. nunc aliqua. in 3. col. & Docto. moderni. in l. si quis antea. ff. de acquiren. pos. Sciendum est ergò, secundùm Angelum de Aretio. in §. quia verò. e. l. 1. in authen. de non alie. aut perm. reb. Ec. & Paulum de Castro in d. auth. si quas ruinas, quòd forma contractus emphyteutici potest esse duplex. Vna, quod à principio præstetur certa quãtitas, & postea constituatur aliquis census annuus, quod exemplificat Iacobus de Aret. vbi suprà di. quòd si res quæ datur in emphyteusim, valet cẽtum, à principio debent numerari, & dari domino septuaginta, vel circa; & postea constituatur aliquis modicus census annuus principaliter in recognitionem dominij directi, quàm ratione fructuum. Et iste modus antiquitùs multum erat in vsu. Alia verò forma contractus emphyteutici est, quod à principio nihil præstetur, sed tantùm constituatur annua pensio, & hæc datur non tantùm in recognitionem dominij directi, sed etiam ratione reddituum, & fructuũ, secundùm Sa. i. in l. 1. C. de iure emphy. & Bald. in addi. ad Spe. in ti. de loca. vbi dicit, quòd emptor soluit pro re, conductor pro vsu, sed emphyteuta pro vtroq;. Et hunc modum dicit Cy. in d. l. 1. C. de iure emphyteuticario. Et ideò nunc in vsu, scilicet quòd nihil præstatur à principio. Et ideò hic modus facit verũ contractum emphy. quia consuetudo facit legem. l. de quib. ff. de legi.

Forma contractus emphyteutici potest esse duplex.

Responsio ad dubium principale.

His autem præsuppositis dico, quòd iste emptor potest dare ad emphyteusim dictum fundum pro quinque pro centenario, cum bona conscientia. Nam cùm communiter locans possessiones recipiat saltem quinq; pro centenario, vt etiam impugnantes hunc contractũ confitentur, multo magis hoc facere potest

dans

Digitized by Google

dans ad emphyteuſ. in caſu noſtro. Quod probatur ſic arguendo. Concedens alteri rem ſuam vtendam pro annua penſione, vel cenſu, tanto maiorem accipere poteſt penſionem, vel cenſum, quanto per hanc cõceſſionem plus derogat iuri ſuo, & meliorem facit conditionem eius, cui concedit, ac plus iuris in eum transfert. Quanto enim quis maiora alicui tribuit, tanto illum ad maiorem obligat recognitionem, ſecundùm Thom. 2. 2. q. 101. ar. 1. & faciunt notata in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Sed emptor iſte dans ad emphyteuſim magis derogat iuri ſuo, quam ſi ſimpliciter locaretur, & plus iuris ac commodi trãsfert in emphyteutam, quàm faceret in colonum. Ergò ſaltem debet poſſe accipere illud, quod ſibi daretur a colono. Quod autem dans ad emphyteuſim magis deroget iuri ſuo, quam ſi ſimpliciter locaret, patet, quia per contractum emphyteuticum, datur emphyteutæ vtile dominium, ſicut affirmant etiam argumenta in contrariũ adducta, & idem notatur in l. 1. §. quòd autem. ff. de ſuperfi. non autem ſimplici conductori. l. ſi quis cõductionis, & l. ad probationem. C. loca. & l. non ſolùm. ff. eo. & c. inter dilectos, de fide inſtr. Similiter naturalis poſſeſſio, non cõfertur ſimplici conductori. c. ſi dilecti. de præſcrip. & l. 1. C. de vſucap. & l. ſi aliquem ff. de acquir. poſſ. & c. inter dilectos, de fide inſtr. circa finem. Ibi, *nec ad plenum poſſeſſio*, ſed benè emphyteutę acquiritur naturalis poſſeſſio, l. naturaliter. ff. de acqui. poſſ. Et tamen iſte emptor transferens dominium vtile in emphyteutam, & ſe priuans illo, dans quoq; ei naturalem poſſeſſionem ipſius fundi, non recipit in hoc caſu aliquod pretiũ, nec ſolutionem vllam pro dicto dominio vtili & naturali poſſeſſione. Et ideò cùm ex hoc multũ deroget iuri ſuo. & multum iuris transferat in emphyteutam, ad maiorem penſionem, ſiue cenſum debet teneri ipſe emphyteuta, quam ſi eſſet ſimplex colonus. Præterea iſte emphyteuta habet ius ædificandi in re, & faciendi meliorãtiones ſuas. l. 1. ff. de ſuperfi. Quas ſi velit vendere, ſi nolit eas dominus emere, poteſt alij vendere, vt habetur in l. 3. C. de iure em. Nõ autem ſimplex colonus & conductor, poteſt ſuperædificare ad libitũ, & facere meliorationes ſuas, vt per Doc. in d. l. 1. ff. de ſuperfi. Et ideò cùm habeat minùs iuris, nõ debet tantũm ſolu. re, quantùm emphyteuta qui habet dicta iura ſine aliqua pretij ſolutione.

Ad argumenta pro negatiua adducta reſponſio.

NON obſtat modò dum dicitur, quòd in emphyteutico contractu debet conſtitui modica penſio: quia reſpondeo negando, & l. 2. C. de iure emphy. ad hoc allegata, nihil dicit ad hoc propoſitum, ſed benè lex. 3. dicit quòd quando primus emphyteuta vult vendere alteri ius ſuum, ac ſua melioramenta, quòd dominus ſi non vult ipſe ea emere, debet recognoſcere ſecundum emphyteutam, & pro hac recognitione non debet accipere, niſi quinquageſimam precij. Sed hoc nihil ad rem facit. Deinde poſito ſine veri præiudicio, quòd aliqua lex inueniretur dicens, quòd in contractu emphyteutico conſtituitur modica penſio pro cenſu, intelligeretur quando ipſe contractus emphyteuticus fit in forma antiqua, ſcilicet quando emphyteuta, dat à principio quantitatem aliquam, ita quòd emit vtile dominium, & alia iura, quæ competunt emphyteutæ, vtputa dans 70. vel circa, ſi res valet centum, vt dicit Cy. in prædicta l. 1. C. de iure emphy. quia tunc conſtitui debet modica penſio, quæ debet dari in recognitionem directi dominij: Tunc enim eſſet illicitum, quòd emphyteuta ſolueret magnum cenſum, & benè procederent argumenta contraria. Quando autem fit contractus emphyteuticus, ſecundùm formam ſecundam, quæ nunc eſt in cõſuetudine, per quam nihil dat emphyteuta pro re, nec pro vtili dominio, ac naturali poſſeſſione, & alijs iuribus quæ acquirit ex hoc contractu, ſed tantummodò conſtituit annuam penſionem, tunc iſte cenſus non datur tantum in recognitionem

Digitized by Google

directi dominij, sed etiam & principaliter ratione fructuum, vt suprà patuit. Et ideò tenetur ad pensionem condignam secundùm quãtitatem reddituum. Aliter esset iniustitia ex parte emphyteutæ, qui locupletaretur cum aliena iactura, cõtra legem, nam hoc natura. ff. de condi. inde. & c. suam, de pœnis, & c. locupletari. de reg. iur. li. 6. & l. si quis mancipij. §. Proculus. ff. de institor.

Ad illud quod primo obijciebatur respõsio.

NOn obstat dum dicitur, quòd emphyteuta habet plus iuris in re, quàm simplex colonus, ideò debet minus soluere. Quia hoc argumentum concludit cõtrarium. Nam cùm in casu nostro, illud ius cõsequatur per cõtractum emphyteuticum, sine vllo pretio, tenetur ex hoc ad maiorem solutionem annuam, vt patet ex præcedentibus.

Respõdetur ad id quod 2. obijciebatur.

NOn obstat etiam, quòd emphyteuta tenetur manu tenere rem suis sumptibus, non colonus: quia respondetur, quòd cùm emphyteuta habeat posidere rem in perpetuum, sua interest ipsam manu tenere, & bonificare, maximè cùm meliorationes sint suæ. Colonus autem finito termino, definit rem amplius tenere. Et ideò sic sua nõ interest, rem manu tenere. Vnde meritò emphyteuta ad hoc tenetur ratione perpetuæ possessionis, quam est habiturus si vult. Quia hæc manutentio, tota cõuertitur finaliter ad suum commodum, & si non facit, tandem sentiret detrimentum. Colonus verò paruo tempore comparatiuè est repotiturus. Et ideò ad eum non pertinet refectio rei. Et ad hoc faciunt notata per Cyn. in l. legem. C. loca. & per Bald. in l. prima. C. de iure emphy. vbi dicit, colonum non teneri ad impensam perpetuò duraturam. Et in his terminis loquuntur leges dicentes, colonum non teneri rem manutenere. Nam benè tenetur ad illam impensam, quæ est pro tempore vsus sui duratura. Et nihil repetere potest à Domino, pro hoc facit tex. in l. diuort. §. impendi. cum sequenti. & quod ibi notat. ff. solut. matrim. & in l. rebus. §. possunt. ff. commo. Et quòd notat Bar. in l. impensæ. ff. de impen. in re. dot. fac. & in l prædia. §. antepenultim. ff. de fide instrumento. Et ideò cùm teneatur colonus, qui habet vsum rei ad tempus ad manutentiones necessarias pro suo tempore, sicut emphyteuta ad perpetuas, quia habet in perpetuum rem posidere; non debet magis soluere colonus, quàm emphyteuta, quamuis non teneatur ad impẽsas perpetuò duraturas, quia vt dictum est, non habet rem tenere in perpetuum, sicut ipse emphyteuta. Præterea cùm colonus simplex non habeat ius in re, non est æquum, quòd teneatur ad impẽsas perpetuò duraturas, & ad manutenendum rem in perpetuum. Sed cùm emphyteuta habeat vtile dominium, & naturalem possessionem, nihil tamen pro ea soluendo in casu nostro, congruum & debitum est, vt eam manuteneat. Qui enim in vno grauatur, in alio debet subleuari, & econtra. l. eum qui. ff. iureiuran. & hæc responsio valet etiam ad duas sequentes obiectiones. l.

Colonus nõ tenetur ad res in perpetuũ duraturas: secus ãũ de duraturis pro suo tẽpore: emphyteuta autem tenetur.

Ad illud quod tertio obijciebatur.

NON obstat quoq;, quòd emphyteuta tenetur ad pensionem, licèt pars rei pereat, & quòd propter sterilitatem non impetrat remissionem; non autem sic est in colono: Quia respondetur, quòd hæc sunt vera de emphyt. qui soluit à principio debitam quantitatẽ pretij, pro re accepta ad emphyteusim; quia cum hoc casu soluat pensionem principaliter propter recognitionẽ directi dominij, fitq; modica pensio, non est ratio, quare ipse emphyteuta nõ teneatur ad illam etiam tempore sterilitatis, & quando pars rei perijt; dummodò non tota res pereat, nec maior pars eius, quia semper in hoc casu remanet directum dominium in re, quòd debet singulis annis recognosci. Et ita intelligitur. l. 1. C. de iure emphy. Quando autem à principio nihil dedit emphyteuta pro re, sed tantummodò constituit

annuum

Digitized by Google

annuum reditum: & per conſequens tenetur dare non paruũ cenſum, ſed magnum, & ſaltem tantum quantum colonus, rationibus prædictis, quia hoc eo ſu datur principaliter ratione redituum, & ſecundario in recognitionem directi dominij. Eadem ratione quare remiſſio fit colono, debet etiam fieri ipſi emphyteutæ. Nam vbi eſt eadem ratio, debet etiã eſſe eadem iuris diſpoſitio. l. à Titio. ff. de verb. obli. l. 1. C. de liber. præ. vel exhær. & c. translato. de conſtitu. De ſimilibus enim idem debet eſſe iudicium. l. non poſſunt. ff. de legi. l. ſeruis legatis. ff. de leg. 3. l. ſi libellum. C. de diuer. ref. l. loci. §. ſi fundus. ff. ſi ſer. vend. Et hanc opinionem dicit Salic. in l. 1. C. de iure emphy. eſſe de mente Bartol. & aliorum docto. in dicta l. 1. In qua Albericus refert, quòd Mar. de Furno in tractatu huius tituli, & Hoſtien. in ſumma, in tit. de locato, tenent quòd tali emphyteutæ ſit fienda remiſſio. Qui etiam dicunt, ita ſeruari per textum in l. ſi vno in prin. in ver. *veſtigali ſuo*. ff. loca. & videtur æquum in foro conſcientiæ. Et fuit etiã opinio Nicolai de Matarellis de Mutina, quam refert Cyn. in l. prima. C. de iure emphyteut. Et ita etiam conſuluit D. Franc. de Aretio, in ſuo conſil. 140. vbi dicit, quod ſecundum communem opinionem doctorum, debet fieri talis remiſſio. Vnde Bald. in d. l. 1. C. de iure emphyteut. dicit, quod quando de emphyteuſi ſoluitur tantum, quantum de locatione annuali, debet fieri remiſſio, non ſolum, propter guerrã, ſed etiam propter quamcunque aliam ſterilitatem & cladem. Et hanc opinionem eſſe tenendam determinat Reuerendus Pater ſtater Angelus de Clauaſio in ſua Angelica, in ti. de emphyteuſi. §. 16.

Quomodo etiam defendi poſſit emphyteuta ne teneri ad penſionem.

PRæterea poſito ſine præiudicio veri, quòd iſte emphyteuta teneatur ad pẽſionem, etiam non obſtante deperditione partis rei, & ſterilitate, dicitur, quòd habet ex alia parte emolumentum, quod ſi res recipiat augmentum, ſiue latens, ſiue apparens, erit commodo ipſius emphyteutæ, nec propterea augebitur penſio; quia eius eſt commoda ſequi, qui incommoda ſequitur. l. ſecundum ff. de reg. iur. Et hanc opinionem tenet Iacobus de Are. Alberi. Bar. & Sali. in d. l. 1. C. de iure emphy. & Pet. de Bellaper. & Cyn. in eadem lege. & Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſicul. 116. & Canoniſtæ communiter in cap. potuit. de loca. & ibi Innoc. Et faciunt ad hoc notata per gloſſam in l. merces. §. vis maior. in verbo. cui. & ibi Bart. ff. loca. & per Bal. in l. ea quæ. C. de alluuio. Nec obſtat huic opinioni. l. item ſi fundi. §. ſed ſi inſula. ff. de vſufruct. quia aliud eſt in emphyteuta, quàm in vſufructuario; quia emphyteuta habet fortius ius in re, quia habet vtile dominium, & durabile, quod non extinguitur morte, vt in vſufructuario. Hoc autem emolumentum, non habet ſimplex colonus ſecundum aliquos Doct. per legem ſecundam C. de alluuio. Et poſito etiam, quòd idem eſſet in colono per notata in l. legem. C. loca. maximè per Cy. clarum eſt, quòd ampliorem vtilitatem ex hoc augmento habet emphyteuta, quàm colonus, quia acquirit vtile dominium, & naturalem poſſeſſionẽ illius augmenti in perpetuum. Et ideo non debet ſoluere minorem penſionem ratione ſterilitatis, vel deperditionis rei, quàm colonus, cũ ad eum pertineat ius augmenti, & melioris rei in perpetuum, quod non pertinet ad ſimplicem colonum.

Nẽ licet res perea.

Theſaurus inuentus in re emphyteuticæ cuius ſit.

PRæterea ſi theſaurus inueniretur ab aliquo in re emphyteutæ, data ad hoc opera ab illo inuentore, medius eſſet emphyteutæ ratione vtilis dominij, & medius directi dominij, ſecundum Spec. in tit. de locl. §. nunc aliqua. verſic. 132. & ibi Ioan. Andr. per l. primam ad fin. ff. ſi ager vec. vel emphy. pe. Si vero ille inueniens, non dedit ad hoc operam, ipſe debet habere medium, vt in §. theſauros. in verſic. *quòd ſi alienus*. Inſtit. de rerum diui. De alio autẽ dimidio directus dominius mediam partem habebit, & etiam emphyteuta, ſi vera eſt opinio Spec. Si autẽ ipſe emphy-

Digitized by Google

teuta inueniſſet dictum theſaurum, non data ad hoc opera, media pars eſſet ſua ratione inuentionis, & de alia dimidia deberet habere dimidiam rationem vtilis dominij, data hac opinione Spec. pro vera. Si autem inueniſſet data ad hoc opera, etiam deberet habere dimidiũ totius prædicta ratione. Et facit ad hoc. d. §. theſauros. Inſti. de rerum diui. Non autem ſic eſſet in colono ſimplici, qui nihil iuris habet in re.

INſuper ſi Dominus egeat pro ſe domo alteri locata, poteſt reuocare locationem, & ipſam domum auferre conductori. l. ædem, cum ſimilibus. C. loca. Non ſic autem in emphyteuta, ſecundum Ioann. And. in addi. ad Spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. verſi. 4. Si ergo conſideremus grauamina emphyteutæ, & coloni, & ſimiliter eorum priuilegia, inueniemus ſine comparatione meliorem conditionem ipſius emphyteutæ, quàm coloni, & ideo quando ipſe emphyteuta nihil ſoluit à principio pro re, ſed tantummodo conſtituit annuam penſionem ſicut colonus, debet ſoluere ſaltem tantum quantũ colonus. Et iſtam opinionem tenet prædictus Reuerendus Pater frater Angelus de Clauaſio in quodam ſuo conſilio ſuper hoc edito, quod incipit. *Vidi*, in quo concludit talem ſic dantem rem ſuam ad emphyteuſim, poſſe recipere tantam penſionem ab emphyteuta, quantam reciperet à ſimplici colono. Et etiam plus tantum, quãtum ad iudicium bonorum virorum poſſet perpendi, quòd dominium vtile, quod habet ipſe emphyteuta in re tali modo data, magis valeat ſeu æſtimaretur, quam expensæ, & alia onera, quæ habet ipſe ſuſtinere, pro cõſeruatione dictæ rei, quãdo communiter inueniuntur conductores talium rerum, illo modo datarum, ſub tali annuo cenſu.

Concludit ex meliori conditione emphyteut. quam coloni, ipſum teneri ad penſionem.

Penſio data ab emphyteuta poteſt accipi cum

HAnc quoquam penſionem poſſe accipi cum bona conſcientia conſuluit D. Franciſcus de Curte iuris monarcha, ac lector in ſtudio Papienſi, in ſuo conſilio, quod incipit: *Super propoſita contingentia*; Et Dom. Petrus de Graſſis Iuris vtriuſque Doctor, ac lector in eodem ſtudio Papienſi, in ſuo conſilio quod incipit, *Viſo caſu ſuprapoſito*, & D. Federicus de Lampugnano iuris vtriuſque Doctor, de Collegio Mediolani, in ſuo conſil. quod incipit: *Viſi per excellentiſſimos*. Et pater frater Baptiſta de Sallis Ordinis Minorum, in ſua Roſella. 1. c. de vſura. §. 47. & multi alij Fratres tam ordinis noſtri, quàm etiam aliorum.

bona conſcientia.

ET ad probandam hanc veritatem adducitur tex. in authentic. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in cap. alias ſupra perpetua. 10. quæſtione ſecunda, vbi dicitur, quod ſi res danda ad emphyteuſim eſt pretioſa, ſed parum, aut nihil præſtet penſionis, res ipſa eſt ſubtiliter æſtimanda, & ſecundum eius valorem, & æſtimationem, debet iuſta penſio conſtitui. Ex quo textu patet, quod non eſt neceſſe in emphyteuſi minus ſoluere, quam in ſimplici locatione: imò plus ſoluitur, quando res eſt pretioſa licet ſit parui redditus, quia in emphyteuſi iſta habetur reſpectus ad dominiũ vtile rei emphyteuticæ, & ad alia iura quæ transferuntur in emphyteutã, qua ratione poteſt plus recipi, quàm percipiatur ex communi locatione.

Probatur hoc quod ſupra dictum eſt.

ET ad deciſionem caſus noſtri, eſt text. in d. §. quia vero Leonis. in authen. de non alienan. & glo. in d. authen. perpetua. & in d. c. perpetua. vbi habetur, quòd iuſta penſio rei dandæ ad emphyteuſim eſt, quando penſio viginti annorum comprænedit totam æſtimationem ipſius rei. Et ſic quando res valet mille, vt in caſu noſtro, iuſta eſt penſio de. 50. omni anno, qui in viginti annis aſcendunt ad ſummam de mille, & conſequenter iuſta penſio iſtius fundi, ad emphyteuſim dandi erit de quinque pro centenario, quia cum lex ciuilis, vel Canonica taxat pretium ſuper aliqua re, illud pretium eſt etiam iuſtum in foro conſcientiæ, vt dicit Cœpolla

Quenam ſit iuſta penſio rei dandæ ad emphyteuſim.

Digitized by Google

polla in dicto tractatu, de contractibus ſimulatis. in 3. caſu principali. in 2. preſumptione, in verſiculo. dubitatur apud multos, & allegat. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. In eadem quoque præſumptione, in fine ſecundæ columnæ, dicit prædictus doctor, quòd vbicunque lex, vel Canon, prouidet ſuper certo diſponendo, ſecundum aliquam rationem, obtinet in foro iudiciali rationabiliter, & etiam in foro conſcientiç, ſecundum beatum Thomam, vt refert, & tenet Florianus in l. ex parte hęres. §. ſeruo. ff. familiç herciſcun. & notat Bald. in authentic. ingreſſi. in 9. col. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Ioan. de Anania. in c. 1. circa fi. de teſtam. & probatur cap. 1. de conſtit. & in cap. quia plerique. de immun. Eccleſ.

Confirmatur prædicta per conſuetudinem in ciuitate Mediolani exiſtentem.

ET cõfirmantur prædicta. Nam de conſuetudine maximè in ciuitate Mediolani, in qua ſemper fuerunt excellentes Doctores, & expertiſſimi, ac religioſiſſimi viri, iſte contractus venditionis, cum pacto de retrouendendo, & datione ad libellum, cum prædicto cenſu quotidie celebratur publicè, & palam à principio, vt ita dicam, creationis ciuitatis, ergo non debet dici illicitus, vel vſurarius. Et probatur hoc per. l. quis ſit fugitiuis. §. apud Labeonem. ibi. *quia id facit, quod ei publicè facere licere arbitratur.* ff. de ędili. edic. & ibi Bartol. dicit per illum textum, quòd ſi quis facit aliquem actum, vel contractum, qui æſtimatur communiter licitus, & tamen eſt in rei veritate illicitus, quia ſapit vſuriam prauitatem; nihilominus non iudicabitur vſurarius. Quod eſt notãdũ pro mercatoribus, & alijs qui quotidie faciũt multos contractus, qui reputantur liciti, in illo loco, quia non dicuntur committere vſuram, licet dicti contractus haberent in ſe aliquem defectum. Nec forte peccant, niſi eſſet ignorantia ſupina, & nõ curarẽt, l. nec ſupina ff. de iuris, & fac. igno. Prædictum tamen dictum Bart. debet intelligi non vbi per expreſſam iuris diſpoſitionem contractus decideretur vſurarius. Sed vbi ex aliquib. coniecturis, ſeu præſumptionibus, poſſet præſumi vſuraria prauitas. Quia iſtam præſumptionem, (dato quòd vera eſſet,) tollit conſuetudo & communis obſeruantia ciuitatis, quia præſumitur pro eo quod palam, & bona fide fit, & nõ clandeſtine ſeu occulte, ſecundum Barto. in l. frater à fratre. ff. de cõdi. inde. & Imolam in l. 1. §. fuit quæſitum. in 3. col. ff. ad Treb. propter clandeſtinitatem enim præſumitur dolus. Si vero palam, ſecus. Et ideo ſexus muliebris, & ruſticitas nõ excuſant vbi faceret clã, quia tunc in eis præſumeretur dolus, ſecundum gloſ. ſingularem. Bald. & omnes in l. 1. C. de interdic. ma. Quanto ergo fortius in ciuitate Metropoli Mediolani, vbi conſtituuntur, vt ita dicam iura, & inconcuſſa religio verſatur? Et ideo dicendum eſt, conſuetudinem tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, declarare, & demonſtrare, in hoc caſu nullam cenſeri, nec eſſe prauitatem vſurariam. Conſuetudo enim talis excuſat non ſolùm quo ad forum iudiciale, vt notat Bar. vbi ſupra, ſed etiam quo ad Deum, ſecũdum Panor. in c. cum venerabilis, de conſuetu. qui dicit idem tenere Innoc. in ca. per tuas. de ſimo. & allegat ad hoc textum. in c. gaudemus. in fi. de diuor. & glo. in ca. vnico. in verbo. de cætero. de poſtu. præla. li. 6. Et facit ad prædicta, quod conſuetudo poteſt aliquem contractum approbare, vel improbare, ſecundum Bald. in l. per diuerſas, in 2. col. C. man. & plus dixit Ioan. de Imol. in cle. 1. de elect. quòd tolerantur geſta virtute communis opinionis, licet poſtea declararetur dictam opinionem communem non fuiſſe iuridicam. Talis ergo conſuetudo, in iſtis contractibus eſt attendenda ar. in l. ſemper in ſtipulationibus. cum ibi. not. ff. de regul. iur. præſertim cum iſta iuſtificatio penſionis libellariæ, ſit introducta de iure ciuili, vt patet ex prælegatis iuribus ſupra. §. quia vero Leonis. in authentic de non alienan. & in authen. perpetua. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Conſuetudo enim vel ſtatutum vnius loci, quod eſt ius comm[une] in illo loco, vt in l. oẽs populi. ff. de iu[ſti]. &

Nota pro mercatoribus.

Conſuetudo vel ſtatutũ vnius loci

Posse mutare id quod est de iure communi introductum.

sti. & iur. & Insti. de iure nat. gen. & ciui. §. 1. iuncto. §. ex non scripto eodem tit. & coniuncta lege. de quibus. ff. de legi. potest mutare, vel diminuere, aut emendare id quod de iure communi est introductum, vt probatur per legem ius ciuile. ff. de iusti. & iure, & habetur per Doct. in dictis iuribus. & in §. sed naturalia. Insti. de iure natu. gen. & ciui. Et facit ad hoc quod habetur per Doct. in leg. sancimus. C. de nup. & in authentic. nouissima. C. de inofic. testam. quòd per statutum, vel consuetudinem, potest legitima diminui, & restringui, licet in totum non possit tolli.

ET facit ad prædicta, quod res intelligitur tantum valere, quantum venderetur communiter, & in loco publico, & pluribus diebus sub hasta. secundum Bal. & Doct. in l. si seruus. ff. de cond. fur. Cum ergo precium siue census talium rerum, ad emphyteusim datarum, communiter & publicè sit quinque pro centenario valoris ipsarum, ideo hæc erit iusta pensio quam cõsuetudo inueterata approbauit. *Minime enim sunt mutanda, quæ semper certam habuerunt interpretationem.* l. minime. ff. de legi. Et consequenter non poterit dici iniustum pretium, & maxime: quia multa pia loca, & multæ religiosæ personæ, istos contractus libellarios, hoc modo faciũt, & antiquitus fecerunt, quos non est verisimile fecisse, nisi cum consilio peritorum, & diligenti examinatione, vtrum cum bona conscientia fieri possint, nec est credendum, quòd illos fecissent, si liciti non essent. Cum ergo consuetudo frequentata in ciuitate, & qualitas bonarum personarum faciant cessare præsumptionem vsurarum, vt concludit Cœpolla in suo tractatu de contractibus simulatis, in penul. casu; quod etiam consuluit Petrus de Ancha. in consil. 19. incipiente, Præsens dubium, referendo verba Bal. in l. 1. in 3. q. C. de his quæ pœ. no. & idem tenuit idem Petrus, in quæstione per eum disputata, quam refert in cap. peccatum, de regul. iur. lib. 6. & Anto. de But. in cap.

Concludit posse accipi quinque pro centenario, hocque iustum esse ostenditur.

in ciuitate. de vsur. ideo non est dicẽdum nec opinandum, quòd ipsi religiosi, & Catholicæ personæ, tales contractus fecerint causa vsuræ, & auaritiæ. Et bene facit quod voluit Petr. de Ancha. in disputatione sua incipiente: *Antiquis & moderne temporibus, viri Catholici, & conscientia timorati, &c.* quam refert Ioan. de Ana. ad plenum, in cap. in ciuitate, de vsur. in 6. argumento, pro parte affirmatiua, quòd præstita Venetiarum, montes Florentini, & loca Ianuæ sunt licita, & quod in talibus, in quibus possent adduci argumenta ad vtranque partem, est sequenda consuetudo optima, legum interpres. cap. cum dilectus. de consue. & l. si de interpretatione. ff. de legi. quia sicut lex positiua interpretatur legem diuinam, sic dicẽdum est de statuto & cõsuetudine particularium locorum. Et ideo infert, quod credere debent homines moderni temporis, olim antiquos Catholicos, & deuotos fuisse, vt atteſtantur corpora sanctorum, quæ ibi sunt, & multitudo Ecclesiarum, ac monasteriorum, & eorum mirifica ornamenta, & quod non instituissent ipsa præstita, sine magna prouidẽtia. Et plus: Quia à tanto tempore citra supra fuerunt plurimi sancti Patres, & Episcopi in præmissis ciuitatibus, & plures Romani Põtifices iusti, ac sancti Viri, qui consuetudines praua locorum reprobauerunt; & tamen de ista non fecerunt mentionem, quam non potuerunt ignorare, cum omnibus fere Christianis principibus nota sit, & multi habeant præstita, & etiam Cardinales, & alij multi. Merito nõ est credendum eos, hoc dissimulasse, si vsuram credidissent: hæc ille. Et nos dicere possumus in proposito, quòd ex quo tanto temporis spatio, cuius initij memoria non est in contrariũ, ciues bonæ famæ, ac rectores piorum locorum, & religiosi Viri, vt nouit quasi tota Christianitas, istos contractus libellarios, huiusmodi naturæ publicè contraxerunt; & Romani Pontifices, Cardinales, & Archiepiscopi, non ignorauerunt, immò non improbando pertransierunt, & quidam de eis specialiter approbauerunt,

Digitized by Google

264

bau·runt,& iuſtos eſſe affirmauerunt, vt Martinus Quintus, ſicut ſupra dictum eſt,malum eſt,& non ſine culpa,velle decidere,quòd in ipſis vluraria prauitas cõmittatur.

Ad illud quod 4. obijciebatur.

NON obſtat modo authentica perpetua cum glo.C.de ſacroſanctis eccle- & §. quia vero Leonis in authen. de non alienandis.ſ. quòd quando res locabatur pro ſex, debet dari ad emphyteuſim pro quinque, quia debet fieri diminutio, in ſextam partem: Quia reſpondetur,quòd ipſa iura loquuntur,quando res quæ datur ad emphyteuſim indiget reparatione,& labore,vt reficiatur, & reſtauratur, quia eſt poſſeſſio multum inculta, & deſerta, vel domus ruinoſa, & in periculo deteriorationis. Et quod hoc ſit verum, patet, quia ibi agitur de Eccleſia danda ad emphyteuſim, & ibi non præſupponitur,quod antequam peruenerit, ad eccleſiam,fuerit data ad emphyteuſim,imò ſi conſideretur textus innuit contrarium. Hoc autem nõ poteſt fieri ſi res eſt bona, & fertilis,vt patuit ſupra in ſecundo dubio. Nam res eccleſiæ non poteſt dari ad emphyteuſim in perpetuum.§.alienationes.in authen.de nõ alienan. Sed bene ſecundum quoſdã,ſi eſt domus ruinoſa, vel poſſeſſio inculta, & infertilis. authen. ſi quas ruinas. C.de ſacroſan. eccle. & ideo ratione laboris, quem ſuſtinere tenetur emphyteuta, & expenſarum, in reparando, ac periculi deteriorationis ad ipſum emphyteutam pertinentis, remittitur ei ſext· pars illius penſionis,quam ſolueret ſi accip·ret ſolum vt colonus, quia nõ teneretur rem reficere ſumptibus ſuis, ac reparare,& meliorare ipſam.Hoc aũt deberet etiam inter ſeculares fieri.Et quòd prædicta iura ſic intelligantur, oſtendit Archidiaco.ſuper ipſa authen. perpetua. vbi ſic dicit ad litteram: *Dic quod eſt eccleſiæ vtilitas, quia periculum deteriorationis pertinet ad emphyteutam, non ad eccleſiam. C.de iure emphyt. l.i. Vnde propterea eccleſiæ expedit tali modo concedere in emphyteuſi.* hæc ille. Quòd ſi dicatur, quòd quando res eſt ruinoſa, debet deduci tertia pars. d.authen, ſi quas ruinas ſecundũ vnã opinionẽ,vel duæ partes ſecũdum communem.Reſpondetur,quòd hoc eſt verum ſi detur aliqua cõueniens portio à principio. Et in hoc caſu loquitur. *Alterius obiectionis ſolutio.* d.authen.vt ibi dicit Dominus Accurſius gloſſator. Iura autem contraria non loquuntur in caſu iſto. Et ſi iterum dicatur, quod illa authen. perpetua loquitur in principio de re fertili, quod patet quia ſubditur,*quòd ſi clade diminuta fuerit* &c. Reſpõdetur,quòd licet in caſu dictæ authẽticæ res ſit alicuius redditus, tñ eſt indigens magna reparatione, & reſtauratione.&c. & reputatur quodammodo inter infructuoſa, quãuis habeat aliquem redditum,quia quod minimũ eſt,&c.Non enim habet redditum conuenientẽ,& proportionatũ alijs rebus fertilibus. Et hoc affirmat gloſſa ordinaria in ca. perpetua. 10.q.2.vbi d.authen.de verbo ad verbũ recitatur,& eſt ibidẽ canonizata. Vnde ſuper illa verba in principio ipſius authenticæ.ſ.perpetua quoq; emphyteuſis in his rebus permittitur.&c.ait gloſſa: *In his rebus.ſ.non multum vtilibus.* hæc illa. Quod aũt ſequitur,*quòd ſi clade.*&c. non innuit rẽ eſſe fertilem, de qua loquebatur in princ. ſed eſt ſenſus illius authentic. quòd ſi res quando venit ad eccleſiam locabatur pro ſex,poteſt dari pro quinq; ad emphyteuſim,ratione laboris,&reſtaurationis &c. vt ſupra: quod ſi poſtquam peruenit ad eccleſiã,res clade diminuta ſit,debet fieri remiſſio in emphyteuſi,habita conſideratione conſtantis penſionis & redditus. Quòd ſi dicatur,dicta iura loqui, de em- *Dubitationis ſolutio.* phyteuſi rei fertilis, & ſubintelligi qnãdo alias data fuerat ad emphyteuſim; Reſpondetur q̃ oportet ſubintelligi in caſu dictorũ iurium, quòd emphyteuta dat aliquid à principio. Nam ſecundũ Cynũ. in l.i. C.de iure emphy.quando res Eccleſiæ fertilis datur ad emphyteuſim.ſ.auctoritate Apoſtolica interced nte, præſtatur ſaltem aliqua portio à principio. Cum igitur in dicto caſu dederit emphyteuta a principio poſt aliquam portionẽ, non eſt mirum ſi ſextę partis fienda eſt remiſſio,

Obiectionis ſolutio.

missio, hoc autem etiam fieri deberet inter sæculares, sed nihil facit ad casum nostrum.

Quid si quis obstinanter asseret dicta iura loqui quando à principio nihil datū fuit.

SI autem quis velit omnino defendere, & obstinanter asserere, quòd dicta iura loquuntur quando à principio nihil datum fuit; Respondetur, quòd determinatio illorum iurium solum habet locum in rebus Ecclesiasticis. Vnde arguit glossa ordinaria domini Accursij ibi in oppositionibus di. *Ergo deterior est conditio Ecclesiæ, quàm sæcularis*: & respondet: *Sed hoc facit Ecclesia propter sterilitatem quandoque venturam, quando sæcularis remitteret totum*, hæc ille. In quibus verbis affirmat. Primò quod sæcularis dans ad emphyteusim, si locando inueniret sex annuatim, idem potest accipere ab emphyteuta, quod intelligitur quando nihil datur à principio. Secundo dicit, quòd ideo Ecclesia si locando acciperet sex, ab emphyteuta non accipit nisi quinque, quia dimittit hanc portionem, ne teneatur facere, remissionem propter sterilitatem. Ita quod vult totum periculum semper remanere emphyteutæ, ratione talis diminutionis. Sæcularis autem qui accipit tantum quantum à colono, & forte aliquid plus dando ad emphyteusim, declarando tamen vt supra, remittit propter sterilitatem. Et sic concordat Accurs. cum dictis in superioribus, & confirmat conclusionem nostrā. Et licet det etiam aliā solutionem dicens, quòd in casu dictorū iurium res erat solita locari pro sex, deinde postquam peruenit ad Ecclesiam, aliqualiter est deteriorata; Ideo debet fieri remissio in sextam partem, quando datur ad emphyteusim, & sic nihil faceret ad propositum nostrum; tamen dicit primā solutionem esse veriorem. Præterea non est verum, quod in dicta authen. dicatur, quod Ecclesia teneatur, vel debeat remittere sextam partem, sed sic ibi dicitur ad litteram, *Non imminuendo nisi in sextam partem*: quod exponens glo. ordinaria in d.c. perpetua in verbo. *imminuendo*. dicit. i. *si est minuenda, nō est plus minuenda*, & super verbo *sextam* ait: *Non remouet, quin plus possit dari.*

EX quibus omnibus concluditur, non esse verum illud quod supra dicebatur in distinctione huius contractus. s. quòd licet Ecclesia dans ad emphyteusim, si illa res reddat sex deductis expensis, possit accipere quinque, non tamen sæcularis, sed debet minus accipere ratione seruandæ societatis communis. Et potest etiam probari sic falsitas ipsius distinctionis. Nam aut ista pensio de quinque, est iusta aut iniusta, quia nimia secundum æqualitatem contractus. Si illa res quæ datur ad emphyt usim meretur quinque, Ergo & sæcularis Dominus illa potest accipere. Si verò non meretur quinque: dico quòd rector Ecclesiæ male faceret, si nollet dare ad emphyteusim nisi pro quinque, nec debet facere talem contractum. Et facit ad hoc illud quod dicitur, 12. quæstione 2. in cap. hoc ius porrectum. in glos. & in cap. tuam. extra de pœnis, vbi etiam in glos. dicitur, quod si in venditione plus offertur, quàm res valeat, ecclesia non debet recipere, sed tantum iustū precium, licet lex ciuilis dicat, quòd contrahentes possunt se inuicem decipere in precio. l. in causæ. §. penult. ff de mino. & l. si item si precio. §. quemadmodum. ff. loca. nam Ecclesia in suis contractibus debet æquitatem seruare, & omnem fraudem euitare. cap. per tuas. de dona. & nō debet parere laqueum. 27. quæstione 1. c. Iudæis. Vnde non debet Ecclesia, vel prælatus eius in aliquo, vel minimo decipere contrahentem secum, vt notat Anton. de But. in c. continebatur. 1. colum. extra. de his quæ fin. à præla. si consen. cap. & in ca. in ciuitate. de vsur. vbi allegat prædictas glos. & in ca. plerique de immu. eccles. & Bald. in authen. ad hæc. in penul. col. circa princip. in ver. insuper quæritur. de vsur. & in d. l. in causæ. §. penult. ff. de mino. de quo vide Arch. in c. si cupis esse. 16. quæstione 1. & ita tenet sanctus Bernardinus in suis contractibus, quem allegat, & sequitur Cæpolla Veronensis vbi supra in 3. casu principali. in 2. præsumptione, & allegat textum in cap. 1. §. 2. in fin. de aliena. feu. in vsi. feu. vbi dicitur,

Ostēditur illud esse falsum quod supra dicebatur, quod scilicet ecclesia possit accipere quinque, &c.

tur ; *Eccleſia cultrix iuſtitiæ, & auctrix, non patitur aliquid contra iuſtitiam in ſe ferre vel mouere.* Quem textum idem Doctor ibidem notat contra clericos, & prælatos, dicens, quòd ſæpiſſimè contrarium faciunt ſub prætextu, quòd ſemper melior conditio Eccleſiæ fieri debeat. Idem quoque tenet Archi. in d. cap. hoc ius porrectum. 10. quæſtione 2. Et dicit Cæpolla vbi ſupra: ſic ad litteram. *De iure diuino, & in foro conſcientiæ, credo quod non ſit licitum contrahentibus ſe decipere in precio, etiam citra dimidium iuſti pretij, & etiam in caſu, vbi non daretur reſtitutio, & contrahentes eſſet laici, per id quod habetur in lege, & in Euangelio, quo quiſque iubetur alijs facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alteri facere quod ſibi nollet fieri, vt eſt tex. in 1. diſtinctione cap. humanum genus. Certum eſt enim, quod vnuſquiſque vellet, quod ſibi venderetur iuſtè, æquè, & cõmuni precio, & nullus vellet in precio decipi, etiam citra dimidiam partem iuſti pretij; quia nemo præſumitur iactare ſuum. l. cum de indebito. in princ. ff. proba. cum ſim. Et ad hoc vide gloſſam notabilem in l. ſemper in conuentionibus. ff. de regul. iur. quæ dicit, quod licet lex dicat, quòd ſit licitum contrahentibus ſe decipere in precio, non tamen conuenit bono viro: ſed in foro conſcientiæ quilibet debet eſſe bonus vir, ergo &c. Et ita tenet Bald. per illam gloſſ. quam dicit eſſe ſingularem in c. cum cauſam. el 2. in fin. extra. de teſti. & idem tenet Anton. de But. in d.c. in ciuitate. in verſi. venio ad q.o. de vſur. & in d.c. quia plerique, in verſi. 5. cajus. de immu. eccle. & ibi per Doctor.*

Nõ eſſe licitũ alicui alterum decipere.

Reſpõdetur ad illud, quod dicebatur, Eccleſiam non poſſe facere cõditionem ſuam niſi meliorem.

NOn obſtat modo quod dicitur, eccleſiam non poſſe facere conditionẽ ſuã niſi meliorẽ; Quia fateor eſſe verum, ſed nõ debet eam meliorare cũ iniuſto damno tertij. Et cũ dicitur, quòd datũ eccleſiæ non cenſetur amitti, fateor quando datur cauſa eccleſiæ, & pietatis. Sed in caſu noſtro non præſupponitur, quòd emphyteuta velit dare Eccleſiæ, niſi id quod res requirit, ſecundum iuſtum pretium, & ideo ipſa Eccleſia male faceret plus petendo, vel exigẽdo. Benè verũ eſt, quòd in dubio vtrum eſſet modicus, vel minius cenſus, faciendũ eſſet eccleſiæ, per iura in cõtrarium allegata: Sed non ſumus in caſu iſto.

Impugnata illa reſponſione ſcilicet quod aut res reddit fructus communes. &c. datur modo alia reſponſio.

EX prædictis autem patet, quod in totum non eſt vera illa diſtinctio, ſcilicet quod aut res reddit fructus cõmunes, &c. Et ideo ſaluo ſemp meliori iudicio, videtur ſic poſſe diſtinguit: & primo quãdo datur ad emphyteuſim res fertilis, & bona, habens redditus communes, puta quinque, vel ſex pro centenario, deductis omnibus expenſis, & c. ſicut ſunt communiter poſſeſſiones iſtarum partium; Tunc ſic eſt diſtinguendum: quod aut à principio contractus emphyteutici datur aliquid pro re, aut nihil. Primò caſu, aut datur magna pars, ita quòd parum plus ſufficeret ad emendam totam rem libere. Et tunc debet cõſtitui minimus cenſus, quia datur principaliter, & quaſi in totum in recognitionem directi dominij, & in hoc caſu non fit remiſſio propter ſterilitatem aut deperditionem patris vt ſupra. Si autem dantur à principio duæ partes iuſti precij, vel circa, debet etiam conſtitui modicus ſenſus, ſcilicet, tertia pars illius quod daretur à colono, vel circa, & in hoc caſu etiam non fit remiſſio propter ſterilitatem, quia magis principaliter datur iſte cenſus in recognition m directi dominij, licet aliqualiter reſpectu redditꝰ. Et maximè, quia eſt ſic modica penſio, quod rariſſimè, vel nunquam accidit talis ſterilitas, quin aliquo modo habeat tantum redditum, vel vtilitatem, quantus eſt cenſus, & ſi ſit aliquid minus, non erit multum. Vnde propter illud modicum nõ debet fieri remiſſio, & in hoc cõcordant cõmuniter Doctores in l. 1. C. de iure emphy. dum dicunt, quòd emphyteutæ non remittitur cenſus propter ſterilitatem. Si vero à principio detur dimidia pars iuſti pretij, conſtituetur etiam minor cenſus, quàm in locatione ſimplici. ſcilicet, medietas illius quod daretur à colono, vel circa. Si autẽ datur à principio ſõlum tertia pars iuſti pretij, conſtituetur cenſus, diminuendo tertiã partem illius q̃ ſolueret colonus, vel circa. Si verò à principio detur ſolum aliqua parua portio iuſti precij, tunc fiet diminutio in ſextam partem, vel circa, ſecundum

eundum determinationem in dicta authent. perpetua. C. de sacrosanct. eccle. & secundum quantitatem portionis precij, fiet etiam diminutio pensionis. Et in his tribus vltimis casibus fiet remissio ob sterilitatem sicut in colono, quia ista pēsio, non datur tantum in recognitionem directi dominij, sed etiam æque principaliter ratione reddituum, vt supra. Sed ista remissio fiet cum compensatione vbertatis anni præcedentis, vel sequentis, & fiet remissio pro rata, iuxta notata in ca. propter sterilitatem. de loca. Si vero res infertilis, & infructuosa, vel ruinosa, indigens magna restauratione, & labore, detur ad emphyteusim, tunc talis emphyteuta dabit pro prima solutione, & pro censu annuo illud, quod communiter de similibus haberi potest, & dari solet, iuxta notata in §. 1. in authen. de nō alienan. aut per. reb. eccle. Vel distingue vt in authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. maxime in rebus ecclesiasticis. Si autem sit res habens minores redditus, & improportionatos suo valori, vt sunt domus, & palatia, quæ communiter multum valent, & tamen pro modica pensione locantur, habito respectu ad valorem ipsorum, vt est tex. in l. fin. §. sin autem legata. ibi. *Veluti domus in provincijs pretiosæ* &c. C. de bonis quæ lib. & ibi Bald. dicit per illum textum, quòd domus pretiosæ sunt quodammodo steriles, quia non correspondent redditus precio ipsarum. Vnde in ciuitate Mediolani est palatium valoris quatuor millium ducatorum, & tamen quando datur ad pensionem, non inuenitur pensio vltra summam 80. ducatorum. In talibus si à principio contractus emphyteutici datur magna pars iusti precij vltra dimidiam, non fiet remissio, propter casum fortuitum, puta propter guerram, propter quam non potuit domus habitari, vel quia aliqua pars ipsius domus corruit, non vltra dimidiam: & ratio quare non fiet remissio, est, quia talis census principaliter datur in recognitionem directi dominij. Si autem detur solū medietas, vel minor pars iusti precij, fit remissio, quia talis pensio non solum datur in recognitionem directi dominij, sed æque principaliter, ratione redditus siue fructuum, vt supra dictum est de possessionibus, & facit ad hoc in ar. l. etiā partis. ff. de vsufruct. & l. quæ de tota. ff. de rei vend. Secundum autem quantitatem solutionis ipsius primariæ fiet etiam remissio pensionis, siue census, non respectu reddituum simplicis locationis, sed per respectum ad illud quod annuatim solueretur communiter si ad emphyteusim daretur, sine aliqua solutione à principio, de quo infra statim dicetur in secundo membro principali huius distinctionis. Et idem dicendum videtur de rebus habentibus maiores redditus, quàm communes, vt sunt molendina & huiusmodi, quæ locantur pro duodecim & plus pro centenario, quia talis diminutio pensionis, siue census, quæ fit propter primariam solutionem, non fit per respectum ad ipsum redditum locationis, sed emphyteusis absolute sine aliqua solutione à principio, sicut distinctum est in superioribus de remissione cēsus, siue pensionis domorum emphyteuticarum. Si vero à principio contractus emphyteutici, nihil penitus soluitur ab emphyteuta, dico quod si est res habens cōmunes redditus, vt possessiones, poterit Dominus accipere ab emphyteuta tantū quantum acciperet à colono, & etiam tantum plus, quantum cōmuniter æstimabitur plus vtilitatis trāstuliſſe emphyteutam, quā transtulisset in colonum, deductis tamen expensis, & cōsideratis periculis pertinentibus ad ipsum emphyteutam, magis quàm ad simplicem colonum. Vnde tantum poterit accipere ab ipso venditore, cui dat ad emphyteusim rem ab eo emptam, quantū communiter reperiretur ab alio annuatim, si ei daretur ad emphyteusim. rationibus supra allegatis, in quibus ostendimus, quòd cōputatis omnibus expēsis, & periculis talis emphyteutæ, melior in est eius conditio, quàm simplicis coloni. Et ideo saltem potest tantum ab eo accipi, quan-

Quid de domibus quæ dantur ad pensionem, licet sint magni precij.

Digitized by Google

quantum à ſimplici colono. Si autem ſit res habens redditus minores, & improportionatos valori, vt ſunt domus & palatia, non eſt neceſſe dare illa ad emphyteuſim pro eadem penſione qua locarentur, ſed debet conſtitui in emphyteuſi cenſus, ſecundum æſtimationem rei, vt patet per textum, in dicta authentic. perpetua. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. & in dicto ca. perpetua. 10. q. 2. vbi gloſſ. ſuper illa verba: *Eſt res ſubtiliter æſtimanda, vt ex hac iuſta penſio conſtituatur.* exponit, *id eſt, vt conſideretur quantum in viginti annis inde colligatur, vt in authentic. de non alienandis vel per. rebus Eccleſi. §. quia vero Leonis.* hæc illa. Si enim illa penſio ſimul collecta aſcendat, vſque ad veram æſtimationem rei, erit iuſtus cenſus. Si autem erit minor, poterit augeri, vſque ad tantam quantitatem, quod penſio ſiue cenſus ipſorum viginti annorum, comprehendat totum verum valorem ipſius domus, ſecundum deciſionem dicti §. quia vero Leonis. Et ſic erũt quinque pro centenario, licet locaretur ipſa dom'a in ratione trium pro centenario, & forte etiam pro minori penſione. Nam in emphyteuſi non habetur reſpectus ad fructus ſiue redditus ipſius, ſed ad ſuum valorem, quia per ipſum contractum emphyteuticum transfertur dominium, & naturalis poſſeſſio in dictum emphyteutam, & alia iura de quibus nihil ſoluit à principio contractus, & cætera. Dicit autem Dominus Bartholomeus Cæpolla, in ſuo tractatu de contractibus ſimulatis. in tertio caſu principali in tertia præſumptione, in verſicul. conclude tamen circa prædicta, in fin. quòd *illa erit iuſta penſio, quæ eſſet iuſta, ſi alteri non venditori liuellaretur. Quæ autem eſt illa? Dic quod eſt illa, qua communiter tales domus liuellari ſolitæ ſunt in eodem loco,* hæc ille. In ciuitate autem autem Mediolani communiter tales domus ſolent liuellari in ratione quatuor cum dimidio, vel quinque, ergo & cætera. Si autem ſit res habens maiores redditus, quod communiter aliæ poſſeſſiones, vt molendinum, communiter tenetur determinatio prædicti Doctoris vbi ſupra, dicentis: *In molendino, credo quod non habeatur reſpectus ad redditus, qui ſunt in magna quantitate, ſed in ratione quinque pro centenario, habito reſpectu ad valorem rei, vt habetur in dicto §. quia vero Leonis. in authentica, de non alienandis. col. ſecunda. Et licet molendinum videatur modicum valere, reſpectu quantitatis fructus quando locatur, tamen illud eſt propter periculum quod eſt in eo ne pereat, vel deterioretur, & propter magnam impenſam, quæ fit in eo manu tenendo. Vnde deducendo omnes expenſas & æſtimationes periculi, non diceretur in veritate Dominus percipere tantum de fructu. Cum ergo liuellatur dictum molendinum vni, & in eo tranſeat omne periculum, & omnis impenſa ad eum ſpectet, ſecundum notata in lege prima. C. de iure emphyteut. Sicut & Dominus emit modico precio propter dictum periculum, & impenſam futuram, ita debet etiam modico precio liuellari. Ex quo vt dixi, in liuellarium tranſit omne periculum, & impenſa.* hæc ille. Ideo aũt communiter determinatur à Doctoribus, quod molendina, & huiuſmodi, debent liuellari in ratione quinq; pro centenario valoris ipſorum, ſecundum ea quæ habentur in d. §. qui vero Leonis. quia non poteſt bene ſciri quantus ſit verus eorum redditus, deductis omnibus expenſis præſentibus, & futuris, & æſtimatis periculis, &c. Poteſt quoque in ipſis molendinis, & alijs omnibus rebus liuellandis, ſeruari cum bona conſcientia conſuetudo patriæ antiqua, & præſcripta inter bonos viros. Nam habetur pro lege. d. l. de quibus. ff. de legi. & c. fin. de conſue. & 11. diſtinct. c. in his. & faciunt notata per Cynum in l. excepto tempore C. loca. Ex prædictis autem omnibus, patet quartum dubium, ſcilicet quod iſte emptor de quo in caſu noſtro, poteſt tuta conſcientia dare ipſum fundum ad emphyteuſim, quinque pro centenario. Et ita me præſente conſuluit D. Laurentius de Buſti genitor meus, & iuris monarcha, cùm pater frater Thomas de Nouaria lector caluum, in loco noſtro S. Angeli apud Mediolanum, ab eo petiſſet ſuper hoc conſilium, & ego eram eius ſocius, & dixit quod ſine aliquo ſcrupulo conſcientiæ fieri poteſt, & reſpondit omnibus argumentis in contrarium. Ex prædi-

ctis etiam patet, quod talis contractus non est contra ius diuinum, nec naturale, nec ciuile, aut canonicum. Imo est secundum ius diuinum, naturale, canonicum, & ciuile.

QVo ad quintum dubium, scilicet vtrum Doctor requisitus, an talis contractus possit secura conscientia fieri, debeat respondere quòd sic. Dicunt quidam quod non, quia taliter consulere est aperire viam fraudibus, & ponere taliter contrahentes in periculo peccandi. Item quia licet inueniri possint aliqui qui habeant bonam conscientiam, tamen proximi videntes intentionem eorum, male possunt suspicari de ipsis, & sic generatur scandalum in cordibus pusillorum, quod fieri non debet, Matth. 18. vbi ait Dominus: *Væ homini illi per quem scandalum venit.* Ideo Paulus Apostolus, primæ ad Cor. 8. inquit: *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum.* Sed his non obstantibus in contrarium est veritas, quia cum hic contractus possit cum bona conscientia fieri, & de se sit bonus, vt supra clarissime probatum est, potest & debet Doctor respondere veritatem, aliter peccaret contra præceptum spiritus sancti per Psalmistam dicentis: *Recte iudicate filium hominũ.* Imo si respõderet istũ contractum esse dubium peccati mortalis, cum quotidie fiat, ponerentur animæ in magno periculo, & damno, si postea facerent contractum ipsum contra conscientiam. Quia omne quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, c. literas. §. pe de restit. spo. c. per tuas. de simo. c. inquisitioni. de sentent. excom. de pœn. dist. 4. c. omne, quod 28. q. 1. §. ex his c. fin. de præscrip. &c. vnico. de sicu. in ord. fa. Ideo contra tales consultores exclamat Esaias propheta. 5. sui libri. cap. di, *Væ vobis qui dicitis bonum malum, & lucem tenebras*, &c. transumptiue in c. si quis dixerit, & in c. si quis hominem. & in c. væ vobis. 11. q. 3. In eodem quoque c. dicit idem propheta: *Væ qui traditis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* Quæ verba possunt exponi contra illos doctores qui suis scrupulositatibus faciunt animas innumeris peccatis inuolui & irretiri.

affirmatiuam veram esse ostenditur.

NON obstat modo dum dicitur, quod taliter consulere, est aperire viam fraudibus, & ponere contrahentes in periculo peccandi, quia respondetur hoc esse falsum. Nam iste contractus, vt supra patuit fit sine fraude, & de se est licitus, nec est aliquod in eo periculum, cum cõtrahentes habeant bonam intentionem. &c. Vnde dicitur in communi prouerbio. *Quicquid agant homines, intentio iudicat omnes.* Intentio enim imponit nomen operi, & facit illud esse bonum, vel malum, vt ait Ambros. in lib. de offi. & notatur. l. si his qui quadraginta. §. sed si opus. ff. ad leg. Fal. Non obstat etiam dum dicitur, quod proximi videntes contractum, & non videntes voluntatem ac intentionẽ scandalizabuntur, quia respondetur hoc esse falsum: nam cum videant hunc contractum quotidie fieri à timoratis viris, credunt sicut est in veritate, quod cum bona conscientia possit celebrari. Et si aliquis suspicaretur malum de hoc contractu, cum videat æqualitatẽ in precio, & contrahentes non sint personæ vsurariæ, & videat in ipso contractu reliquas bonas circumstantias & conditiones bonorum contractuum, esset præsumptor temerarius iudicans in malum sine rationabili causa illud quod expresse patet esse & est bonum, secundum notata per Alex. de Ales in 3. par. summæ in tractatu de triplici processu iudiciali. q. pe. & Richard de media villa in 4. dist. 9. ar. 3. q. vl. & Thom. 2. 2. q. 60. Et ideo illud esset scandalum passiuum, & per consequens scandalum Pharisæorum, de quo non est curandum. Vnde cum Dominus dedisset illam doctrinam, Matth. di. *Quod intrat in os non coinquinat hominẽ*, dicentibus sibi discipulis: *Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt?* Respondit: *Sinite illos*, quod exponit

Responsio ad arg. addu cta pro negatiua.

Digitized by Google

mit gl.f.ſcandalizari.& ſubdit dicens: *ceciſunt,& duces cæcorum.* Et ſimiliter iſte Doctor dans hoc rectũ conſilium poteſt dicere,de ſcandalo ſcrupuloſorum doctorum,& idem poteſt dicere faciens ipſum contractum. Quod autem dicit Dominus *Væ homini illi per quem ſcandalum venit*, intelligitur de ſcandalo actiuo,non autem de paſſiuo,ſine vlla cauſa, ſicut eſt in caſu noſtro. Et illud Apoſtoli. *Si eſca ſcandalizat*, &c.ſecundum Archiepiſcopum Flor. in 2.par.ſummæ in tit.de ira ca.4.§.pen.intelligitur in illo caſu,vel ſimili. Nam Apoſtolus loquitur de carne idolis immolata,quam comedere præcipue , coram ſimplicibus, habebat magnam ſpeciem mali,quia poterant credere quod hoc facerent ad veneration idoli. Sicut cõmuniter fiebat,& illud erat in lege prohibitum.Et ideo merito poterant ſcandalizari. Vnde quamuis comedere illam carnem non propter illum finem,nullum eſſet peccatum, tamen propter ſpeciem mali debemus abſtinere.Et idem eſſet in eſu carnium , contra communem patriæ conſuetudinem,& morem , ac in ſimilibus.Tale autem ſcandalum non eſt in caſu noſtro , cum nulla ſit iuſta cauſa ſcandali.Et ideo non debemus de hoc curare, ſicut non curauit Dominus de ſcandalo Phariſæi,qui eum iudicabat non eſſe prophetam.&c. quia permittebat ſe tangi à peccatrice.Luc.9. nec etiam de ſcandalo Phariſæorum.Matt.9.quando paralytico dixit:*Remittuntur tibi peccata tua.* Et hanc ſententiam colligo ex mente B.Thom.2.2.q. 3.qui dicit,quod non tenemur relinquere bona temporalia,neceſſaria,vel vtilia ratione ſcandali alterius, quando illud ſcandalum venit ex iudicio temerario. Et ideo iſti contrahentes non tenentur dimittere facere hunc contractum , ſi eſt eis neceſſarius vel vtilis, cum faciant bona intentione, & debitis circumſtantijs,&c.Et doctor aliquis non debet prohibere,nec in contrarium conſulere. Imo tenetur quilibet requiſitus dicere veritatem,quod .ſ.talis contractus eſt bon⁹ & licitus, ac poteſt fieri ſecundum Deũ, & conſcientiam. Aliter in eo verificabitur illud quod ſcriptum eſt in c.nolite 11. q 3.*Qui non libere veritatem pronunciat , quam libere pronunciare poteſt, aut non defendit quod defendere conuenit,proditor eſt veritatis.*

Declaratur quomodo intelligendũ ſit illud Matth.18. Væ homini illi pro quẽ ſcandalum venerit, & vide etiam quomodo intelligitur illud Apoſtoli, ſi eſca ſcandalizat.&c.

An emens rem minori pretio quam valeat poſſit eam dare ad emphyteuſim, ad rationẽ 4. pro cento nario, non valoris rei in ſe,ſed pecuniæ exburſatæ in emptione.

SEd hic quæri poteſt de alio caſu.ſ. Vtrũ aliquis poſſit tuta conſcientia emere domum, quæ in veritate valet ſecundum cõmunem æſtimationẽ mille ducenta ẽt cõputato onere pacti de retrouendendo, & dando ad emphyteuſim,pro mille tantum,& poſtea dare illã ad emphyteuſim ipſi venditori,cum ipſo pacto ad rationẽ quatuor cum dimidio,vel quinq; pro cẽtenario non valoris rei in ſe,ſed pecuniæ exburſatæ in emptione. Et clarum eſt ex dictis *in* ſuperioribus , quod ſi talis emẽs ſit vſurarius,vel conſuetus facere cõtractus illicitos in fraudem vſurarũ , & hoc conſtet,& non appareat, quod habeat in hoc contractu bonam intentionem , & multo magis ſi conſtet ipſum facere hũc contractum in fraudem vſurarum , reputabitur illicitus & ſimulatus,ac in fraudẽ vſurarum,ſecundum cõmuniter Doctores.in d.c.ad noſtrã.de em.& ven.& in d. c.illo vos.de pign. Si aũt non conſtet de eius mala intentione, nec quod ſit vſurarius, vel conſuetus facere contractus in fraudẽ vſurarum,dicunt aliqui doctores, quorum conſilia ego vidi ſuper hoc particulariter edita, quod non reputabitur illicitus. Et pro eorum, opinione arguitur. Primo quod contrahentibus licitum eſt ſecundum leges ſe decipere inuicem, ſeu dãnificare in pretio.d.l.in cauſæ.§.pe. ff.de mino. dummodo non fiat vltra medietatẽ iuſti precij.l.2.C.de reſcin.ven.& c.cum dilecti.de emp.& vend.hoc autem eſt in caſu prædicto.ergo.&c. Secundo, quia talis vendens præſupponitur ſcire valorem rei,& conſentire tali venditioni. Scienti autẽ & volenti non fit dolus.l. venditor vbi gl.C.de reſcin.ven.l.1.in fi. ff de actio.em.l.1.§.intelligatur.& l.quia. §.pe.& fi.ff de ædil.edic.l.domũ.ff.de cõtrahen.em.l.nemo videtur de reg.iur. & c.Icienti.eod.tit.in 6.& ideo tenet cõtractus,

Pro affirmatiua arguitur.

2. Arguitur.

ctus, non solum de iure ciuili, sed etiam in foro conscientiæ videtur licitus, quando nullus dolus in eo interuenit, & vterque contrahentium scit valorem rei, secundum Panor. in c. cum causam quæ. el. 2. in vltimis verbis. extra de testi. vbi allegat Ioan. Cal. idem velle in c. nauiganti. de vsur. Et idem tenuit ipse Panor. post Inn. in c. quia plerique. in 12. co. in 9. quæstione principali. de immu. eccles. quia vēditor sciens rem plus valere, videtur illud plus dona re l. donari videtur. ff. de reg. iur. vbi dicitur *Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur*, & idem habetur in l. donari. ff. de dona. & Inno. in c. in ciuitate. de vsur. vbi visus fuit velle contrarium, intelligitur quando venditor ignorabat valorem rei, vt notat Panor. in d. c. quia plerique. Tertio ad confirmationē prædictorum adducitur, quod etiam secundum eos doctores, qui tenent, quod modicitas pretij, cum pacto de retrouendendo, faciat præsumi contractum vsurarium, requiritur modicitas, & inæqualitas vltra dimidium, vel prope dimidium iusti pretij, ita quod oportet rem emptam esse longe maioris pretij, quam ematur, secundum Alber. de Rota. in l. emptione. C. plus va. quod agitur. & Ioann. de Imol. in c. ad nostram. de emp. & vend. & ita consuluit collegium Mediolani, & 6. Papiæ, vt refert Cæpolla, in d. tract. in 6. casu principali. Et idē consuluit Panor. in cons. suo 77. & Paulus de Ca. cons. 276. & 319. & Lud. de Ro. cons. 423. & Ioan. de Ana. cons. 78. vbi Doctores prædicti ponderant modicitatem pretij, quia ad hoc vt præsumatur cōtractus vsurarius, oportet secundum eos, quod si nō sit magna inæqualitas in pretio, saltem intercurrat aliqua cōuentio, quæ sit cōtra naturam cōtractus, sicut interuenit in casu capituli, illo vos de pign. Sed in casu nostro hæc nō interuenerunt. Et sic nō omnis iniustitia pretij sufficit, vt declarat Pe. de Anch. in suo cōs. 9. & Car. Floren. in d. c. ad nostram. refert & cōsuluit, sic apud Mantuam in eo, qui emit pro centum fundum valentem ducenta, & promisit retrouendere venditori, quòd per hoc nō iudicabitur vsurarius; & Cæpolla vbi supra, in penultimo casu principali cōcludit, quòd oportet, quòd sit magna inæqualitas in pretio, ad hoc vt præsumatur cōtractus vsurarius. & hoc etiam videtur probari per gl. in cap. cōquestus. de vsur. quæ dum loquitur de modicitate precij, allegat. d. c. ad nostram. de empti. & ven. vbi præsumitur ficta vendit. pro eo quòd vix dimidiam partem iusti precij cōtingebat. Nam dictum gl. seu doctoris, debet intelligi secundum legem, quam allegat, iuxta notata per Bart. in l. nō solum. §. liberationis, de lib. le. Et ideò videtur requiri, quòd inæqualitas pretij sit talis, quòd non parum, sed valde excedat iustū pretium, ita vt sit in dimidia, vel circa dimidiam partem, vt supra dictum est, vel saltem in tertia parte iusti pretij, secundum quosdam, quorum dictum refertur per Cæpollam vbi supra, post sextum casum principalem, in ver. verum quia in isto libello: hoc autem nō est in isto casu, ergo. &c. Quarto argui potest quòd talis cōtractus dici debeat licitus, quia est cōsuetus fieri etiam à personis timoratis. Et hic adduci possunt omnia quæ dicta sunt, supra de cōsuetudine, circa casum præcedentem. Quintò facit, quia illud quod plus valet res vendita, remanet apud venditorem pro suo iure vtilis dominij. Vnde nō videtur esse deceptus in aliquo, ex quo penes ipsum remanet illud quod minus habuit de vero valore rei venditæ. & illud potest vendere, vt patet per. l. fi. C. de iure emphy. Sexto sic arguitur. Si prædicta domus non posset emi licite nisi iusto precio, & postea dari ad emphyteusim, ad rationem quatuor cum dimidio, vel quinque pro centenario, & sic plus quam ipsa domus reddat; sequeretur quod pœna statuta in iure tam ciuili, quam canonico, contra emphyteutas nō soluentes vt cadant à iure suo. vt in l. 2. C. de iu. em. & in c. potuit, de loca. licet in rebus Ecclesiasticis post biēnium, & in temporalibus post triennium, esset apposita si ulla a quo ad illum emphyteutam,

3. Arguitur, & adducuntur aliqua ad ostendendum modicitatem pretij cum pacto de retrouendendo, non facere vsuram.

4. Argui.

5. Arguitur

6. Arguitur

Digitized by Google

ſam, qui cum nihil ſoluat à principio cõtractus, ſed conſtituat ſe debitorem maioris redditus, quam ſit ipſa domus, taliter cadere cedit lucro eius, & non damno, cum nihil amittat quod de ſuo dederit, & exoneretur à grauamine talis penſionis. Nec obſtat ſi dicatur, quod perdet melioramenta in ipſa domo per ipſum facta: Quia reſpondetur, quod licet tales domus dentur ad meliorandum, tamen ſæpe nihil melioramenti fit in eis ab emphyteutis, vel propter eorum impotentiam, vel alijs ex cauſis. Ergo ad hoc vt cadens ab ipſo libello propter negligentiam ſolutionis in aliquo puniatur, videtur concedendum, quod emens cum pacto de dando ad emphyteuſim, non ſoluat totum valorem, ſed emat rem pro minori precio, vt in illo puniatur, emphyteuta cadens à iure ſuo. Septimo adducitur quod ſecundum omnes Theologos, in 4. ſent. diſtin. 15. & S. Bernard. in ſuis contractibus, licitum eſt contrahentibus ſe præſeruare indemnes, & futuris damnis præcauere. Sed talis emens minori precio ipſam domum, propter hoc facit, quia ſæpe emphyteutæ per triennium non ſoluunt penſionẽ, & ſic cadunt à iure ſuo, & multoties nihil aliud habent, & ſic ipſe Dominus directus ipſius domus remanet priuatus ſua penſione per triennium præteritum. Et aliquando malitia, vel alia culpa emphyteutarum pars ipſius domus corruit, vel deuaſtata reperitur, & etiam quandoque ipſi emphyteutæ deijciunt partem ipſius domus ſub prætextu, vt in melius reſtaurent, deinde à ſuo iure cadentes, hoc damnum ipſi Domino relinquunt, & non habent vnde ſibi ſatisfaciant. Et ideo videtur quod poſſit ipſe emens cum tali pacto de retrouendendo & dando ad emphyteuſim, tanto minus ſoluere quod poſſit ſe præſeruare indemnem à prædictis malis, ſaltem in parte & etiã ad hoc vt ipſe emphyteuta timens amittere dicta melioramenta, id eſt, ipſum precium ab emptore retentum in emptione, ſit magis ſolicitus ad ſolutionem penſionis. Et maxime hoc videtur eſſe licitum, ſecundum aliquos, illis, qui licet faciant confici inſtrumenta continentia, quod niſi emphyteuta ſoluat penſionem ſtatutam cadat à iure ſuo, tamen non intendunt facere eos cadere, ſed ſolum ſuam penſionem habere, & ſe à damnis prædictis præcauere, & etiam hoc ſcribunt in ſuis libris, vt hæredes eorum idem faciant.

V. Arguitur

SEd his non obſtantibus, ego non conſulerem alicui vt dictum contractum tali modo faciat, ſed modo prædicto cum ſolutione iuſti precij, ſaltem valoris rei conſideratæ, cum illo onere pacti retrouendendi & dandi ad emphyteuſim, rationibus prælegatis in ſuperioribus deciſionibus. Nec obſtat primum argumentum, quia ex ſupradictis patet, quod in foro conſcientiæ quicquid permittant leges ciuiles, non licet alicui decipere proximum in precio, nec damnificare eum, vel in minimo. Vnde di. Auguſt. in libro de vero cultu: *Non ſolum pro maxima mala ablatorum quantitate, ſed etiam pro minima denarij particula, non poteriſ quis faciem videre diuinam.* Non obſtat ſecundũ: quia licet ſcienti & volenti, non dicatur fieri dolus, tamen ei poteſt inferri damnum: Alias vſurarius non inferret damnum mutuario, ſcienti, & volenti ſoluere vſuras. Vel dicendum, quod dicta prædicta auctoritas intelligitur de ſciente & volente libere, non coactè, ſicut in caſu noſtro, quia talis venditor conſentire præſumitur compulſus neceſſitate aliqua. Et ideo licet ſciat valorem rei, tamẽ non præſumitur donare illud quod eſt minus iuſto precio. Nam ſecundum S. Bern. in ſuis contractibus, ſer. 33. ad hoc vt vendens præſumatur libere donare, taliter quòd emptor poſſit cum bona conſcientia retinere illud quòd plus valet res empta, quando ipſe vendens ſcit rei valorem & cõſentit dari illam pro minori precio, requiritur quòd hoc non procedat ex lenitate, vel egeſtate venditoris, aut ex magna neceſſitate eiuſdem,

Opinio auctoris circa iſtud dubiũ.

Reſponſio ad 1. argum.

Ad 2. arg. reſpondetur

quia vno ex his interueniente, sicut est in casu nostro, non præsumitur mera, & libera voluntas. Aliter sequeretur, quod etiam mutuatarius soluens scienter vsuras & ad hoc consentiens, præsumeretur donare, quod est falsum. Dicit quoque Ant. de But. in c. quia plerique. in fin. de immu. eccles. quod tunc emens minori precio à persona tagacissima, & sciente valorem rei, potest tuta conscientia retinere tale rem sic emptam sine supplemẽto iusti pretij, quando est verisimile quod in plus non appreciauerit rem, & residuum voluerit habere pro derelicto, quod non est in terminis nostris. Nam non sumus in casu, in quo talis venditor præsupponatur vendere rem aliqua necessitate compulsus, & eo maxime, quia licet quãdoq; in similibus præsumatur donatio de minimis, non tamen de magnis, sicut est in casu isto, in quo donaretur sexta pars pretij rei venditæ, nemo enim in dubio præsumitur velle donare, Institu. de dona. §. 1. & ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. vbi etiam habetur, quod donare est dilapidare & iactare, & quod nemo præsumitur velle iactare suum. Imo etiam posito, quod in instrumẽto venditionis poneretur, quod iste venditor libere donat illud, quod valet res vendita vltra taxatũ precium, sicut quandoque faciunt fieri mali emptores, hoc tamen non excusaret ipsum emptorem, quia præsumeretur factum in fraudem, & non reputaretur donatio, quia in casu isto non præsupponitur subesse iusta causa donationis. ar. l. per diuersas. cum ibi notata per gl. & Doctor. C. mand. & quod notatur in l. ab Anastasio. eod. tit. & ita tenet Bald. in simili in l. 2. C. de rep. hære. in l. fin. ibi. *tertio potest impugnari.* C. ne liceat poten. & in consilio suo quod incipit. *Ad probandum, & ostendendum.* in 2. ar. & Specul. in tit. de cessatione actionis §. 1. versic. *præsumitur simulatus*, & Cæpolla vbi supra in 3. casu in prin. in 7. præsumptione in prin. & ad hoc optime facit lex cum vir vxori, & quod ibi notatur. ff. de iure dotium. Nam non est verisimile quod fuerit animus donandi, vbi est pactum de redimendo appositum, ar. l. qui sic soluit. ff. de solut. etiamsi fit dictum quod donatur ob bene merita, quia ea in dubio nõ præsumuntur. l. si forte & l. Castrense. ff de Castrens. pen. & notat glos. in l. si donatione. & ibi per Doctor. C. de col. & per doctor. in d. l. per diuersas. C. man. & prædicta confirmantur per notata à doctoribus in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. & in l. 2. C. de rescin. vendi. & in l. si quis donationis. ff. de contrahen. empt. & per Bartol. & Docto. in l. si tibi. in princ. ff. de pac. & per Anto. de But. & Doct. in c. cum causam de emp. & vend. Nam talis cautela donationis inducit præsumptionem fraudis, secundum Cæpollam vbi supra, quia vt dictum est, nemo præsumitur iactare, siue dilapidare suum. Donatio autem dicitur iactatio, & dilapidatio, vt etiam patet in l. filius familias. in prin. ff. de donatio. & in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pac. In casu enim nostro non subest iusta causa donandi in venditore, sed potius necessitas, ex quo magis indiget quam emptor. Quia communiter quis vendit possessiones & domos suas propter necessitatem, causa habendi pecuniam. Cui potius esset faciẽda donatio, quam quod ipse emptori donaret. Nam donatio pura & simplex fit propter liberalitatẽ & munificentiam, vt dicit text. in l. 1. in 2. responso. ff. de dona. Sed in necessitatibus nemo liberalis existit. l, rem legatam. in fin. ff. de adi. leg. & ideo talis donatio potius præsumeretur facta ob necessitatem; quam ob meram liberalitatem. d. l. cum de indebito. ff. de proba. & quod emptor aliter non emisset, nisi cum tali donatione, & quod venditor non donasset, nisi donatarius illam rem emisset, vt notat glossa, in simili in d. l. ab Anastasio. in ver. coloratam. C. man. ergo, &c. Non obstat tertio, quod ad iudicandum contractum vsurarium requiratur inæqualitas circa dimidiam partem iusti pretij &c. quia respondetur, quod licet iniustitia, & inæqualitas precij in casu nostro, non faciat iudicari contractum ipsum esse vsurarium,

Ad id quod tertio obijciebatur.

Digitized by Google

rium, tamen facit eum reputari illicitum in foro conſcientiæ, vt patet ex prædictis, & etiam ex his quæ ponit Cæpolla vbi ſupra, in quarto caſu principali. in verſi. *vt autem hæc materia.* in fine primæ col. Nec obſtat, quod lex humana videatur reputare talem contractum licitum, ex quo ipſum fieri non prohibet, ſed permittit deceptionem in precio &c. quia reſpondetur ſecundum Thomam. 2. 2. quæſtion. 77. articul. primo, quod lex humana non prohibet quicquid eſt contra virtutem, & omnia non ſunt licita, quæ ipſa non ponit, & intelligitur non ſolum de lege ciuili, ſed etiam canonica. Vnde verum eſt illud, quod dicitur in c. cum iam dudum. de præben. ſcilicet, multa per patientiam tolerantur, quæ ſi in iudicium deducerentur, caſſarentur. Et alibi dicitur, quod permittimus, non approbamus. 31 q 1. c. hac ratione. Vnde tolerat Eccleſia quandoque crimen, propter ſcandalum. 4. diſt. c. denique. & 1. q. 7. c. quoties. & 8. q. 1. cap ordinationis & 24. q 3. c. ipſa pietas. & c. non poteſt. Et ſimiliter tolerat ratione multitudinis. ca. vt conſtituereretur 50. diſt. Lex autem diuina punit omnem damnificantem proximũ, etiam in parua quantitate, vt ſupra eſt oſtenſum. Et ex his patet etiam reſponſio ad quartum argumentum de conſuetudine quam non reprobauit expreſſe Eccleſia. Vnde talis conſuetudo contra charitatem proximi potius poſſet appellari corruptela, quam conſuetudo, per ea quæ habentur in c. mala, & in ſex capitulis ſequentibus 8. diſtin. & in c. fina. de conſue. Et ideo non excuſatur eam ſequens, vt patet ex prædictis iuribus. Nam malæ conſuetudines, nullo vnquam tempore conualeſcũt. §. ſi vero. in authenti, vt nulli iudi. & c. ſi conſuetudinem, 8. diſt. & c. cum cauſa. de ſenten. & re iudi. cum ſimili. Et ideo non tam ſpectandum eſt, quod factum eſt, quam quod fieri debuit l. licet. in fin. ff. de offic. præſid. & c. cum cauſam de teſti. Ad quintum argumentum reſpondetur per Cæpollam, vbi ſupra in tertio caſu principali, in ſecunda præſumptione. ver. *ſed tutius*, quod tales non bene loquuntur. Nec ſequitur illud, quod plus valet res vendita, remanet apud venditorem, eundem conductorem, ſiue emphyteutam, pro ſuis melioramentis, & ſic pro ſuo iure, ergo non eſt læſus. Quia illud plus non poteſt libere vendere, ſicut potuiſſet ſi non eſſet venditum. Sed cum ſuo onere libellario vendere tenetur, quod ſibi difficilius erit, & magis damnoſum, & pro hoc facit. l. 3. §. melior. ff. de in diem addic. Itẽ quia tenetur prius Domino denunciare, & eo emere nolente ei tenetur laudemium ſoluere. l. fi. C. de iure emp. Item quia ſi alienaret Domino irrequiſito, caderet ab omni iure ſuo, dicta. l. fi. Item quia propter canonem debito tempore non ſolutum caderet ſimiliter à iure ſuo, & perderet dicta melioramenta, d. l. fi. & l. 2. C. de iure emphy. & c. potuit. de loca, quæ non perderet, ſi non eſſet in dicta venditione. Item amitteret etiam illud ius redimendi, quando eſſet conceſſum, & appoſitum in inſtrumento locationis libellariæ, quia tunc cenſeretur eſſe ius emphyteuticum, ſeu pars iuris emphyteutici, vt probatur in l. ſterilis. §. ſi tibi. ff. de actio. empti. & in l. qui fundum vendidit. ff. de contrahen. emp. & facit etiam lex. fundi. eodem titul. Non obſtat quoque ſextum argumentum, ſcilicet quod cum plus ſoluat emphyteuta, quam percipiat de re ipſa, vtile ſibi eſſet cadere à iure ſuo vt ſe exoneraret & c. niſi de precio valoris rei retineretur in emptione per ipſum emptorem: quia reſpondetur, quod licet quod emphyteuta cadat à iure ſuo, ſi non ſoluat, ſit ſtatutum in pœnam eius, quando eſt ſibi damnoſum, & vtile Domino taliter cadere, tamen ſi vtile eſt Domino, quod ipſe emphyteuta non cadat, poteſt eum inuitum retinere in emphyteuſi, vt probatur in d. l. 2. C. de iure emphyteu. in ver. *ſi voluerit.* Ad ſeptimum etiam reſponderi poteſt, quod talis emens, & ad emphyteuſim dans, poteſt ſe præmunire indemnem, ac ſe aſſecurare de pennone, & omni dam-

Ad 4. arg. quid dicendum.

5. Arg. ſatisfit.

6. Arg. reſpondetur.

Ad ſeptimũ quid dicendum ſit.

no, quòd forte fier ab emphyteuta in ipsa domo, ét si ipse emphyteuta nihil aliud habeat in bonis, absq; eo quod sibi retineatur de iusto precio rei per ipsum vendẽtem, vtputa exigendo fideiussores idoneos, & huiusmodi. Item habebit personã ipsius emphyteutæ obligatam, quia obligatio personalis, qua tenetur accipiẽs ad emphyteusim ad pensionẽ soluendã Dñe, ita sequitur pauperẽ sicut dimitẽ quomodocunq; vadat. l quis ergo catus. ff. de pecu. Et ex hoc patet falsitas vnius argumẽti, quod faciunt quidam cõtra casum prẽcedentem, dicentes, quòd si in emphyteusi plus solueretur, quam perciperetur, nũquam possent pauperes accipere ad emphyteusim. Ex hoc etiam argumento sequeretur, quòd pauper nihil habẽs in bonis, nõ posset facere aliquem cõtractum in quo obligaretur, quod est falsum. Sed ponamus, quòd talis venditor volens accipere ad emphyteusim ipsam domum, nõ possit inuenire fideiussorem idoneũ, nec aliter assecurare ementem de prædictis; cũ nihil habeat aliud in bonis, nec habiturus verisimiliter sit, nunquid hoc casu poterit ipse emptor retinere illa ducenta? Respõdetur, quod si nihil fiat in fraudem, sed solummodo ad indemnitatem cõseruandam, & cõstituatur pensio, solum p respectũ ad valorem rei æstimatum, in cõtractu venditionis. sad illa mille quæ exbursantur Et in ipso cõtractu caueatur, & exprimatur, quòd quauis emphyteuta aliqua ex causa caderet à iure suo, tamen non debeat amittere illa ducenta, sed sua remaneant. Et quod transacto tempore redimendi, teneatur emptor, & ét quotiescunq; ipsum emphyteutam amittere ius suum cõtigerit, & emptor eum cadere fecerit, teneatur sibi illa ducenta bona facere, & cõputare in debito pensionis præteritæ, & in alijs obligationibus, & quod reliquum erit, exbursare. Nõ videtur in cõueniens talem cõtractum admittere, quia in tali paupertate emphyteutę, nõ tenetur ipse emens soli obligationi eius personali incumbere. Inanis enim dicitur actio, quam inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. & c. olim. de restit. spoliat. & c. Odoardus. vbi gl. de dolo. Quia qui nihil habet, nihil dare potest. c. Dalbertũ. 1. q. 7. Vnde taliũ inopum debita dicuntur deficientia, vt in authen. de exhi reis. §. optimum. De multis alij cõtractibus libellarijs pertrãseo, in quibus sæpe fiunt multæ fraudes, & vsuræ palliatæ. Sed ex prædictis poterit cognosci, quid sit licitum, & quid non.

Dubium.

Solutio.

QVinto cõmittitur vsura in contractu societatis. Pro cuius declaratione est sciendum, Thom. 2. 2. q. 78. & Goffred. in summa, quòd aliquis potest ponere pecuniam in societate sine peccato, & lucrum facere ex ea, ita quòd vnus ponat pecuniam, & alius operam personalem. Quia plerunque quod pecuniæ deest, per operam suppletur. ff. pro socio. l. societates. §. primo. Ita quod communicent pericula, lucra, & damna. Et concordat Hosti. & notatur. 14. quæstio. 3. cap. plerique. in glos. Et de hoc est text. in l. 1. C. pro socio. & Institu. de socie. §. 2. Iste enim contractus est licitus, dummodo sit negotiatio licita, alias non c. per vestras. de donatio. inter vi. & vxo. Et ideo vterq; potest accipere lucrum: tam ponens pecuniam, quam ponens operam. Precium enim operæ est velamen artis. l. cum duobus. § si inchoanda. ff. pro soc. Sciendum est etiam, quod potest quis deducere in pactum, quòd ipse accipiat tres partes lucri, & alius solum quartam partẽ. Et hoc quando quis ponit plus in societate, siue ratione pecuniæ, siue ratione industriæ Inst. de socie. §. 1. & l. si nõ fuerint. in prin. & l. quid. n. ff. pro soc. Arbitrio ergo boni viri æstimabitur, an illud plus quod in societate ponit quis, correspõdeat illi pluri, quod de societate percipit. Similiter ad propriam conscientiã recurrendum est. In actione enim ista pro socio, quæ est bonæ fidei, arbitrium boni viri sequedum est. l. in proposita. ff. pro socio. Si autem vnus plus altero non conferret, tale pactum, etiam de iure ciuili non valeret, secundum Azonem, quem

Quando cõmittatur vsura in contractu societatis, & quãdo non.

Accu.

Accu. ſequitur in d. l. ſi non fuerint. in princ. per legem. quid enim ff. pro ſocio. Ex quibus concluditur alius caſus vſurarius, videlicet quod ſi quis paciſcatur, vt habeat duas partes lucri, & vnam tantum damni, & alius duas partes damni, & ſolum vnam lucri, & tamen ambo æqualiter ponunt in ſocietate, vel reſpectu pecuniæ, vel reſpectu induſtriæ; iſte contractus eſt illicitus tam de iure diuino, quàm de iure canonico, & ciuili, vt inquit D. Angelus de Perufio in ſuo tractatu de ſocietatibus, per legem Mutius. ff. pro ſocio. Sciendum eſt quoque, quòd aliquis poſſet dare licite pecuniam ad ſocietatem, vel pecora, nõ facto aliquo pacto de lucro: ſed committendo diſcretioni ipſius recipientis, vt aſſignet partem lucri, vel damni, ſecundum quod ei iuſtũ videbitur. Vnde ſi ille non bene aſſignaret, non ſolum in foro conſcientiæ teneretur, ſed etiam de iure ciuili, poſſet cogi ſatisfacere ad arbitrium boni viri. ff. pro ſoci. l. ſi ſocietatẽ, & ita determinat Angelus de Perufio, vbi ſupra.

Dans aliquid ad ſocietatem cũ hoc pacto quod capitale ſit ſaluum, cõmittit vſuram.

SExtus caſus vſurarius eſt, quando aliquis dat pecuniam ad ſocietatem, aut pecora, cum hoc pacto quod capitale ſit ſaluum, iſte enim contractus de iure Canonico, & in foro conſcientiæ fieri non poteſt, ſecundum Angelum vbi ſupra. & gloſſam, ac doc. in cap. plerique. 14. quæſtione 3. de iure autem ciuili, di. Hoſtiẽ. in ſumma, in titul. de vſur. §. an aliquo caſu, quòd talis ſocietas valet magis ex vi pacti, quàm ex natura contractus. Sed Bal. in l. 1. C. pro ſoc. quæſt. 9. tenet, quòd tale pactum non valet, neque ex forma cõtractus, neque ex eius natura, ſed ſapit vſurariam prauitatem. Secundum etiam omnes canoniſtas communiter hoc pactum non eſt æquum, nec in iudicio animæ ſeruandum, vt notat Anton. de But. in cap. fin. de vſuris.

Dans aliquid alicui ad ſocietatem, & ipſe vult habere commodum de toto, & damnũ tan ñ de dimidia parte capitalis, cõmittit vſuram.

SEptimus caſus vſurarius eſt, quando aliquis dat alicui mercatori cẽtum ducatos, vel centum oues alicui ruſtico tenendas ad ſocietatem, & ipſe vult habere commodum de toto, & non vult ſentire damnum, niſi de dimidia parte capitalis, & tamen alius tantum ponit in ſocietate, ſicut ipſe ratione operis, & induſtriæ, vel alio modo. Talis enim contractus eſt iniquus, ſecundum Gulielm. & etiam Ray. in ſumma. l. 2. in tit. de vſur. & Ioan. Teutonicum in ſumma confeſſ. libr. 2. tit. 7. quæſtio. 37. & magiſtrum Barthol. de Piſis, in ſumma, in tit. de vſur. c. 2. Et ibi Nicolaus de Auſmo, in additionibus ſuis. Et idem tenet Franciſc. de Platea, in tractatu de vſur. & d. Ioannes de Monteſpello. in l. ſi paſcenda pecora. C. de pac. & ſanctus Ber. in ſuo tractatu de vſur. & Archiepiſcopus Floren. in ſua ſumma, parte ſecunda, in tractatu ſocietatum.

OCtauus caſus vſurarius eſt, quando aliquis dat ad ſocietatem certa capita ouium, æſtimata certo precio hoc pacto quòd ruſticus non accipiat aliquam vtilitatẽ, donec qui dederit recipiat prius totam ſortem ex fœtibus. Vel ſi quis paciſcatur, quòd antequam ruſticus accipiat aliquid, reſtaurabit de fœtibus omnia mortua: his enim pactis, eſt quaſi velle facere oues immortales, & ideo eſt illicitus iſte contractus, ſecundum Guliel. vt habetur in ſumma confeſ. libr. 2. tit. 7. quæſt. 36. & Monal. in ſumma. Et idem tenet Ioan. de Lignano. in cap. fin. de vſuris, licet contrarium tenuerit Spec. in tit. de loca. §. iam dicendum, in fin. & ibi Ioan. An. in additionibus. & dominus Lauren. de Floren. in tractatu reſtitu. Tamen prima opinio videtur verior. ſ. quòd contractus ſit iniquus, vt etiam tenet Nicolaus de Auſmo, vbi ſupra. Dimitto multos vſurarios contractus, qui fiunt à campſoribus, maximè in cambijs ſuis, & literis mortuis, quorum fraudes ſi vellem exponere, verificaretur in me illud Mãtuani poëtæ, in primo Aeneidos: *Ante diem clauſo componet veſper olympo.* Multum autem peccant reges, & principes, atque cõmunitates, manifeſtos vſurarios defen-

Principes debẽt cõpellere Iudæos ad reſtituendas vſuras Chriſtianis.

Digitized by Google

dentes, & præcipue Iudæos. Contra quos Innoc. 3. in c. post miserabilem, de vsuris, inquit: *Iudæos ad remittendas Christianis vsuras per principes & potestates compelli præcipimus seculares, & donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus, tam in mercimonijs, quam in alijs per excommunicationis sententiam, eis inhibemus communionem omnimodam*, hæc ille, vbi dicit gl. quòd Iudęi per Ecclesiam puniuntur pœna corporali, vt patet. 28. q. 1. c. sæpe. in fi. & 7. quæst. 4. c. constituit. Ita tamen quod ad sanguinem non procedatur, extra de rapto. ca. in Archiepiscopum: Vnde dicit Alexan. de Ales, in 3. parte summæ in tractatu de 7. præcepto decalogi quæstio. 5. quod principes Christiani possunt expoliare Iudæos omnibus, præter necessariis, non tamen debent occidere, nisi mereantur ex aliquo maleficio, sicut cæteri Christiani. Scriptum est enim in Psal. *Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei.* Et ratio est, quia reliquiæ Iudæorum cõuertentur in fine mundi, vt dicitur Esa. 6. & ad Ro. 11. c. Dicit autem Tho. in quadam epistola ad Ducissam Lotharingiæ, quòd principes talia bona accipientes à Iudæis, debent ea restituere his à quibus ea illicite acceperunt ipsi Iudæi, si inueniuntur; alioquin in pios vsus, ad consilium diœcesani, vel aliorum proborum virorum, vel in communem terræ vtilitatem expendere. Sed heu, quia hodie non solũ nõ coguntur perfidi Iudæi ad restituẽdas vsuras, imo priuilegijs dotantur ad multiplicandas vsuras. Insuper Christiani quamplures, per manus Iudæorum occulte vsuras exercent, quod est sceleratissimum vitium,

PARS SECVNDA, HVIVS sermonis, de excusatione pecuniæ, vltra sortem acceptæ, in aliquibus casibus.

SECVNDO circa vsuram habemus considerare eius excusationem, scilicet vtrum in aliquo casu liceat aliquid accipere vltra sortem, sine vitio vsuræ. Ad cuius declarationem ponuntur tres regulæ. Prima quarum est, quòd propter interesse damni emergentis aliquid accipere vltra sortem in mutuo, non est vsura Nam secundũ dominum Anto. de But. in capitulo salubriter, de vsuris, duplex est interesse, vnum damni emergentis, & aliud lucri cessantis. Sit ergo hæc prima regula, quòd propter interesse damni emergẽtis licet aliquid vltra sortem accipere. Et hoc ad damni recompensationem. Quod confirmat Scotus in 4. distinctione 15. quæstione 2. & Thom. 2. 2. quæstione 78. artic. 2. in respõsione primi argumẽti, vbi dicit, quòd ille qui mutuum dat, potest absque peccato in pactũ deducere, cũ eo qui mutuũ accipit in recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid quod debet habere. Hoc enim non est vẽdere vsum pecuniæ, sed damnum vitare. Ex qua regula primo fundatur casus, qui habetur in capit. salubriter, de vsuris, vbi dicitur: *Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi pronumerata dote à socero pignori obligatæ sunt computandos in sortem, non credimus compellendum, quia frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda*: hæc ibi. Quæ intelligenda sunt quando maritus supportat onera matrimonij, aliter nõ secundum Richar. in 4. dist. 15. art. vlt. q. 5. & facit. ff. de doli. excepti. l. pater. Et oportet quod illa onera sint certa secundum Antonium de but. in dicto cap. salubriter. Et sic non poterunt fructus retineri cum sorte, vltra indubitatam onerum quantitatem. Aliam causam assignat Hostien. in dicto cap. salubriter, quare possit recipere tales fructus sine vsura, vt scilicet dos salua remaneat mulieri, aliter enim contingeret eam contumi, & læderetur res publica.

An in aliquo casu liceat aliquid vltra sortem accipere.

Propter interesse dãni emergentis licet aliquid accipere vltra sortem.

SED circa hunc casum sunt quatuor notanda. Primo secundum dominum Anton. de But. in d. c. salubriter, quòd hoc intelligitur quando dos fuisset simpliciter promissa, & postea cum non solueretur, ad

4. Notãda circa receptionem alicuius pro dote.

ad cautelam ſit pignorata poſſeſſio. Nam ſi ſuſtinet onera matrimonij, poteſt tunc fructus pro intereſſe accipere. Si autem dos non ſit ſimpliciter promiſſa, ſed ſolum ad certam diem, & interim percipiet fructus poſſeſſionis pignoratæ, licet tales fructus computentur in ſortem. Dicit quoque Io. And. & Ioan. de Lign. in d. c. ſalubriter, quod hæredes mariti, qui nõ tenentur ſecundum leges reſtituere dotẽ vſque ad annum, poſt mortem mariti, & tamen tenentur relictam alere, vt habetur. C. de rei vxor, acti. l. 1. non habent hoc priuilegium, quia eſt diuerſa ratio in marito & hæredibus, quia hæredes ſtatim poſſunt reddere pignus obligatum pro dote, ſecus in marito, vt in capit. tua, de iureiuran. el. 2. & quia ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos.

2. Notandũ

SEcundo notandum eſt quòd ſi ſoluto matrimonio, hæredes mariti obligent mulieri poſſeſſionem aliquam pro dote, quia non habent vnde aliter ſoluant, fructus computabuntur in ſortem, ſ. cundũ Hoſt. in ſumma in ti. de vſuris. §. an aliquo ver. 6. & Inno. & Io. And. in c. ſalubriter, extra de vſu. quia non eſt eadem ratio in primo, & in ſecundo caſu, ergo nec idem ius, facit. l. à Titio. ff. de verb. oblig. arguendo à contrario ſenſu, & quod debeant in ſortem computari probat. l. Titia. ff. de ſolutionibus. Sit ergo cauta mulier, vt non recipiat rem in obligationem, ſed faciat eam diſtrahi, vel recipiat in ſolutum. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, aliter fructus extenuabũt ſortem, vt dicit dominus Ant. de But. in d. c. ſalubriter. Et idem dicitur in ſumma confeſſ. li. 2. ti. 7. q. 8.

3. Notabile.

TErtio notandum eſt, quòd caſu quo gener non recipit pignus, ſed cautionem de numeranda dote, in certo termino, & interim recipit certos denarios pro libra ex pacto, ſecundum Ioã. An. & Ant. de But. ac Ioannem de Lign. in dicto c ſalubriter, eſt vſura, quia dictum. c. ſalubriter, loquitur de fructu pignoris qui ſupponitur diuino iudicio. Et ad rationẽ textus reſpondent per c. per veſtras. de dona. inter. vir. & vxor. cum gloſſa ibid. Nam poſſeſſiones ſunt aptæ natæ producere fructum, non autem pecunia. Et hãc opinionem tenet etiam dominus Lauren. de Flor. in ſuis reſtitutionibus. Sed Ioannes Cal. & Petrus de Ancha. & Panormi. in dicto cap. ſalubriter, tenuerunt contrarium, cum quibus etiam concordat Paulus de Liaza, vt refert Franciſcus de Platea in ſua ſumma in ti. de vſu. ca. 1. §. 34. quorum dictum eſt tenendum, quando gener ſubijt aliqua onera matrimonij, & propter illa, & non propter dilationem ſolutionis dotis aliquid recipit. Nam quamuis etiam velit cautionem, non videtur iniuſte agere, vt poteſt colligi ex ſententia Scoti in prin. huius regulæ. Si autem intereſſe non ſubeſt, quia non habet onera, & ſolum propter expectationem dotis aliquid vellet, eſſet vſurarius, vt patet ex prædictis.

4. Notãdũ.

QVarto notãdum eſt, quòd gener poſſit donare amico ſuo, & ille poſſet lucrifacere fructus, ſecundum Guilielm. vt patet in ſumma confeſ. eo. li. & ti. q. 17. Sed ſi gener ab amico ſuo recipiat ſummam pecuniæ dotis, & ille recipiat pignus eo pacto quod gener teneatur numeranti reddere pecuniam, ſi velit recipere tale pignus, propter quod mutuauit, tunc eſſet vſurarius, non computando in ſortem tales fructus, ſecundum eundem Guiliel. vbi ſupra, & Bal. in rubrica. C. de vſuris, & Monal. in ſumma, & Franciſcũ de Platea vbi ſupra. c. 22.

Fideiuſſor qñ poteſt petere capitale & vſuram ſolutam.

SEcundo principaliter ex hac regula ſequitur quod fideiuſſor qui ex defectu principalis debitoris, compulſus eſt ſoluere creditori capitale cum vſura, poteſt vtrumque recipere, quia ſeruari debet indemnis, extra de fideiuſſ. c. conſtitutus. Et hoc tenẽt Rich. Monal. & Alex. de Ales vbi ſupra, & Raymun. Hoſt. ac Inno. vt patet in ſumma cõfeſ. eo li. & t. t. q. 16. & dñs Lauren. de Flo. in ſuis reſtitutionibus.

Tertio

Digitized by Google

Mutuans quo seruari debeat indemni.

TERTIO sequitur ex hac regula, quòd si mutuans incurrit damnum, eo quod debitor non soluit in termino assignato, debet seruari indemnis, secundum prędictos Doctor. vtputa si propter hoc necesse habuerit accipere vsuram, potest accipere illud quod soluit, vnde dicit Monal. quòd hoc est interesse, non vsura, non autem potest petere lucrum quod non acquisiuit, vt in contractibus bonæ fidei. l. socium. ff. pro so. & in l. sterilis. §. cũ per venditorem. ff. de act. emp. Dicit tamen Thom. 2.2. quæstio. 62. quòd ille qui detinet pecuniam alterius, videtur eum damnificare impediẽdo ne adipiscatur, quod erat in via habendi, & propter tale damnum tenetur aliquam recompẽsationem facere, secundum conditionem personarum & negotiorum, sed de hoc infra melius patebit. Pro conclusione istius tertij notabilis generaliter est dicendum, quòd omne damnum quod aliquis passus est, ex eo quòd soluta non est pecunia in termino, tenetur mutuans restituere, secundum Ray. in summa confess. eo. lib & ti. quæstione 16. Et probantur hæc per capit. peruenit. de fideiuss. & cap. constitutus. eod. tit. & 12. quæstion. 2. cap. si quis. de clericis. Et idem dicit Hostiens. in summa.

Tradẽs aliquã possessionẽ aliud nõ soluenti postea pretiũ tempore assignato, potest petere interesse, dummodo ille aliud recipiat fructus.

QVarto ex hac regula sequitur, secundũ quod habetur in capit. conquestus de vsuris, in glossa, quòd si vendo tibi prædium, & trado, & percipis fructus, & mihi non soluis pecuniam in termino assignato, potero petere interesse, cũ percipias fructus, nec erit vsura, vt. C. de act. empt. l. curabit. & ff. eod. l. 2. & hoc dicit glos. in l. 2. C. de vsuris, & concor. Hostiẽ. in summa in tit. de vsuris. §. an aliquo. ver. 7. dicens quòd in isto casu competit actio extra contractum, vel officium iudicis, non ad vsuras, sed ad interesse, quod verius est. ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solum.

QVinto sequitur ex hac regula, quòd si debitor vsurarij mutuat pecuniam sortis vsuræ, & vsuras inde decurrentes, & hoc eo tempore, quo intendebat vsurario satisfacere, non est vsurarius, quia quærit damnum suum euitare, non captare lucrum. Et hoc tenet Ioan. Cal. in ca. si quis obligatus. 14. q. 4. & in c. fi. extra. de vsur. Nam nõ tenebatur cum suo damno subuenire socio. 23. q. 5. c. si non licet, & ff. de præscrip. ver. l. qui seruandarũ in principio.

Ratione lucri cessãtis quomodo potest aliquid accipi sine vsura.

SEcunda regula principalis quando aliquid liceat recipere vltra sortem in mutuo, sine vitio vsuræ, est ratione lucri cessantis. Circa quam regulam notandũ est, quod ad hoc vt lucrum cessans possit accipi licite, oportet quod sit in actu, vel in quasi actu, quia quamuis vsurarius possit lucrari de pecunia quam mutuat, & aliquo modo esset à lucro possibili, non tamen debet habere interesse lucri cessantis, quia non cessat ab eo, quòd sibi nunquam inerat. Et est addendum quod non est tutum, secundum istam regulam, mutuare non habenti necessitatem huius mutui, quia tunc non obligatur quid sibi mutuare ex præcepto, sed mutuum efficitur sibi spontaneum, quo casu periculum est, ne mutuanti magis placeat pecuniam suam sic per mutuum ad lucrum exercere, quàm in alijs licitis contractibus, quapropter in huiusmodi contractibus semper ad sse debet desiderium, quòd si esset possibile, non fieret mutuum cum tali lucro. Ex qua regula sequitur, secundum Monal. in summa, & Hosti. ac Guliel. atque Ray. vt habetur in summa confess. lib. 2. tit. 7. quæstione 28. quòd si volebam emere terram valẽtem reddere singulis annis ducenta, quia pecunia ad hoc erat parata, & precibus me fecisti cessare a tali contractu, vt tibi mutuarẽ, quia pecunia tibi futura erat vtilior, & ego mutuaui, possum pacisci, vt des mihi quolibet anno, donec pro necessitate pecuniam detines, quantum acceptur us fuissem de illa possessione: & hoc intelligendum est habita consideratione incertitudinis fructuum, & fortunæ obuentio-

Casus ex lucro cessãte.

Digitized by Google

uentionis, ſecundum d. Anto. de Bu. in ca. ſalubriter, extra de vſur. Sed pone, quod quis habebat pecuniam, & volebat ire ad nundinas & ibi merces emere, vel ad alium locũ deferre, vel ſeruare certo tempore, vt lucraretur; tu indigens illa pecunia, recipis illam mutuo, offerens te paratum reſtituere illam cũ lucro ſperato in termino, & loco. Quamuis dicat Innoc. c. fi. ex. de vſu. quod putat hunc contractum vſurarium, nec ſcit qualiter poſſit, excuſari, & Ioan. Calde. in d. c. fin. approbet opinionem Innoc. & etiam Ioan. And. ibidem dicens, quod illud quod dicitur ibi de intereſſe, habet locum poſt moram debitoris, & quòd ex hoc contractu pararetur via ad fœnus. Nam ſtaret vſurarius paratus cum capello, ac calcaribus dicẽs, ſe ad nundinas velle ire. Tamen Raym. in ſumma, in tit. de vſu. ver. item aliquis, in fin. & Hoſtien. in capit. ſalubriter, de vſu. & in ſumma, in tit. de pœni. §. quibus ver. quid ſi paratus, dicit quòd teneris ad intereſſe lucri, quod factus erat verisimiliter ex pecunia ille, qui mutuauit, dummodo nihil fiat in fraudem vſurarum, & mutuans non ſit conſuetus dare ad vſuram, concor. Ioan. de Lig. & Anto. de But. in dict. capit. ſalubriter, ſcilicet quòd teneris facere ſatisfactionem ex æquo, conſiderato tamen dubio euentu, & circunſtantijs iſtius lucri ceſſantis. Et idem tenet Monal. in ſumma di. quòd hoc recipitur ratione intereſſe, vide de hoc Petrum de Anchar. in capitulo primo, de vſuris. lib. 6.

Caſus de lucro ceſſante.

TErtia regula qua cognoſcitur, ſi aliquid liceat accipere vltra ſortem, eſt iſta, ſcilicet quòd ex mutuo, licet redimere vexationem ſuam, id eſt, accipere ſuum, quod ſibi alias debebatur. Ex qua regula ſequitur, Primo quòd mutuans pecuniã ruſtico, vt laboret poſſeſſionem eius, dummodo ſatisfaciat illi de fructibus poſſeſſionũ vel alio modo, det ei iuſtum precium operarum, non eſt vſura, quia nihil præter ſortẽ accedit Domino. Et hoc tenet Dominus Laurent. de Flor. in ſuo tractatu de vſuris, vbi refert dominum Grego. de Arimino, idem tenentem. Quamuis enim Dominus intendat ſibi operas præſtari ratione mutui à ruſtico, & ruſticus, propter mutuum impendat operas alias non exhibiturus, tamen illæ operationes non cedunt lucro Domini, cum illas iuſto precio emat, nec per hoc aliquod damnum patitur ipſe ruſticus. Et ponit idem magiſter Greg. alium caſum. Pone quòd Dominus conducat colonum ad certum tempus, pro certo precio & precium tradat antequam colonus incipiat operari: poſtmodum vero nolente colono operari, niſi Dominus mutuet, ei certam ſummam pecuniæ, Dominus mutuat, vt operetur, alias non mutuaturus, talis Dominus nõ eſt vſuratius, quia duntaxat recipit ſuum, id eſt, operas ſibi debitas, & nihil ex tali lucratur mutuo, & ideo non eſt vſurarius cẽſendus, nec peccat, niſi ſecundum Dominum Lauren. vbi ſupra, de iuſto precio operarum detraheret aliquid propter mutuum, aut ſi vltra operas iuſto precio emptas, alia exigeret à ruſtico ratione mutui, tunc enim eſſet vſura. Item ſequitur ex præcedenti regula alius caſus, quod ſi mihi debes decem, quæ non poſſum habere, & mutuo tibi alia decem, hoc pacto, vt de viginti poſtea ſatisfacias, non eſt vſura, ſecundum Hoſtien. in ſumma, quia licet vnicuique redimere vexationem ſuam, cadilectus, extra de ſimon. Poſſumus quoque etiam ſub hac regula ponere caſum, qui habetur in capit. conqueſtus, extra de vſu. vbi dicitur, quod Eccleſia non tenetur computare in ſortem fructus pignoris, quando accipit in pignore à vaſallo ſuo feudum; quod tenet ab eadem, tamen interim non debet recipere ſeruitium à vaſallo, quia tunc eſſet vſura. Dicunt autem Doctor. ibidem, quod ideo iſte caſus eſt licitus, & ſit ſine vſura, quia Eccleſia ratione feudi, non dicitur accipere alienum, acciperet autem ſi interim vaſallus teneretur ad ſeruitiũ. Ratio ergo feudi, tollit rationem vitij, & ponit excreſcentiam ſub ratione liciti. Et hoc idem

Cæſus circa hoc.

Alium caſus ſequens.

Alter caſus.

Rõne mutui quomodo licet accipere illud quod ſibi prius debebatur.

habetur

Digitized by Google

habetur, extra de feudis, in cap. primo. Et hunc casum ponit Monal. in summa. Sed vtrum hoc solum habeat locum in feudo Ecclesiæ, respondet Alexander de Ales, vbi supra, & Hostien. in summa quod licet nō inueniatur expressum in alio feudo, tamen videtur de æquitate, quod idem sit in omni alio feudo, quia aut est licitū, aut illicitum. Si licitum, ergo etiam in laico, cum sit eadem ratio, ergo idem ius. I. à Titio. ff. de verbo. oblig. & l. & ideo. ff. de legibus. Si autem est illicitum, ergo multo minus debet fieri ab Ecclesia, quam à laico. Et hanc opinionem tenet glo. & Antoni. de Butri. & Ioan. de Lignā. in dicto, c. conquestus. Ratio autem quare aboletur vitiū vsuræ in hoc casu, est, quia vasallus non est Dominus, quamuis habeat vtilem actionem, vel secundum alios non est magis Dominus, præsumitur etiā velle dare fructus, quia ad Antidota est naturaliter obligatus, & concordat Richar. in 4. di. 15. artic. vltimo, quæst. 5. & Monal. ac Hostien. in summa. Quæ autem dicta sunt de vasallo, non habent locum in emphyteuta, & colono secundum Hostien. in summa, in tit. de vsuris. §. an aliquo. Reuerendis tamen Pater Frater Angelus de Clauasio, in sua Angelica, in tit. de feudo, dicit idē esse in emphyteusi, quod in feudo, quia inquit Spec. in titulo de feud. §. quando. ver. quadragesimo, quòd feudum & contractus emphyteuticus, & libellarius, sunt eiusdem naturæ. Item inquit Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de ver. oblig. & Bald. in cap. 1. de inuesti. de re. aliena. fac. vbicunque lex feudalis, non est contra iuris ciuilis, aut naturalis rationem, habet locum in emphyteusi. Prædicta tamen de Domino feudi, & rei datæ ad emphyteusim, quòd possit recipere fructus pignoris, non computando in sortem, limittat prædictus pater esse vera, vbi vasallus, vel emphyteuta, non fecit melioramenta, & quando feudum, & emphyteusis, est à causa libera, quia si exburtasiet quantitatem pecuniæ vel aliquid aliud Domino, pro habendo feudo, vel emphyteusi, sic non liceret, quando fructus disproportionarentur a seruitio, siue à fructu.

Dubium cum sua solutione.

Si vero quæratur quid de vsufructuario obligante proprietatem? Respondet idem vbi supra, secundum Hosti. in summa; quod si habet à causa libera à proprietario, non computabit fructus in sortem, alias secus; vbi fructus disproportionarentur à seruitio. Ex præcedenti regula etiam colligitur alius casus, qui habetur in capit. prim. extra de vsuris, videlicet quòd quādo laicus tenet iniustè aliquam possessionem Ecclesiæ, & dat pignori ipsam possessionem, rectori Ecclesiæ ipsius, talis poterit percipere fructus illius vltra sortem, quia non recipit, nisi quod sibi debetur, vt dicitur in dicto capitulo primo in fine. Et sciendum, quòd idem posset facere laicus in possessione sua, ab alio sibi iniuste detenta, vt inquit glossa in prædicto capitulo, & Vldericus, vt habetur in summa confesso. eod. libro. & ti. quæstion. decima sext. Vnde concluditur generaliter secundum Richard. vbi supra, quòd cum quis mutuat illis, quis violenter, vel fraudulenter rem suam detinent, restituere non tenetur illud quod accipit vltra sortem, quia sic non accipit alienum, sed ad se trahit, quod suum est, per dictum capitulum primum in textu, & in glossa. Et ita potest intelligi illud Ambro, decimaquart. quæstione quarta, capitulo ab illo, vbi dicit. *ab illo exige vsuram, cui nocere merito desideras, cui iure inferuntur arma, huic legitime inferuntur vsuræ, quem bello vincere non potes, ab hoc vsuram exige, quæ nescit crimen occidere.* In omnibus tamen prædictis casibus, quando aliquid accipitur vltra sortem, ab his qui detinent iniuste aliquid ipsorum mutuantium, debet fieri tali modo, quod non scandalizetur proximus.

Quid de vsufructuario obligante proprietatem?

Casus sequens ex iam posita regula.

SED hic quæritur vnus casus, videlicet quando communitas aliqua, vel princeps aliquis indiget pecunia, & accipit à ciuibus mutuo, promittens, & obligans suo, an isti eis certa pignora, & certum lucrum, puta quinque vel sex, pro centenario, vel facit assignationes aliquas in quibus vltra ca-

Quādo princeps accipit a ciuib. mutuandā, ciues qui cogantur ad

Digitized by Google

ratione huius coactionis poſsint lucrum accipere?

tra capitale, dat ſibi lucrum, quæritur nũquid iſti ciues, qui coguntur ad mutuandum ratione huius coactionis, poſſint lucrum accipere? Et quamuis aliqui Docto. tenuerint quod ſic, tamen Alex. de Ales, in ſuo tractatu de vſuris dicit, quod non poſſunt licite illud lucrum retinere, nec excuſat eos à peccato, coactio, vel alia neceſſitas, extra de vſur. capitul. ſuper eod. & quod metus cauſa, capitul. ſacris. Et ideo etiam ille qui emit iura à primo mutuante pro aliquo minori precio, vel etiam ſoluendo idem precium, committit vſuram, quia ſi principaliter contractus eſt illicitus, eſt etiam illicitus acceſſorius capitul. acceſſorium, de regul. iuris, libr. ſext. Verumtamen eſt, quod poſſunt retinere de tali lucro omne intereſſe, & damnum quod patiuntur propter tale mutuum coactũ. Et cum Alex. de Ales tenet magiſter Gregorius ordinis Eremitarum dicens, quòd tenentur ad reſtitutionem talis lucri, vltra ſuum verum intereſſe, (ſicut refert Dominus Laurentius de Florent. in ſuo tractatu de vſur. & Lapus in repetitione capituli, in ciuitate, de vſuris, & hæc videtur eſſe æquior opinio,) tamen ſi propter tale mutuum, dicti ciues cogerentur ſubire aliquos labores, vel pericula, occaſione mutuandi, poſſent recompenſare dictum laborem, & aliquid pro eo accipere, ſecundum Hoſtien. in ſumma. Et idem dicit in quolibet mutuante, per capitul. ad noſtram. de rebus Eccleſiæ non alienandis. Et idem habetur in ſumma confeſ. eod. libr. & tit. quæſt. 24.

Nunquid acepturi iam datum capitale alicui, poſſint accipere tantum pro centenario ſine vſura.

SED aliud eſt de impræſtitis, qui fiunt Ianuæ, Florentiæ, & Venetijs, in quibus ciues dant pecuniam communitati, nunquam recepturi capitale, ſed accipiunt tantum pro centenario. Licet enim quidam Doctores hunc contractum, non tenere dicant, ſed eſſe vſurarium; inter quos fuit Lapus in dicto capitulo, in ciuitate; tamen communiter Doctor. tenent quod ſit licitus, inter quos eſt Petrus de Ancha. in c. vſurarum voraginem, de vſu. lib. 6. & c. in ciuitate, de vſu. In generali quoq; capitulo fratrum minorum Ianuæ celebrato, fertur determinatum, hunc contractum valere. Et idem tenet Dominus Lauren. de Flor. in tractatu ſuo vſurarum, & magiſter Franciſcus de Neapoli in ſuo tractatu montis, & magiſter Angelicus Ordinis prædicatorum, in quodam conſilio ſuo. Et quamplures iuris profeſſores, hoc cum ſigillo conſuluerunt, ſicut refert Dominus Laurent. vbi ſupra. Et aſſignat Dominus Petrus de Anchar. in dicto capit. vſurarum, & in d. cap. in ciuitate: rationem, quare ſit licitus hic contractus, quia non plus percipitur, quam de emptione vnius poſſeſſionis ſimilis æſtimationis, & tamen nunquam capitale recipiunt, ſicut ſi emiſſent poſſeſſionẽ. Item quia precium pro eis creſcit, & decreſcit, ſecundum quod creſcunt redditus, & decreſcunt. Item quia ſubiacent periculo, quia poſſet commune eis in totum tollere, & ſæpe imponit eis onera, ſicut poſſeſſionibus, ita quòd ferè in omnibus cõueniunt cum reb. immobilibus, inter quas de iure computantur, vt in Clem. exiui de Paradiſo. §. cumque, de verb. ſig. Alij Doctores aſſignant aliam rationem, quòd in hoc caſu videtur potius quædam emptio reddituum ciuitatũ, quàm mutuum, quo ad effectum, & iſte contractus eſt licitus, ſcilicet emere redditus alicuius poſſeſſionis. Immò etiam emere redditus pecuniarios, ſecundum Alexan. de Ales, vbi ſupra, & Innoc. Hoſtien. & Ioan. & Anto. de But. in c. in ciuitate, de vſuris. Tamen iſte contractus, non eſt ita honeſtus, & decẽs, ſicut quando emũtur redditus prædiales. Et hæc omnia intelligenda ſunt, niſi aliquid fiat in fraudem vſurarum, quia *quicquid agant homines, intentio iudicat omnes*: Dominus quoque Anton. de But. in dicto capitul. in ciuitate, dicit iſtum contractum impræſtitarum eſſe illicitum. Sciendum tamen quòd d. Ioan. de Anania, in c. in ciuitate, de vſur. in 5. col. in quæſt. vtrum in venditione annui redditus, committatur vſura, dicit quòd a talibus contractibus eſt abſtinẽdum propter dubium, ſequendo ibi

do ibi Dominum Florẽtinum, & Petrum de Ancha. quia bonarum mentium, &c. c. ad eius. 5. di. & Clemen. exiui. de Paradiſo. §. 1. de verbo. ſig. & cap. conſilium, de obſer. ieiu. Item quia in dubijs tutior via eſt eligenda. cap. illud, circa medium, de cle. ex. mi. & de hoc eſt glo. notabilis in c. in ciuitate, in ver. niſi dubium, de vſur. & in c. nauiganti, in ver. veriſimiliter dubitatur, eodem tit. Et optime facit tex. in d. Clemen. in §. nos itaque in 5. colum. vbi dicitur, quòd in his quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad euitandos graues remorſus, pars ſecurior eſt tenenda, præſertim cum non ſolùm quod malum eſſe dignoſcitur, ſed etiã omne quod habet ſpeciem alicuius mali, ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum, vt dicit text. in d. Clem. exiui de Paradiſo. in §. cumque annui redditus, de verb. ſig. In multis alijs caſibus poteſt aliquid iuſte accipi, vltra ſortem ſine vitio vſuræ, & poſſunt colligi ex dictis in præcedenti ſermone: vnde quando datur alicui pecunia ſigillata ad pompam, vel quando recipitur aliquid ratione pœnæ, vel quando aliquid gratis datur, & in ſimilibus. In omnibus autem alijs caſibus, tenetur mutuans reſtituere quicquid accipit vltra ſortem, per regulam vulgarem poſitam in c. peccatum de regul. iur. libr. 6. Et non ſolùm vſurarius, ſed etiam alij fautores tenentur ad reſtitutionem.

Quando cõmunitas accepit vſuram, omnes ſunt vſurarij, qui cum auctoritate & conſilio hoc fit.

VNde quæritur, quando communitas accipit vſuram, vtrum teneantur omnes ciues, quorum auctoritate, & conſilio hoc fit? Et reſpondit Ray. quòd omnes ſunt vſurarij, arg. 7. quæſt. 1. cap. ſicut vir. & 23. quæſt. 3. capit. ſi habes, & ff. quod me. cauſa. l. metum. §. animaduertendum. Et idem eſt de his qui prohibere poſſunt, & non prohibent, extra de ſent. excommun. ca. quantæ. concor. Hoſtien. vt habetur in ſumma confeſſ. eo. lib. & tit. q. 57. & licet omnes cõſentientes committant vſuram, tamen ſecundum Guliel. non tenentur ad reſtitutionem, niſi quantum ad eos pertinenerit, vel quantum releuati ſunt de expenſis, quas feciſſent de ſuo, illi tamẽ qui præſtiti ſſent auctoritatẽ, vel præceptum, & huiuſmodi ad vſuram, ita quòd aliter facta non fuiſſet, tenentur in ſolidum, vt habetur in ſumma confeſ. vbi ſupra. q. 60. Et ſit hæc concluſio, quòd omnes qui fuerũt cooperati ad vſuram, tenentur ad reſtitutionem, per illam regulam: *Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur*, cap. ſi culpa de iniur. & damno dato. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad. l. Aquil. Quomodo autem & qualiter, & ad quid, quiſque cooperans teneatur, ad vitandam prolixitatem non refero ad præſens, ſed de hoc plenè tractatur in ſumma confeſ. libr. 2. tit. 7. quæſtione 6. & 61. 2. & 3. Sed contra prædicta arguunt vſurarij, quòd non teneantur ad reſtitutionem dicentes, quòd licitum eſt accipere, quod voluntariè ſibi datur, 18. di. cap. de eulogijs. 1. quæſt. 2. cap. placuit, & de ſimonia capit. dilectus. Sed in vſura, ne dum voluntariè, immò etiam quandoque rogatus à dante accipit vſurarius, ergo non tenetur reſtituere, quia voluntate dominorum, & traditione rei, transfertur dominium. §. per traditionem, Inſtit. de rerum diui. Reſpondeo, quòd quædam ſunt, quæ de ſui natura, ſunt licita, & in his prædicta procedunt. Et ſunt quædam quę ſunt illicita de ſui natura, vel ratione pacti, aut contractus, & tunc non poſſunt contrahentes licite facere, quod de ſe eſt illicitũ, ar. extra de foro compe. c. ſi diligenti, & de ſent. excommun. cap. contingit. el. 1. & quo ad voluntatẽ dicit Alex. de Ales, vbi ſupra, quòd dans pecuniam vſurario, non dat libenter abſolutè, ſed ſolum ſecundum quid, propter mutuum habendum; nam vellet habere mutuum ſine datione illius pecuniæ, & ideo acceptum contrà eius voluntatem abſolutam, debet reſtitui.

Quomodo poſtea teneantur ad reſtitutionem.

Solutur argumentum.

Qui mutuauit pecuniã cũ intentione ſecundaria aliquid habendi, teneatur ad reſtitutionem illius quod habuit?

ne ſecunda-

SED hic quæritur, nunquid ille qui mutuauit pecuniam cum intẽtione ſecundaria aliquid habendi, teneatur ad reſtitutionem illius quod habuit? Et reſpondent Inocent. Bernar. & Alanus, in capit. conſului t de vſuris, quòd hæc intentio *ria aliquid*

ſecunda-

Digitized by Google

habendi,nõ tenetur ad reſtitutionem.

ſecundaria aliquid habendi nõ facit quẽ vſurarium, licet minuat meritum,plùs, vel minùs,ſecũdum maiorem vel minorem reſpectum,ad commodum temporale, non tamen tenetur ad reſtitutionem. ar.61.di.c.quid proderit,& 58.di.c. ſi officia.& 1.q.1.quapropter.Et hoc idem tenet gloſſ.in c.conſuluit,de vſu. poſt principium,& Ioan.And.in d.c.conſuluit. & in Mercuriali, ſuper 2.regula, & Monal.in ſumma.

Vſurarius intentionarius,qui præcipuè mutuauit intentione aliquid habendi,an teneatur ad reſtitutionem.

SEd hic quæritur vna vulgaris quæſtio, videlicet vtrùm vſurarius intentionarius, qui principaliter mutuauit intentione aliquid habendi,aliter non mutuaturus, teneatur ad reſtitutionem illius quod accepit? Reſpondent quidã Theologi.in 4.di.15.& Aſten. in ſumma li.3. ti. 4.& Alexand.Lombar. in ſuo tractatu de vſur. quòd talis non tenetur ad reſtitutionem,ſed ſufficit ſola pœnitentia ſicut in ſimonia mentali,extrà de ſimo. c.ſi. Et confirmatur hoc per illud quod habetur in §.placuit Inſti. de obli. quæ ex delic. vbi dicitur, quòd ſi quis credat domino inuito ſe rem contrectare, & tamen dominus ſit contentus, non committit furtum,& non eſt obligatus reſtituere,vt etiam habetur. ff. de fur.l.inter omnes §. recte.& ideò idem videtur dicendum in iſto caſu,quia licèt mutuans habeat prauam intentionem,tamen vitium tollitur per voluntatem domini, quæ non eſt vitioſa,cùm det gratis: Præterea reſtitutio non debet fieri,niſi damnum paſſo,& notatur extrà de reg.iur. c. peccatum lib.6. & Leui.5.ac Num.16. Sed concedens non eſt paſſus aliquod damnum, cùm ex mera voluntate conceſſerit, & dederit illam pecuniam,ergò non eſt fienda ei reſtitutio. Contrariam opinionem, videlicet, quòd talis mutuans tenetur ad reſtitutionem,tenet Hoſtien.in ſumma,& Rodonenſis in c.conſuluit.de vſuris, quia præceptum eſt Domini:Lucæ 6. *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, & Monal.in ſumma idem tenet;& Pe.de Anch.in c.vſurarum voraginem, de vſu. libr.6. & dominus Laurentius,de Rodul.in ſuo tract. de vſu. Et hoc dicit tutiùs,imò veriſſimum,ſ. cũdùm Inno.& dicit Hoſti. quòd ſemper tenetur ad reſtitutionem,ex quo illa intentione principaliter ductus eſt. facit ad hoc.l.ſi.ego.la.1. ff.ſi cer.pe. vbi dicitur, quòd ſi volui tibi rem dare, & tu credebas eam tibi mutuo dari, nõ efficitur tua antè conſumptionem, quia in hoc caſu intentio recipientis,& concedentis,diſcordat: ſic ergò videtur dicendũ in propoſito.Nam & ſi mutuans intendat velle aliquid ex debito, & dans credat ſe libere dare,propter hanc volũtatum diſcordiam, datum vltra ſortem non efficitur recipiẽtis:ſed tenetur ad reſtitutionem. Et hanc opinionem tenet Raym. in ſumma,in ti.de vſ.ver.ſed nunquid.& ibi Guliel.& Archi.cum his concor.in c.1.14 q. 3.& hoc quo ad iudicium animæ, & idem confirmat Io.And.in c.conſuluit de vſuris,& in Mercuriali, ſuper reg.peccatũ, idem quoq; tenet dominus An. de But. in d.c.in ciuitate,de vſuris. Et hanc opinionem tenet S. Bernardinus in quadrageſimali,de Chriſtian.relig.in tract.de reſtitut.ſerm.37.ar.2.c.4.& Franciſcus de Platea in ſuis reſtitutionib. in tract. de vſuris.c.10.§.19.& Nicol.de Auſimo. ac Bartholomæus de Piſis, vt habetur in Piſanella,ac ſupplemento,in ti.de vſur.c.1.§. 1.& c.6.§. 2. Non obſtat modo illud quod dicitur,de ſimoniaco mentali, quòd non tenetur ad reſtitutionem,quia reſpondet dominus Ant.de But.vbi ſuprà,quòd quia vſura eſt prohibita vtroq; teſtamẽto, nec diſpenſationem Papæ recipit.c.ſuper eo. de vſuris, ideò vſurarius mentalis tenetur ad reſtitutionem, ſimonia eſt prohibita ſolùm à iure poſitiuo, quapropter Papa poteſt diſpenſare in reb. ſimoniacè acceptis,& ideò Papa potuit determinare in dicto c.ſi.de ſimonia, quòd ſimoniacus mentalis non teneatur ad reſtitutionem. Sed ſalua reuerentia domini An. hæc reſpõſio non videtur vera,quia ſimonia etiam eſt prohibita de iure diuino. Vnde Chriſtus DEVS noſter præcepit Matthæi 10.*Gratis accepiſtis,gratis date*: Ideò

Pro negatiua adducuntur aliquorum argumenta.

Affirmatiuam oſtẽditur eſſe veram.

Reſponſio ad primum argumentũ

Confutatur hæc reſpõſio.

Digitized by Google

melior est responsio Monaldi nostri in summa, quòd in vsura non est turpitudo dantis, ideò iure diuino & humano ſienda est restitutio illi qui dedit, cùm fuerit deceptus, putans quòd sibi gratuite fuisset commodatum, & propter hoc pecuniam d derit Et ideò ei sic decepto, debet fieri restitutio. In simonia autem communiter est turpitudo, ex parte dantis & accipientis, & ideò illi qui dedit non ...et fieri restitutio, quia non fuit ...nsus. Scienti enim & simpliciter volenti, non fit deceptio, nec iniuria. ff. de reg.iur, l.nemo videtur. & C. de rescinden.vend.l.si venditor. ff.de iniurijs. l.2. item in pari causa turpitudinis, potior est conditio possidentis. ff. de condi.ob. tur.cau.l.2.& ff.de ver.ob.l.seruum. §. sequitur. Optima ergò est responsio ad illud.c.fi. quòd illud loquitur propriè in casu, quando non solùm accipiens, sed etiam dans peccauit per simoniam mentalem, & ideò ei non debet fieri restitutio: si autem ipse non dedisset turpiter, sed bona intentione, puta ad redimendam vexationem suam, prof. ctò accipiens per simoniam mentalem, deberet ei restituere, tanquam læso, ar. in c. dilectus. el.1. extra de simo. Quod si teneamus opinionem, quam posui suprà in præcedenti sermone, quod etiá simoniacus intentionarius debeat restituere, vel Ecclesiæ offensæ, vel ipsi læso danti, aut pauperibus loco Christi, quando nec dans nec Ecclesia fuit læsa. ar. hoc de dicto c.fi. nihil facit. Non enim probatur, quòd pecunia per simoniam accepta, non debeat restitui, si benè consideretur, imò innuit contrarium, vt suprà probatum est. Verùm quia hæc mea opinio est consilij, ideò sequendo opinionem communem Doctorum, dico quòd bona fuit responsio Monal. & multas alias responsiones dant Doctores in d.c.consuluit, quas breuitatis causa omitto. Non obstat modò illud quod dicebatur de furto, quia respondeo, quod est maxima dissimilitudo inter casum illum, & nostrum: nam ille, qui videbat rem suam furripi, erat contentus trâsferre dominium in illum, & ideò ille non committebat furtum, cùm haberet rem de voluntate domini, licet ipse nesciret. Et idem esset dicendum in casu nostro, quando mutuum accipiens, sciens malam voluntatem illius, scilicet quòd ea intentione mutuauit, & non aliter mutuasset, tamen ex mera voluntate sua, omninò vellet ei donare aliquid, hoc enim casu non teneretur accipiens ei restituere aliquid, cùm non sit læsus, aut in aliquo deceptus. In re enim sua quilibet est moderator, & arbiter C. mandati. l. in re mãdata. & ff. de iudicijs. l. nemo. Non sic aũt est in casu nostro, quia dans vsurario intentionario, nesciebat illum habuisse talem intentionem corruptam, quòd nõ mutuasset sine vsuris. Et ideò cùm sit deceptus, debet ei fieri restitutio. Præterea ideò non committitur furtum in prædicto casu, quia non competit ibi diffinitio furti, cùm non sit contrectatio rei alienæ inuito domino, quæ requiritur in furto. ff. de furtis. l.1. & Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. furtum, imò fuit facta cõtrectatio domino cõsentiente, licèt contrectans nesciat. In casu autem nostro, competit diffinitio vsuræ, maximè illius, quam ponit Gof. in summa dicens; quòd vsura est quicquid sorti accedit, intentione præcedente, vel pacto, ergò &c. Nõ obstat tertiò dum dicebatur, & quòd cùm ille dederit gratis, non fuit læsus, & ideò non debet ei restitui: quia respõdeo, quòd imò fuit læsus, quia putabat sibi gratuite mutuatum, & ideò dedit, non autem dedisset si sciuisset illius malam volũtatem, & ideò debet ei restitui. Nam accipiens mutuo, & postea reddens, præsumitur ea intentione dare, quia mutuũ præstans mutuauit, vt si mutuauit ex charitate, præsumatur & ille dedisse ex charitate, & mera voluntate, aliter secus. Nam vnusquisq; præsumitur aliquid dare eo modo quo accipit. ff. mandati. l. si verò non remunerandi. §. inde Papinianus Ex quibus omnib. sequitur, quòd talis vsurarius intentionarius tenetur ad restitutionem. Et hæc est veritas meo iudicio

Quare in v... ...ta's debet fieri restitutio dãti, non autem in simonia.

Ad illud quod obijciebatur de furto respondetur.

Ad id quod 3. obijciebatur.

dicio infallibilis, cùm de hoc ſit caſus ad literam, in c. conſuluit, extrà de vſu. quod non facit vllam mentionem, quòd mutuans oſtendat voluntatem ſuam per aliqua verba, aut ſigna, ſ. quòd velit aliquid, ſolùm propter eius prauam intẽtionem, dicit quòd tenetur ad reſtitutionem. Et ibi gloſſ. magiſtralis, & communiter omnes doct. hoc concludunt.

Concludit vſurarium intentionarium ad reſtitutionem teneri.

PRO concluſione autem huius ſermonis, ſciendum quòd omnes vſurarij publici, ipſo iure ſunt Eccleſiaſticis ſacramentis priuati, niſi ſatisfaciant. c. quia in omnibus, extra de vſu. Vnde contra eos in c. quamquam eo. ti. lib. 6. dicit ſummus Pontifex: *Nullum manifeſtorum vſuriorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſiones admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi de vſura ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendis, pro ſuorum viribus facultatum idoneam præbeant cautionem. Teſtamenta quoque manifeſtorum vſuriorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure*, hæc ibi. Vnde dicit Alexand. Lombard. in ſuo tractatu, de vſuris, quod publici vſurarij debent facere ſolenniter proclamari voce præconis, quod quicumq; debet ab eis aliquid habere, veniat ad ipſos libere omnia ſua recepturus. Et hoc vt plenius innoteſcat, & ad ſcandalum remouendum, quia vt habetur in c. 1. de pœnis, manifeſta peccata, non ſunt occulta purgatione purganda. Si autem talis vſurarius non poſſit ſatisfacere, quia non habet vnde ſoluat, nec poteſt habere fideiuſſorem, nec pignora pro danda cautione, debet, ſecundùm Io. Andr. in d. c. quamquam de vſuris. lib. 6. iurare, quòd non poteſt illa habere. Item debet iurare ſe facturum pro poſſe, vt ſatisfaciat, ar. extra. de dona. inter vi. & vxo. c. per veſtras, aliter audiens eius cõfeſſionem, ſuam & illius animam perdit. Similiter omnes ſepelientes tales vſurarios manifeſtos, ſunt ipſo iure excommunicati, non obſtante quoque priuilegio, vt in Cle. eos qui. de ſepulturis. Iſti enim vſurarij ſunt peiores lupis, qui non comedunt alios lupos, ipſi verò deuorant proximos ſuos, de quibus dicit Dominus Pſalmo. 13. *Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.* Item ſunt peiores Iudæis. Nam Iudæus de libra denarium, vt duos per ſeptimanam ſumit. Ipſi verò falſi Chriſtiani, vix in ſolido contentantur, & vſuram nomine cenſus baptizant. Sed diabolus eos baptizabit in aqua infernali. Item ſunt peiores alijs peccatoribus, qui peccant interpolatim, & non continue. Ipſi verò continue peccant, ſcilicet die, ac nocte, & qualibet hora, ac momento, dormiendoque & vigilando. Nam ſemper eorum vſuræ currunt. Item quolibet feſto, & ideò videntur eſſe peiores Iuda. Ipſe enim vendidit Chriſtum, vſurarij verò Chriſtum, & beatam Virginem, ac omnes ſanctos, quia ipſorum feſtiuitates computant in vſuris, & quia vſurarij ſunt ei ſimiles; imò peiores quàm ipſe Iudas, ideò ei ſimiles erunt in pœna. Iudas enim in aere interijt, qui eſt habitatio dæmonum. Ad innuendum, quòd non debebat ſtare in cœlo, cum Angelis, nec in terra cum hominibus, ſed in aere cum dæmonibus. Et eodem modo vſurarij non habitabunt in cœlo, quia Deum, & beatam Virginem, & omnes ſanctos offenderunt, nec in mundo quietè habitare poſſunt, quia homines conturbant. Sed habitabunt in inferno cum dæmonibus, quos per auaritiam adorauerunt, quæ eſt idolorum ſeruitus, vt dicitur ad Col 3 Et ideò dimittite vſuras, ô fœneratores, & reſtituite malè ablata, vt ſic à pœna infernali liberari valeatis. Quod vobis Deus noſter concedat. Amen.

Diſcurſus de vſurarium malitia.

Manifeſtos vſurarios ſepelientes ſunt excommunicati.

(.˙.)

FERIA

Digitized by Google

FERIA III. POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE ACQVISITIS PER ludum ac meretricium, atq; per alium quemuis modum non concessum, & de restitutione incertorum.

SERMO XXVIII.

Ex duobus præceptis legis naturæ concluditur reddendũ esse creditori suo.

REDDE *creditori tuo.* 4. Regum 4. & in epistola occurrentis feriæ. Duo sunt naturalis legis præcepta, vnum affirmatiuum, & aliud negatiuum: Affirmatiuum inquit: *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis,* quod habetur Matthæi 7. Lucæ 6. & di. 1. in principio. Ex quo præcepto concluditur secundùm Theologos, in 4. distin. 15. quòd sicut quis vellet sibi rem suam ab alio detentam restitui, sic & ipse debet restituere alienam. Et ad hoc cogitur etiam per illam legem charitatis fraternalis, qua quilibet tenetur diligere proximũ, sicut seipsum. Deut. 6. Exod. 20. Matth. 22. Marci 12. Lucæ 10. 3 di. c. omnis. 23. q. 4. cap. ea vindicta, & c. debet homo, & ead. m causa. q. 6. capit. si non licet. Aliud præceptum legis naturalis est negatiuum dicẽs: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quod habetur Tobiæ 4. Act. 15. 50. di. c. ponderet. & 2. q. 1. cap. placuit. Et ideò cùm nullus velit rem suam ab alio auferri, nec detineri iniustè, debet quoque ipse idem facere erga proximum. Dicitur enim in L. 1. ff. quod quisq; iuris: *Qui asseruabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici fecit? Quod quis in alterius personam æquum esse crediderit, id quoque in sua persona valere patiatur.* Ex quibus omnibus benè inferuntur verba posita in themate nostro. i. *Redde creditori tuo.* Super quib. verbis quatuor considerationes faciemus. Prima erit de rebus per ludum acquisitis. Secunda de reb. per meretricium adeptis. Tertia de rebus per alium modum non concessum habitis. Quarta de incertis.

Sermonis diuisio.

PARS PRIMA huius sermonis de ludo.

DE ludo tres considerationes faciemus. Prima dicetur diuersitatis. Vnde sciendum est, secundùm B. Thom. 2. 2. q. 168. & Alexand. de Ales in 2. parte summæ in tract. de diuisione peccati, & Durandum nostrum in summa libr. 2. quòd diuersa sunt genera ludorum: Quidam enim sunt spirituales, & laudabiles, vt sunt repræsentationes alicuius deuotionis, puta passionis, annunciationis, & similium, qui secundùm Hostien. & Inno. possunt fieri in Ecclesia, vt patet in capitulo cùm decorem. de vita. & hone. cle. Alij ludi sunt & spirituales, & temporales, etiam laudabiles, cuiusmodi fuit saltatio Dauid coram arca, qui lusit in signum iucunditatis spiritualis, & cessit ei ad meritum, 2. Reg. 6. de quo Gregor. ait: *Ego Dauid plus stupeo saltantem, quàm pugnantem, pugnando hostem subdidit, saltando coram Domino, humilem ipsum fecit,* hæc ille. Alij sunt tantùm temporales ad bonum finem facti, cum bonis circumstantijs, qui etiam sunt laudabiles. Ideò dicit B. Thom. vbi suprà: *Sicut homo indiget corporali refocillatione, quia non potest continuè laborare, ita etiam ex parte animæ indiget quiete, & solatio, quod fit per ludrica, & iocosa: Circa quæ, tria videntur præcipuè esse cauenda. Primum, & principale est quòd prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operibus, seu verbis turpibus, & nocinis. Secundum ne totaliter grauitas animæ resoluatur. Tertium vt ludus fit con-*

Diuersa ludorum genera.

Quid cauendum ludo licito.

Digitized by Google

sit conueniens secundùm congruitatem personæ, temporis, & loci, & secundùm alias circumstantias, debite ordinetur. Et hæc virtus secundùm philosophum vocatur eutrapelia. Rhetor. 2. c. 16. hæc ille. Laudabile est ergò aliquando causa recreationis aliquem honestum ludum facere, iuxta illud Catonis: *Interpone tuis interdum gaudia curis. Vt possis animo quemuis sufferre laborem.* Ouid. quoq; in epistolis epistola 4. dicit: *Quod caret alterna requie, durabile non est: Hæc reparat vires, fessaque membra leuat.* Aristot. quoq; 10. Ethico. dicit: *Ludere per tempus, vt quis melius studeat, rationem virtutis videtur habere. Requiei enim simulatur ludus: imponentes ergò quotidie laborem, requie indigent,* & 4. Ethi. idem dicit: *Requies, & ludus, in vita videntur esse necessaria,* & in 7. eiusdem libri ait: *Homo indiget semper aliqua recreatione, propter multos labores, qui sibi occurrunt,* & in 8. Poli. dicit: *Omnis laborans, requie indiget.* Et in eodem lib. iterum ait, quòd melodia iratos, & alijs passionibus occupatos alleuiat, ipsosque lætificat. Propter quæ dicit Ric. noster, in 4. dist. 16. ar. 3. q. 1. quòd religiosi possunt licite vti aliquando ludis, qui de se sunt indifferentes, causa recreationis. Dicit enim Sapiens, Eccle. 3. *quod est tempus ridendi, & tempus flendi.* Et horum habetur exemplum sancti Ioannis Euangelistæ, qui quandam perdicem domesticam habebat, & completa oratione, cum alijs spiritualibus exercitijs, eam in manu tenebat, & recreabatur. Quod videns quidam iuuenis dissolutus, murmurabat de illo, cuius murmurationem in spiritu videns B. Ioannes, eum ad se vocauit tenentem arcum in manu, & rogauit illũ, vt iaceret sagittam ab arcu, & cùm rogaret, vt iterum fortiùs traheret arcum, & frequentaret in iaciendo, ille respondit se nolle, quia rumperetur arcus, iuxta illud Ouidij, in secundo de remedio amoris. *Si nunquam cesses tendere, mollis eris;* cui B. Ioannes inquit. Ita, & ego non semper sto in oratione, sed aliquando recreationem accipio, ne frangar, imò vt in seruitio Dei feruentiùs assurgam. & beatus Antonius, vt legitur in vitis patrum, eandem responsionem fecit cuidam sagittario murmuranti de discipulis suis, quia psallebant causa recreationis. Ideò inquit Ouidius, in 2. de arte amandi: *Da requiem, requietus ager bene credita reddit.*

Ludi de se mali, sunt vituperabiles.

QVidam alij ludi sunt vituperabiles, licilicet quando sunt de se mali, secundùm Alex. de Ales, vbi supra, & Tho. 2. 2. q. 168. artic. 3. vel quando est excessus in eis, vel non sunt debitæ circumstantiæ. Dicit enim Arist. 9. Ethio. *Parum de delectatione sufficit ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in cibo.* Similiter omnes ludi, in quibus aliquod vitium committitur, sunt prohibiti, vnde dicitur in proœmio digestorũ in §. illud verò. ver. quis enim: *Quis enim ludos appellet eos, ex quibus crimina oriuntur?* & ff. ad l. Aquil. l. nam ludus, dicitur: *Ludus perniciosus in culpa est.* Huiusmodi autem ludi, sunt choreæ, & alia spectula vana, secundùm prædictos Docto. quia licet secundùm Albertum in 4. dist. 16. & Thom. in quolibet. choreæ possint fieri aliquando benè, & aliquando non; tamen vt sæpiùs malè fiunt ad prouocandam libidinem, & multa ex eis peccata causantur. Qui autem sint ludi liciti, vel prohibiti, ponit Richard. in 4. dist. 15. ar. 5. q. 8. Inter hos autem ludos prohibitos, maximè est ille, qui innititur fortunæ, vt patet. ff. de aleatoribus. l. 2. & 3. Non punitur tamen secundùm leges ciuiles, si quis certet hasta, seu pila, siue iaciendo palum, vel currendo, luctando, vel pugnando, quia hæc fiunt causa virtutis, corporis exercendi. ff. eodem. l. 2. l. qua actione §. si quis. ff. ad l. Aquil. Tamen vbi esset periculum animæ, vel corporis, in talibus ludis esset peccatum. ar. in c. 1. extra. de tornea. Et supradicta habentur etiam secundùm Raym. & Guliel. ac Hostien. vt refertur in summa confess. li. 2. ti. 8. q. 23.

Alea vel taxillis lusi, sit peccatum mortale? Et respondet Raym. in summa, quod quicunq; ludunt semper pro alea, siue taxillis, vel qui sunt participes,

SEcundò hic quæritur, vtrum ludus a- lexæ, sit peccatum mortale: Et respondet *demes an cent.*

Digitized by Google

pes, seu inspectores talis ludi, semper peccant. Et dicit Guliel. ibidem, quòd etiam si homo non ducit in cõsuetudinem, mortaliter peccat, s. quando ex auaritia ludit. Si quis autem luderet causa recreationis, vt pro conuiuio, vel ludat quid minimum, ita quòd parum possit lucrari, vel perdere, & non ludatur tempore luctus, nec contra legem, id est sine dolo, nec ludens sit clericus, nec ludere nolentem prouocet, his omnibus concurrentibus, talis ludus aleæ, non videtur prohibitus, secundùm Durandum in summa, & Richard. in 4. distin. 5. ar. 4. q. 8. vbi etiam dicit, quòd ludus Schacorum nõ est prohibitus clericis, si fiat causa recreationis, cum alijs bonis circumstantijs: Quòd autem liceat ludere pro esculento causa recreationis, habetur in l. fi. ff. de aleato. vbi dicitur: *Pro eo autem quod ponitur in conuiuio vescendi causa, permittunt leges ludere familiæ.* & intelligitur de ludo licito, & honesto, cum debitis circumstantijs. Concludo ergò, quòd ludus est prohibitus omni iure, & intelligo de inhonesto, & a-strum auaritiæ causa, vt patet. ff de aleato. per totum. Et in authen. alearum vsus. C. de religiosis, & sumptibus funerum: & in §. interdicimus, in authen. de sanctissimis Episcopis, & in authentica interdicimus. C. de Episcopis, & clericis. Item est prohibitus in lege Canonica, vt in capitulo clerici officia. extra de vita, & honestate clerico. & in cap. 1. 35. distin. & ibi Archidia. post Raymun. & alios, dicit expresse, quòd est mortale peccatum. Et ibi enumerat multa mala, quæ ex aliquibus ludis oriuntur. De quibus etiam

Schacorum ludus clericis non est prohibitus.

Ouidius in tertio de arte amandi dicit.

Tunc fumus in causa, studioque operimur in ipso,
Vndique per luxus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum, lucrique cupido,
Iurgiaque, ex rixa solicitusq; timor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther.
Inuocat iratos tunc sibi quisque deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.
Et lachrymis vidi sæpe madere genas.

Ideò Iacobus Beneuentanus c. 7. sui libri ait:

Qui sequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,
Infamis semper, semper egenus erit.

Et auctor astrolabi. dicit:

Quas multi, multo conquirunt tempore patres,
Stultus eas modico dissipat vnus opes, scilicet per ludum,

Et ideò Iacobus Beneuentanus. c. 51. eiusdem libri ait:

Ludum quemque fuge, per quem tua perdere possis.

Hostien. quoq; in summa in ti. de excessio. pręla. in §. qualiter excedant, ver. clericus verò, & Ray. in summa, in ti. de negotijs secularib. in §. de ludo aleæ. & glo. Ray. in ti. de empt. & vend. super rubr. vtrum de illicite acquisitis, possit fieri eleemosyna §. 11. de ludo aleæ. Et Henricus Boich. in dicto, c. clerici officia, & omnes Theologi in 4. sent. di. 15. dicũt simpliciter, quòd non solùm ludus aleæ est peccatum mortale, sed etiam ludus fortunæ, vt expresse dicit Guliel. quem sequitur Archiepiscopus Florentinus in 2. par. summæ. c. 13. de turpi lucro. Et magister Bartholomæus de Pisis in magistrutia sua. c. 2. de ludo, in prin. Et hoc expresse probatur in l. 2. ff. de aleatorib. vbi prohibentur omnes ludi, qui non fiunt gratia exercendæ virtutis, quia ratio prohibitionis ludi alearũ est, quia committitur fortunæ, vt expresse dicit glo. in dicto §. interdicimus, & in dicta authen. interdicimus, quas glossas sequuntur omnes Doc. ibi. Et hoc tenent omnes Canonistæ, in c. quia plerique, de immunitate Ecclesiarum. Idem tenet S. Bernardin. in quadragesimali. de religione Christian. serm. 37. ar. 2. c. 3. & serm. 42. ar. 3. c. 3. Ex quibus omnib. patent duo, quę erant videnda de ludo. s. eius distinctio, & prohibitio.

Ludus aleæ & fortunæ est peccatũ mortale, quando. s. non fiũ gratia exercendæ de virtutis

DEVS autem de lusoribus facit magnam punitionem. Nam multis annis

Deus seuere punit in-

infra,

Digitized by Google

foret, hocq; per quedã exempla oſtenditur.

infra, in partibus Alemaniæ duo luſores venientes ad quoddam hoſpitium in vigilia aſſumptionis Dominæ, poſt cœnam petierunt ſibi dari aleas ad ludendũ, & candelas, quia volebant illa nocte ludere, quos reprehendit hoſpitij magiſter, & noluit eis aſſentiri ob reuerentiam Virginis, illi autem dicebant quòd ad deſpectum Dei, & Virginis volebant ludere. Facta autem nocte dederunt pecuniam famulo domus, & ipſe latenter portauit eis aleas, & candelas, & ipſis ludentibus faciebat lumen. Mirabile dictu. Ecce quòd per totam noctem in ludo ſteterunt, mane autem reperti ſunt etiam ludere, licet ſint mortui, & nigri, & vſque nunc vt dicitur, ludunt, & vnus eorum proijcit aleas, alter verò attrahit denarios, & ſic faciunt viciſſim, & ille famulus ibi etiam ipſe mortuus tenet lumen, & habet candelas in manu, & pecuniam quam ab illis acceperat. Et vt dicitur, licet ab illo loco fuerint aſportati, ſemper ibi reuertuntur ludentes, & ſic creditur eos facturos vſq; ad diem iudicij. In Aprutio etiam quidam armiger poſtquam omnia in ludo perdidit, vocauit diabolum dicens, quòd poſtquam omnia ſua amiſerat, dabat ei corpus & animam, ſtatimq; dæmones aduenientes, & illum rapientes ad infernum in anima, & corpore portauerunt. In prouincia quoque Romana, quidam qui omnia in ludo perdiderat, deſperatus gladium in gutture imaginis glorioſæ Virginis fixit, dicens: Cur me perdere dimiſiſti? O iudicium Dei, ſtatim mutus effectus eſt, & brachium eius aruit. Nocte verò ſequenti diabolus illum blaſphemum in ignem proiecit, & brachio illo combuſto, & facie, miſer ille expirauit. Quem cùm eius ſocij ſepeliſſent, terra euomuit, & ſic ſecundo, & tertio fecit. Tandem illud corpus relinquentes inſepultum, à diabolo aſportatum eſt, & amplius non viſum, vt quo ierat anima, tranſiret, & corpus, & multis diebus in contrata illa terribiles dæmonum ſtrepitus auditi ſunt.

Aliud exẽplum de quodam ludente.

Aliud exẽplum.

Acquiſita per ludum fortunæ, reſtitutioni ſubiacent.

SEd dimiſſa punitione luſorum, & grauitate peccati eorum, ne nimis in longum ſermonem protraham; ſequitur videre tertium, ſcilicet an acquiſita per ludum ſubiaceant reſtitutioni. Et dimiſſis varijs opinionibus doctorum, dico quòd acquiſita per ludum fortunæ, ſubiacent reſtitutioni, ſecundùm communiter omnes Theologos in 4. diſt. 15. maximè Richard. noſtrum ibi. ar. 5 quæſt. 8. & Canoniſtas in c. Epiſcopus. 35. di. & ibi gl. Et legiſtas. ff. de aleatoribus. l. ſi. vbi eſt textus ad literam, & gloſſ in dicto. c. cleric. officia. Et quamuis talis reſtitutio inueniatur tantummodò præcepta in iure ciuili. Ex quo dixerunt quidam, quòd quis non tenetur ad reſtitutionem ipſo iure, ſed tantummodò quando compellitur per ſententiam iudicis, ſicut videtur innuere textus in d. l. finali. tamen communis opinio tenet, & ſecurius, quòd eo modo quo ludus fortunæ eſt prohibitus, homo tenetur de iure ad reſtituendum, quod lucratus eſt per talem ludum, quia non tantùm prohibetur ille ludus, ſed etiam acquiſitio lucri per talem ludum, maximè quia talis reſtitutio præcipitur implicite in iure canonico, quod decreuit leges imperiales, non contrarias iuri diuino, nec abrogatas per ius canonicum, nec per aliquam contrariam conſuetudinem, debere obſeruari, vt habetur 10. di. c. de capitulis. & c. quis autem. & duobus capitulis ſequentibus. Sed pro maiori declaratione, ponamus ſex ramos huius lucri: Primus eſt, ſecundùm Bonau. in 4. diſtin. 15. quando quis vincit ab his qui alienare non poſſunt, tenetur enim reſtituere, vt etiam ponit Thom. 2. 2. quæſt. 32. ar. 7. Huiuſmodi autem ſunt ſecundùm Raymun. & Hoſtien. in ſumma, in tit. de pœn. §. quibus, ver. ſed & ſunt, videlicet furioſi, & prodigi, minores vigintiquinq; annis, & maximè pupilli, ac mente capti, ſurdi, cæci, & morbo paralytico laborantes, quib. tutores & curatores dati ſunt, qui propria non poſſunt libere adminiſtrare. ff. de poſtulando. l. prima in fi. & l. 2. de Inſti. de cura.

Sex rami lucri fortunæ pronuntiantur, quorũ primus eſt.

Digitized by Google

primo responso. Idem est de monachis & clausſtralibus, ar. 12. q. prima capit. nolo. & capit. non dicatis, & de statu mona. capitulo cùm ad monasterium: & idem de seruo rem domini ludente. Idem est de vxore ludente res mariti, & in filio ludente res paternas, & in administratore Ecclesiæ ludente res Ecclesiæ, quæ pauperum sunt. In quibus omnibus tutori, vel curatori, Abbati, domino, marito, patri, Ecclesiæque, est restitutio facienda, secundùm prædictos Doctores.

2. ramus. Secundus ramus est, cùm quis decepit in ludendo proximum, puta, per falsos taxillos, aut chartas, aut dicendo mendacium, propter quod vicit, aut alia quacunque fraude; tenetur enim restituere ei qui amisit, vel habenti curam eius, secundum Thom. 2. 2. q. 32. ar. 7. Reputatur enim hoc, vt furtum, ar. ad hoc 14. q. 5. c. non sane, in fine. Et idem dicit Raymun.

3. ramus. in summa. Tertius ramus est, quando quis vicit eum, quem traxit ad ludum, & induxit multa importunitate, cùm non vellet ludere, vel cùm ille vellet ludum dimittere, retinuit eum inuitum, tenetur enim ei restituere, secundum Thom. & Raym. vbi suprà, & probatur per dictum c. non sane. Et ideò talis non potest facere eleemosynam de eo quod sic vicit, vt habetur in summa confes. lib. 2. ti. 8. q. 24. & hanc opinionem tenet Azo in l. fi. de aleato.

4. ramus. Quartus ramus est, cùm quis vicit in locis, in quibus prohibitus est ludus, & per leges ciuiles, vel municipales, mandatur fieri restitutio, quæ leges non sunt abrogatæ per dissuetudinem. Tunc enim tenetur restituere perdenti, secundùm Tho. vbi suprà, & Richar. in 4. di. 15. & Ray. ac Innoc. vt refertur in summa confess. vbi suprà.

5. ramus. Quintus ramus est, quando quis vicit in locis vbi prohibetur ludus, nec leges sunt abrogatæ per consuetudinem contrariam. Sed per eas non mandatur expresse, cui debeat fieri restitutio. Et ludus est inter volentarios, sine fraude, & qui alienare possunt. Et in hoc casu videtur teneri debere opinio, quam ponit Azo. in d. l. finali. & glo. & Archi. in capit. Episcopus. 35. distin. & extrà, de vita & hone. cle. cap. clerici officia, quia dicunt, quòd tali iure durante in suo robore, acquisitum sic per eum qui viuit sub his legibus, debet restituere illi qui perdit. Et idem tenet Raymun. in summa, & probatur per constitutionem Græcam. C. de aleatoribus. Et concor. Hostien. in summa, tit. de pœnitentijs, & remiss. vbi dicit, quòd ferè omnes doct. sic tenent. Et hanc opinionem tenet etiam Thom. & Richard. in quarto dist. 15.

6. ramus. Sextus ramus est, quando quis acquisiuit, seu lucratus est in huiusmodi ludis, sine fraude, in locis vbi legibus imperialibus homines non sunt adstricti, nec ibi sunt aliæ leges municipales, prohibentes talem ludum, vel si quis vicit in locis vbi leges de ludis sunt abrogatæ per dissuetudinem, sicut hodie vbique fere sunt abrogatæ in Italia secundùm Scotum in 4. distin. 15. & tunc non tenetur restituere ei, qui perdidit, nec ille potest repetere, sed illud lucrum debet erogari pauperibus, vt notat dominus Anto. de But. in capit. quia plerique, de immunitate Ecclesiarum. Et hæc fuit opinio Placentij, quæ sic limitata potest concordari, cum opinione Azonis, à qua videtur discordare, & probatur per c. non sanè. 14. quæst. 5. Similiter ille, qui vicit aliquem qui attraxit eum ad ludum, non tenetur illi restituere, secundum Innocen. in dicto cap. quia plerique, & etiam habetur in summa confess. vbi suprà. Ille enim non est dignus habere rem quam perdidit, qui in quantum in se fuit, proximum expoliare conabatur. Verum cùm ludus talis sit quædam expoliatio, non potest quis per ipsum aliquid licite acquirere, & ideò debet illud pauperibus erogare, secundum Thom. 2. 2. q. 32. & notat. Ioan. And. in c. clerici officia, de vita, & hone. cleric.

Quid fieri debeat cùm quis alideo

SEd hic quæritur quid fiendum, quando aliquis aliquando vicit, & aliquando perdidit, an fiat compensatio? Respon-

quando vicit, interdum perdidit.

deo quod aut lusit, cum eadem persona, vel cum diuersa. Si cum eadem, aut ludus est mutatus, vt quia primus fuit licitus, & secũdus illicitus, & non fit compensatio, quia solutum vni ex diuersa causa, non liberat à debito ex alia causa, vel cum altero, vt C. quando ciuil. acti. præiu. crimi. l. vnica. aut ludus non est mutatus, vt quia vterq; erat illicitus, scilicet in quo vicit, & perdidit, & videtur quod possit fieri compensatio. Nam etsi sit dare casum, in quo quis nõ teneatur restituere illi à quo vicit, ratione paris turpitudinis, potest tamen restituere eidem, & restituendo liberatur, notatur in summa confes. lib. 2. tit. 8. q. 25. ad finem. Et ideo perdendo cum eo, videtur ei restituisse pro concurrenti quãtitate. Si autem ludus fiat cum diuersa persona, non fit compensatio, quia per interitum rei, morosus debitor non liberatur ab obligatione. l. in re furtiua. §. 1. ff. de condi. fur. maximè quando ipsemet dedit causam interitus. ff. de verbo. obligationi. l. si ex legati causa, vbi ille tenetur, qui occidit hominem quem debebat.

PARS SECVNDA, DE rebus propter meretricium adeptis.

De rebus acquisitis propter luxuriæ opera an restitutio fit facienda.

SECVNDO quæritur, vtrum de rebus propter opera luxuriæ acquisitis, fienda sit restitutio? Respondeo secundum Monal. in summa in tractatu restitutionum, quod si quis vel aliqua accepit ab aliqua persona, quæ non possit alienare, tenetur restituere, sicut ille qui vicit à talibus personis, vt supra visum est in parte præcedente. Et idem tenet sanctus Bernardinus, in quadragesimali, de Christiana religione, in sermone 39. artic. 1. & ca. 1. Si verò accipit à persona, quæ possit alienare, tenetur restituere illi personæ, in cuius damnum vel iniuriam, aut calumniam datum est, ar. in l. & generaliter. §. illud. ff. de calumniatoribus, vtputa, cum

De vxore accipiente

vxor alicuius committit adulterium cum aliquo propter pecuniam, debet mulier illam pecuniam secrete restituere viro suo, in cuius iniuriam accepit, cùm etiam dotem perdat, & viro applicanda sit, extra. de diuor. capit. olim. Et idem dicendum est in alijs similibus, secundum sanctum Bernardinum in prædicto sermone. ar. 2. cap. 3. Si vero aliqua persona accipiat pecuniam propter sodomiam, vel huiusmodi, pecuniam ipsam debet dare pauperibus, vt potest colligi ex glossa Raym. in tit. de rapto. §. sed quid, de fornicarijs. super verbo. tenetur restituere. Si vero sit meretrix accipiens pecuniam pro meretricio, ab illo qui potest dare, & non dedit ad iniuriam alterius, tunc potest sibi retinere, nec tenetur illud restituere, nec dare pauperibus, de necessitate salutis. Et hoc tenet Alexand. de Ales, in quarta parte summæ, in tractatu restitutionum, & B. Thom. 2. 2. quæst. 32. art 7. Et de hoc videtur textus in leg. 4. § 1. ff. de condi. ob tur. causam, vbi dicitur: *Meretrix, licet turpiter faciat quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit quod ei datur etiam ex meretricio.* Tamen consuluntDoctores, quod tale lucrum distribuatur pauperibus ad arbitrium confessarij, quia quilibet debet satisfacere Deo pro turpi causa. 26. quæstio. 7. cap. turpia. Vnde quia Sapientis. dicitur, *Per quæ quis peccauit, per hæc & puniatur;* ideo cùm in receptione ob turpem causam fuerit offensus Deus, cuius occasione deuentum est ad peccatum, conueniens est, quod sacerdos inquantum secundum Deum potest, iniungat pœnitenti, quod tale lucrum eroget in pios vsus, vt sic satisfaciat Deo propter quod fuit offensus. & hoc nisi pœnitens sit in magna necessitate, & ipse pœnitẽs debet facere quod sibi à confessore iniungitur, extra, de pœniten. & remissio. c. omnis. Et licet scriptum sit Deuteronom. 23. *Non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis, in domo Domini Dei tui. Nam quicquid illud est quod voueris, abominatio est apud Dominum Deum tuum*, tamen secundum Alex. de Ales vbi supra. quæst. vltima, & Thom. iterum vbi supra, hoc intelligitur solum, de obligatione publica, ratione scandali, ne videatur Ecclesia approbare opus

Pecuniam propter adulterium.

De accipiente pecuniam propter sodomiam.

Meretrix quando sibi possit retinere pecuniam ex meretricio acquisitam.

Digitized by Google

meretricium, tamen offerre eleemosynas priuatas, vel dare pauperibus pecuniam ex meretricio acquisitam, non est illicitum eis, imò meritorium. Et idem dicit Richard. in 4. dist. 15. art. 5. quæst. 8. & idem tenet August. 14. quæst. 5. capit. non sanè. in fin. quod etiam notatur in summa confes. li. 2. ti. 8. q. 21.

PARS TERTIA, DE REbus habitis per alium quemuis modum non concessum.

Quinam teneantur restituere habita per modũ nõ cõcessum, & primo quinam teneantur donata restituere.

TERTIO sunt alij qui tenentur restituere habita per modum non concessum. Et hoc primo quando aliquis accipit pro donatione, vel alio modo, ab eo, qui non potest donare, vel alienare, vtputa à furioso, qui comparatur infanti. 15. q. 1. cap. merito. & extra de homicidio. cap. si furiosus, talis enim donatio non valet, nec similiter prodigi, vt in l. Iulianus. ff. de curatore furiosi. Nec similiter donatio illius cui donatio per legem interdicta est, vt quia commisit crimen læsæ maiestatis. C. ad. l. Iul. ma. l. fin. nec donatio hæretici. C. de hæreticis. l. Manichæos. & l. Gazaros. eod. tit. quod tamen intelligitur quando sunt iudicialiter pronunciati, vt in cap. cum secundum. de hæreticis. libr 6. Item nec condemnatus de publico crimine, potest alienare. ff. de dona. l. post contractum. & leg. donationes. §. fina. Similiter nec seruus, aut filius familias possunt donare de rebus Domini, vel patris sine licentia eorum. ff. de do. l. filius. ff. ad Macedo. l. filius. ff. de peculio. l. filius. Item nec minor. 25. annis. C. si maior fac. ra. ha. l. vlt. & multo minus pupillus, qui alienare nihil potest sine tutoris auctoritate. ff. de acquir. rerum do. l. pupillus. Item nec monachus vel conuersus. 54. dist. cap. Abbati. & ar. ad hoc 12. quæst. 1. capit. nolo. & cap. non dicatis. & extra de statu mona. ca. cum ad monasterium. Item nec bonorum Ecclesiasticorum administrator, nisi bona Ecclesiastica moderate donet, & personis honestis, quia pauperum bona sunt 16. q. 1. cap. si. alias raptor est, & accipientes restituere obligantur successori eius, vel superiori, qui expendat in Ecclesiæ vtilitatem, ar. 17. q. 4. cap. si quis in atrio. & extra de offi. ord. cap. cum vos. Item non valet donatio, quando vxor donat aliquid non habẽs bona paraphernalia. ff. de dona inter vi. & vxo. l. Quintus. Et generaliter quotiescunque quis accipit à personis non valentibus alienare, tenetur restituere illis quorum interest, sicut dictum est supra de ludo, vt inquit Scot. in 4. di. 15. Inueniuntur etiam multa alia inhonesta lucra, de quorum restitutione dicendum, secundum Tho. 2. 2. q. 62. quod si est turpitudo ex parte dantis, & accipientis, non est fienda restitutio illi qui dedit, sed restituetur illi, in cuius iniuriam, vel damnum datum est, vt patuit ex præcedentibus. Si autem non est facta iniuria & damnum alicui, & dans potuit dare; & tunc aut est datum ex causa, quæ punitur à iure, per corporalem pœnam, vel per extorsionem turpium lucrorum, & taliter acquisita, debent erogari pauperibus ad arbitrium pœnitentiarij, vt inquit gl. Ray in ti. de raptoribus. in §. sed quid de fornicarijs, super verbo. tenentur restituere. Si vero fuit datum, excusat, quæ non punitur à iure in forma iudicij, nisi pœna infamiæ, vt histrionatus, & eorum qui pugnant in arena, & de talib. ac similibus dicendum est, quod pñt retinere, nec de necessitate obligantur ad restitutionem, vt inquit prædicta glo. Et idem dicendum est de his lucris, quod dictum est de pecunia per meretricium accepta. Si verò turpitudo fuit solum ex parte accipientis, debet restitui ipsi danti. extra. de iniurijs. c. fi. vt etiam di. Inno. in c. quia pleriq;. extra de immuni. Ecclesiarum. Si vero turpitudo sit solum ex parte dantis, & nõ accipientis, vtputa si quis daret aliquid alicui mala intẽtione, & ille acciperet bona fide, potest licite retineri, alijs circunstantijs bonis concurrentibus. l. si ob turpẽ. ff. de condi. ob tur. causam. cum ibi notat. l. 2. C. eodem.

Quibus in lucris inhonestis debeat fieri restitutio.

Si quæ-

Digitized by Google

Omnia lucra turpia, quæ nõ sunt alicui singulatim restituenda, an possint licitè teneri.

SI quæratur, nunqvid omnia turpia lucra quæ non sunt restituenda particulariter alicui, possint licite retineri? Et primo videtur quod non, quia in l.illicitas.in prin.ff.de offi.præfi.dicitur: *Ne quis iniquum damnũ, aut lucrum sentiat, præses prouincie prouideat.* & ff. de calum. l.in hæredem. dicitur.*quod cõuenit illicita lucra ab omnibus extorqueri.*Et ideo in foro iudiciali & ciuili, videtur deberedari fisco.C.de modo mulctarum. l. mulctarum: in foro autem Canonico,vel pœnitentiali, videntur deberedari pauperibus.14.quæst.5.cap.non sane.ad finem.& extra de vsu.capit. cum tu. Tamen Doctores communiter dicunt, quod talia lucra de necessitate salutis, non subiacent restitutioni,debent tamen confessores facere quantum possunt, vt talia lucra habentes, de quibus non reperitur in iure expressum, quod non possint retineri,restituant ea, & debẽt eos quantum possunt inducere, vt erogent pauperibus. Non enim est honestum quod aliquis teneat aliquod turpe lucrum. l. non fraudantur. §. nemo.cum ibi notat. ff.de regul.iur. ff. de dolo.per totum. Quòd si habentes talia lucra debent restituere, quanto magis vsurarij, & raptores? Sed talibus non restituentibus eueniet illud quod accidit cuidam vsurario, qui in articulo mortis clamauit dicens: O pœnitentia vbi es? quasi diceret, quia non feci eam quando potui,ideo non possum facere modo; possunt enim tales dicere in morte, illud Iob septimo: *Desperani,nequaquam vltra iam viuam.* De hoc habetur exemplum de quodam vsurario, qui post splendidam cœnam, de nocte cum vxore dormiens,totus attonitus,& velocissime surrexit. Interrogatus autem ab vxore quare surgeret, Respondit: Nunc raptus fui ad iudicium, & nescius respondere tot accusationibus, audiui iudicem contra me sententiam promulgantem, quòd hodie ad æternam damnationem à dæmonijs trahi debeam. quo dicto, cum vili vestitu à domo fugiens, à suis tandem est repertus in quodam monasterio vbi monachi matutinum persoluebant, quem cum nulla ratione ad pœnitentiam inducere possent, consanguinei versus domum illum ducere cœperunt: cum autem transirent super quendam pontem, ecce nauis quædam veloci cursu pertransibat plena dæmonijs, quàm solus vsurariusvidens dixit:Ecce isti sunt qui volunt me rapere. Quo dicto,è manibus eorum ereptus est, & nusquam amplius nec nauis,nec ipse visus est.

Exemplum de quodam vsurario.

PARS QVARTA, DE restitutione incertorum.

Quando sciri possunt personæ expoliatorũ, restitutio eis fieri debet.

VT melius pateant dicta in præcedentibus,&tam de certis,quàm de incertis restituendis cognoscatur quid fiendum.Sciendum secundum Monal.in summa, quòd quando sciri possunt personæ expoliatorum, faciẽda est eis restitutio, vel quorum int: rest.capitul. reintegranda.tertia quæstione prima.Si autem mortui sunt damnificati, & quorum interest principaliter,fienda est restitutio eorum hæredibus,qui reputantur quasi vna persona cum ipsis, vt inquit Thom. secunda secundæ quæstione 62. & probatur eius dictum per legẽ, fiscus ff. de iure fisci. & per legem hæreditas. ff. de acquirẽdo rerum. do. & per legẽ. mortuo reo. ff. de fideiussor. iuncta. lege. secunda. C. de restitu.mili.& lege, non solùm. ff. de in integr.re.& leg.minor autem. §. final. ff. de mino. Si vero damnificati sciantur, sed sint distantes, debet eis transmitti,quod debetur, & præcipuè si sit magni valoris,& possit commode transmitti, alioquin debet in aliquo tuto loco deponi,vt pro eis conseruetur, & demum eis significari, hæc secundum Thom. vbi supra. Ad reponendum autem in loco tuto, debet cõfessor debitorem astringere, quando dubitat nerem consummat, vel deteriorem faciat, aliter autem est de consilio, ad arbitrium confessoris secundum quosdam.

Sed

De loco in quo fieri debet restitutio.

SEd pro dictorum meliori declaratione sciendum, q̃ aut inter partes fuit conuentum, quod in aliquo loco restituatur res, & hoc debet seruari, secundum pacta ad expẽsas illius, de quo facta est mentio in pactis. Nihil enim est tam congruum fidei humanę, quam conuenta seruare. l. 1. ff. de pactis. Si vero super hoc nihil est cõuentum, tũc si res est remota à loco ex defectu debitoris, puta ipsam transferãdo, clarum est, quod tenetur eam suis sumptib. mittere ad creditorem. ff. ad exhibendum. l. sed si hæreditas. §. quo autem loco. vbi est textus ad literam de hoc. Et ita intelligitur dictum Hosti. in c. cum tu. de vsuris, quem refert D. Ant. de But. ibidem, qui dicit quod vsurarius debet rẽ mittere suis sumptibus ad creditorẽ, cum sit malę fidei possessor. Verumtamen si hoc non posset facere tute, propter periculum itineris, & temporum, interim excusatur, in quantũ durat periculum, & non vltra, extra de dolo & contu. c. cum dilecti. vbi dicitur, quod iussus venire ad Papam excusatur, dum impeditur. Si vero nõ est periculum in mittendo, sed debitori est difficile propter paupertatẽ, vel propter magnos sumptus, per hoc non videtur excusari, quia difficultas solutionis, non liberat debitorem. ff. de verborum obligatione, lege continuus. §. illud. Et damnum quod quis sua culpa sentit, debet sibi, non alijs imputari extra de regul. iur. capit. damnum. lib. 6. & ff. eod. ti. l. quod quis. & iustius patitur culposus, quam innocens. Dicit tamen Guliel. quod debitor posset esse ita pauper, & creditor ita diues, quod merito causa eleemosynæ deberet ei remittere, maximè quando res est minima. Et ita sentiunt multi Theologi. in 4. di. 15. dicentes, quod debet considerari circunstantia rei, & qualitas personæ debentis, & cui debetur, & sumptus itineris: posset enim res esse tam modica, & persona cui debetur tam diues, & tanta difficultas, ac sumptuositas in mittendo, quod non esset necesse ipsam mittere ad eum, sed posset distribui pauperibus, interpretata voluntate creditoris, vel expectari donec commode poterit trãsmitti. Non enim debet creditor velle magnum debitoris dispẽdiũ, pro sua minima vtilitate. Nec debent res nimis scrupulosè attendi. ff. de excutat. l. sed hæc. Vnde scriptum est, in l. scio. ff. de minoribus, *quod de minimis nõ curat prætor*, quod debet intelligi, vt supra. Si enim potest restitui & quid minimum, debet semper restitui damnum passio, vel valor eius. ff. de damno infec. lege, si proprietarius. Si autem in translatione rei restituendæ, non interuenit culpa debitoris, tunc aut non interuenit factum creditoris, aut sic: Primo casu, si res concernit commoditatem creditoris, puta si quis apud aliquem res suas deposuit cõseruandas, hoc casu non tenetur debitor illa remittere nisi sumptibus creditoris. ff. depositi. l. si in Asia. Sed si res concernit commoditatem debitoris, puta quia res est sibi commodata, debet suis sumptibus remittere, vt qui sentit commodum, sentiat & onus, vt notat glossa in dicta lege, si in Asia. Sed si res concernit commoditatem vtriusque, vt in locatione, debet remitti sumptibus vtriusque, quia idem est de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totũ. ff. de rei. vendi. l. quæ de tota. Sed si interuenit factum creditoris, quia forte se transtulit ad alium locum, debet remitti sumptibus suis, argument. in lege, quod nisi. §. final. ff. de operis libert. vbi dicitur, quòd libertus qui est in prouincia, tenetur ire Romam, ad prẽstandas operas patrono, si ibi moratur, vt bonus paterfamilias, non autem si cœperit vagari per mundum. Et interim dum vadit Romam, dies operarum pereũt patrono. Hæc autem prædicta habent locum quãdo debitor fuit bonæ fidei possessor, qui non tenetur facere sumptus in missione rei, nisi vsque ad locum vbi prius habitabat creditor, quãdo rem accepit ibidem. Ab illo autem loco, non tenetur nisi sumptibus creditoris, si mutauit domicilium. Si vero sit malę fidei possessor, non solùm tenetur rem, vsque ad locum vnde habuit reportare, sed etiam si creditor mutauit domicilium, & creditoris interest aspor-

tasse

taſſe illam rem, ſimul cum alijs rebus, ad locum ad quem tranſiuit, tenetur debitor ad illud intereſſe, ex quo eum damnificauit, & fortaſſe tantum erit intereſſe, quod oportebit ipſum debitorem mittere rem ſumptibus ſuis, vſque ad illum locum. Si verò creditor cœpit diuerſimode vagari per diuerſas partes, non tenetur debitor vagando eum quærere. dicta lege, quod niſi. §. final. ff. de operis liber. Et ſecundum hoc poteſt ſaluari gloſſa. Bernard. in capitul. cum tu. de vſur. di. quòd vſurarius debet mittere rem ſumptibus creditoris, & non tenetur creditorem vagando inquirere. Sciendum quoque, quòd quãdo debitor adhibuit debitam diligentiam ad inueniendum Dominum rei, & non inuenit, tunc poteſt diſtribuere pauperibus illud quod debet, ſecundum Doctores, in capitulo. cum tu. de vſur. & ſecundum Thomam, & Monal. vbi ſupra. Et ſi poſtea inueniatur Dominus, non tenetur amplius reſtituere ei, quia bona fides non patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur. extra de regulis iuris. capitulo, bona fides. libro ſexto. Et ſine culpa, regulariter non eſt quis puniendus. capitulo ſine culpa. eodem titulo. libro ſexto. Si autem non adhibuit debitam diligentiã in inquirendo, vel nimis erogauit, poſtea ſi inueniatur, tenetur reſtituere, non obſtante, quòd dederit pauperibus. Scriptum eſt enim extra de homicidio, capitulo, ſicut dignum. §. eos. Nõ. n. aliena, (cũ ipſa potuiſſent eis, quorum fuerunt, reſtituere) debuerunt pauperibus erogare. Sit ergo hæc Concluſio, quòd quando non inuenitur cui ſit res reſtituenda, poſt factam diligentem inquiſitionem debet diſtribui in pias cauſas, ſecundum omnes Theologos in quarto, diſtinctione 15. & Monal. vbi ſupra, & Thom. 2. ſecundæ quæſtione 62. & Raymundum in ſumma, qui dicit, quòd debet erogari pauperibus in loco in quo rapta eſt, vel ſaltem in diœceſi, & de conſilio illius Epiſcopi, vel ſaltem capellani ar. diſtinctione. §7. capitulo. diuinæ. & diſtinctione 88. capitulo, Epiſcopus. & 12. quæſtione ſecunda, capitulo, conceſſo. & capitulo, quatuor. & ſexta, quæſtione tertia, capitulo. final. & extra de rapto. capitul. 1. & cum his concor. Hoſt. in ſumma.

CIRCA quam diſtinctionem quæruntur quatuor. Primo vtrum de neceſſitate ſalutis debeat fieri diſtributio, vbi damnum datum eſt. Et dicunt quidam quòd non, quia nullo iure hoc præcipitur, id ſimpliciter quòd debeat dari pauperibus, vt in dicto capitulo, cum tuo. de vſuris. & capitulo, ſicut dignum de homicidio. cum ſimilibus. Non obſtat capitulum primum, de raptoribus, quia ibi perſona cui debebat fieri reſtitutio, ſciebatur, & inſtabat apud Epiſcopum, alias Epiſcopus non fuiſſet motus ad excommunicandum ex officio ſuo, niſi ad petitionem partis, extra de electi. capitulo innotuit, ad finem, facit. ff. de damno infect. lege quarta. §. primo. de autem. Vnde non eſt mirum ſi reſtitutio fit in loco, vbi damnum datum eſt, cum ibi ſit principalis cui reſtitutio fieri debet. Alij autem contra dicunt, quod eſt de neceſſitate ſalutis, quando poteſt commode fieri: Si autem non poteſt commodè fieri, ſufficit quòd fiat alibi, ſecundum Guilielm. Sed quicquid ſit verum ex his opinionibus, d. eo quod tutius eſt facere diſtributionem in eodem loco, & ſemper conſulendum quando fieri poteſt, tum quia videtur æquum quod reſpublica habeat commoditatem ex bonis perſonarum ſuarum, tum quia nonnunquam in talibus locis fit diſtributio, vel perſonis quibus debetur, vel eorum hæredibus, vel propinquis, & ita tenet Dominus Anton. de Butr. in dicto c. cum tu.

Tutius eſt facere diſtributionẽ in eo loco in quo damnũ eſt datum.

Communis opinio eſt, quod auctoritas Capellani ſufficiat ad talẽ diſtributionem.

SECVNDO quæritur, vtrum auctoritas capellani ſufficiat ad talem diſtributionem? Et reſpondit Dominus Antonius de Butr. in dicto capitulo, cum tuo. de vſuris, quod non ſufficit: cuius

tamen opinio communiter non tenetur, vt infra patebit.

TERTIO quæritur, nunquid de necessitate salutis, talis distributio debeat fieri auctoritate Episcopi, vel alterius superioris? Hæc quæstio disputata fuit per Dominum Guidonem de Abasio Archiepiscop. Bono. Doctorem decretorum, & notatur per eundem, 14. quæstione prima. in capitulo primo, vbi sic dicit: *Raymund. dicit quòd si non inueniuntur spoliati, vel etiam ignorantur, tunc de consilio, auctoritate Ecclesiæ, siue superioris pœnitentiarij, distribuantur in pias causas. Hostiens. autem dicit, quod restitutio male ablatorum est vnus de casibus ad Episcopum pertinentibus, vt patet secundum eum. extra de Iudæis capitulo cum sit. & C. de Episcopis, & clericis. lege. nulli. & C. communia. de successio. in authen. ic. omnis. ad idem extra. de testamen. capitulo. tua. §. primo, & in authent. de eccles. titul. §. si autem. collat. nona, & satis late ista prosequitur. extra. de vsur. capitulo, cum tu. & in prædicta decretali. de Iudæis, capitulo, cum sit, & in summa sua in titulo, de pœnitentijs. §. vltimo, circa finem. Et facit ad hoc. 12. quæstione secunda, capitulo, præcipimus. Tu dic hanc sententiam esse veram in hoc casu, & in alijs quando nullus deputatus est qui hoc exequatur, 12. quæstione 2. cap. de laicis in fin. & extra de verbor. signif. cap. cum tibi. in gloss. quæ incipit. non intelligas. Nam vbi certa persona à testatore deputata est, illa debet exequi, vt in cap. de laicis. & cap. de Episc. & cler. nulli, & extra de testam. c. tua. & c. Ioannes. & in authen. de eccle. titu. §. si quis. Imo credo, quod ipse raptor, bona incerta quæ debent pauperibus dari, potest dare sine licentia Episcopi, vel alterius iudicis ecclesiastici, colligitur. extra de vsuris. c. cum in. §. 1. ver. vel de bis. Et hoc etiam innuitur clare. extra de homicidio. cap. sicut dignum. §. eos in gloss super verbo quia nõ: Nec obstat. extra de Iudæis. c. cum sit. Nam illa decretalis loquitur non de Christiano, sed de Iudæo, cuius auctoritas, & dispensatio, merito suspecta habetur ab Ecclesia, quo ad pauperes Christianos. Et ideo iuste dicit, secundũ prouidentiã diœcesani &c. quæ suspicio cessat in fideli Christiano. Et sic non dubito, quòd Episcopus non habet se intromittere de talibus, nisi in defectum*, hæc ille. Cuius sententiam videtur approbare B. Thom. 2. 2. quæstione 62. dum nihil dicit de auctoritate Episcopi. Non obstant modo alia in contrarium allegata, quia in ipsis non dicitur, quod requiratur auctoritas Episcopi, debent. n. procurare, quod fiãt huiusmodi distributiones in pias causas, nõ quod non possint fieri sine eorum auctoritate. Imo in aliquibus iuribus expresse dicitur, quòd Episcopus tunc se interponat, cum nullus est executor, vel cum male adimplent, vt in prædallegata lege. nulli. & in cap. tua. extra de testa. Et hanc opinionem sequũtur multi Doctores maxime Scot. in 4. dist. 15. & Ioannes Moral. in c. quanquam. de vsuris. lib. 6. & Ioã. de Lign. ac Pau. & Gemi. atque Io. Cal. super Cle. 1. de priui. ac Panorm. in c. cum sit. de Iudæ. Pro concordia autem harum opinionum potest dici, quod si distributio est bene facta pauperibus, tunc nõ vitietur quia defuerit auctoritas Episcopi. Sed si fuit male facta, & interuenit dolus, vel lata culpa, puta quia dedit suis cõsanguineis, vel amicis, qui nihil, vel parum indigebant, vel etiam scienter, & dolose elegit non eligendos, tunc Episcopus potest se intromittere, vt iterum fiat legitime, & hoc ad eius officium spectat, vt dictum est supra. Nec dicitur factum, quod aliter factum est, quàm debuit fieri, extra de regulis iuris. c. qui ex timore. Et dictũ est de lata culpa, vel dolo, quia secundum Innocen. in ca. sicut dignum. extra de homicidio, alia culpa in foro pœnitentiali, non arctat ad restitutionem. Item puto, quòd si quis scienter, & dolose male distribueret, non excusaretur, quia interuenerit auctoritas Episcopi. Nam Episcopus non se habet intromittere negotio huic, nisi quod bene fiat distributio, vt dictum est, ideo cœlestes ambo incurrent iracundias. C. de Episcop. & cler. l. si quis ad declinandam, ad finem: melius est tamen semper, quòd distribuantur cũ consilio pœnitentiarij, vel alterius sancti Viri, ne quis in propria causa fallatur, distribuens suo modo.

QVARTO, & vltimo, circa hoc quæritur, quibus pauperibus debeãt eroga- *Inter pauperes pregari.*

Digitized by Google

eligẽdi sunt pauperiores quibus distributiones erogentur.

gari. Et respondetur, quòd inter pauperes, præeligendi sunt pauperiores. Qui autem sint magis pauperes, habetur. C. de Episcopis, & cleric. l. si quis ad declinandam. 5. final. Inter pauperes autem æquales in paupertate, debent eligi iustiores, quando sunt in eadem necessitate. Nam si omnibus debetur misericordia, iusto amplius, vt dicit Ambros. in libro de officijs. & 86. distinctione capitul. non satis. & 16. quæstione prima, capitul. final. dicit Hieronymus, quod *in pauperibus, non tã paupertas, quam religio attẽdenda est.* Dicit quoque Monal. in summa, quòd *pœnitentiarius si viderit eum, qui tenetur restituere pauperem, & egenum, potest sibi dare dilationem ad absoluendum, ne alias ipse cum vxore, & filijs fame pereat: vel etiam potest sibi remittere in parte, vel etiam in totum, sicut viderit magnam esse necessitatem ipsam. In casu autem necessitatis extremæ, licet ipse sit indignus, tamen præponendus est alijs, etiam sanctis, & iustis personis, non æque indigentibus. Si autem æqualiter indigeant, debent præponi meliores, vt melius possit geri negotium spoliatorum quo ad vtilitatem animæ, cui prosunt ista inter a pauperibus erogata. Et iste accipiens ex dispensatione talia bona, tenetur orare pro anima illius ad quem res pertinet. Et alia bona pro ipsa facere, & si venerit ad pinguiorem fortunã, erogabit in vsus pauperum, quod poterit pro anima eius, argumento duodecima, quæstione secunda, capitulo, gloria Episcopi, & capitulo, aurum habet Ecclesia. Qui vero noluerit satisfacere, iuxta formam prædictam, non est absoluendus,* (hæc Monaldus) sed ad æternam perueniet damnationem, à qua nos liberet omnipotens Deus noster. Amen.

(?)

FERIA IV. POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE OCTAVO præcepto decalogi.

SERMO XXIX.

NON *loqueris cõtra proximum tuũ falsum testimoniũ.* Exo. 20 & Deu. 5. ac in Epistola occurrẽtis feriæ. Dicit glos. ordinaria Deu. 5. sup verba thematis nostri: *Pessimũ genus mendacij est falsum testimoniũ*: Vnde dicit Tho. 2. 2. q 70. ar. 4. & Astẽ. in summ. li. 1. par. 1. ti. 1. 37. art. 1. quòd falsum testimoniũ, semper est peccatũ mortale, vnde si fiat in causa criminali, contra aliquẽ, idẽ est peccatũ, quo ad Deũ, ac in manibus suis feciss t malũ, quo per testimoniũ suũ factũ est proximo, dicente Aug. 11. q. 3. c. *nemo peritorũ, aut prudentiũ, puto quod minus sit periculũ in verbis, lingua mentiendo, quã in manibus sanguinẽ fundendo.* Si aũt fiat in causa pecuniaria, tunc non solũ pec cat mortal. ter, sed etiam tenetur ad restitutionem omnis damni dati, propter falsum testimonium, quia *qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.* ca. si culpa. de iniurijs, & damno dato. 2. q. 1. cap. notum sit. & 14. q. 5. cap. non sane. Et ratio quare sit peccatum mortale in proferendo falsum testimonium, etiam si neminem offendat est, quia testis debet iurare de dicẽda veritate, vt habetur. C. de fide instrumentorum. l. iudices. & C. de testi. l. si quando. & in authenti. de testibus. §. sed hoc. col. 8. Omne autem periurium est peccatum mortale de sui natura vt inquit Thom. 2. 2. q. 98. & supra probatum est in expositione secundi præcepti. Ideo scriptum est. Prouer. 14. *Testis falsus non erit impunitus.* Nihil aũt est aliud falsitas, quã mutatio veritatis, vt dicitur in authentic. de fide instru-

Falsum testimonium, quo semper peccatum mortale.

Quare quis mortaliter peccet dicẽdo testimonium falsum.

Digitized by Google

instru. in prin. Prou. quoque 25. dicitur: *Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.* Per iaculum autem acceleratio mortis subitaneæ, per gladium separatio animæ, per sagittam vero omnium pœnarum acerbitas designatur. Vnde narratur libro 6. ecclesiasticæ historiæ, quod tres falsi testes deposuerunt contra Narcissum Episcopum Hierosolymitanum virum sanctum de quibusdam infamatorijs, quorum vnus dixit: Si ita non est vt dico, igne consumar, alius irremediabilem morbum sibi imprecatus est, si mentiebatur, & tertius cæcitatem. Sanctus igitur Narcissus, propter talem infamiam pluribus annis in desertis locis mansit. Sed vindicta DEI super illos falsos testes statim venit, quorum primus, ignis in domo eius, ex parua scintilla accensus, cum omni sua familia, & diuitijs combussit. Secundus autem à pedibus, vsque ad verticem, morbo regio repletus, & consumptus interijt. Tertius vero lumine oculorum priuatus est, & Narcissus redijt, ac cum honore receptus est. Merito autem isti falsi testes, à DEO sic grauiter puniuntur, quia peccant contra DEVM, quem contemnunt, & contra iudicem, quem decipiunt, atque innocentem proximum, quem lædunt, secundum Isidorum libro 3. de summo bono. Et ideo Prouerb. 21. scriptum est: *Testis mendax peribit*, scilicet in æternum. Ideo bene dicunt verba proposita: *Non loqueris.* &c. Super quibus verbis, tres considerationes faciemus de mendacio, quod est contra octauum decalogi præceptum.

Sermonis diuisio.

Prima dicetur notificationis, Secunda excusationis, Tertia detestationis.

PARS PRIMA, IN qua declaratur, quid sit mendacium, & quot modis fiat, & quando sit mortale, aut veniale.

Mendacij diffinitio & eius declaratio.

MENDACIVM diffinitur per glossam in l mandati. ff. de interroga. act. & 22. quæstion. 1. cap. nec artificio. in gloss. quæ incipit. ne quisquã. Diffinitur autem ab Aug. in lib. de mendacio, & transumptiue in 3. senten. dist. 38. habetur hæc diffinitio. & 22. quæstio. 2. c. ille ergo, vbi dicitur: *Mendacium est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi.* Ad cuius diffinitionis declarationem, sciendum, secundum Richard. in 3. distinct. 38. art. 1. quæstio. 1. & sanctum Bonau. ibidem per omnia, & beatum Thom. 2. 2. quæstio. 110. artic. 1. & Alexand. de Ales. in 4. parte summæ, in tractatu de mendacio. artic. 1. & Aste. in summa. parte 1. lib. 1. tit. 36. arti. 1. quòd de ratione mẽdacij est, quòd illud quod dicitur, sit falsum, saltem quo ad intentionem ipsius dicentis: Ex quo colligitur, quod si quis iuret aliquid quod putet esse falsum, & tamen sit verum, mendacium ei imputatur ratione malæ intẽtionis, secundum Ray. in summa, & habetur in ca. homines. 22. quæst. 2. Vnde gloss. super illud Psalmistæ: *Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt*, inquit, *vbi est duplex cor, ita quod vnum dicitur, & aliud intenditur, ibi est mendacium*, & Magister in 3. senten. distin. 38. ait: *Non omnis qui mentitur dicit falsum, quia mentiri est contra mentem ire, quod facit, qui falsum quod credit, affirmat esse verum.* Aug. quoque in 10. Enchi. dicit: *Ille mentitur, qui dicit verum, quod putat falsum.* Et hoc idẽ habetur. 22. q. 2. c. is aũt. Similiter quando quis diceret aliquod falsum, quod putaret esse verũ, non proprie dicit mendaciũ, quia non dicit contra mentẽ. Ream enim linguam nõ facit, nisi mens rea. 22. q. 2. c. homines. Si quis aũt affirmet aliquid quod sit dubiũ, & dicat esse verũ, vel falsum, vel etiam illud quod est certũ, dicat esse dubium,

De ratione mendacij quid sit.

Quis proprie dicit mendaciũ.

Digitized by Google

bium, mendacium ei imputatur, ſecundū ſanctum Bonau. in 2. ſent. diſt. 35. in quæſtionibus circa literam. Quando autem ſit mortale, vel veniale, infra dicetur. Hugo autem de ſancto Victore, in 1. lib. de Sacramentis, parte 12. c. 12. diffinit mendacium dicens: *Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis, cum voluntate fallendi, vel quæ præſentialiter adeſt, vel quæ poſtea aduenit. Nam ſi quis promiſit alteri aliquid ſe daturum, habens voluntatē dandi cum promiſit, poſtea dare non vult mutata voluntate, mendacium eſt, non quia cor in promiſſione fuerit duplex, ſed quia poſtea cor duplicauit.* Sciendum quoque, ſecundum Richard. vbi ſupra, & ſanctum Bonau. in 3. diſt. 38 in quæſtionibus circa literam, quòd quamuis diffinitio mendacij non perfectè cōueniat mēdacio iocoſo, nec officioſo, quia in iocoſo quis intendit delectare, & in officioſo prodeſſe, non aūt fallere, tamē large circumplectitur omne mendaciū, quia verbum fallendi, nō tantū importat decipere, ſed etiam falſum dicere. Falſum enim dicere quodammodo decipere eſt, dum homo dicit illud, ad q̄ poteſt hominem ad falſum deducere, & per cōſequens fallere, & decipere. Notandum quoque ſecundum Alex. de Ales. & Tho. ac S Bon. vbi ſupra, quod quamuis fiat mentio in diffinitione mendacij ſolum de falſa vocis ſignificatione, tamen etiam in nutu, & geſtu, & operibus ſimulatis, poteſt eſſe mendacium. Sed ideo facta eſt mentio de verbis, quia vt inquit Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana: *Verba, inter ſigna obtinent principatum.* Vnde philoſophus. 1. Perier. & auctor libri ſex principiorum, inquit: Quod *voces ſunt notæ earum quæ ſunt in anima paſſionum.* De mendacio facti, loquitur Ambr. 22. q. 5. in c. cauere dicens, *non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in falſis operibus mendacium eſt. Mendacium eſt Chriſtianum ſe dicere, & Chriſti opera non facere: mendacium eſt Epiſcopum, vel ſacerdotem ſe profiteri, & contraria huic ordini operari*, hæc ille. Alibi dicitur q̄ nonſolum verbis, ſed etiam factis Chriſtum negamus. 11. q. 3. c. æſtimant. Auguſt. quoque in libro de vera religione, de hoc mendacio facti dicit: *Ille mentitur, qui vult videri quod non eſt.*

SCitote etiam ſecundum Thom in quolibet. quod non refert quantum ad peccatum, vtrum aliquis verbo, ſcripto, vel nutu vel quocunque facto mentiatur, æqualiter enim peccat in his modis, ſicut non refert quātum ad homicidium, vtrū quis gladio, vel ſecuri interficiat. Et idem dicitur in ſum. confeſſ. 1. tit. 10. q. 5. O mendaces, profectò vos eſtis filij diaboli. De illo enim dicitur. Ioan. 8. quod *eſt mendax & mendacij pater.* Nam ipſe inuenit primo mendacium dicens Euæ. Gen. 3. *Nequaquam moriemini.* Scitote etiam ſecundum ſanctū Bonau. in 3. diſt. 37. in quæſtionibus circa literam, quod hoc præceptum, non falſū teſtimonium dices contra proximum, includit etiam quod non dicatur contra ſeipſum. Hoc etiam ſciendum eſt, quod ſecundum Auguſtinum in libro de mendacio, & habetur. 22. q. 2. in c. primum. octo ſunt genera mēdacij, tñ ſecundum Ray. in ſumma, & Magiſtrum in 3. diſt. 38. & etiā habetur. 22. q. 2 c. ne quis. omnia mendacia reducuntur ad tres ſpecies. ſ. ad mendacium iocoſum, officioſum, & pernicioſum, vt etiam inquit S. Bona. in 3. diſt. 38. art. 1. q. 5. & Alex. de Ales in 3. parte ſummæ in tractatu de præceptis, præcepto. 8. & B. Tho. 2. 2. q. 110. art. 2.

Mendacij ſpecies.

SI autem quæratur, nunquid aliquod mendacium poſſit fieri ſine peccato? Reſpondeo, ſecundum prædictos Doc. & etiam habetur. 22. q. 2. c. mihi autem & c. primum in fi. Ait enim Ariſt. 4. Ethic. c. 14. *Mendacium ſecundum ſe prauum eſt, & fugiendum*, & Aug. in libro de mendacio dicit. *Nullo pacto, nullo fine, nulla diſpenſatione humana, vel diuina, poteſt licite mēdacium dici.* Et ibidem etiam ait: *Quiſquis eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit, putauerit, decipiet ſeipſum turpiter.* Et in libro mendacio iterum ait: *Mendaciorum genera multa ſunt, quæ quidem omnia vniuerſaliter odiſſe debemus.*

Mendacium an ſine peccato fieri poſſit.

Mendacium animæ eſt fugiendum.

Digitized by Google

An omnis dicens mendacium peccat mortaliter.

SEd quæritur, nunquid omnis mendacium dicens, peccat mortaliter? Respondeo, secundum prædictos Doc. Primo de mendacio officioso, quod est quãdo quis mentitur, nulli nocendo, sed alicui vtilitatem faciendo, aut in temporali, aut corporali, aut spirituali, & hoc est peccatũ veniale, secundum Th. 2. 2. q. 110. Non enim licet mentiri pro conseruanda substantia corporali, vel temporali, aut spirituali, alicuius, vt concluditur in sum. confess. lib. 1. tit. 10. q 6. & habetur. 22. q. 2. c. nequis. & extra de vsuris. c. super eo, vbi dicitur: quod *scriptura sacra prohibet pro alterius vita mentiri, non tamen peccat mortaliter sic mentiens, si non facit damnum alicui, nec liberet aliquem contra iustitiam, sed solum liberat eum à damno, quod sibi iniuste infligitur.* Dicit tamen Magist. sent. in 3. dist. 38. quod *mendacia quæ fiunt ioco, vel pro vtilitate alicuius, imperfectis sunt venialia peccata, perfectis vero mendacium pro cõmodo alterius, dicitur esse valde damnabile. Et idẽ putari potest de mendacio ioco so, præcipue si ita fiat* hæc ille Cuius sententia communiter nõ tenetur, sed secundum S. Bona. posset saluari in illis viris perfectis, & publicis, quibus adhibetur fides tanquam conseruatoribus veritatis, qui si mentiantur, iã nec ipsis, nec alijs credetur. Et per consequens magnum præiudicium fiet ipsi veritati, & dabitur alijs occasio scandalizandi. Et ideo ratione huius scandali posset esse mortale in eis, mendacium officiosum, vel iocosum, quando scienter mentiuntur, ita quod ex mendacio sequi potest verisimiliter scandalum, vel contemptus doctrinæ. Non sic autem scandalizantur homines de his qui sunt imperfecti, vel de perfectis sed occultis. Si autem propter mendacium fieret scandalũ actiuum, non est dubium, quod etiam imperfecti mortaliter peccarent, scienter dicentes tale mendacium, quamuis de se non sit mortale, quia ait Dominus Matth. 18. *Væ homini illi per quem scandalum venit.* Et ideo dicendum, quòd quamuis perfecti magis peccẽt, quam imperfecti in quolibet mendacio: cum debeant esse sanctiores alijs; tamen non peccant mortaliter per mendacium simpliciter iocosum, vel officiosum, ex quo non sequitur aliud scandalum, nec aufertur potestas iustitię fiendæ, & hoc tenet Thom. vbi supra dicens, quod nulla circumstantia aggrauat in infinitum, nisi quæ tranlit in aliam speciem, non autem circumstantiæ personæ. Si autem quis per mendacium defenderet quem à morte corporali, sibi debita secũdum iustitiam, vel ab alio damno sibi secundum deum inferendo, non videtur excusari à morali, secundum quosdam. Et ita intelligitur illud Aug. in libro de mendacio dicentis: *Quomodo diligit quis proximum tanquam seipsum, cui vt præbeat temporalem vitam, perdit æternam?* Et etiã in c. si quis. 22. q. 2. dicit idem August. *Si quis ad te confugerit, qui de mendacio possit à te liberari, noli mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animã,* & in c. faciat. ca. quæst. & causa, & iterum dicit: *Faciat homo pro temporali salute hominum quod potest: cum autem ad hoc vẽtum fuerit, vt tali salute nisi peccando consulere nõ possit, tam se existimet non habere quid faciat.* Et iterum eandem sententiam ponit Isidorus. 22. q. 2. in capitulo omne dicens: *Omne genus mendacij, summopere fuge, nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas, cauc mendacium in omnibus.* Et idem inquit Gregorius. 18. moralium. c 2. *Non enim fallaces sunt mali, vt eueniant bona,* ad Rom. 3. Similiter dico de mendacio iocoso; quod nunquam est licitum, sed secundum se est veniale, quandoque tamen est mortale, vt potest colligi ab Alex. de Ales. in 3. parte summæ, in tractatu de mendacio, art. 4. & Thom. 2. 2. q 110. art. 4. & Ric. ac Bona in 3. dist. 3. Primo enim est mortale quando quis ponit tantam in eo complacentiam, ac delectationem, quod illud anteponit diuinis præceptis, iuxta illud dictum August. habetur. 25. dist. § nunc autem. *Nullum est adeo peccatum veniale, quin fiat mortale, dum placet,* scilicet. vt mortale. Secus si talis delectatio est sub Deo, vt colligitur ex dictis Richar. in 4. dist. 21. artic. 2. q. 1. arg. ad hoc. 25. di. §. criminis. Similiter esset mortale pec-

Mendacium officiosum quid.

Mendacium iocosum quando est mortale.

zed by Google

peccatum ſecundum Scotum, in 3 diſt. 38. ſi prædicatur mentiretur in prædicatione etiam iocoſe. Verba enim prædicatoris reputantur verba Dei, & ideo non debet mentiri. Quod dictum limitari debet, ſecundum ea, quæ ſupradicta ſunt, de mendacijs perfectorum.

Mentiens iocoſe ex mala conſuetudine an mortaliter peccet.

Similiter di. Hoſ. in ſum. in tit. de pet. §. quæ interrogationes, quod ſi quis aſſiduitate, & mala cõſuetudine, mentiatur etiam iocoſe, mortaliter peccat, tamen ſecundum Richar. in 4. di. 16. art 2. q. 2. *propter multiplicationem venialium peccatorum, non peccat quis mortaliter, niſi quieſcat in illa deordinatione, ſicut in fine, ſed tunc eſt mortale, non veniale: quando autem deordinatio manet in terminis venialis, in quo nullo modo quis committeret talia peccata, ſi putaret mortalia, non peccat mortaliter ex frequentatione, quia deordinatio unius peccati mortalis plus ponderat, quam centum mille venialium*, hæc ille.

Concludendum eſt ergo, quod nec iocoſum mendacium, nec etiam officioſum, debet ab aliquo dici etiam pro liberando à morte proximo. Vnde ait Auguſt. ſuper Pſalmiſtam: *Si quis non vult manifeſtare hominem ad mortem, veritatem taceat, ſed falſum non dicat, ne pro corpore alterius, animam ſuam occidat.* Quæ auctoritas intelligitur ſecundum determinationem in prædictis. Sciendum tamen eſt ſecundum Alex. de Ales in 3. parte ſummæ, ſuper hoc præcepto, quod quando quis tenetur aliquid dicere, & tacer, ex quo ſequitur dãnum notabile proximo, peccat mortaliter, maxime ſi hoc faciat in iudicio. Vnde Auguſt. ad Caſulanum, & habetur. 11. q. 3. c. quiſquis, dicit: *Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* Et idẽ habetur extra. de cri. fal. ca. 1. quod confirmat Chryſ. in quodam ſermone dicens: *Non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palam mendacium loquitur, ſed etiam ille qui libere non pronunciat veritatem, quã libere pronunciare oportet*, quę verba habentur 11. q. 3. c. nolite. Facit ad hoc, quod dicitur.

Mendacium committitur non ſolum falſitatẽ dicendo, ſed etiam veritatem tacendo.

ff. de in ius voc. l. ſed & ſi. §. patronum. in gloſſ. ſuper verbo. per obiectionem. vbi dicitur, quod mendacium non ſolum cõmittitur dicendo falſitatem, ſed etiam tacendo veritatem. Mendacium autem pernicioſum, ſemper eſt peccatum mortale ſecundum prædictos doct. in 3. diſtin. 38. & Thom. 2. 2. q. 110. Eſt autem pernicioſum, quando dicitur ad iniuriam Dei, puta dicendo aliquod peccatum, vt luxuriari, vel periurare, aut huiuſmodi, non eſſe peccatum: vel cum infert nocumentum proximo quantum ad perſonam, diuitias, vel famam. Et de tali mendacio dicitur à Deo per prophetam. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Pſalm. 5. tranſumptiue. 22. q. 2. §. item quod falſum & §. itẽ quod dicitur. De hoc etiam mendacio pernicioſo dicit Salomon. *Os quod mentitur, occidit animam ſuam.* Sapien. 1. tranſumptiue. 22. q. 2. c. nec artificioſe. & c. ſi quis adeo. & 22. q. 5. c. iuramenti. Non licet etiam dicere mendacium cauſa humilitatis. 22. q. 2. Et omnes dicentes mendacium pernicioſum, tenentur ad ſatisfactionem de omni damno dato. 14. q. 6. capit. ſi res. Et hoc ſufficiat pro prima parte noſtri ſermonis.

PARS SECVNDA, DE excuſatione mendacij, quam faciunt quidam exemplo ſanctorum patrum, qui videntur mendacio vſi fuiſſe.

Sed contra prædicta allegant quidam exemplum patriarchæ Iacob, qui dixit Iſaac patri ſuo. *Ego ſum Eſau primogenitus tuus.* Geneſ. 27. Certum eſt enim fuiſſe falſam vocis ſignificationem; quod etiam ibi fuerit intentio fallendi, teſtatus fuit Iſaac pater ſuus dicens Eſau: *Venit Germanus tuus fraudulenter &c.* Et tamen à Magiſtro ſententiarum, in tertio diſtinctione 38. & Auguſtin. in libro contra mendacium, vt habetur. 22. quæſtione ſe-

Iacob an dixerit mendacium patri ſuo. Gen. 27.

Digitized by Google

ne secunda, capitul. si quilibet, excusatur à peccato; ergo non omne mendacium est peccatum. Respondet Richardus. in 3. distinctione 38. articulo primo, quæstione secunda. in solutione secundi argumẽti, & Alexander de Ales in tertia parte summæ, super hoc præcepto, & in secunda parte in tractatu de mendacio & Tho. 2.2. quæstione 110. artic. tertio, in responsione tertij argumenti; quod Iacob in illo verbo non fuit mentitus, sed aliqua duplicitate sancta, & inspirata vsus est. Et quamuis pater eius dixerit eum fraudulenter egisse, non tamen mentitus est, quia sic credebat, licet falsum putabat. Dixit ergo se esse Esau, non in persona, sed in iure, & dignitate primogenituræ sibi diuinitus traditæ. q.d. Ego sum ille, cui debetur primogenitura. Similiter Angelus loquens in persona Dei, in veteri testamento dicebat, vt habetur Exo. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus*, & tamen non mentiebatur, referens se ad personam Dei. Et hanc responsionem dat Augustinus libro 16. de ciuitate Dei capitul. 37. excusando Iacob. de hoc habetur. 22. quæstione secunda, capit. quæritur. §. opponitur. Præterea obijciunt quidam de Abraham, qui vt habetur Gen. 22. cum iret ad immolandum filium, dixit seruis suis, quod reuerteretur cum filio, quod tamẽ non intẽdebat & Gen. 12. de vxore sua dixit, quod eius erat soror. Similiter Ioseph Gen. 42. & 44. dixit fratribus suis, quod erant exploratores, & tamen sciebat, quod non erat verum. Similiter Iudith, vt habetur Iudith decimo, vndecimo, & duodecimo, multa dixit, quæ non erant vera, nec intendebat facere, quæ dicebat. Moyses quoque, & Aaron dixerunt Pharaoni, quod volebant ire viam trium dierum in solitudine, ad sacrificandum, vt habetur Exod. quinto. Et tamen dicit glos. ibi quod non habebant intentionem principalem sacrificandi, sed eundi in terram promissionis, nunquam reuertendi. Exod. quoque primo, scriptum est quòd obstetrices, quæ mentitæ sunt Pharaoni, vt liberarent paruulos filiorum Israel, remuneratæ fuerunt à Deo, ergo mendacium non est peccatum, quia non remuneraretur à Deo, si esset malum, & Patres sancti veteris testamenti illud nõ fecissent. Respondeo, secundum Thom. Bonau. & Richardum. in tertio. distinctione 38. & Alexander de Ales, ac Thom. vbi supra, quod si inueniuntur aliqua in sacra scriptura dicta, aut facta à viris perfectis, quæ videantur mendacia, sunt intelligenda figuraliter, & Propheticè esse dicta, aut mysticè, & cum aliquo spirituali intellectu. Et sic intelliguntur verba Iudith. Et hoc inquit Augustinus in libro contra mendacium. Et similiter dicit in quæstionibus super Gene. quod Abrahã non est mentitus, dicens Saram esse sororem suam, volnit enim celare veritatem, quam dicere non tenebatur, non mendacium proferre. Soror enim eius poterat dici, quia ex parte patris ei attinebat, vnde, Genesis 20. inquit: *Vere soror mea est, filia patris mei, & non matris meæ*, id est ex parte patris mihi attingens, & non matris. In sacra enim scriptura consanguinei appellantur fratres. Vnde ipse Abraham dixit Loth, qui erat filius fratris sui: *Fratres enim sumus*. Gen. 13. Similiter non est mentitus Abraham dicens, quod reuerteretur cum filio, quem tamen intendebat immolare, quia vt inquit Apostolus, ad Hebræos. 11. ex magnitudine fidei suæ credebat, quod Deus eum resuscitaret, qui dixerat ei: *In Isaac vocabitur tibi semen*. Similiter nec Ioseph est mentitus, dicens fratres suos esse exploratores, quia potius loquebatur tentando, quam affirmando. De Moyse etiam, & Aaron respondetur, quod illa duplicitas fuit permissa, potuerunt enim assignare causam recedendi, dicentes quod volebant immolare, quod erant facturi, licet principalius recederent nunquam redituri. Sic 1. Reg. 16. misit Deus Samuelem in Bethleem, ad vngendum Dauid in regem, & dixit, quod sacrificaret ibi, & postea diceret se ad sacrificandum venisse, ne Saul posset scire, quod vnxisset Dauid. Sic fecit Moyses, ne sciret Pharao, quod absque reditu vellet

II. Obiectio

Responsio.

let exire de Aegypto. Ex quibus ſumitur argumentum, quod ſi quis vadens ad aliquem locum, vt ibi aliqua bona cum aliquo tractet, & ad hoc celandum vult ibi orare, vt ſi interrogetur, poſſit reſpondere: Ego iui illuc cauſa orandi, abſque mẽdacio, & duplicitate hoc fieri poteſt, quando fit intentione ſancta, ne detur peſtiferis cauſa malignandi, vnde ſub tali modo loquendi, licet occultare innocentem, ne impie occidatur, & Virginẽ, ne ſtupretur. Ait enim Hieron. ſuper Epiſtolam Pauli ad Galat. *Poſſunt homines (quã iuſti) aliqua ſimulare pro tempore, ob ſuam aliorum que ſalutem.* Nam dolum non committit, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. plane, ff. de le. 2. De obſtetricibus quoque reſpondit Thom. 2.2. q. 110. & Alex. de Ales, & Richard. vbi ſupra, quod obſtetrices non fuerunt remuneratæ à Deo propter mendacium, ſed propter Dei timorem, & Iudæorum amorem. Et idem habetur in ſum. confeſſ. lib. 1. tit. 10. q. 8. Et ſimiliter poſſumus dicere de Iudith, quod ſi velimus intelligere, quod dixerit mendaciũ, non laudatur quia mentita ſit, ſed propter affectum quem habuit ad ſalutem populi, vt inquit Auguſtinus in quæſtionibus, ſuper Geneſim. Sed iterum obijciunt defenſores mendacij de Dauid, qui ſimulauit ſe ſtultum coram rege Geth, primi Regum. 21. & de Hieu qui finxit ſe cultorẽ Baal quarti Regum 10. & iſti non peccauerunt, ſed potius commendantur. Nam de Hieu. 22. q. 2. c. vlt. dicitur. *Vtilem ſatisfactionem, & in tempore aſſumendã, Hieu nos docet, qui ſacerdotes Baal interfecit, ſe fingens idola velle colere*, ergo videtur, quod mendaciũ poſſit fieri in verbis, & factis ſine peccato. Reſpondeo ſecundum Sanctum Bonau. & Alex. vbi ſupra, quod ille ſimulationes fuerunt cautelæ, & ideo fuerũt, licitæ, vnde ſciendum eſt ſecundum Alexand. de Ales in 3. parte ſummæ, in tractatu de octauo præcepto decalogi. q. vlt. quod quadruplex eſt ſimulatio. Prima cautelæ, qualis fuit Ioſue, qui ſimulauit fugam. Ioſue. 8. Secunda doctrinæ, qualis fuit Chriſti, Lucæ vlt. qui finxit ſe longius ire, vt inſtrueret, & moneret diſcipulos ad opera miſericordiæ, & hoſpitalitatis. Tertia ſimulatio eſt ſignificationis, qualis fuit Iacob. Gen. 27. qui ſimulauit ſe eſſe Eſau, in quo ſignificauit, quod minor populus præferendus erat maiori, ſcilicet gentilis Iudaico. Similiter fictio Chriſti de qua ſupra, fuit ſignificationis, quando finxit ſe longius ire. Significauit enim, quod adhuc longe erant à fide illi. Vnde gloſſ. ſuper dicto capitul. final. ait: *Talem ſe exhibuit in corpore, qualis erat apud illos in mente*: & Auguſtinus in quæſtionibus Euangeliorum dicit: *Quando fingimus id quod nihil ſignificat, mendacium eſt, cum autem fictio noſtra ſignificat aliquid, non eſt mendacium, ſed aliqua figura veritatis, ſicut fuit fictio Domini noſtri.* Et idem ait in libro contra mendacium: & intelligendum eſt quando fictio ſignificat aliquid vtile, alias non, 22. quæſtione quinta, capitulo, quacunque arte. Et eandem ſententiam ponit Thom. 2.2. quæſtione 111. & ad lit. Vldericus, quòd licitum eſt, per opus ſimulatum, intentione vtilitatis conſequendæ, committere aliquam duplicitatem, ſicut fecit Dauid, ſimulans ſe ſtultum. Dicit enim Cato in ſuis documentis: *Inſipiens eſto, cum tempus poſtulat, aut res. Stultitiam ſimulare loco prudentiæ ſumma eſt.* Et ſatis facit. capitulum, vtilem. 22. quæſtione ſecunda. Item ſecundum eum licet vti duplicitate verborum, propter aliquam ſui, vel proximi vtilitatem. Sicut fecit CHRISTVS, qui dixit Apoſtolis Ioann. 7. *Vos aſcendite ad diem feſtum, ego autem ad diem feſtum illum non aſcendam*, & tamen poſtea aſcendit ſecrete, vt ibidẽ patet, quod fecit vt inſtrueret diſcipulos ſuos, qui volebant eum ire ad feſtum, ad facienda miracula, & ad oſtendendam potentiam ſuam, vnde ipſe dixit, *ego non aſcendam*, ſcilicet eo modo, quo vos vultis. Quarta ſimulatio dicitur eſſe falſitatis, qualis eſt hypocritarum, qui ſimulant ſe bonos cum ſint mali, in malum & damnum proximi, temporale, vel ſpirituale, & ad vanam gloriam. Et iſta ſimulatio eſt peſſima ſecundum Thom. vbi ſupra, & etiam habetur in ſumma confeſſ. lib. 3. titul.

III. obiectio.

Reſponſio.

quaſi fictione Chriſtus finxit longius ire.

tul. 24. quæst. 254. Primæ autem tres simulationes, vid licet cautelæ, doctrinæ & significationis sunt bonæ, quando per eas non fit aliquid, quod sit contra honorem Dei, vel bonum proximi. Quarta autem est detestabilis, secundum Alexand. de Ales, vbi supra. De materia autem simulationis, videlicet quid sit simulatio, habetur. C. de iur. & fac. igno. l. pe. in glo. fi. Et vtrum sit permissum simulare de iure, habetur in c. 1. extra. quod metus causa in gloss. super verbo. simulauit. & 22. q. 2. cap. vtilem. Dicitur autem de mala simulatione, quod simulata pro infectis habẽtur. C. plus valere, quod agitur. l. 1. & de contrah. emptio. l. emptio. Sed de Hieu, de quo supradictum est, dicunt quidam Theologi quod non excusatur à culpa, vel mendacio, quia fuit malus, non recedens ab idololatria Hieroboam. Laudatur tamen, & temporaliter remuneratur à Deo, non pro mendacio, sed pro eo, quod Baal cultum destruxit. Sed obijciũt defensores mendacij, quod in multis locis sacræ scripturæ, proponũtur multæ locutiones, quæ secundum intentionem literæ, falsæ sunt, vt patet de eo quod dicitur Iudic. 9. quod ierunt ligna, vt vngerent super se regem, dixeruntque oliuę Impera nobis, quæ respondit. *Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua omnia apte sunt salsa?* Ad hoc respondit Alex. de Ales, & S. Bona. vbi supra, quod ea debentur ad aliquem sensum spiritualem parabolicè, & pro illo sensu habent veritatem in se, non sunt mendacia, vnde dicit August. in libro de mendacio. *Quicquid figuratiue fit aut dicitur, non est mendacium.* Et ita fuit in parabola prædicta, & in alijs, tam veteris testamenti, quam noui. Similiter disputantes dicunt falsum tenentes falsam opinionem, vt per disputationem perueniant ad cognitionem veri, quæ magis sunt interrogationes seu tentationes, quã assertiones. Concludendum est ergo, quod nunquam est scienter dicendum falsum. Item quicquid est promissum debet seruari, nisi seruando vergat in peiorem exitum, & in damnum animæ, tunc enim non est seruandum. 22. q. 4. in malis. Et talis fuit promissio Herodis, promittentis dare filiæ, quicquid postulaßet. Non enim debuit seruare talem promissionem in amputatione capitis Ioan. Bapt. ſt ę, secundum Thom 2 2. q. 89. quamuis illam promissionem iuramento firmauerit, talis enim impletio promissionis fuit illicita. 22. q. 4. est etiam contra officium. Et hoc inquit Ambr. in 1. de offic. & Thom. 2. 2. q. 88. art. 7. & concor. gloss. Ray. vt habetur in summa confess. lib. 1 tit. 9. q. 13. Sed hic quæritur quid de Gabaonitis & & filijs Israel, qui Gabaonitæ dixerunt mendacium ipsis filijs Israel, vt habetur Iosue; 9. c. ibi enim dicitur, quod *cum Gabaonitæ, qui erant de terra promissionis, audissent, quod filij Israel interficerent omnes populos illius terræ, scientes se etiam interficiendos, callide cogitantes de salute sua, acceperunt sibi cibaria, & saccos veteres asinis imponentes, & vires vinarios scissos, atque consumptos, calceamentaque peranticqua, quæ ad indicium vetustatis pittacijs consuta erant. Induerunt que se vestimentis veteribus, panes quoque quos portabant erant duri, & in frustra cõminuti, perrexerunt que ad Iosue ducem populi Israel, & dixerunt ei, cudiente vniuerso populo: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderunt que viri Israelitæ ad eos: Ne forte in terra quæ nobis sorte debetur habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum. At illi ad Iosue conuersi, dixerunt: Serui tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinam estis vos? Aut vnde venistis? Responderunt: De terra longinqua valde venerunt serui tui, in nomine Domini tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, & cuncta quæ fecit in Aegypto, & duobus regibus Amorrheorum trans Iordanem, dixerunt que nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc ficci facti sunt, & vestimenta nimia comminuti, vires vini nouos implemimus, nunc rupti sunt & soluti, vestes, & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus ob longitudinem viæ trita sunt, & pene consumpta. Susceperunt igitur de cibis eorum, & os Domini non interrogauerunt. Fecitque Iosue tum eis pacem,* & ini-

Hieu an à culpa excusetur.

IV. Obiectio

Responsio.

Digitized by Google

& inito fœdere pollicitus est eis, vt non occiderentur, principesque multitudinis iurauerunt. Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quod in vicino habitarent, & inter eos futuri essent, mouerunt que castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorũ, & non percusserunt eos, eo quod iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omnis vulgus cõtra principes Israel, qui respõderunt eis: Iurauimus eis in nomine Dom. Dei nostri, & idcirco nõ possumus eos cõtingere; sed hoc faciemus eis. Reseruentur quidẽ, vt viuãt, ne cõtra nos ira Dei cõcitetur, si periurauerimus, sed sic viuant, vt in vsus multitudinis vniuersæ ligna cædant, aquasque deportent. Tunc Iosue vocauit Gabaonitas, & ait eis: Cur nos decipere fraude voluistis? vt diceretis, procul valde habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra, ligna cædens, aquasque cõportans in domũ Domini Dei mei. Qui respondẽrũt: Nũciatum est nobis seruis tuis, quod promisisset Dominus Deus tuus Mosi famulo suo vt traderet vobis omnem terram istã, & disperderet cũctos habitatores eius, timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniimus, nunc autem in manu tua sumus, quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manibus filiorum Israel, vt non occiderentur.

Hæc omnia habentur Ios. 9. Circa quam historiã quæruntur duo. Et primo vtrum isti Gabaonitæ peccauerint in tot mẽdacijs, & clarũ est quod sic secundum oẽs expositores sacræ scripturæ super Ios. 9. c. & clare patet ex præcedentib⁹. Non. n. licet dicere mẽdacium, ẽt pro salute corporis, tñ quia isti erant infideles, & venerant vt se subderent legi filiorum Israel, & cultui, vt infra patebit, & fecerunt ad cõseruationem vitæ corporalis, & ẽt spiritualis, sunt secundũ quid excusabiles, nõ tamen immunes omnino à peccato, quod patet ex eo quòd puniuit eos Iosue incisione, & portatione lignorum, & aquæ. Secundo quæritur, vtrum filij Israel bene fecerint non occidentes eos propter promissionem factam, & iuramento firmatã. Et primo arguitur tripliciter quod debebant eos occidere. Fundamentum primum est, Dei præceptio. Nam præceperat eis Deus, quod occiderent oẽs habitatores illius terræ, vt habetur Num. 32. item quod nõ facerent fœdus cum illis. Num. 23. Et ideo tale iuramentum factũ contra Dei præceptũ non debuit seruari, nec promissio. dicto. capitulo. in malis 22. quæstione quarta. Secundo, quia iuramentum, & promissio fuit conditionalis, scilicet si Gabaonitæ non erant ex habitatoribus terræ promissionis, ergo non debuit seruari deficiente conditione. Iuramentum enim conditionatum non obligat non existente conditione. 32. quæstione octaua. capitulo. non solum. & extra. de con. appo. c. verum. Et extra de iureiurand. capitul pervenit. el. secundo. Vnde dicit Seneca in libro de beneficijs, quod ad hoc, vt homo non teneatur facere quod promisit, requiritur quòd omnia immutata permaneant. Tertio arguitur: Nam Gabaonitæ dolosè, & per mendacia eos deceperunt, vt patet Iosue 9. Fraus autem, & dolus alicui patrocinari non debet. 30. quæstione prima, capitul. dictum. extra. de rescrip. capitul. ex tenore. In contrarium est veritas, scilicet quòd debuerunt seruare iuramentum, & promissionem filij Israel, vt patet in capitul. inter cætera. §. sed cum his omnibus, & in capitulo. innocees 22. quæstione quarta, & idem dicit Ambros. in libro de officijs. Et hoc tenent omnes Doctor. Ecclesiæ, super Iosue c. capitulo, & probatur in litera dicti capituli, vbi dicitur: *Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere, reseruentur ergo vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si periurauimus.* Periurium autem non incurritur, nisi ex transgressione iuramenti obligatorij, nec ira Dei concitatur, nisi propter illud quod est illicitum fieri, ergo iuramentum istud fuit seruandum. Et hoc triplici ratione. Primo quia Gabaonitæ venerunt ad Iosue, volentes cultui Dei Israel subijci, vt patet ex verbis eorum cum dixerunt. *Venerunt serui tui & pertui in nomine Deitui*, ex miraculis enim quæ audierant fecisse Deum pro filijs Israel, crediderant ipsum esse verum De-

Ad oppositũ arguitur.

Iuramentũ Gabaonitis factũ triplici ratione seruari debuit & per hoc respondetur Ad 1. arg.

Digitized by Google

um cœli & terræ, & desiderauerunt ad fidem eius venire, per fœdus ineundum cum filijs Israel, & sic non solum venerũt ex timore, sed etiam ex amore Dei: præceptum autem Dei de interfectione habitatorum terræ, non videbatur contra eos currere, quia datum erat propter malitiam, & obstinationem in malis habitantium in terra illa, vnde Iosue 11.c. dicitur de obstinatis: *Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clemẽtiam, ac perirent.* Ex quo patet quod Gabaonitæ, meruerunt clementiam, nec currebat contra eos sententia Dei. Secunda ratio quare debuit hoc iuramentum seruari, est ex parte filiorum Israel: licet enim Raab meretrici fecissent pactũ p exploratores quod saluarentur, vt habetur Iosue secundo, illud fuit pactum particulare; hoc autem pactum, & iuramentum, quod fecerunt filij Israel Gabaonitis, fuit primum iuramentum commune, quod omnes filij Israel fecerunt extraneis gentibus. Et ideo si fregissent hoc iuramentum, & promissionem, Gabaonitas occidendo, fuisset diuulgatum per terras in circuitu, & reputati fuissent filij Israel infideles, & iuramenti transgressores, in magnum scandalum illius populi, & per consequens in irreuerentiam, & blasphemiam Dei, cuius dicebantur peculiaris populus à Deo electus. Et ideo ad hoc vitandum, seruandum fuit iuramentum. Tertia ratio accipitur ex parte Dei, qui pronus est ad miserandum, Psal. 144. & ideo credendum est, quod Iosue ex familiari consilio Dei, mortem illorum corporalem, mutauit in ciuilem. Nam seruitus morti comparatur. ff. de reg. iur. l. seruitutem, vt sic de mendacijs suis puniretur, & iuramentum seruaretur, quod de morte corporali eis non inferenda intelligebatur. Et quod Dominus hanc sentẽtiam approbauerit, patet ex hoc, quod Iosue eundo ad pugnandum in subsidiũ Gabaonitarum, Dominus dixit ei: *In manus tuas tradidi illos*, s. oppugnatores Gabaonitarum, vt habetur Ios. 10. Item patet per hoc quod propter afflictionem iniustam Gabaonitarum factam per Saul, fames facta fuit in terra Israel trib⁹ annis, & septem viri de stirpe Sauli fuerunt crucifixi, ad præceptum Dei, vt habetur 2. Reg. 21. & ex his solutum est primum argumentum, de præcepto Dei. Ad secundum arg. respondetur, quod licet in locutione primaria, cum Gabaonitis facta fuerit mentio, & interrogatio, si erant de terra promissionis, tamen in iuramento non fuit apposita aliqua conditio. Et dato quod fuisset posita, tamen ex quo volebant credere in Deum, & cultui eius se subijcere, debuerunt seruare iuramentũ non occidendo eos, rationib⁹ prædictis. Ad tertium dicendum, quod fraus & dolus proprie ordinatur ad malum finem. Mendacia autem, & fictiones Gabaonitarum, licet essent, mala de se, tamen ordinabantur ab eis ad bonum finem. s. ad eorum salutẽ corporalem, & spiritualem, vt patet ex prædictis, & ideo non debuerunt occidi propter hoc. Et hoc tenet gl. Aug. super Ios. 9. & 10. c. & Nicol. de Lira super Ios 6.

2. Ratio quare Gabaonitæ occidendi non erãt.

3. Ratio.

Ad 2. arg. pro parte falsa.

Ad 3. arg. respondetur

PARS TERTIA DE mendacij detestatione.

QVantum sit detestabile mendacium, patet discurrendo sacram scripturã. Nam Exod. 23. præcipit Deus dicens: *Non suscipies vocem mendacij, sed mendacium fugies.* Et Leuit. 19. scriptum est: *Non mentiemini, neque decipiet vnusquisque proximum suum.* & Iob 13. dicitur: *Nunquid indiget Deus vestro mendacio, vt pro eo loquamur dolos?* & Psal. 11. dicit Dauid: *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* & Prou. 6. dicit Salomon: *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. s. oculos sublimes, & linguam mendacem, &c,* & 10. eiusdem libri dicit: *Qui mentitur mendacijs, hic pascit ventos.* & 13. c. iterũ ait: *Verbum mendax iustus detestabitur impius autem confundit, & confundetur.* & Prouerb. 19. dicit: *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* & 20. c. ad hæc dicit: *Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisci-*

Digitized by Google

indiſciplinatorum, aſſidue erit. Et Eccl. 20. dicitur: *Potior eſt fur, quàm aſſiduitas viri mendacis.* Scriptum quoque eſt Eccle. 7. *Noli amare mendacium.* Prou. 20. dic. Salomon: *Mors hominum, mendacium ſine honore.* Sed heu, quia verificatum eſt quod prophetatum eſt Oſeæ. 4. cap. vbi dicitur: *Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. Nam maledictum homicidium furtum, & mendacium, inundauerũt ſuper terram.* Tu vero populo mi ſerua illud Eccle. 4. c. *Non contradicas verbo veritatis vllo modo.* Dicit enim idem Sapiens eiuſdem libri 26. *Tres ſpecies odit anima mea, pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum.* & Paul. ad Epheſ. 4. nos exhortatur dicens: *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo.* & Iac. 3. dicitur: *Nolite mendaces eſſe aduerſus veritatem.* & ad Roman. 3. dicens Paulus: *Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax*, id eſt, peccator ſecundum gloſ. Poteſt etiam intelligi de mendacio falſæ ſignificationis, quia ſi non cauemus à multiloquio, faciliter incidemus in mẽdacium, Prouerb. 10. vbi dicitur: *In multiloquio, non deerit peccatum.* Item cum Deus ſit veritas, non poſſumus dicere veritatem, niſi auxilio Dei, & ideo inquantum homines, ſumus proni ad mendacium. Ad Collo. quoque 3. ca. dicit idem Apoſtol. *Nolite mentiri inuicem.* Scriptum eſt enim Apoc. 22. *Foris canes & venefici, & impudici, ac idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium.* Mendax aũt ideo dicitur veneficus, quia lingua eius eſt mortifera, ſicut lingua aſpidis, & draconis. Dicit enim Auicenna in libr. de venenoſis animalibus, quòd quædam animalia habent linguas mortiferas propter malitiam, & venenoſitatem humoris in eis dominantis, ſicut lingua ſerpentis, draconis, & canis rabidi. Cuius morſus eſt ſummè venenoſus, lingua autem aſpidis, quamuis in corpore viuentis ſerpentis plena ſit veneno mortifero, ſeparata tamen à corpore, & deſiccata, venenum ſi præſens fuerit prodit. Nam in præſentia veneni ſudoré prorumpere cõſueuit. Vnde talis lingua vtilis, & proficua, inter theſauros regios reputatur. Et ſimiliter ad propoſitum noſtrum dicere poſſumus, quòd lingua mẽdax propter mortiferam malitiam in ea latenter dominantẽ, multos inficit, mordet, & occidit. Hæc autem maledicta lingua, inſtrumentũ diaboli, & gladius iniquitatis, habens venenum aſpidum inſanabile, ſi per iudicẽ iuſta pœna extraheretur, & amputaretur à viuente teſte falſo, & aduſtione exſiccaretur, propter exemplum iuſtæ vindictæ, multorum eſſet ſanatiua. Sed quia modo regentes fouent tales mendaces, & defendunt, atque tributis deuicti extrahere, & deſiccare eorũ linguas negligunt, ideo tot mortifera, & inſanabilia vulnera innocẽtibus infligere non metuunt. Sed licet quandoque nõ puniantur ab homine, Deus tamen vltor malorum, eos non permittet impunitos, ſed ad tartareos mittet cruciatus. Omnes etiam mẽdaces æterna fœlicitate priuabit. Nam Apocal. 22. dicitur: *Non intrabit in eam* ſcilicet cœleſtem Hieruſalem, *aliquid coinquinatum, vel facitus abominationem, vel mẽdacium.* Non ſolum autem ex ſacra ſcriptura deteſtabile apparet mendacium, ſed etiam ex iure Canonico, vt habetur in capitulo mihi autem. & in capitulo, incauti. & in c. omne. 22. q. 2. & in c. ſi quis. 11. q. 3. Ideo Ambroſius, in quodam ſermone, & habetur in c. cauete. 22. q. 2. dicit: *Cauete fratres mendacium, quia omnes qui amãt mendacium, filij diaboli ſunt.* Hieronymus quoque contra Ruffinum ait: *Pythagoræ præceptum fuit, poſt Deum veritatem colendam, quæ ſola homines Deo proximos facit.* Tullius etiam in tertio de officijs inquit: *Tollẽdum eſt in rebus contrahendis omne mendacium,* & Ariſtoteles 4. Ethic. ait, *Verax laudandus eſt vbique, ſed mendax, vituperandus.* Vnde legitur in Chronica de Nugis philoſophorum, c. 28. *quod Ariſtoteles interrogatus quid fœnoris acquirant mendaces, inquit, vt quoties vera loquantur, non credatur eis.*

Mendax quare dicatur veneficus.

A canonibus, à ſanctis & à philoſophis prohibetur mendaciũ.

QVamuis autem ſit verum quod dicit Terentius in Andria. c. 3. ſcilicet: *Hoc tempore, obſequium amicos, veritas odium parit;* tamen debemus ſeruare præceptũ quod ponit autor libri, de formula honeſtæ vi-

Digitized by Google

tx. c. 2. di. *Non recedas à vero.* & c. 5. eiusdē libri inquit: *Nihil tibi interfit an affirmes, an iures, de religione, ac fide agi scias, vbicunq; de veritate tractatur.* Ait enim Isido. in li. 2. Soliloquio. c. 34. *Omne mendacium peccatum est: neminem ergo mentiendo fallas; nec aliud loquaris, & aliud animo teneas, non aliud dicas, & aliud facias.* Ad veritatem etiam dicendam, inducunt leges ciuiles, & ad seruanda quę promissa sunt. Primo, quod debeat dici veritas maxime in testimonijs proferendis, habetur in l. eos. C. de probationib. & in l. quia. ff. de interroga. actio. & in l. nullum. C. de testibus. & in l. 1. C. de libel. famo. & C. de pœnis. l. decurione. vbi dicitur, quòd dicens veritatem, laudē maximā, & prēmiū consequetur. Greg. quoque in pastorali. c. 26. inquit: *Nihil est ad defendendum, puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius*: Vnde scriptum est in l. 1. C. si ab hæredi. absti. *q̄ fidei veritas verborum adminicula non desiderat.* Econtra vero est de falsitate. Vnde Rich. poēta, in lib. de nuptijs c. 27. di. *Est labor in labijs mendacia composituris, Vera lecturis non labor vllus inest.* Quāuis ergo verum sit quod inquit Cassio. in libr. de amicitia: s. quod *plerumque molesta est veritas*, tñ semper debemus veritatem dicere; & debemus seruare illud quod ait Quintil. in lib. declamationū. inquiens: *Vtro forti præferim, & innocenti, nihil facere consensi, quod negandum sit.* & hoc inquit declamatione secūda: qui iterum ait declamatione 10. *Magis oderis mendacium, cum simile vero est.* Montanārius quoque in luna celeri, contra mendacium, inquit: *Multæ fidem, pauca adimunt mendacia.* Ex quibus apparet quod non bene loquitur auctor libri, qui dicitur Pamphilus. c. 3. di cens: *Crede quod interdum multis mendacia prosint: Et quandoq; nocet omnia vera loqui.* Licet. n. mendacium prosit ad vtilitatem tēporalem, tamen nocet quoad ęternā. Item male loquitur auctor libri, qui dicitur Facetus. c. 2. dic. *Esto veridicus, falsum quandoque loquaris. Nam semper verum dicere credo nefas.* Hęc enim est falsa sententia, vt patet ex prędcentibus. Mendacia enim non solū æternaliter puniuntur, sed etiā temporaliter per ius ciuile, vt habetur. ff. quod cū eo. l. sed etsi. §. 1. & ff. de prōbationi. l. cū de indebito in glo. super verbo. indebiti. & ff. ad l. Aquiliam. l. inde Neratius. §. pen. & ibi glo. & ff. de rei vend. l. fin. in glo. fin. & habetur. C. communia vtriusq; iud. l. si cū paterno, in glo. 2. & ff. de fideiusso. l. si dubitetur. §. 1. Et mēdacium dolosum magis punitur quàm per ignorantiam factum. ff de act. emp. l. Iulianus. §. quod aūt. in glo. Vnde dicitur, quod mendacia non debēt remanere impunita. ff. de his qui no. infa. l. debuit, & C. de accusar. l. accusationis, & ff. de rei ven. l. fi. Puniuntur quoq; mendacia a Deo per mortem corporalem, vt patuit de Anania, & Sapphira, qui mortui sunt propter mēdacium, quibus dixit Petrus, Actuum 5. *Cur tētauit satanas cor vestrum, mentiri spiritui sancto?* & c. *& statim expirauerūt.* Similiter Dan. 13. duo senes, qui falso accusauerunt Susannam, propter falsum testimonium lapidati sunt à populo. Prou. 20. scriptum est, *Suauis est homini panis mēdacij*, scilicet in præsenti, *postea*, id est, in alia vita, *implebitur os eius calculo*, id est durissima punitione.

Ad veritatem, & ad seruāda ea quæ sunt promissa nos inducūt leges ciuiles.

Male dixerūt asserēntes mendacia aliquādo prodesse.

Mendacia morte aliquando à Deo punīuntur.

AD seruandas quoque promissiones, & fidem datam exhortantur iura ciuilia, vnde. ff. de pac. l. 1. in princip. dicitur, q̄ nihil tam congruū est fidei humanæ, q̄ ea, quæ inter eos placuerunt seruare. Et. ff. de consti. pecu. l. 1. in principio, scriptū est: *Graue est fidem fallere*, & in l. cum vendere. ff. locati. dici. *Bona fides exigit, vt id quod conuenit, fiat.* & C. de non numerata pecunia. l. generaliter, scriptum est: *Nimis indignum esse iudicamus, quod quisque sua voce diluci de protestatus est, infirmare.* Salomon quoque Prou. 28. dicit: *Vir fidelis multum laudabitur*, & Tullius, in 1. de officijs. c. 10. dicit: *Fundamētum iustitiæ, est fides, ac conuentorum constantia, & veritas*, & li. 2. eiusdem operis. c. 3. etiā inquit: *Nulla res vehementius Rempublicam conseruat, quam fides.* Ideo Ouid. primo de arte amandi, inquit: *Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet.* Nulla enim est maior hominis gloria, quam in promissis firma fidelitas, hinc namq; magna laus, ac honor, & præcipua laudatio. O miserabilis moderna

Leges ciuiles hortantur ad seruandas promissiones.

ætas,

Digitized by Google

ætas,ô dolenda hominum conditio? Vbi nunc Chriſtianorum fides? Vbi vicinorũ fidelitas? Vbi mercatorum legalitas? Nunc his lachrymoſis temporibus, non nudæ, non ſolennis promiſſio, non teſtes, non iuramenta, non libri, non inſtrumẽta valent, vt promiſſa attendantur. O infideles,& peruerſæ animæ,profectò vos eſtis deteriores paganis, qui vitam æternam non expectabant, & tamen potius quàm fidem datam frangerẽt,morti ſe expoſuerunt,ſicut fecit Marcus Atilius Reguius, vt refert Tullius in 3.de officijs, & Valerius li.1.& Aug.5.de ciui.Dei. Sed ecõtra faciũt multi Chriſtiani multa promittẽtes,& nihil attendentes, & propter hoc procedit quod vnus non credit alteri. Ait enim Horatius, epiſtolarum li.2.epiſtola 2. *Multa fidem promiſſa leuant*, & Ouidius in 3. de Faſtis ait:

Tarda venit diſtis difficilisque fides.

Et Cato in ſuis documentis,propter hoc inquit:

Rem tibi promiſſam,certam promittere noli.
Rara fides ideo quia multi multa loquuntur.

Ideo Iacobus Beneuentanus. ca.19.ſui libri,inquit:

Si quid promiſſum fueris tibi ſuſcipe raptim:
Mens à propoſito,nam refilire poteſt.

Et 20.c.eiuſdem operis dicit:

Qui ſpondent multa, ſoluere pauca ſolent.

Et ibidem.

Quod dare nolueris,nulli ſpondebis amico:
Dedecet hoc cunctos, præcipueque bonos,
Cum ſpondes aliquid, manus illico verba ſequatur.
Auget enim meritum, qui cito ſoluit idem.

Et Richar.in lib.de nuptijs.c.37. *Quis bonus abſque fide.* Illi ergo, qui non ſeruant fidem,omnibus ſunt exoſi. Ait enim Martialis Cocus.li.vndique ſuſcepto.c.2.

Sponſio res vana,ſponſio verſatilis aura.
Noli ſpondenti fidere digne nimis. Et ideo verſificator fabularum Aeſopi, fabula 31. inquit:

Expedit infido, non temerare fidem.

Et Ouidius, in libro 4. de Ponto, epiſtola 10.exhortans ad fidelitatem ſeruãdam ait;

Quis labor eſt,puram non temerare fidem?

Sed fidelitatem iſtam raro habent ſocij,in regno vel dominatu. Ait enim Lucanus,in primo:

Nulla fides regni ſocijs,omnisque poteſtas.
Impatiens conſortis erit. Similiter lib.10.& ſi.idem inquit de militibus,in quibus ſæpe inuenitur infidelitas:

Nulla fides,pietasque viris qui caſtra ſequuntur:
Venaleſque manus, ibi fas vbi maxima merces.

Similiter auari habent paucam fidelitatem,vnde Iuuenalis.libro 1. Satyra.4. ait:

Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca.
Tantum habet & fidei. Sed de his infidelibus inueniuntur multi facientes quod inquit auctor in libro de moribus medicorum. c.4.d.

Cum dolet infirmus,promittit præmia multa.
Ceſſat promiſſum,cum dolor ipſe perit.

Nolite ergo vos ita facere,ſed ſeruate illud quod inquit auctor,in lib.de formula honeſtæ vitæ.c.2.di. *Cum cõſideratione promitte,& plenius quàm promiſeris præſta.* Quod intelligendum eſt de rebus honeſtis. Ait enim Ambroſ. lib. 3. de officijs, cap.12. *Vnuſquiſque nihil promittat inhoneſtum; quod ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quam facere quod turpe ſit.* Iſidor. quoque in ſoliloquijs libro 2.cap.35.ait: *In malis promiſſis reſcinde fidem, impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur,*& in cap.36.eiuſdem libri ait: *Non ſis in verbis facilis, ſed fac bonum quod ſpopondiſti.* Quod ſi,& vos egeritis, coram Deo, & hominibus habebitis gratiam in præſenti vita, & in futuro gloriam ſempiternam. Ad quam

&c.

FERIA

Digitized by Google

FERIA V. POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE NONO ET DECIMO præcepto decalogi.

SERMO XXX.

BONA *facite studia vestra.* Hierem. 7. In epistola occurrentis feriæ. dicit Deus Hierem. 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutãs corda, & probans renes, qui do vnicuique secundum opera sua.* Quibus verbis reprobatur opinio quorundam qui dixerunt, quod dæmones cognoscunt cogitationes hominum, probantes per dictum Augustini 12. super Gen. ad litteram qui dicit: *Mali Angeli cogitationes nouerunt, quia multa prædicunt quæ non prædicerent, si cogitationes non nouissent.* Sed hæc opinio falsa est, secundum Bona. & Rich. in 2. distinct. 8. Nam duplex est cognitio, vna certitudinis, & tali cognitione dæmones non possunt conscientiarum secreta rimari. Alia est cognitio coniecturalis, quæ est per aliquos motus, seu per aliqua signa exteriora, ex quibus coniecturaliter cognoscuntur interiora. l. naturalem. §. de his ff. de acquir. re. do. Et tali cognitione, dæmones prænosticantur, & sæpe loquuntur vera de interioribus cordis. Et ita intelligitur dictum Augu. vnde de cognitione certitudinis loquens idem Augustin. in libr. de Ecclesiasticis dogmatibus inquit: *Internas cogitationes animæ diabolum non videre certi sumus, multo autem minus potest vnus homo scire secreta cordis alterius:* vnde Augustin. in quodam sermone, inquit: *Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est.* Vtrum autem Angeli boni cognoscant secreta, licet Hermes in lib. quem fecit de quatuor materijs dixerit, quòd sic, tamen in contrarium est veritas, vt probat Thom. in prima parte summæ. 57. & in 2. scripto. di. 8. articul. 5. & omnes Theologi in 4. sent. distinct. 8 f vbi cõcludunt, quòd cogitationes intrinsecæ cognoscuntur à solo Deo, propria virtute. Ipsi enim nihil est absconditum, vt habetur ad Hebr. 4. vbi dicitur: *Omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei.* Et 1. Ioannis 3. dicitur: *Maior est Deus corde nostro, & omnia nouit.* & 32. dic. erubescant, scriptum est: *Secretorum cognitor, & iudex, est Deus.* Iob quoque sui libri 42. c. ait Deo: *Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio,* & Ecclesiastici 7. dicitur: *Noli te iustificare ante Deum, quia cognitor cordis ipse est.* Et Psalm. 23. dicit: *Dominus scit cogitationes hominum,* & 1. Paral. penult. scribitur: *Omnia corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit.* Seneca etiam ad Lucillum, inquit: *Quid prodest aliquid ab homine esse secretum? nihil Deo clausum est, ipse cogitationibus nostris interuenit, sic interuenit dico, vt nunquam inde discedat.* Ex quibus omnibus deprehendimus quanta sit illorum fatuitas, qui gaudent delinquentes ab hominibus non videri, nec cogitant Deum omnium secretorum, omniumque cordium esse inspectorem: vnde & Poeta Ouidius, in 4. meta. ait: *Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.* Et ideo bene dicunt verba proposita: *Bona facite.* &c. Qua ex re in hoc sermone tractabimus de duobus vltimis præceptis decalogi, in quibus prohibetur voluntas animi inordinata: vnde duas tantum considerationes faciemus. Prima erit de nono præcepto. Secunda erit de decimo.

Falsa est opinio dicentium, dæmones hominũ cogitationes cognoscere, cũ solus Deus eas cognoscat.

Sermonis intentio, ac diuisio.

PARS PRIMA, HVius sermonis, vbi ponitur expositio noni præcepti.

CIRCA declarationem istorum præceptorum arguunt quidam, quòd male loquitur Augustin. super illa verba Psalmistæ:

Digitized by Google

Lex vetus an tantum prohibeat factum vel etiam animum.

miſtæ: *Lex Domini immaculata*, vbi inquit. *Lex. ſcilicet vetus prohibet malum, non animum*, quod expreſsè videtur falſum, ex his duobus præceptis, in quibus prohibetur concupiſcentia mala animi. Reſpondetur ſecundum Alexandrum de Ales, in 3. parte ſummæ, in tractatu de 9. & 10. præcepto, quæſtio. 4. & Petrum Ioannis ſuper Matthæi 5. cap. quod verum eſt, legem etiam veterem, prohibere malam concupiſcentiam cordis, vnde dicit Auguſtin. in libr. contra Fauſtum, quod penè omnia, quæ monuit, & docuit, ſiue præcepit Chriſtus, inueniuntur etiam in veterib. libris. Sed quia non bene intelligebant Iudæi, aperuit illa Dominus in Euangelio, quod eſt ſuperabundans ipſi legi in generalitate prohibendi. & expreſſione. Et ſic Auguſt. verba intelliguntur, vbi ſupra, videlicet quod lex nō prohibet ita expreſſe, & clare, omnes malas cordis concupiſcentias, nec eas ita ſtricte reprimit, ſicut Euangelium. Quod autem concupiſcentia animi mala prohibeatur à lege veteri; declarat Apoſtolus, ad Roman. 7. dic. *Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret: Non concupiſces*, & Eccleſiaſt. 23. dicit Sapiens: *Fili poſt concupiſcentias tuas non eas.* Non ſolùm autem per legem, ſed etiam per paganos prohibita eſt concupiſcentia: Vnde Ariſt. 2. Polic. c. 4. inquit: *Magis oportet concupiſcentias regulare, quam ſubſtantias*, & Horatius, in epiſtolis, inquit: Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas, & Tullius. in arte veteri lib. 1. in proœmio, ait: *Cæca & temeraria eſt dominatrix animi cupiditas.* Ideo Ouidius in primo de remedio amoris dicit: *Damnoſas homines non concupiſcete curas.* Concludendum eſt ergo quod concupiſcentiæ malæ animi, malæq; cogitationes, multum Deo diſplicent. Vnde Prouer. 15. dicitur: *Abominatio Domini cogitationes malæ.* Et Sapientiæ primo dicitur: *Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo*, & Prouerb. 6. ſcriptum eſt: *Deus odit cor machinans cogitationes peſſimas*, & Eſaiæ 1. inquit Deus: *Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.* Et 55. cap. eiuſdem libri dicit: *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas*, & Hierem. 4. c. iterum ait: *Vſque quo morabuntur in te cogitationes noxiæ*, quod Zachariæ 1. ait: *Conuertimini de vijs veſtris, & cogitationibus veſtris peſſimis*, & Matth. 9. dixit Chriſtus Phariſæis: *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris.*

A Paganis cōcupiſcentia eſt prohibita.

Quæ cogitatio prohibeatur, & quæ non. Cogitatio eſt duplex.

SEd ſciendum eſt, ſecundum Thom. in 2. ſententia. diſt. 39. 2. ar. & in 4. di. 9. art. 4. & 1. 2. q. 71. art. 8. & Alex. de Ales, in ſecunda parte ſummæ, in tractatu de diuiſionibus peccati, quod triplex eſt cogitatio. Vna eſt naturæ, quando quis cogitat ea ad quæ naturaliter inclinatur, vt ſi quis ſitiens cogitat de potu, aut grauatus ſomno, cogitat de dormitione, & huiuſmodi: & in talibus cogitationibus non eſt peccatum, quia ex his quæ in ſunt à natura, nec laudamur, nec vituperamur. 2. Ethi. Secunda cogitatio dicitur gratiæ, cum quis cogitat benefacere, & hæc eſt bona, & meritoria cogitatio, & infunditur à Deo in anima noſtra, vt inquit Auguſt. in lib. de prædeſtinatione ſanctorum. Tertia cogitatio eſt culpæ, quando quis cogitat de peccato aliquo, & hoc poteſt fieri aliquādo meritoriè, vt cum quis cogitat peccata ſua, vt de ipſis conteratur, & doleat, ſicut faciebat Ezechias, dicens illud quod habetur Eſaiæ 38. cap. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* Similiter eſt meritoria talis cogitatio, quando habens prædicare, vel cōfeſſiones audire, de peccatis, cogitat, vel cognoſcit qualia ſint, mortalia, vel venialia, vt poſtea poſſit ea deteſtari, vel punire. Aliquādo cogitatio peccati eſt veniale peccatum, quādo quis cogitat de illis, cum aliquali delectatione, non tamen ex propoſito nec ex deliberatione, ſed potius ex quadam ſurreptione, non enim eſt tunc peccatum mortale, ſed veniale tantum, vt dicit Alexand. de Ales, in 3. parte ſummæ, ſuper hoc præcepto, & Auguſtin. ſuper Genel. Non ſolùm autem eſt peccatum veniale cogitatio talis cum aliquali ſenſualitate; ſed etiam quælibet tentatio carnis, cum eius commotione ſecundum Magiſtrum in 2. di. 21. & ibi Dominus Bonauent. in quæſtionib. litteralibus. Quandoq; autem talis cogi-

Digitized by Google

tatio, est peccatum mortale, vt quando quis cogitat talia peccata, cum consensu deliberato, & delectatione ac cõplacentia peccati mortalis. Et quamuis non sequatur actus, tamẽ voluntas deprauatur, & maculatur interius. Vnde dicit glos. super Leuit. 15. *Cogitationes & delectationes, quamuis non compleantur, apud Deum pro factis habentur, & puniuntur.* Propterea graue periculum imminet his, qui nullam conscientiam sibi faciunt de cogitationibus turpibus, & immundis. Idcirco seruadum est illud Hiero. consilium ad Demetriadem Virginem dic. *Omnium operum, & cogitationum tuarum, speculatorem tunm Deum crede. Ideo caue, ne quid loquaris aut cogites, quod oculos diuinæ maiestatis offendat.*

Remedia ad declinandas noxias cogitationes.

VT autem possitis noxias cogitationes declarare, aliqua vobis remedia tradere volo. Primum ergo remedium est exercitatio, aut in lectione, aut in oratione, aut in corporali occupatione, vnde Hieronym. ad Saluiniam scribens inquit: *Semper in manibus tuis diuina sit lectio, & tam crebræ orationes, vt omnium cogitationum sagittæ, quibus adolescentia percuti solet, huiusce medi clypeo repellantur.* Et idem ad Rusticum monachũ, & habetur, de cons. di. 5. c. nunquam, dicit: *Semper aliquid boni facito, vt diabolus te inueniat occupatum.* Et ad Demetriadem Virginem iterum ait: *Nec ideo tibi ab opere cessandum est, quia Deo propitio nulla re indiges, sed ideo cũ omnibus laborandum, vt per occasionem operis, nil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet seruitutem.* Dicit quoque Richar. in 4. sen. di. 26. art. 3. quæst. 2. quod morbus carnalis concupiscẽtiæ, efficacius potest temperari per exercitium meditationum, & affectionem spiritualiũ, & degustationem cælestium, ac macerationem corporis, quam per matrimonialem concubitum. Quod autem tentationes carnales per orationem superentur, probatur per dictum Saluatoris, Matth. 17. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi oratione, & ieiunio.* Secundum remedium est euitatio primo verborum ociosorum: ait enim Apostol. 1. Corinth. 15. *Corrumpunt bonos mores, colloquia mala.* Quod metrice ait Montanarius. in luna celeri, c. 16. dic. *Turpia finceros corrumpunt famina mores,* & Arist. 7. Poli. ait: *Exemplo dicere de facili quodcunque turpium fit, & ipsum facere.* Hieron. quoque in Epitaphio S. Paulæ dicit: *Immunditia, vel turpe verbum, atque lasciuum, nunquam est de ore Christiani proferendum: quibus signis, libidinosus animus ostenditur.* Isocrates etiam in exhortationibus suis, inquit, c. 2. *Quæ nefas est agere, eadem neq; fari bonum existimes.* Et auctor libri de formula honestæ vitæ, 3. c. inquit: *A verbis turpibus abstineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit.* Auctor quoq. libri qui dicitur Facetus, c. 2. ait: *Maxima rusticitas, turpia verba loqui.* Secũdo debent euitari auditiones rerum turpium. Ait enim Isidor. lib. 2. soliloquiorum, c. 31. *Facile agitur quodlibenter auditur.* Vnde Seneca, ad Lucillum epistolarum li. 19. epistola. 8. inquit: *Vbicunque videris orationem corruptam placere, ibi quoque, & mores à recto destitisse non erit dubium.* Tertio euitari debet occasio tentationis, & malæ cogitationis, vt est inspectio. Ait enim Ouidius, libr. 2. de reme. amoris: *Non facile est visa tamẽ retinere iuuenca. Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.* Item colloquutio, & frequentatio, cum personis, ex quibus potest oriri mala cogitatio, & missio munerum, atq; cohabitatio, vnde Gen. 10. dicit Deus Loth: *Non stes in loco circa regionem, sed in monte saluum te fac.* Tertium remedium principale est refrenatio sensualis tantum, iuxta illud Apost. 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Quartum remedium est repulsio cogitationũ in primo motu. Ait enim Hieron. ad Eustochium: *Nolo sinas cogitationes crescere. Nihil in te Babylonicũ, vel confusionis adolescat, dum parum est hostis interfice, nequitia elidatur in semine, quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere motum medullarum calore. Ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui statim, vt cœperint, interficit cogitatus, & allidit eos ad petram, petra autem erat Christus.*

2. *Remedium.*

3. *Remedium.*

4. *Remedium.*

SCiendum ergo, quod repræsentationes diabolicæ rerum turpium, quas nobis submittit inimicus, nõ coinquinant animã nostram, si nobis displiceat. Ait enim

Turpiũ rerum species quas nobis inimicus,

Greg.

offert, non polluunt animam si nobis displiceant.

Greg. in moralibus. *Cogitatio quantumcunque immunda sit, nunquam mentem polluit, cum ratio non consentit.* Et potest intelligi de pollutione peccati mortalis, quia nunquam est peccatum mortale, nisi quis consentiat expresse, vel interpretatiue, vt infra videbitur. Si vero sensualitas aliqualiter delectetur ex illa, & non fiat debita resistētia, est solum veniale peccatum, cū ratio non consentit; si vero fiat debita resistentia, & omnino displiceat, non est aliquod peccatum, de pœni. di. 2. §. econtra. Non enim est in potestate nostra tenere, ne dæmones nobis faciant tales repręsentationes, vt inquit August. in li. 2. contra Iulianum. Et ideo Beat. Aegidius socius B. Francisci dicebat, quod sicut non potest teneri ventus, ita nec repræsentationes diabolicæ. Sed oportet nos esse sollicitos, ad eas eijciendum, vt inquit Augustin. in sermone de cogitationibus. Et ad hoc exhortatur nos Sapiens Prouerb. 4. di. *Omni custodia, & diligentia, serua cor tuum.* De corde enim exeunt cogitationes malæ, & omnia facinora, vt inquit Saluator Matth. 15. Ideo dicitur de conse. di. 5. c. nihil. *Nihil prodest homini ieiunare, & orare, ac alia bona facere, nisi mēs ab iniquitate reuocetur,* & Sap. 1. c. dicitur: *In cogitationib. impij erit interrogatio,* scilicet in die iudicij. Si autem fortes fuerimus pugnādo contra diabolum, & resistendo cogitationibus malis, maximum præmium consequemur; Iacob. enim primo c. scriptum est: *Beatus vir, qui suffert tentationem, id est, fortiter contra eam pugnat, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.*

Declarantur duo vltima præcepta Decalogi.

SED iam ad melioré declarationem huius præcepti veniamus. Sciendum est, secundum Alexan. de Ales, in 3. parte summæ, super hoc præcepto, & Richard. nostruus in 3. distin. 40. ar. 1. q. 3. quod ista duo vltima præcepta Decalogi, scilicet. *Non concupisces vxorem proximi tui. Et non concupisces rem proximi tui,* quæ habentur Exo. 20. quamuis sint vnum peccatum, cū peccatis sexti, & septimi præcepti, referendo singula singulis, quantum ad radicem, id est, ad libidinem, & intentionem; duo tamen sunt in effectu deordinationis. Ideo sicut sexto præcepto Decalogi prohibetur actus exterior mœchiæ, ita præcepto nono prohibetur actus interior concupiscentiæ, prout est in cōsensu rationis: prout autem est in primo motu, scilicet suggestione, vel delectatione, prohibetur, nō simpliciter, sed secundum quid. Similiter sicut septimo Præcepto Decalogi, prohibetur actus exterior furandi, ita decimo prohibetur omnis concupiscentia inordinata rei alienæ cum consensu rationis. Vt autē melius intelligatur prohibitio huius noni prçcepti, scilicet *non concupisces vxorem proximi tui,* sciendum est, secundum Alex. de Ales, vbi supra, & S. Bonauen. in 3. sen. di. 40. quod potest exponi tripliciter, primo: *Non concupisces,* sc. actiue, & ita refertur ad mulierem, sicut ad virum, sed locutio facta fuit viro, quia est caput mulieris, 1. Cor 11. & in ca. cum caput. 32. q. 5. & c. duo pueri. de desponsa. impu. Et hoc prçceptū de non desiderando peccatum luxuriæ committere, confirmat Saluator, Matth. 5. fortius loquens, & dicens: *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Super quę verba inquit August. *Non ait, qui concupierit, sed qui viderit ad concupiscendum, id est, hoc fine attendit, vt eam concupiscat. Hoc enim est plene consentire libidini.* Ex quib. concluditur, quod non solum peccat mortaliter, qui aspicit cū mala intentione peccādi, sed qui aspicit, vt possit cōcupiscere; & hoc cum consensu rationis facit. Sciendum quoque secundum Alex. de Ales, vbi supra, q̄ visus accipitur hic pro omni motu, qui est ad delectationē luxuriæ: & non solum corporalis, sed etiam interior, qui est in concupiscentia, secundum Bedam super Matthæum: & secūdm hanc expositionem, videre ad concupiscēdum, est intendere, seu consentire quocunq; modo ad luxuriam. Et ideo non solùm intelligitur de visu oculorū corporalium, sed etiā de visione cogitationis. Et ita intelligitur q̄ dicit Chrysost. super Matthęum inquiens. *Qui oculis incontinentibus aspexerit mulierem, mœchus est completus.* Et illud Threno. 3. *Oculus meus depredatus est animam*

Triplex expositio concupisces vxorem proximi tui.

mam meam, & Iob 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec quidem cogitarem de Virgine.* Vbi inquit Greg. *Non licet inuieri, quod non licet concupiscere.* Secundum enim Alexan. de Ales, vbi supra, omnia prædicta habent intelligi, quando exteriori visui, vel interiori repræsentationi, coniuncta est intentio, siue consensus mœchandi. Quæ omnia confirmat glo. ordinaria ibidem dicens: *Qui viderit mulierem ad cõcupiscendam eam, id est, vt transeat in affectum cordis, vt facere disponat, vbi non deest voluntas, sed facultas.* Sciendum quoq; quod talis peccati est concupiscentia, qualis speciẽi est ipsum peccatũ quod desideratur committi. Ait enim Ambros. in lib. de officijs, *quæ intentio operi nomen imponit.* Qui ergo desiderat peccatum sodomiticũ, committere dicetur sodomiam. Et qui cõcupiscit committere peccatum contra coniugatam, adulterium mentale committit. Et sic de singulis speciebus luxuriæ. Et ideo oportet specifice confiteri tales concupiscentias, cum debitis circunstantijs, quando fuerunt cum deliberatione & cum consensu rationis. Nam toties peccauit mortaliter, quotiens talia concupiuit, factis aliquibus interualis. Sed si versatur continue in tali desiderio, per spacium temporis, erit solum vnum peccatum mortale, sed tãto grauius quanto diutius in eo perseuerat. Item si mutaret cogitationem de vna persona ad aliam, vel de vna specie ad aliã speciem, etiam cum eadem persona, semper de nouo peccaret mortaliter. Vnde si centum mulieres videret, vnam post aliam, & singulatim eas deliberate concupisceret ad peccatum, centies mortaliter peccaret. Sed si vna cogitatione omnes appeteret, vnum solum peccatum mortale esset, habens in se tot peccatorum deformitates, quot mulieres concupiuit. Faciunt ad hæc notata per Ioan. An. in regula delictum, de reg. iu. libro 6. in Mercu. & quæ notantur ff. l. Aqui. l. illud & ff. de priuat. delict. l. 2. Confirmantur etiam prædicta videlicet quod toties peccatur mortaliter, quotiens desideratur committi hoc peccatum, quia voluntas pro facto reputatur. de pœn. di. 1. cap. periculosè, & capit. in quacunque, & c. conuertimini. Vnde glossa. super illud, *Dixi confitebor*, & c. inquit: *Voluntas pro oratione reputatur.*

SEcundo exponitur hoc præceptum. *Non concupisces*, scilicet passiue, quasi dicat: Non appetas desiderari, sicut multi faciunt, qui licet alios non concupiscant, tamen volunt ab alijs concupisci, & ideo se lauant, & adornant ad hunc finem, sicut multæ mulieres faciunt his nostris temporibus, causam ruinæ multis dantes; contra quas dicit Apostolus; 2. Corinth. 6. *Nemini dantes vllam offensionem.* Et Saluator noster, Matth. 18. *Væ mundo à scandalis*, & ibidem inquit: *Væ homini illi, per quem scandalum venit.* Et iterum: *Si oculus tuus scandalizat te, & si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te.* Pro quorum declaratione sciendum, quod duplex est scandalum, secundum Thom. secunda secundæ, quæstione 43. & Richardum in 4. distinct. 38. videlicet scandalum passiuum, & scandalum actiuum. Scandalum passiuum est, quando aliquis scandalizatur sine ratione, & ei non datur aliqua occasio scandali. Et tunc, aut quis scandalizatur ex malitia, volens impedire bonum. Et hoc est scandalum Pharisæorum, qui scandalizabantur de Doctrina Christi, & tale scandalum est contemnendum. Vnde Saluator non curans de scandalo Pharisæorum, dixit, Matth. 15. *Cæci sunt, & duces cæcorum.* Si verò tales qui scandalizantur passiue, non faciunt hoc propter malitiam, sed ex ignorantia, vel infirmitate, & huiusmodi, dicitur scandalum pusillorum: & tunc distinguendum est, secundum Thomam, vbi supra, quia aut scandalizantur de his quæ sunt necessaria ad salutem, quæ non possunt dimitti sine peccato mortali. Et manifestum est, quòd nullus debet peccare mortaliter, vt alterius peccatum impediat, quia quilibet plus tenetur sibi, quam alteri. Et ideo ea, quæ sunt de necessitate salutis, prætermitti non debẽt propter scandalum vitandum. Et hoc est quod dicitur in capitulo, qui scanda-

2. Expositio illius præcepti non concupisces vxorẽ, &c.

Scandalum est duplex, et quid actiuum, et passiuum scandalum.

ſcandalizauerit, de reg. iur. *Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm quòd veritas relinquatur.* Si autem ſunt bona quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, quamuis de ſe ſint ſpiritualia, ſi poſſunt dimitti ſine peccato, ad vitandum ſcandalum puſillorum debent dimitti, vel ſaltem dimitti vſque ad tempus, & hoc fiendum eſt omninò. & talis dimittens, vel intermittens propter ſcandalum vitandum, meretur æquale præmium, vel maius, quàm ſi feciſſet tale opus, vt inquit Richardus noſter, vbi ſuprà. ar. vl. q. 2. Et ideò inquit Apoſt. 1. Cor. 8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum.* Facit capitulum vt conſtitueretur 50. di. Et notandum, quòd talia bona ſunt occultanda, vel differenda, quouſque oſtenſum fuerit probabiliter proximo ſcandalizato, quòd nō habet cauſam ſcandalum accipiendi. Si autem ille poſt redditā rationem, perſeueret in ſcandalo, iam nō videbitur ex ignorantia hoc facere, ſed potius ex malitia. Et ideò propter ipſum non ſunt talia bona dimittenda, vt inquit Thom. & Richardus, vbi ſuprà. Et hoc etiam habetur in ſumma confeſſorum. lib. 3. ti. 30. q. 5. Scandalum autem actiuum eſt, quando aliquis propter aliquod malefactū, ſcandalizat proximum: vnde Thom. 2. 2. q. 43. & gloſſ. ordinata ſuper Matth. 18. cap. & Nicol. de Lyra ſuper Pſalm. 49. diffiniunt ſcandalum dicentes, quòd eſt *dictum, vel factum, vel minus rectum præbens alteri occaſionem ruinæ.* Et de hoc loquitur Saluator vbi ſuprà dicens: *Væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Quando enim actiuè ſcandalizamus proximum de peccato mortali, mortaliter peccamus, vt inquit Th. vbi ſuprà. Et habetur in ſumma confeſſ. eodem libro & ti. q 2. & ideò debemus ab omni ſpecie mali abſtinere, ne ſcandalizemus proximum, vt dicitur primæ ad Theſſ. vl. & in cap. cùm ab omni, extrà de vita, & hone. cle. Quòd autem ſcandalizātes proximum valde ſint puniendi, poteſt probari per ſimilitudinem, quæ habetur Exodi 21. vbi dicitur: *Si quis foderit ciſternam, & non cooperuerit eam, & ceciderit in eu bos, vel aſinus, dominus ciſternæ reddet pretium iumentorum.* Super quæ verba dicit Chry. contra mulieres laſciuas & vanas, multas animas interficientes ex earum ornatu: *Mulier ſi ſe ornauerit, & ad ſe oculos hominum prouocauerit; & ſi plagam in illam intulerit, vindictam tamen dabit extremam, venenum enim obtulit, etſi nullus iumentum eſt qui biberit.* Ex quibus omnibus patet expoſitio ſecunda huius præcepti, ſcilicet, *Non concupiſces*, id eſt, nō appetas concupiſci.

Tertia eiuſdem præcepti expoſitio.

TErtiò & vltimò exponitur: *Non concupiſces*, id eſt, non facies tibi imaginationes luxurioſas, in eis ex deliberatione delectationem capiendo. Multi enim ſunt qui nolunt concupiſcere, nec concupiſci; ſed tamen in turpibus cogitationibus luxuriæ volunt delectari. Et ideò ſciendum eſt, quòd tales ſemper peccant mortaliter, ſi præſtent conſenſum in delectatione cogitationis carnalis, licèt nō intenderēt vllo modo peruenire ad actum, vt inquit Durandus, in ſumma, lib. 1. par. 8. ti. de luxuria 2. q. 20. Vnde dicit Auguſtin. 12. de Trini. quod propter peccata cogitationis, etiam ſine voluntate perficiendi, ſed cum voluntate oblectandi, totus homo damnabitur. Idem tenet Magiſter ſen. in 2. diſtin. 24. & ibi Sanctus Bonauen. in ſecunda parte, ar. 2. quæſt. 2. & Richard. ibidem. quæſt. penul. & Alexan. de Ales in ſecunda parte ſummæ, in tractatu de peccato in generali, & B. Thom. 2. 2. quæſt. 154. & 1. 2. quæſt. 74. ar. 8. Et iterum in quæſtionibus diſputatis de veritate. quæſt. 15. Et idem tenet Vlde. vt habetur in ſumma confeſſ lib. 3. ti. 34. quæſt. 271. Si verò quis non conſentiat deliberate, nec peccato, nec etiam delectationi carnalis peccati, ſed tamen morosè permanet in cogitationibus carnalibus, & non reijcit eas, licet glo. ſuper Matthæ. 5. cap. & quidam alij Doctores dicant, hoc eſſe veniale peccatum, & idem teneat B. Thom. Tamen S. Bona. in 2. diſt. 24. ponit duplicem conſenſum, ſcilicet expreſſum, & interpretatum: vnde dicit, quòd non ſolùm eſt mortale peccatum,

Digitized by Google

quando ratio consensit expresse peccato carnali,vel eius delectationi in cogitatione, sed etiam quando homo consentit interpretatiue, licèt non expresse, dum negligit reprimere cogitationem, animaduertens periculum retentæ cogitationis, nam ipse sibi est causa discriminis, quod non potest esse absque contemptu propriæ salutis: Et id ò dicit.quod talia faciens,debet confiteri sicut de mortali. Alex.quoque de Ales, in 2. parte summæ expresse asserit cogitationem carnalem morosam, esse peccatum mortale,quãdo homo non vult eam reijcere, cùm possit. Sicut quis peccaret mortaliter,si videret regulum, vel alium serpentem venenosum venire ad eum interficiendum , & permitteret ad eum venire, & non fugeret,nec resistentiam faceret, quãuis non esset certus occidi ab illo serpente, tamen peccaret mortaliter tanquam sui ipsius homicida. Ergò ita in proposito. Scriptum est enim Eccles. 21.c. *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* Et hæc sufficiant pro 1. parte nostri sermonis.

PARS SECVNDA HVius sermonis, in qua declaratur decimum,& vltimum præceptum Decalogi.

SEcundo breuiter pro declaratione vltimi præcepti,scilicet,*non concupisces rem proximi tui*,Sciendum est,secundùm omnes Theologos in 3. dist. 40 , & ibi S.Bona.in quæstionibus,circa literam,quòd non solùm in hoc præcepto prohibetur concupiscentia inordinata rerum temporaliũ, vt domus,vel pecuniæ , sed etiam cuiuscunque alterius rei.Et intelligitur, quòd non debeat quis concupiscere , alienum manens alienum , vel contra iuris ordinem,hoc est,vt quis non velit proximum damnificari,propter suã vtilitatem, nam tunc non diligit proximũ, sicut scriptum. Vnde in hoc præcepto prohibetur omnis concupiscentia inordinata alicuius rei, & auaritia , & immoderatus appetitus habendi, maximè cum damno proximi. Et ideò peccat quis mortaliter , quando habet talem deliberationem: vnde Prou. 11.& 16.c.dicitur: *Manus in manu, non est innocens manus* , quis licet manus in manu teneatur, vt si quis actualiter non furetur, abstinendo non propter Deum , sed propter suspendium,& pœnam , non est innocens, imò peccat mortaliter propter auaritiam,appetendo contra diuinam iustitiam. Similiter quando quis appeteret diuitias ad malum finem , puta ad luxuriam,inanem gloriam, vel gulam , sicut dives ille,qui splẽdide epulabatur.Luc.16 faceret contra hoc præceptum. Item quicunque desiderat habere aliquid modo illicito,& prohibito , mortale est,& talis concupiscentia est eiusdem speciei, cuius est peccatum quo desiderauit acquirere:quia si desiderauit occultè tollere,est furtum:si violẽter,est rapina:si rem sacram,est sacrilegium , & sic de alijs. Item si cùm aliquis abstulit aliquid alicui vel dãnificauerit in aliquo etiã minimo, desiderauit tollere quid magnum , mortaliter peccauit contra hoc præceptum, vt sæpè contingit mercatoribus,& artificibus,qui plus se decipere cupiunt,quàm actu decipiant. Contra quos inquit Aug. in lib.de vera innocentia.c.167. *Omnes praue cupiditates sunt portæ inferi,per quas in mortem itur.* Et ideò ô dilectissimi ciues,dimittite hanc pessimam cupiditatem,scriptum est enim 47.di.c.bonorum: *Bonorum auctori inhærere non possumus,nisi cupiditatem,quæ radix est omnium malorum, abscindamus.* Ex prædictis populo mi habuisti declarationem omnium præceptorum decalogi. Et ideò vobis dicit Deus.Leuit.19.c. *Leges meas, & vniuersa præcepta mea custodite.* Quod si feceritis,ad vitam peruenietis æternam. Ad quam &c.

Nõ tantùm concupiscentia inordinata rerum temporaliũ sed etiam cuiuscunq;

rei prohibetur per decimum præceptum.

FERIA

FERIA VI. POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE CONTRITIONE.

SERMO XXXI.

Pœnitentiæ multæ descriptiones.

DA *mihi bibere*, Ioannis 14. & in Euangelio occurrentis feriæ. Dicit Saluator. Luc. 13. omnib. peccatoribus: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Pœnitentia autem est quædam doloris vindicta, semper puniens in te quod dolos commisisse, vt inquit August. in li. de pœ. & pe. di. 3 c. pœnitentia. el. 1. Magister autem sen. in 4. di. 14. dicit: *Pœnitentia est virtus vel gratia, qua commissa peccata cum emendationis proposito plangimus, vel odimus, & plangenda iterum committere nolumus.* Damascenus etiam inquit: *Pœnitentia est ab eo quod est contra naturam, ad id quod est secundùm naturam reuersio.* Glossa verò super illud Matth. 3. *Pœnitentiam agite*, ait: Pœnitētia est correctio malæ voluntatis, & Ambrosius in sermone Quadrages. inquit: *Pœnitentia est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis quæ quisque commisit.* Et in eodem sermone etiam dicit: *Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere*; transumptiuè de pœ. di. 3. c. pœnitentia. el. 2. cum quo concordat Greg. qui inquit: *Pœnitere est anteacta peccata flere, & flenda iterum non perpetrare*, de pœ. di. 3. c. in æstiuum ver. pœnitentiam. Et idem in substantia ponit. August. in li. de Ecclesiasticis dogmatib. Verùm quia inquit Arist. in 1 Elenchorum in 6. Topicorum, & 7. Meta. quòd vnius rei tantum debet esse vna diffinitio; ideò sciendum, secundùm Alex. de Ales in 4. parte summæ, in tract. de pœnitentia in generali, quòd istæ descriptiones pœnitentiæ, dātur secundùm diuersas conditiones, vel relationes, vnde potius sunt diffinitiones secundùm effectus, quàm secundùm essentiam, quæ etiam ponuntur in summa confess. lib. 3. ti. 34. q. 1. secundùm autem essentiam, videtur sic posse diffiniri. Pœnitentia est vnum de sacramentis Ec clesiæ, quo bene dispositis semper remittuntur peccata: probatur, extra de summa Trini. & fi. ca. c. 1. §. sacramentum vbi dicitur. Et si post susceptionem baptismi, quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari.

Quid verè est de pœnitentiæ sacramento, non autem de pœnitentiæ virtute

SEcūdum autem Magistrum sen. in 4. di. 16. ac Thom. & Petrum de Pal. ibidem, & Richardum nostrum ea. di. ar. 1. q. 1. partes integrales pœnitentiæ sunt tres. s. contritio cordis, confessio oris, & satisfactio operis, quas etiam ponit Raym. in summa in ti. de pœn. §. 16. Et ponuntur in summa confess. eo. li. & ti. q. 16. quas ponit Chrysost. in c. perfecta. de pœ. di. 3. dicens. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. In corde enim debet esse contritio in ore confessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera pœnitentia. & Aug. in li. de pœ. & habetur de pœ. di. 1. in c. nō sufficit ait: *Nō sufficit mores in melius mutare, & à præteritis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfaciat domino per pœnitentiæ lamenta, vel dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, & ieiunijs:* hæc ille: Non enim sufficit, quod quis dimittat peccata nisi satisfaciat, sicut ostēdit Gregor. in pastor. per tria exempla. Primum est, quia si quis literis, vel instrumentis fallum scripserit, non sufficit, quod vlterius non scribat, nisi etiam quod malè scripsit deleat. Peccata autem nostra coram Deo à nobis scripta sunt iuxta illud Hiere. 17. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, & exaratum super latitudinem cordis eorum.* Non igitur sufficit vt amplius non pecces, nisi quod malè fecisti, per cōtritionem, & lachrymas deleas,

deleas, dicens cum psalmista: *Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.* Secundum exemplum est. Nã si aliquis alicui blasphemias dixerit, non sufficit, quòd vlterius non dicat, nisi de his quæ male dixit satisfaciat. Quando autem quis peccat, tunc Deum blasphemat, iuxta illud ad Rom. 3. *Nomen Dei per vos blasphematur.* Non ergo sufficit, quòd peccator ab his blasphemijs de cætero caueat, nisi de his quæ malè egit coràm Deo se reprehendat, & pœnitentiam agat dicens, cum B. Iob, sui libri. 41. c. *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam, in fauilla, & cinere.* Tertium exemplum est, quia debitor non absoluitur à debitis, quæ contraxit, pro eo, quòd alia nõ multiplicat, nisi ea quæ contraxit persoluat. Peccata autem nostra sunt debita erga Deum, iuxta illud Psalmistæ: *Declinantes autem in obligationes*, & ideo quotidie eum rogamus dicentes: *Dimitte nobis debita nostra*, Matthæi 6. Non sufficit ergò alia debita, id est peccata non multiplicare, nisi studeamus de præteritis plenariè per pœnitentiam satisfacere. Prima autem pars pœnitentiæ, est contritiõ, quàm diffiniunt omnes Theo. in quarto senten. dist. decimaseptima dicentes: *Contritio est dolor pro peccato voluntarie assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi.* Quæ etiam diffinitio ponitur in summa confess. libr. 3. ti. 34. quæst. 17. ad quam exhortatur Dominus, Ezechiel. 18. ostendens se dimissurum peccata, omnibus contritionem habentibus, dicens: *Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius quas operatus fuerat, non recordabor.* In Euangelio quoque hodierno postulat Saluator aquam contritionis ad bibendum, in verbis propositis. De contritione tres considerationes faciemus. Prima dicetur necessitatis: Secunda diuersitatis: Tertia vtilitatis.

PARS PRIMA.
De contritionis necessitate.

Sine contritione impossibile esse saluari, ostenditur rationibus, auctoritatibus, & exemplis.

QVOD sine contritione peccatorum commissorum, non possit quis saluus esse, & diuinam gratiam recipere, probatur rationibus, auctoritatibus, & exemplis.

PRima ratio dicitur oppositionis. Fundamentum huius ponit Philo. in libr. de regi. prin. di. *Omne corruptibile simpliciter, corrumpitur per actionem sui contrarij*, patet hæc regula. Nam frigus non corrumpitur nisi per calorem, dicente Philo. 4. Meta. *Quæcunque à frigido componuntur, sicut glacies, & nix, à calido dissoluuntur.* propterea 2. Ethic. dicitur: *Medicinæ semper habent fieri per contraria.* Vbi etiam habetur, quod virtus, & vitium, ex eisdem causis contrario modo acceptis, generantur & corrumpuntur. Quo præsuppositio, peto, qualiter peccatum in anima intrauit? & clarum est quod per complacentiam, & delectationem alicuius rei illicitæ, dicente Philo. 10. Ethic. *Delectatio tenet operantem in opere.* Cùm ergò displicentia & tristitia sit contraria delectationi & complacentiæ, vt inquit Arist. 8. Ethic. ergo, peccatum quod intrauit in animam per delectationem, ac complacentiã, vt dicitur in c. non est. 15. q. 1. non poterit reijci, & expelli de anima, nisi per displicentiã, & contritionem, quia si vnum est causa alicuius, oppositum est causa oppositi, primo Polit. & 9. Met. Item omnis res per quascunque causas nascitur, per eadem & dissoluitur. c. 1. de regul. iur. *Et nihil est tam naturale, quàm vnumquodque dissolui eo vinculo, quo ligatum est.* l. nihil. ff de regul. iur. Si ergo vis esse saluus, & in gratia Dei, necesse est te per contritionem eijcere de anima omne mortale peccatum, cùm gratia Dei non possit stare in anima, in tali peccato existente, vt probant omnes Theologi, in 1. dist. 17. & Thom. 2, 2. quæst. 132. art. 3.

Secun-

Digitized by Google

SEcunda ratio dicitur beatificationis. Clarum est enim, quòd quælibet anima rationalis Deum videre appetit, in quo simpliciter beatitudo consistit, dicente August. 13. de Tri. c. 8. *Ad appetendam beatitudinem, quæ in clara Dei visione consistit, natura nos compellit.* Quo præsuppositio, tunc sic arguo, secundùm Fran. de Mai. in tractatu de Magdalena: Illud est simpliciter necessarium, sine quo finis haberi non potest: vanum est ergò omne quod suum non attingit finem. 3. Phy. Cùm igitur felicitas, quæ est vltimus finis hominis, secundùm omnes Theologos in 4. dist. 49. & etiam habetur in. 1. Ethic. sine gratia Dei haberi non possit. Gratia autem Dei non habetur, nisi per contritionem peccatorum, vt suprà patuit; ergò contritio est necessaria ad salutem. Et corroboratur hæc ratio per illud quod dicit Chrysost. in c. non potest, de pœ. di. 1. *Non potest quis gratiam vitæ cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni labe peccati.* Et quòd hoc sit verum probatur fundamento, quod ponit Thom. & Commentator super. 3. de anima di. *Sensus non decipitur circa proprium obiectum, seruatis debitis circumstantijs, quæ sunt dispositio organi, dispositio obiecti, & dispositio medij:* patet hæc regula. Nam ad hoc quòd potentia visiua aliquod obiectum comprehendat, vtputa aliquam imaginem, vel figuram, tria requiruntur, videlicet quòd oculus sit sanus, & non cæcus, vel turbidus. Item quòd imago sit propinqua, & non valde remota ab oculo, & quòd medietas aeris sit clara, & lucida, & non tenebrosa, inter potentiam visiuam, & ipsum obiectum, seu ipsam imaginem. Quibus præsuppositis, dico à simili, quòd ad hoc vt anima Deum videat, tria sunt necessaria, videlicet: quòd oculi animæ, qui sunt intellectus, & voluntas, sint sani, & non infirmi, id est quòd intellectus careat omni falsitate, & hæresi, & voluntas careat omni inordinato amore. Similiter oportet quòd obiectum ipsius animæ, quod est Deus secundùm Rich. in 4. di. 49. ar. 2. q. 6. & Thom. 1. 2. q. 3. ar. 8. sit ipsi animæ propinquum, per cõformitatem voluntaris, & non remotum. Item quod inter animam, & Deum, sit quoddam medium lucidum, & splendidum, quod est gratia creata, qua mediante, anima Deum videre possit. Quod si deficiat vna de prædictis dispositionibus, impossibile est quod anima Deum videat. O maledicte peccator, quæro à te, si tu habes istas tres dispositiones. Primò vtrum oculi animæ tuæ sint mundi? Et respondeo secundùm illud Eccle. 47. *Dedisti maculam gloriæ tuæ, tota enim est maculata peccatis & vitijs.* Et potest dici de te illud Thren. 4. *Denigrata est super carbones facies eius:* Secundò quæro à te, nunquid tu sis propinquus Deo obiecto animæ tuæ? & dico, quod Deus à te est longè. *Longe est enim Deus ab impijs,* vt dicit Propheta. Ait enim August. in li. de natura boni. *Peccatum est recessus ab incommutabili bono.* Tertiò quæro à te, vtrum medium inter animam tuam, & Deum, sit lucidum? & respondeo, quod est tenebrosissimum. Et verificatum est Thren. 4. *Mutatum est in tenebras color optimus,* s. animæ tuæ, & Thren. 3. *Opposuisti tibi nubem.* s. peccati, *& non transibit oratio.* Cum igitur dicat Augustin. vt recitat Magister in 1. sen. di. 2. *Summum bonum, solum à purgatissimis oculis cernitur.* Ergo, ô peccatores purgate oculos mentis vestræ, ab omnibus vitijs per contritionem: Et leuate maculas animæ vestræ per gemitum & lachrymas, iuxta illud Esa. 1. *Lauamini, mundi estote.* Ait enim Saluator, Matthæ. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbũt.* Si ergo vultis ad vitam æternam peruenire, ad quam nihil inquinatum intrabit, Apoc. penul. sed solùm ille, qui inuenietur sine macula. 1. Psalm. 14. oportet per veram contritionem, & lachrymationem, vel saltem gemitum cordis purificari animas vestras, ab omnibus inquinationibus peccati, & consequenter sanctificari. Aqua enim expiationis sanctificat. Nume. 31. Sicut ergo ministri mensæ principum, ante ministrationis officium lauantur, & ab omni immunditia se expurgant, alioquin abhorrent eos domini videntes immundos: Ita nos fideles, qui sumus ministri Christi, quia intrantes Ecclesiam

Confirmatur supradicta ratio.

Tria necessaria sunt, ad hoc vt anima Deũ videat.

cleſiam accepimus ad menſam altaris, vbi ipſe conuiuium parauit. Sibi enim miſtramus orationes, & petitiones noſtras. Si loti ſumus, & mundi, recipit nos libẽter; ſi verò immundi, & fœdi fuerimus, nos repellit. Eſa. 65. *Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es.* Et ideò antequam vadamus antè eum, debemus abijcere veſtes immundas, & loti aqua lachrymarum, accedere ad exercẽdum miniſterium noſtrum. Et facit figura Exo. 4. vbi Deus præcepit Moyſi di. *Applicabis filios Aaron ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua, indues veſtibus ſanctis, vt miniſtrent mihi.* Moyſes enim figurat prædicatorem diuini verbi, qui eſt executor & pronunciator mandatorum Dei. Per filios autem Aaron ſignificamus fideles Chriſti, quibus prædicator ſuadere debet, vt venientes ad oſtium tabernaculi, id eſt ad pœnitentiam, quæ eſt æternæ vitæ porta, ſtudeant per lotionem lachrymarum, omnes peccati ſordes detergere, & veſte candida à ſacerdote per abſolutionem veſtiti, audacter ad mensam Domini accedãt, & ei propinent laudes debitas, atque gratiarum actiones. Et ſic pulchri, ac placidi apparebunt in conſpectu Dei, etiã ſi primo fuiſſent multis peccatorum ſordibus inuoluti. Ait enim Petrus Rauennas. *Quis in ſeculo peccauit enormius Paulo? Quis in religione grauius Petro? Illi tamen per lachrymarum pœnitentiam meruerunt conſequi, non ſolùm miniſterium, ſed etiam magiſterium ſanctitatis*, hæc ille. Sicut ergò ſummè execrabilis eſt graui morbo laborãs, & cognoſcens medicinã ſuo morbo neceſſariam, ſi illam non exercet. (Nullus enim ei compatietur, ſi ipſe non compatitur ſibijpſi.) Ita valdè reprehenſibilis eſt peccator laborãs mortalis peccati ægritudine, ſi peccatum non deſleat, cognoſcens illam poſſe ſanari, & mundari lachrymis compunctionis, & pœnitentiæ, prout exemplariter videtur per illam ſimiles & maiores peccatores, fuiſſe mundatos, ſicut patuit de Petro, de quo Ambr. ſuper Luc. Et tangitur in c. Petrus, de pœniten. di. 1. *Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego. Sed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Fleuit amare, vt lachryma lauarent delictum. Et nihilominus peccatum Petri maximum fuit, quia Chriſtum negauit.* Debemus ergò & nos ad lachrymarum aquas accedere, & omnium peccatorum noſtrorum memores exiſtentes, lachrymas per ſingula effundere, & ſic purgabitur, & mundabitur anima noſtra. Et huius figura habetur. 4. Reg. 5. vbi legitur, quòd Naaman Syrus leproſus exiſtens, à puella Iſrael ſerua vxoris ſuæ ſuaſus, iuit ad Heliſeum in Samariam. Et præcepto illius deſcendit in Iordanem, & ſepties ibidem lotus, mundatus eſt, & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli. Naaman enim leproſus denotat peccatorem, qui peccati lepra percuſſus, eijcitur de ſanctorum conſortio. Habet tamen puellam ſeruam ex Hieruſalem, per quã ſignificatur conſcientia omnia videns. Interpretatur enim Hieruſalem, videſ Deum. Hæc namque ſuadet dominæ ſuæ, ideſt animæ, vt ipſe Naamã, id eſt peccator commotus ad cõtritionem. (Naaman enim interpretatur commotio mea) pergat in Samariam, id eſt ad confeſſionem, per quam homo cõiungitur Deo. Samaria enim interpretatur, coniunctio domino, & accedat ad Prophetam Heliſeum, qui interpretatur Deus meus, & denotat ſacerdotem gerẽtem vicem Dei, ſuper confeſſione peccatoris. Et admonita eius pro peccatis ſuis doleat, lachrymaſq; effundat ſepties, id eſt per ſeptem capitalia vitia diſcurrẽdo, & pro illis gemẽdo, & ſic anima eius innocẽtiæ reſtituetur, per ipſas lachrymas & confeſſionem renouata: vnde Greg. 11. Mora. ait: *Qui neſcit lugere, quod gratat, proferre non valet, quod ſublenat. Vox compunctionis poros aperit cordis, & pennas virtutum fundit. Cumque ſe ſtudioſe mens de præterita vetuſtate redarguit, & lacri monitate inuenefcit.*

Exponitur illud 4. Re. 5. de Naaman.

TErtia ratio, qua probatur neceſſitas contritionis, dicitur compaſſionis. Cùm enim de peccatis proximorum, teneamur habere diſplicentiam. Ait enim gloſſ. ſuper illa verba. 1. ad Cor. 12. *Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur ei omnia membra.*

3. *Ratione oſtenditur cõtritionis neceſſitas.*

membra, Nisi doleas de peccatis proximorum nunquam gaudebis, de remissione peccatorum tuorum. & ideò dicit Dauid Psal.18. *Ab alienis parce seruo tuo*, vnde Dominus Iesus, vt habetur Luc.19. *Videns ciuitatem*, id est animam peccatricem, secundùm spiritualem expositionem *fleuit super eam.* Ex quo demonstratur, quòd quilibet debet compati, & dolere de peccatis proximi, vt inquit Ambros. in lib.de offi. & 86.di.c.non satis, licet hic dolor non possit propriè dici cõtritio, secundùm Thom. in 4.di.17.ar.2.q. 5. Ergò à fortiori, quilibet debet habere displicentiam de peccatis proprijs. Ait enim Arist.9.Ethicor. *Amicabilia quæ sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus, quæ prius sunt ad seipsum.* & ideò dicitur Eccl.39. *Miserere animæ tuæ, placens Deo.*

QVARTA ratio dicitur exclusionis, sic. Si rex ex modico defectu excluderet filium suum à curia sua; Ergò à fortiori, excluderet seruum ignobilem, per illam regulam: *Si de quo minus, ergò & de quo magis.* 2.Topi. Quo præsuppositio, peto an Deus excluderet à cœlesti curia omnes nouem ordines Angelorum, & omnes patriarchas, prophetas, Apostolos, martyres, virgines, & confessores, necnon & beatam Virginem Mariam, si committeret, vel solùm vnum peccatum veniale? Et certum est, quod sic, dicente August. in lib.de vero cultu: *Et si omnes sancti mundi sint in conspectu Dei, tamen si vel minimum, ac leue peccatum, etiam à nobis factum, eis non displiceret, statim ex imperio diuinæ iustitiæ, omnes de cælo ruerent, & omnem gloriam, quã possident amitterent,* hæc ille. Quod si sic est, quomodo possibile est, quòd peccator consequatur gloriam cœlestem, & ingrediatur regnum æternum, cum macula peccati mortalis, quæ in infinitũ est grauior, ac peior cunctis peccatis venialibus? vt inquit Richardus in 4.distin.16.ar.2.quæstio.1. Qui etiam in eadem di. concludit, quod si quis c nsum mille annis staret cum complacentia solius culpæ venialis, centum mille annis staret, quòd non posset videre faciem Dei. Ergò multo magis, si non haberet displicẽtiam peccati mortalis.

QVINTA ratio dicitur fructificationis. Videmus enim, quòd illa terra efficitur sterilis, ad quam non potest aqua irrigationis deduci. Et ibi perditur labor culturæ, quia non fructus vtiles producit, sed tribulos, & spinas, quæ non egent humido. Et si interdum fructuosas arbores producit, efficiuntur syluestres, & fructus earum inutiles sunt, agrestes, & sine dulcedine. Et similiter anima nostra sine aqua lachrymarum, ex compunctione est res infructuosa, germinans, ac producés punctiones peccatorum, & malarum cogitationum. Et si interdum producit fructus bonæ cogitationis, nõ perueniunt ad debitæ maturationis effectum. Quia ad præmium patriæ æternæ non attingunt; sed ad mendicitatem retributionis terrenæ. Huius autem figura habetur 1.Regum 1. vbi legitur, quòd Helcana habebat duas vxores, quarum vna erat sterilis. s. Anna, altera verò fœcunda. s. Fenenna. Festo autem sacrificij aduenie nte, dedit ipse Helcana vxori suæ Fenennæ. & filijs eius, ac filiabus, portionem optimam, Annæ verò tristi vnam partem dedit debilem, eò quòd non habebat filios. Quod Anna videns accessit ad templum, vbi multum lachrymatus est ante Deum. Et narrans causam sui doloris sacerdoti Heli, ab ipso sacerdote accepit sobolis promissionem. Quæ postmodum concepit de viro suo, & peperit Samuelem Prophetam Domini. Vnde ipsa gaudens fecit canticum illud: *Exultauit cor meum in Domino, &c.* Spiritualiter enim per Helcanam, qui interpretatur possessio Domini, denotatur Christus, in quo consistit possessio beatitudinis nostræ. Nam in ipso est humanitas, & diuinitas, quas homo in patria possidebit. Habet autem duplicem vxorem. s. animam iusti, & peccatoris, quas ambas sibi in baptismo desponsauit. Sed vna earum est fœcunda. s. anima iusti, quæ producit continuè merita Deo grata.

Exponit illud 1.Reg. 1. de Helcana habente duas vxores.

Et ideò optimam à Deo præ omnibus accipit portionem, quia æterna beatitudinis præmia consequetur, & nihilominus recipit in præsenti diuinã gratiam. Sterili verò, id est animæ peccatrici, & impœnitenti, ac carenti lachrymis contritionis; Tristis, hoc est iratis dat miseram portionem, quia bona temporalia tantum. Vnde Anna quæ interpretatur ima, quasi deiecta; ad seipsam rediens, & considerans miseriæ suæ statum, mœrore cordis intrinsecus sauciata, lachrymas multas coràm Deo ex compunctione effundit. Et sacerdoti, siue confessori narrato, angustiæ casu, id est culpa, meretur concipere, & parere Samuelem Prophetam Domini. Samuel enim interpretatur exauditio gratiæ Domini. Quia ipsa anima ob sterilitatis caliginem, prius obnubilata, post lachrymarum effusionem, fit lucida & iucunda, atque fœcunda. Ait enim Chrysost. super Matthæum: *Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non quod postulauit acceperit. Nullum ab eo doleuter beneficia optauit, qui non impetrauerit. Ipse enim consolatur flentes, curat mœrore langueutes, & pœnitentes informat*, hæc ille. Et Tobiæ 3. Sarra filia Raguelis dixit Deo: *Post lachrymationem & fletum exultationem infundis.* Quia ergò aqua lachrymarum, est necessaria agro cordis nostri, quia sine ipsa efficitur sterile, & infœcundum: Ideò Dauid dicebat Deo in persona peccatoris non contriti, Psalm. 142. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* I. est sine fructu boni operis. Ea propter quilibet cognoscens se habere cor aridum ad lachrymas, debet eas à Domino postulare, & impetrabit. Sicut fecit ille, cui suadebat sacerdos, vt ploraret peccata sua. Qui respondit, se non posse flere. Cùm autem sacerdos ei diceret, quòd peteret lachrymas à Deo, & impetraret eas. Ille vocauit notarium coràm testibus, & dixit ei: Faciatis mihi instrumentum publicum. Et isti sint testes, quòd instãter à Deo lachrymas posco. Et statim in maximas lachrymas prorumpit, inter quas spiritum emisit, & saluus factus est. Si igitur ipsa gratia lachrymarum non habetur, debet à Deo precibus impetrari. Cuius figura habetur Iosue 15. vbi dicitur, quòd suadente Othoniele Assæ vxori suæ, vt apud patrem suum conquereretur, quòd habebat possessionem arentem, & consequenter sterilem; Caleb pater eius dedit illi irriguum superius & inferius Othoniel enim, qui interpretatur signum, denotat rationis iudicium, super signatum Dei lumine, iuxta illud Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* &c. Hoc autem rationis iudicium suadet animæ, siue voluntati, di. *Ecce cor nostrum aridum est.* Suade patri tuo, id est Christo, vt aliud tibi commutet. Caleb enim interpretatur omne cor. Et denotat Christum, qui est omnium cordium inuestigator. Ad ipsum igitur si clamabis, dabit tibi irriguũ superius, & inferius. Superius per contemplationem cœlestium. Et inferius, per meditationem gehennæ. Vnde ab vtroque irriguo, deducentur lachrymarum aquæ, irrigantes cor nostrum, & ad fructus pœnitentiæ fœcundãtes. De quo inquit Gregor. in regist̃o: *Irriguum superius accipit anima, cum lachrymis regni cœlestis desiderio affligitur. Irriguum verò inferius accipit, cùm infernũ supplicia flendo pertimescit*, hæc ille. Hos igitur riuulos supplicantibus nobis dabit Deus, quibus durities cordis nostri mutabitur in mollitiem. Ait enim ipse Dominus Ezec. 36. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.*

Explicatur illud Iosue 15. de Othoniele &c.

SExta ratio similis præcedenti, dicitur destructionis. Videmus enim quòd quãdo terra multo tempore stat sine pluuia, vermes, & serpentes multiplicantur, in tantum quòd semina destruunt, & aer ex hoc inficitur. Sed magna tunc subsequente pluuia, vermes, & serpentes moriuntur, & aer purificatur, pestisque ac infectio remouetur. Et propter hoc Propheta inquit. Psal. 67. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ.* Quæ verba spiritualiter intelliguntur de pluuia voluntaria lachrymarũ ex contritione, quæ est necessaria animę peccatrici. Si enim multum stet sine ipsa pluuia, crescent in ea vermes,

Sexta ratio contritionis necessitate ostenditur.

Illud Psal. 67. Pluuiã voluntariã declaratur.

igitized by Google

vermes, & immunditiæ voluptatum; Serpenteſq; auaritiæ, & cupiditatũ. Ac infectio ſuperbiæ, & iniquitatum, & cætera vitia in tantũ deſtruentia ſemina naſcentia bonorum operum, & cogitationum, q̃ ipſa anima tota inficitur, & quodãmodo marceſcit. Et ideo neceſſaria eſt pluuia lachrymarum ad reparandum tantis malis. Cuius figura habetur Geneſ. 6. vbi legitur, quod terra erat tota corrupta intãtum q̃ dixit Deus. *Pœnitet me feciſſe hominẽ.* Igitur miſſum eſt magnũ diluuium aquarum, & extincta eſt vniuerſa caro, quæ erat ſuper terram. Et remanſit arca ſuper aquas, in qua ſaluatæ ſunt octo perſonæ. Et poſitus eſt arcus in fœdus, & à columba portata eſt oliua virens in arcam. Spiritualiter enim per terram infectam, intelligitur homo terrenis deditus, qui Deum aggrauare dicitur voluptatibus, & peccatis, vnde inquit illi, Eſa. 43. *Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Et tanta infectio creſcit ex corruptione tali peccatorum, quod niſi vnda lachrymæ intercedat, non remanebit in anima quicquam boni. Sed ſi cœlitus mittatur ad cor diluuium lachrymarum, extinguetur omnis caro, id eſt carnalis affectus. Et Deus reconciliabitur, atque arcum ſuæ iræ, reſoluet, vt nõ poſſit nos percutere, chorda ipſius arcus, verſus terram poſita. Et remanebunt octo beatitudines viuæ in anima, quæ remunerabuntur, de quibus dicitur Matth. 5. *Beati mundo corde, &c.* Et columba, id eſt, gratia Dei, portabit oliuam virentem, id eſt, pacem animæ, & cõſcientiæ tranquillitatem. Vnde Chryſoſt. ſuper Matthæum, inquit: Sicut poſt vehementes, imbres aer mũdus, & purus efficitur: ita poſt lachrymarum pluuias, ſerenitas mentis conſequitur, atque tranquillitas.

Illud Gen. 6. exponitur. De diluuio.

7. *Ratio.* SEptima ratio dicitur peregrinationis. Periculoſum enim eſt itinerantib. vias inaquoſas peragere. Nam itineris labore, membris interiorib. calefactis, ſi homo priuetur potus beneficio, eſt in periculo non paruo. Vnde cum talem quis patitur fitim, inuento fonte ad illum magna alacritate declinat, & refocillatus, totus incedit hilaris vias ſuas. Spiritualiter, omnes ſumus viatores tendentes ad terminum vitæ noſtræ, ſcilicet ad mortem, per quam ſperamus ad vitam feliciorem peruenire. Sed in hac via præſentis vitæ, propter æſtum ingis tentationis diaboli ſuccenduntur ſæpe membra interiora animæ per conſenſum, & niſi hoc incendium vnda lachrymarum extinguat, languet anima. Sed refocillata dulcedine lachrymarum, hilariter pergit per viam timoris Dei, quouſq; perueniat ad regnum conſolationis æternæ, quæ diligentibus Deum promiſſa eſt. Et figura huius habetur Exod. 17. vbi legitur, quòd ſitientem populum Iſrael Moyſes percuſſa petra Oreb, potauit aqua lætiſſima. Et poſtmodũ debellato Amalech peruenit ad montem Synai, vbi cum Deo facie ad faciem locutus eſt. Per Moyſem enim, qui interpretatur aſſumptus de aquis, intelligitur fidelis Chriſti, qui ex aquis baptiſmi à Deo aſſumitur in filium adoptionis. Tendit namque iſte cum populo animæ ſuæ, & corporis, id eſt, cum omnibus viribus, & ſenſibus ſuis ad terram promiſſionis, id eſt, ad æternam gloriam nobis promiſſam, & a Chriſto acquiſitam. Venit igitur in Oreb, qui interpretatur ſiccitas, quia tranſeuntes vitam præſentem, neceſſe eſt interdum callidi hoſtis tentationibus æſtuare. Tunc autem petra percutitur virga, & fluunt aquę, quibus populus confortatur, quando compunctionis lachrymas emittit. Vnde totus fortificatus, ſtrenue bellando ſuperat Amalech, id eſt, diabolum. Et hilaris, ac gaudens peruenit ad montem Synai, qui interpretatur celſitudo, per quem bene ſublimitas cæleſtis denotatur. Vbi Deus loquitur animæ lachrymanti benigne, ac ſe illi præbet in præmium, qui prius ei ſuum præbuerat auxilium, lachrymarum efficacia prouocatus, & quaſi coactus: lachrymæ enim loquuntur cum Deo, & eius gratias impetrant, vnde Eccle. 35. dic. *Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelã gemitum. Lachrymæ enim viduæ à maxilla eius aſcendunt vſque*

Declaratur illud Exod. 17. de percuſſione petræ Oreb.

ad cælum, & Dominus exauditor est eius, hæc ibi. Lachrymæ ergo pœnitentium cœlos penetrare dicuntur, & semper antè Dei oculos astant, & pro eis intercedunt. Et ipse Deus eas libenter intuetur. Vnde, Psal. 55. inquit illi Dauid. *Posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo.* Et ideo de illo qui à Deo recepit gratiam lachrymarũ, dici potest illud Ecclesiast. 15. *Aqua sapientiæ salutaris potauit illum.*

Lachrymæ per tria canalia fluunt ad animã.

2. Ratio. OCtaua ratio dicitur defensionis. Videmus enim ciuitatem obsessam, non esse tutam, cum illi hostes possunt aquam prohibere. Nam sitis est ferro sæuior, & armis acrius pugnat. Potest enim homo ictum sagittæ vitare, scuti protectione vallatus, sed cordis ariditatem potu destitutus, sedare non potest. Et similiter anima nostra quæ in vita præsenti multipliciter est obsessa, dicente Bernardo, in quodam sermone: *Heu me quid faciam? Quo me vertam? Vndique bella. Vndique tela volant. Et tamen est in tuto habens lachrymas compunctionis.* Nam per illas extingũtur ardentes hostis tentationes. His vero cessantibus arescunt virtutes, & nequeunt ipsam animam defendere, ac conseruare. Vnde est in periculo tradendi se in manus diaboli. Et potest dicere illud Genesis 8. *Diminutæ sunt aquæ.* Figura autem huius est Iudith septim. Cum enim Holofernes obsideret Bethuliam, nihil valuit contra ipsam quousque ciuitas abundauit aqua. Sed Holofernes subterranea canalia fecit obturari, & sic ciuitas priuata est aqua. Et tunc filij Israel perterriti, deliberauerunt sub statuto tempore ciuitatem tradere ipsi Holoferni. Per Bethuliam namque quam inhabitabant filij Israel, intelligitur anima humana, quam inhabitant memoria, intelligentia, & voluntas, in quibus consistit imago Dei. Ergo quamdiu lachrymæ coniunctionis fluunt a corde, omnes ciues fortes sunt, id est, animæ vires & bonæ operationes. Et ideo Holofernes, id est, diabolus studet obturare canalia aquæ. Per tria enim canalia lachrymę ad animam fluunt. Quæ sunt consideratio cœlestis gloriæ, meditatio infernalis gehennæ, & recordatio præteritæ culpę, his ergo canalibus aperatis lachrymæ fluunt, quibus tota animæ familia sustentatur. Vnde Cassiodorus, super illud Psalmistæ: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte*, ait: *Fletus est cibus animarum, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, & lauacrum culparum*, hæc ille. Ex quibus patet ad ipsius animæ in bono cõseruationem, & corroborationem, necessarium esse contritionis gemitum, & compunctionem. Est enim lachryma compunctionis, non solùm potus animarũ, sed etiam cibus, vnde Psal. 79. ait: Propheta Deo: *Cibabis nos pane lachrymarum*: Auctoritatibus quoque probatur esse necessaria contritio peccatorum ad salutem. Ait enim Bernar. in sententijs suis: *Sine contritione peccati, sine dolore culpæ, sine displicentia iniquitatis, & sine amaritudine præteritæ vitæ, nunquam acquiritur cælestis vita, nec remissio peccatorum*: & Tharasius Patriarcha. 22. quæstion. quart. in capitulo actione, dic. *Omne peccatum, bonus Deus indulget, si quis tamen ex toto corde doleat, & pœniteat.* Item Augustin. ad Felicianum, & ponitur, de consec. dist. 4. capitul. omnis, ait: Omnis qui iam voluntatis suæ arbiter constitutus est, cum accedit ad Sacramentum fidelium, nisi eum pœniteat veteris vitæ, nouam vitam gratię inchoare non potest. Et ideo Ezechiel. sext. capit. de peccatoribus, inquit Deus: *Displicebunt sibimetipsis super malis quæ fecerunt, & super vniuersis abominationibus suis*, & 22. capitul. eiusdem libri etiam ait: *Recordamini viarum malarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis, & displicebunt vobis, in conspectu vestro, & scietis, quia ego Dominus accipiam vos, cum benefecero vobis.* Hoc autem ostendit DEVS multoties: Maxime in quadam ciuitate Angliæ, in qua quidam consanguineus episcopi, cum peccare appeteret cum vna formosissima puella Iudæa, & ipsam sæpius solicitaret: Illa respondit: Ita sum à patre meo dilecta, & custodita, vt neque ego ad te accedere, nec tu ad me venire sine peri-

Lachrymæ per tria canalia fluunt ad animã.

Exemplum de quodam pœnitente de suo peccato.

periculo possis, nisi forte venire volueris in nocte diei passionis Christi vestri. Tunc enim Iudæi, qui hic habitant, fluxu sanguinis laborant, circa quem nimio dolore occupati minus alijs intendere possunt. Et sic voto nostro nocte illa potiemur, Iuuenis autem hoc audiens, ob amoris magnitudinẽ Dominicæ passionis immemor, ac suæ salutis, nocte illa perrexit ad virginem, & voluntatem suam adimpleuit Pater vero puellæ de filię suę custodia solicitus, ante lucem surgens, nec suo dolori parcens ad eius cameram perrexit. Cum iuuenẽ illum in lecto eius inuenisset, atq; episcopum cognouisset; exclamauit, voce magna dicens: Quid hic agis maledicte Christiane? vbi est fides? vbi religio tua? Iuro tibi, quod si non timerem Dominum Episcopum, qui est mihi amicissimus, cuius tu consanguineus es, nunc te occiderem. Ille autem iuuenis totus tremefactus genu flectens veniam postulauit, aque cum magna cõfusione eiectus est. Die autem facta, cum Episcopus diuinum in Ecclesia officium inchoasset, atque dictus iuuenis ipsi officio interesset; ecce Iudæus, pater puellæ cum turba aliorum Iudæorũ, Ecclesiam cum strepitu intrauit, vt querimoniam de consanguineo suo ipsi episcopo proponeret. Quem ille iuuenis vidẽs, & causam aduentus eius non ignorans; ad se reuersus, cum contritione peccati sui, leuauit mentem ad Deum dic. Domine Deus meus libera me ab hac confusione, & infamia. Et ego promitto tibi, quòd de cætero te non offendam, & de hoc peccato plene satisfaciam. O magna pietas Dei, mox, vt illum contritum vidit, confessionem quam timebat, in caput Iudæorum conuertit. Nam cum ad præsentiam Episcopi venissent, statim vt ora ad iuuenis accusationem aperuerunt, omnes obmutuerunt. Videns ergo Episcopus ora eorum hiantia, & nulla verba resonãtia, putauit quod tali die, & hora venissent, vt diuino officio illuderent. Vnde illos confusibiliter de Ecclesia eijci præcepit. Iuuenis autem ille diuinam in se expertus clementiam, completo officio ad Põtificem accedens, confessus est culpam suam, ac suscepit pœnitentiam. Et postmodum religionem intrauit, in qua laudabiliter vsque ad mortem perseuerauit. Illa autem puella, quæ, cum pater eius cũ dicto iuuene verba faceret, de camera aufugerat, illius exhortatione se Christianam fecit, & baptizata monasterium intrauit, in quo deuote perseuerauit. O sancta, & Deo gratissima contritio, quæ lapsum erexit, Iudæos confudit, & puellã Iudæam ad fidem perduxit. Aliud quoq; mirabile legitur, scilicet, quòd quidam magnus vsurarius grauiter infirmatus, ad se reuersus, & dolens de peccatis suis, Abbatem quẽdam sibi familiarem vocari fecit. Cui dixit. Quia infirmitate pressus, non possum de rebus meis aliter ordinare, atq; vsuras restituere, omnia bona mea mobilia, & immobilia potestati tuæ subijcio, vt aliena restitui facias, & de alijs bonis meis, quicquid tibi melius videbitur, secundum Deum facias. Et rogo, vt omnia bona mobilia, quæ habeo, nunc asportari facias. Non enim volo ea post me manere. Postea vero me ad monasterium tuum portari facias. Habebat autem duas arcas plenas argenti, & auri, & plurima pignora, vasa, libros, variaq; ornamẽta, frumentumque, & supellectilem multam. Tunc Abbas videns eum vere cõtritum, & pœnitentem, illi consensit. Et prius omnibus omissis, nouissime in pheretro ponens infirmum ad monasterium suum illũ portari fecit. Qui mox vt monasterium intrauit, spiritum emisit. Abbas vero sine mora pignora reddidit, & vsuras restituit, multaque, ac magnas eleemosynas, pro anima illius fecit, & residuum in vsum monasterij conuertit. Positum autem fuerat vsurarij corpus, in capitulo monasterij, choris monachorum psallentium circa illud ordinatis. Hora autem in qua monachi pro anima illius attentius, & deuotius orabant; ecce quatuor dæmones in parte sinistra

Digitized by Google

nistra pheretri apparuerũt, quorum præsentia, fratres omnes territi fugerũt, vno tantum maturo sene impauido remanente. Cœpit ergo ille qui primus dæmon videbatur cantare. Primum versiculum Psalm. 35. dic. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.* Secundus autem respondit, secundum dic. *Quoniam doloſe egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* Tertius vero ait tertium versiculum. *Verba oris eius iniquitas, & dolus, noluit intelligere, vt bene ageret.* Quartus autem addidit quartum: *Iniquitatem meditatus est cor de suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.* Quibus præmissis concludebant omnes. Ergo suscipiamus eum quia noster est. Ecce subito quatuor Angeli à dextris pheretri se locauerunt, dæmonibusque dixerunt: Expectetis etiam canticum nostrum. Et primus ait quintum versiculum eiusdem Psalmi di. *Domine in Cœlo misericordia tua, & veritas tua, vsque ad nubes.* Secundus verò adiecit sextum. *Iustitia tua sicut montes Dei, & iudicia tua abyssus multa.* Tertius autem addidit sequentem dic. *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.* Quartus verò dixit alium versiculum. *Homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Ex quibus concluserunt Angeli: Cum scriptura solui non possit, noster est iste, qui ad Deũ confugit, & in ipso in vltima hora sperauit, & animam suam lachrymis amaræ contritionis lauit. Igitur Deus de torrente voluptatis suæ potabit illum. Ad quam vocem dæmones territi protinus effugerunt. Monachi autem de salute illius certificati, ipsum in monasterio honorabiliter sepelierunt. Ex prædictis autem patet, quòd contritio liberat animam de potestate diaboli. Et ideo nos hortatur Apostolus primæ ad Corinth. septim. di. *Emundemus nos*, scilicet per contritionem, *ab omni iniquinamento carnis & Spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini.* Primus enim gradus innocentiæ est, odisse nefanda, capituc. facientis. 86. dist. Et idcirco Propheta, ait; Psalm. 96. *Qui diligitis Dominum, odite malum*, & ad Romanos 12. dicitur: *Odientes malum, adhærentes bono.* Quapropter inquit Augustin. in Epistola ad Vincentium: *Quomodo gaudebis te vnquam esse correctum, nisi prius oderis, & dolea te fuisse peruersum?* Idem quoque Augustin. in lib. de verbis Domini ait: *Sine odio culpæ, nunquam datur infusio gratiæ.* Et faciunt ad prædicta ea quæ scribuntur in capitul. porro, de pœniten. di. prim. vbi dicitur: *Si peccata sua confiteri, vel emendare noluerint, Deum quẽ habent testem, habebũt & vltorem. Quod si ipsi suæ iniquitatis per voluntariam pœnam vltores existant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lachrymis ex vera contritione fluentibus, restinguent æterni ignis incendia*, hæc ibi. Qua ex re Ierem. Propheta 23. capit. sui libri dibebat: *Conũritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea*, & Iohe. 2. dicit Propheta: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra*, Saluator etiam Luc. 5. inquit, *Non egent qui sani sunt, medico, sed male habentes. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*, id est, ad contritionem peccatorum, & ad alias partes pœnitentiæ. Et ideo dicitur Iacob. 4. *Emundate manus peccatores, scilicet aqua lachrymoſæ contritionis, & purificate corda duplices animo. Miseri estote, lugete, plorate. Risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.*

ET Psalm. 7. ait Propheta: *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum.* Debemus ergo facere, sicut Ouidius, qui in libr. secund. de sine titul. inquit: *Multa miser timeo, quia feci multa proterue. Exemplique metu, terreor ipse mei*, & Lucanus, libr. secund. dicit: *Liceat sperare timenti.* Nullus enim est, qui non habeat causam dolendi. Cum omnis homo sit peccator. 1. Ioannis 1. Et ideo inquit Ouidius in secund. libr. de remedio amoris. *Et quis non causas mille doloris habet?* Sed heu, quia in his temporibus verificatum cernimus illud, quod inquit Iuuenalis, libr. 2. dic. *Maiore tumultu plangunter numi, quàm fumera.* Et illud quod idem poeta ibidem canit: *Ploratur lachrymis amissa pecunia viris.* Non sic autem plangũtur peccata. Ideo inquit

Augusti.

Auguſtin.& ponitur de pœ.diſtinct.3.ca. ſunt plures. *Recte pœnitens, quicquid ſordis habet, oportet, vt abluat, ſalsem lachrymis mentis; ſed ſatis eſt durus, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed ſciat ſe culpabiliter durum, qui deflet damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non oſtendit. Non itaque quis ſe excuſet non habere fontem lachrymarum, cũ nonnunquam lachrymis oſtendat dolorem amore temporalium*, hæc ille.

Exẽplis, & ſimilitudinibus probatur quod peccator cõtritionẽ habere debet.

VLtimo probatur exemplis,& ſimilitudinibus, quòd debemus habere cõtritionem. Legitur enim in lib. de proprietatibus rerum, quod eſt quædã auis, quæ vocatur auis Paradiſi, ob inſignem eius pulchritudinem, cuius pennæ ſunt mirabiles,adeo vt nullus color eis deſit, vox adeo dulcis, quòd in homine gaudium, & deuotionem excitat:hæc auis ſtatim vt capta fuerit, continue plangit, & gemit inconſolabiliter, donec libertati donetur. O anima Chriſtiana,tu es illa auis Paradiſi pulcherrima,varijs Dei gratijs circundata,dum es in gratia, & ſine peccato.Et ideo quando capta es à dæmone per laqueum peccati, debes plorare per contritionem cordis quouſque libereris. Vt ſis de illis vere contritis, qui dicunt illud.Eſa.59. *Quaſi columbæ meditantes gememus.* Columba enim habet gemitum pro cantu. Et ſimiliter pœnitens debet lachrymando cantare pulchrum cantum, ſex notarũ, ſcilicet.Vt.re.mi.fa ſol. la. In quibus notis denotantur ſex conditiones verè pœnitentis. Prima eſt vt deſinat male facere, & proponat diuina præcepta ſẽper ſeruare, canens cũ prãpheta. Pſalm.118. *Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.* Secunda, vt cum amaritudine contritionis meditetur diligenter peccata ſua,iuxta illud. Eſa.38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Tertia,vt totam ſpem ſuam ponat in Deo,credens ſe ſaluandum meritis crucifixi, ac dicens cum Paul. ad Galat. 6. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quarta,vt faciat, dignos fructus pœnitentiæ,vt præcipitur Matth. 3. & Luc.3. ita quod dicere poſſit cum Pſalmiſta: *Feci iudicium & iuſtitiam.* C. contra peccata, *non tradas me calumniantibus me.* Item vt imploret miſericordiam dicens cum Pſalmiſta: *Fac cum ſeruo tuo ſecũdum miſericordiam tuam, & iuſtificationes tuas doce me.* Quinta, vt ſoluat vincula peccatorum, per confeſſionem dicens animæ ſuæ illud. Eſa.52. *Solue vincla colli tui captiua filia Sion.* Sexta,vt pœnitentiam ſuam, & omnia alia bona opera faciat, non timore mortis,vel pœnarum inferni principaliter, nec etiam ex vana gloria,vel alio malo fine, ſed ex charitate, & amore Dei,atque ad eius gloriam, & laudẽ cantans,& dicens,cum Pſalmiſta: *Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen ſanctum eius, in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.* Ad prædicta autem de neceſſitate contritionis optime facientẽ accipe aliam ſimilitudinem. Legitur in hiſtorijs Romanorum, quod cum Titus filius Veſpaſiani exiſtens in caſtris Hieroſolymæ, audiſſet Veſpaſianum patrem ſuum de totius ſenatus voluntate, ad imperij dignitatem ſublimatum, tanto affectus eſt gaudio,quod ſubito membrorum corporis fortitudine deſtitutus, ex aperitione venarum, omnia eius membra contracta ſunt. Quapropter quidam medicus prudẽtiſſimus cauſam ægritudinis recognoſcens, requiſiuit ſi in toto orbe eſſet aliquis æmulus,cuius nomẽ Titus nominari abhorreret,&intelligens quendam Ioſephũ nomine adeo Tito exoſum, quòd in ſua curia nullus eum nominare audebat. Fecit eum clã venire,& ſtatuto die, menſam lautiſſimam ante oculos Titi iuſſit præparari pincernaſq;,&dapiferos iuuenes adunari,mandauitque occulte omnibus,vt nullus ad præceptum Titi obedire præſumeret. Sic autem omnibus ordinatis, æmulum Titi fecit cum omni honore,& imperiali magnificẽtia, ad menſam collocari, & ſibi à ſeruitoribus officioſiſſime deſeruiri. Quod Titus conſpiciens ſtatim ira magna velut ignis cœpit accendi, mandabatque ſuis hominem illum occidere. Et cum nullus ſibi pareret, ſed potius inimico ſuo gratioſius ſeruiret,

Similitudo de anima, & aue Paradiſi.

Similitudo ad peccatorẽ cõtritionẽ facientẽ.

rer, in tantum succensus est ira, venæ restrictæ sunt, ex qua restrictione, prorsus contraria primæ apertioni venarum, omnia eius membra contracta, consolidata sunt & pristinæ sanitati restituta, quapropter illum inimicum de cætero amplius non habuit, sed potius cum sibi in sincerum amicum copulauit. Qua similitudine patet, quòd qui vult sanari à peccatis, quæ per complacentiam, & delectationem, in anima sunt introducta, oportet omnino, quòd in se recipiat displicentiam, & tristitiam, quę ipsi complacētiæ, & delectationi est penitus contraria, & illius expulsiua.

Similitudo de ãgue morbido, vel senio aggrauato, & de peccatore.

Aliam similitudinem ponit philosophus lib. 6. de proprietatibus rerum di. quod anguis se sentiens graui morbo vel senio aggrauatum, plurimis diebus abstinet à cibo, & ieiunat, vt sic pellis eius facilius à carne relaxetur. Deinde gustata quadam herba amaritissima, vi illius herbæ, statim prouocatur ad vomitũ, & euomit totum humorem virulentum, qui fuit causa suæ infirmitatis. Et tandem vt cutem rigidam mollificet, in aqua se balneat, ac humectat, & sic foramẽ angustum quærens, & cum quadam violentia transiens, penitus se decorticat, & sic soli expositus, se deficcat, & in carnis superficie, nouam cutem recuperat, sumptisque viribus clarius postmodum videt, fortius rapit, & auidius comedit. Spiritualiter ad istud propositum Christus nobis suadet Matth. 10. di. *Estote prudentes sicut serpentes*, quasi dicat. Sicut anguis morbo, vel senio grauatur, ita anima per peccatum spiritualiter infirmatur, propter quod dicebat Propheta: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.* Et ideo peccator, vt exemplo serpentis sanetur, primo debet per abstinentiam carnem suam domare, & humiditates carnalis concupiscentiæ deficcare. Deinde gustet herbam amaritissimam iuxta illud Ierem. 31. *Pone tibi amaritudinem.* &c. scilicet displicentiam, & contritionem peccatorum, qua euomet peccata per integralem confessionem, & sic recipiet spiritualem sanitatem, dicente Psalmista: *Os meum aperui*, s. in cõfessione, *& attraxi spiritum*, s. salutis. Item debet animam suam balneare aquis lachrymarum, iuxta illud Esa. *Lauamini, mundi estote*; transumptiue in c. lauamini. de pœni. di. 3. & intrare per angustam portam pœnitentiæ, de qua ait Saluator. Matth. 7. *Intrate per angustam portam.* &c. & sic deponere veterem pellem consuetudinis pravæ, & induere nouum hominem, & renouari in vita. iuxta illud ad Rom. 12. *Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est*, & accedere ad eũ solem iustitiæ, qui ait, Ioannis 8. *Ego sum lux mundi*, & sic illuminabitur, & pristinã recuperabit sospitatem. Ex quibus etiam similitudinibus patet, qualiter contritio, & displicentia de peccatis, cuilibet est necessaria ad salutem. Exemplo etiã Dauid idem declaratur. Qui cum tria horrenda peccata commisisset, videlicet adulterium, homicidium, & proditionem, nequaquam potuit vnquam à Deo veniã peccati inuenire, quoadusque peccatum sibi displicuit & cordialiter detestatus est, di. 2. Regum 12. *Peccaui*: vbi glo. ait: *Cum enim sanctus vir verbum, peccaui, expressit, tunc verè peccati sui odium, & displicentiam ostendit.* Ex qua displicentia, statim audiuit Prophetam Nathan à Deo missum, sibi dicentem: *Dominus transtulit peccatum tuum à te*, & ideo ex tũc omne peccatum semper odiuit. Propterea dicebat. *Omnem viam iniquam odio habui, legem autem tuam dilexi.* Exemplo igitur istius sancti Dauid, quilibet debet peccata sua detestari, vt tandem mereatur ab Angelo eum custodiente audire: *Dominus transtulit peccatum tuum à te.* De hoc etiam exemplo habetur in capitul. ponderet. & in capitul. vt constitueretur. 50. dist. & secunda quæstione septima. §. item cum Dauid, & de pœ. distinctione secunda c. denique. & dist. tertia. capit. Dauid. & capitul. totam. & c. ille rex.

Exemplum de Dauid.

Peccatum omnibus displicere debet, hoc ex exemplo ostenditur.

Aliud exemplum ponitur in legenda sancti Bernardi, qui transiens per Papiam, coniurauit quendam dæmoniacum,

Digitized by Google

cum,qui coactus asseruit in se habere tres malignos spiritus, quorum nomina erat: Claudens marsupium,& claudens os, & claudens cor. Et cum sanctus Bernardus quæreret, quæ officia haberent: Respondit primus:Ego habeo officium inducendi homines ad furta faciendum, vsuras, & iniustitias, & postmodum induco totis viribus facientes talia, vt nunquam restituant,quod & faciũt, propter quod innumerabiles ad infernum perduco.Secundus vero dixit. Et ego ô Bernarde habeo officium inducendi homines, & mulieres, ad faciendum multa peccata sine rubore,& verecundia, deinde induco eos, vt ea præ verecundia non confiteantur, & propter hoc innumerabiles damnantur,& præcipue mulieres. Tertius vero dixit: Et ego ô Bernarde habeo officium proponendi hominibus magnã misericordiam Dei, vt peccent, sed postquam peccata multiplicauerint, induco eos vt de ipsis non habeant contritionẽ, & displicentiam, proponens eis seueriſſimam iustitiam Dei, propter quod cadunt in magnam duritiam cordis, obstinationem,& desperationem: Et sic sine vera contritione morientis, quasi infiniti damnantur. Quapropter exclamat Augustin.in quodam sermone contra has diaboli suggestiones. dic. *Magna est pietas Dei, quia sola compunctione peccata dimittit.* Et iterum, *Plus placet Deo cordis contritio, quam totius mundi peregrinatio.* Ea propter omnibus debet summe displicere peccatum, sicut displicebat Psalmistæ,qui ait: *Iniquitatem odio habui,& abominatus sum.* Ipse enim cognoscebat eius malignitatem. Interdum namque experientia docet aliqua esse abominabilia,quæ inexperta,placibilia esse iudicantur: vnde peccator corruptum appetitum habens,& solam peccati delectationem, superficialiter attendens, illud amat, & sibi placet. Sed consummato peccato, sentiens intrinsecam eius amaritudinem per remorsum cõscientiæ, & considerans pœnam æternam infernalem ei debitam, illud debet magnopere detestari,& ejcere per cõfessionem. Cuius figura habetur 2.Reg.13.in Amon filio Dauid,qui in tantum amabat sororẽ suam Thamar, sicque ei placebat, vt quasi moreretur ob eius amorem. Sed postquam cognouit ipsam, in tantum abominatus est eam, vt nullatenus posset ipsam videre,& maius erat odium, quã prius fuisset amor. Ideo vocato puero suo, fecit eam ejci, & excludi à se. Spiritualiter enim per Amon significatur peccator,per Thamar verò culpa peccati mortalis. Nam peccator diligit culpam ante commissionem, propter delectationẽ quam ibi habet,vel habere sperat. Sed illa cõsummata, & eius intrinseca amaritudine percepta, ac sequenti pœna considerata, debet illam abominari,statimque per famulum suum,id est,per puram confessionẽ ipsam ejcere a thalamo animæ suæ, & illã plus odire,quam amasset prius. Ad quod Ezec. 18. hortatur Deus peccatores dic. *Conuertimini,& agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris,& non erit vobis vitra in ruinã iniquitas, proijcite à vobis omnes præuaricationes vestras in quibus præuaricati estis,& facite vobis cor nouum, & Spiritum nouum,& quare moriemini? quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Reuertimini ergo,& viuite,* & Augustin.in sermone ad Eremitas. dicit: *Ofratres mei, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ,& iniquitati ad iniquitatem,ita & nũc exhibete membra vestra, seruire Deo in sanctificationem. Primo enim cor quod mala cogitauit, & concupiuit, pœniteat, & doleat, ac oculus fleat, os sine intermissione oret, aures audiant verbum Dei, manus eleemosynam porrigant, peregrinos juscipiant, infirmos foueant, nudos induant, pedes veniant ad Ecclesiam,genua flectantur,& laborent,quia sicut nullum fuit membrũ, quod peccando Deo non displicuerit, ita nullum sit membrum, quod pœnitentiam non patiatur condignam.* Et in alio sermone idem ait:*Omnis qui per pœnitentiã deleuerit peccata sua, tam Angelicæ felicitatis particeps est. Ipsa namque pœnitentia, medicamentum est vniuersis, ipsa salus, per quam peccatores saluantur, per quam Deus ad misericordiam inclinatur. Dum autem pœnitentiam feceritis fratres, fundite pro peccatis lachrymas cordis, & corporis. Nunquid non lachrymando Petrus à Christo respicitur? Nunquid non Maria*

Illud de Amon 2.Reg. 13. exponitur.

veniam meretur? Nunquid non Martha lachrymis sanatur? Nunquid non Cananea exauditur? Nunquid non Lazarus ad vitam reuocatur? Lana ergo faciem tuam lachrymis, percute pectus, exalta vocem tuam confitendo, & annunciando sacerdoti peccata tua. In alio quoque sermone ad eosdem etiam dicit: *Simus ergo tantum proni ad lamenta, & fletum, quantum fuimus ad culpam audaces. Qualis fuit nobis ad peccandum intentio, talis sit ad pœnitendum deuotio; grauissima peccata, grauissimis lamentis indigent. O compunctio quam sancta, quàm admirabilis prædicaris. Tu spirituale lauacrum es, tu stimulus per quem Deus ad hominem inclinatur, tu ligamen per quod Deus fortiter restringitur. O compunctio sancta, sine qua adultis non valet baptismus, sine qua, ad iudicium Domini corporis recipitur. Sine qua, infructuosa est omnis confessio, & omnis satisfactio est inanis. O vitalis nauicula, per quam naufragus redire potest ad portum salutis. O aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur. O via infallibilis, per quam ad Paradisum peruenitur. O spirituale conduculum, per quod de inuio ad viam transitur.*

PARS SECVNDA HVIVS sermonis, de contritionis diuersitate.

Quodnã sit discrimen inter attritionem, & cõtritionẽ.

PRo secundæ partis declaratione, quęritur quæ sit differentia inter contritionem, & attritionem, & Respondeo secundum Richard. Thom. & omnes alios Theol. in 4. dist. 17. quod sicut in materialibus, & corporalibus attrita esse dicuntur, quæ aliquo modo sunt comminuta, licet non perfectè, contrita verò quando omnes partes simul, & perfectè tritæ sunt: Sic in spiritualibus attritio significat quandam displicentiam de peccatis, sed non perfectam, contritio vero perfectam. Et idem habetur in summa confess. lib. 3. tit. 34. q. 18. Item dicit Richar. noster vbi supra art. 1. q. 1. quòd sicut in materialibus dicitur durum, quod non cedit tactui. Et secundum philosophum. 4. Meta. dicitur frangi quod diuiditur in partes magnas, & comminui, quod diuiditur in partes paruas. Ita per quandam similitudinem in spiritualibus, dicitur cor hominis durum, quamdiu diuinæ inspirationi se tangenti non cedit, sed obuiat persistendo in affectu peccandi, cui inquit Apostolus ad Roman. 2. *Secundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iustí iudicij Dei.* Frangi vero dicitur, quando à peccato recedere incipit, quamuis nondum plenè ad Deum conuersus sit. Conteri vero, quando in eo totaliter destruitur affectus peccandi. Ista autem tria. s. indurationem, siue obstinationẽ, attritionemque, ac contritionem, videre possumus per tria exempla. Primum est, quia semen iactũ in terram duram, & non sciissam, & grossam, nõ crescit. Iactum vero in terrã sciissam in partes grossas parum fructuum reddit. Sed iactum in terram cultam, & minutatim fractam, multum fructum affert. Cor igitur obstinatum, est tanquam terra dura, quæ nullum fructum facit. Cor verò attritum, est tanquam terra in grossas partes sciissa, quæ paruum fructum reddit. Cor autem contritum, est tanquam terra minutatim trita quæ multum gignit. Secundum exemplum est, quia species aromatica si est integra redolet parum. Si verò frangitur, multum redolet. Si autem conteratur, redolet plurimum. Et similiter cor hominis integrum, & durũ, & coram Deo nõ redolet, sed fœtet. Sciissum vero per quandam attritionem redolet, sed parum. Contritum autem per vehementem dolorem redolet multum. Tertium exemplum est, quia de grano integro, non potest fieri panis. De grano vero grosso modicum tritõ, fit panis, sed nõ sapidus. De grano autem minutatim contrito, fit panis sapidus, & delicatus. Et similiter de corde integro, & duro, non potest fieri panis Dei, sed panis diaboli. De corde autem attrito, & si panis fiat, tamen non multum sapidus est. De corde vero contrito fit panis DEO sapidus, Angelis delicatus, & pœnitentium nutritiuus, dicente Psalmista: *Cibabis nos pane lachrymarum.* Sciendum quoque, quòd contritio est vnguentum confectum,

Tribus exemplis ostẽditur indurratio, attritio, ac contritio.

2. Exemplũ

3. Exemplũ

Contritio assimilatur etiam vnguento.

Digitized by Google

fectum ex herbis viliſſimis, & immũdis, ac fœtidis, id eſt peccatis ex voluntate mala natis, ſed recollectis in conſcientia tanquam in horto proprio, quas herbas peccator radicitus omnes ſimul extrahit, ita quod nec radix in mala voluntate, nec folia, id eſt, opera permanent, ſed omnia contundit in mortariolo cordis, & ex his ſuccum malæ delectationis penitus extractum igne doloris decoquit, & ſic vnguentum vtiliſſimum conficit, quo omnia vulnera peccatricis animæ curantur & ſacrificium Dei ſuauiſſimum offertur, dicente propheta Pſal. 5. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus non deſpicies.* Sicut etiam vnguentum confectum ex myrrha corpus à corruptione, & putrefactione conſeruat, ſic amarus dolor de peccatis animam purgat & cõſeruat ab impuritate peccati, & à corruptione, & redolet coram Deo. Vnde contritus peccator dicere poteſt illud Eccleſ. 24. *Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* Ad confirmationem autem prædictorum dicit magiſter Alexand. de Ales. in quarta. parte ſummæ, in tractatu de contritione, quod in contritione pœnitentiæ, tria ſunt attendenda. ſ. quod conteritur, à quo conteritur, & ad quid conteritur Quod conteritur, eſt cor peccatoris, quod eſt tanquam vas fictile repletum veneno peccati. Iuxta illud Deut. 32. *Fel draconum vinum eorum.* Secundum, id eſt à quo conteritur, eſt duplex mola, vna ſuperius eleuans. ſ. ſpes veniæ ex conſideratione diuinæ miſericordiæ, & bonitatis, & amor ipſius Dei ad contritionem inducens. Alia deorſum deprimens. ſ. timor pœnæ, ex conſideratione diuinæ iuſtitiæ. De his autem molis dicitur: Deut. 24. *Non accipies loco pignoris, inferiorem, & ſuperiorem molam.* Et Eſa. 47. ſcriptum eſt: *Tolle molam, & mole farinam.*

In contritio me tria ſunt attendenda.

SCiendum ergo, quod vt inquit Alexan. de Ales. in 3 parte ſummæ, in tractatu de pœnalitatibus aſſumptis q. 4. & magiſter ſentent. in 3. diſt. 34. Quadruplex timor inuenitur, ſcilicet mundanus, ſeruilis, initialis, & filialis. Filialem timorem habent beati in Patria, qui eſt quędam reuerentia paterna, quã habent erga Deum, vt filius erga patrem. Initialis eſt timor quem habent illi, qui conuertuntur ad Deum, timentes eum offendere principaliter amore charitatis, & dilectionis. Seruilis autem eſt, quem habent illi, qui abſtinent à peccatis propter pœnam, & timorem iuſtitiæ diuinæ. Mundanus autem eſt ille, quem habent homines, ne aliquid perdant, vel quem habẽt de terribilibus. Et addit magiſter in fine prædictæ diſtinctionis, alium timorem, qui dicitur naturalis, ſiue humanus, qui fuit in Chriſto tempore paſſionis. Nunc ad propoſitum reuertendo, dico ſecundum Alexand. de Ales, in 4. par. ſummæ, in tractatu, de pœnitẽtia in generali. Et ſanctum. Bonauen. in 4. di. 14. ar. 2. quæſt. 2. & Richar. ibidem articul. 4. quæſt. 2. quod pœnitentia noſtra cauſatur à duobus: prima cauſa effectiua eſt Deus. Niſi enim Deus ad pœnitentiam cor peccatoris moueret, nullus de peccato pœnitentiam ageret, vnde. Io. 14. dicit Dominus: *Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.* Et ibidem etiam dicit: *Sine me nihil poteſtis facere.* Alia cauſa pœnitentiæ eſt voluntas noſtra, & liberum arbitrium: quia vt inquit Aug. in lib. de libero arbitrio: *Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te*, volũtas aũt noſtra, & liberũ arbitriũ, vt in pluribus inclinatur ad faciendum pœnitentiam. Primo ex timore, & in paucis ex amore à principio, vt dicunt prædicti doctores, & magiſter ſen. in 4. diſt. 14. tamen ad hoc vt ſit vera pœnitentia, neceſſe eſt quod non ſolum fiat propter timorem, ſed etiam propter amorem Dei, & patriç cæleſtis adeptionem, vt dicit Aug. de pœnitentia diſtinct. 7. ca. nullus. Et in lib. de pœnitẽtia dicit: *Dolendum eſt, & dolore purgandum, non ſolum quia peccauit, ſed etiã quia ſe virtute priuauit, & Deum offendit.* Sciendum ergo quod pœnitentia quæ fit ex ſolo timore ſeruili, & diſplicentia quæ habetur ex eo, dicitur attritio, & non contritio. Illa autem diſplicentia, quæ prouenit à timore initiali, & amore Dei, di-

Timor eſt quadruplex

citur contritio. Nam adeo cor contritur, quod totus affectus peccãdi effunditur ab eo. In attritione autem ex qua frãgitur vas in partes maiores, remanet de odore, colore, vel sapore veneni peccati in ipso, quia non est effusus totus affectus peccandi. In contritione vero, contrito vase in minimis partibus, nihil remanet in eo coloris, odoris, vel saporis peccati. Et hoc est tertium, q̃ ponit Alex. de Ales. ſ. ad quid conuertitur cor, quia ad effundendũ totum peccati venenum, & omnẽ affectũ. Ex quibus omnib. apparet, quod si quis habet displicentiam de aliquib. peccatis, & de aliquib. non, ille non est contritus, sed solum attritus. Vnde non poterit consequi indulgentiam peccatorum suorum: Deus enim vult totum cor hominis contritum, & nõ partem, vnde Prou. 23, inquit: *Fili præbe mihi cor tuum.* Vnde Prosper. in lib. epigrãmatum dicit: *Larga Dei pietas veniam non dimidiabit: Aut nihil, aut totum te lachrymante dabit.* Item si quis sit male cõtentus de peccatis præteritis, non tamen abstineat in futurum ab alijs mortalibus, talis licet aliquo modo possit dici attrit⁹ ratione illius displicentiæ, non tamẽ vllo modo est contritus: vnde Smaragdus inquit in c. ille pœnitentiam. de pœ. di. 3. *Ille pœnitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat.* Nam qui plangit peccatum suum, & iterum admittit peccatum, est quasi quis lauet laterem crudum, quem quanto magis abluit, tanto magis lutum facit. & Ilido. in lib. de summo bono. & in c. Irrisor eadem di. dicit: *Irrisor est non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet.* & Aug. in ea di. in c. pœnitens, ait: *Si adhuc facis, certe non es pœnitens.* Ad idem facit capitulum, lauamini. & capitulũ, inanis, & capitulum, qui admissa, & capitulum, & baptizantur. & capitulũ, in cassum. ead. di.

ITem ex superioribus patet, quod licet bonum sit timere Deum, quia scriptum est Prou. 1. *Initium sapientiæ est timor Domini.* & Prou. 8. *Timor Domini odit malum.* & 13. *Timor Domini bonus est, qui autem timet Deum, in pace versabitur.* & 14 *Sapiens timet, & declinat à malo.* Et idem habetur. 15. & 16. in eisdem libri, & Ecclesiastici 1. dicitur: *Timor Domini, expellit peccatum.* Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Ecclesiast. 2. scriptum est. *Qui timet Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas,* & iterum ibidem: *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius.* & 21. eiusdem libri dicitur: *Qui timet Dominum, conuertitur ad cor suum.* Tamen si quis solum ex timore seruili dimitteret peccare, & haberet displicentiã peccatorum, tantummodo propter euitationem pœnæ, talis solum esset attrit⁹, & non contritus. Ideo hortatus Dominus Matthæi tertio, ad pœnitentiam faciendam ex amore Dei, & vitæ æternæ dicit: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum,* & non dixit; effugietis enim pœnam æternam. Illa ergo est contritio, quæ est formata charitate, & amore virtutis, de quibus duabus displicentijs loquitur Horatius in Epistola ad Quintum dicens. *Oderunt peccare boni, virtutis amore: Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.* Dicunt ergo Theo. in 4. distinctione 17. quod attritio prouenit à gratia gratis data, contritio vero à gratia gratum faciente, & ideo solum attritus non est in gratia Dei, sed ille, qui est contritus. Dicunt tamen Theolog. vbi supra, maxime Richard. noster ar. 2. quæstione tertia, quod facienti quod in se est, Deus facit attritionem effici contritionem. Deus enim seipsum alicui negare non potest, secundæ ad Timo. 2. si tamen eum quærat toto mentis affectu. Et ideo nullus excusari potest si non habuerit cõtritionem, quia ex suo defectu remanebit. Sicut si quis esset in domo vndique clausa, sed ex omni parte radijs solaribus circundata, sed ex omni parte clausa. Si enim non illuminatur, si sibi imputatur, quia potest si vult fenestrã, & ostium aperire, & consequenter lumẽ recipere, licet radius solis non sit in sua potestate. Item licet non sit in facultate agricultoris, quod crescant fructus & semina, quia hoc est à virtute superna & influentia cœlesti, tamen si ager non fructificet, cultori imputabitur si agrum non pur-

Non habens attritionẽ, excusari nõ potest, cum hoc ex defectu suo sibi imputetur, ueniat.

purgauit, & disposuit, quia hoc in potestate sua fuit. Item Papa dans indulgentiam visitanti aliquam Ecclesiam, quæ indulgentia nõ est in potestate nostra; quia tamen actus, id est ire ad ipsam Ecclesiam per quem sequitur actus indulgentiæ, est in nostra facultate, ideo si non habuerimus ipsam indulgentiam non eundo ad visitandam dictam Ecclesiam, merito nobis imputabitur, non Papæ. Et sic est in proposito. Nam quamuis esse in gratia non sit in potestate hominis recipientis, sed solum in potestate Dei tribuentis, quia tamen homo potest in actum, & in opus exire, scilicet, in peccati detestationem, per quam ei Deus vult dare gratiã, si ipsam non receperit ex sua negligentia, sibi tantum imputandum erit. Dicit tamen Petrus de Palu. in prædicta di. quòd si quis inuenerit, qui non posset esse male contentus de aliquo crimine, debet facere quod in se est, vt dolere possit, & saltem esse male contentus, & dolere, quod dolere non potest, & Deus cum adiuuabit, sicut fecit mater magistri sentẽtiarum, & magistri decretorum, ac magistri historiarum Ecclesiasticarum, quæ ex damnato coitu habuerat hos tres filios, & quia erant tam excellentes viri, non potuerat esse male contenta, quod eos genuisset, etiam cum peccato, cui summus Pontifex dixit, quod saltem esset male contenta, quod male contenta esse non posset.

SCiendum quoque iuxta sententiam Petri de Palude, vbi supra, & beatum Thom. eadem distinctio. argument. secundo, q. 6. & Raymund. in summa sua, vt etiam refertur in summa confess. l. b 3 tit. 34. q. 19. quod quilibet vere contritus debet habere dolorem particularẽ de quolibet peccato mortali, de quo recordatur. De alijs autem de quibus non recordatur, sufficit habere displicentiam generalem, & vniuersalem Et debet adeo esse male contentus, quod potius eligere debet mortem, quam peccare mortaliter, vt inquit Thom. in suo quolibet, non tamen debet descendere in speciali ad hãc pœnam, vel ad aliam, imo stulte faceret, si quis seipsum, vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus pœnis, vt etiam inquit Innocen. & Alanus, vt habetur in summa confessorum. eod. lib. & titulo, quæstione 26. vbi etiam dicitur secundum Ansel. in libro de similitudinibus, quod quis debet magis eligere esse in inferno sine culpa, quam in Paradiso cum culpa, si fieri posset. Sciendum etiam secundum Petrum de Palu. in 4. sentent. distinctione 17. quod dolor, & displicentia de peccato necessaria ad contritionem, sufficit quod sit in parte intellectuali, & in voluntate, quia hæc displicentia semper est in potestate hominis, non autem dolor sensibilis, vel lachrymarum. Et hoc etiam inquit Thom. eadem distinctione articul. primo, quæstione secunda. Et sanctus Bernardinus, in quodam sermone de contritione. Vt enim inquit philosophus secundo. Phy. *Voluntas hominis semper est in libertate vsque ad mortem*, vt etiam ait Bernardus, in libro de libero arbitrio. & Augustinus in libro 15. de ciuit. Dei capitul. decimo. Non sic autem est in potestate hominis flere, & sensibilitate dolere. Et cum hac opinione concordat Host. vt etiam habetur in summa confessorum eod. libro & titulo, quæstione 22. Et hæc contritio dicitur sufficiens, vt inquit sanctus Bernardinus, vbi supra. De qua ait gloss. super Psalmo. 50. *Vbi est vera contritio, scilicet; displicentia voluntatis, & rationis, ibi est vera omnium peccatorum remissio.* Debet tamen homo ad dolorẽ sensibilem, & lachrymationem se prouocare, quantum est possibile, vt patet per Augustinum de pœ. distinctione prima, capitul. quem pœnitet: & si non potest, de hoc ipso debet dolere, & disponere potius omnia mala in futurum tolerare, quam vni peccato mortali consentire 32. q 5. c. ita ne. Item notandum secundũ Petrum de Palu. vbi supra, & etiam omnes Theo. in 4. dist. 17. quod quis debet tanto magis dolere de vno peccato, quam de alio, quanto illud peccatum est grauius.

Et

Digitized by Google

Et ideo dicit Raymund. in ſumma. in titul. de pœ. §. 18. quod cum grauedo peccati mortalis, etiam vnius ſolius ſit ſumma, & infinita, cum ſit contra ſummum, & infinitum Deum, argument. in §. atrox. Inſti. de iniurijs. & in capit. cum illorum. §. nos tamen. de ſententia excommunicationis. Et cum vnum ſolum peccatum mortale excludat ab infinito bono, & mittat ad infinitum malum. de pœ. diſt. 5. capit. fratres, deberet quis etiam propter vnum ſolum mortale peccatum dolere in infinitum, ſi eſſet poſſibile, propter quod ſi funderet quis lachrymas ad æqualitatem aquæ maris, non poſſet condigne dolere, tamen dolenti quantum poteſt Deus veniam dabit, vnde tanto magis debet conteri, & dolere, quanto grauiora, & plura commiſit peccata. Et ideo Ioel. 2. *Conuertimini ad me dicit Dominus, in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra*: tranſumptiue de pœ. diſtinctione prima, capitul. quem pœnitet. Ideo dicit Raym. vbi ſupra, quod contritio dicitur quaſi ſimul, & ex toto tritio, quia totum cor quaſi teritur, & conteritur, ac ſcinditur præ nimia auguſtia, & dolore peccatorum, vnde cor contritum eſt velut monticulus puluerum laterum, id eſt peccatorum in mortario conſcientiæ pulueriz atorum. Si autem quis non conteritur in hoc mundo, & non habet integram diſplicentiam, poſtea habebit ſine fructu in alio, iuxta illud Eccleſiaſtici. 27. *Conteretur cum delinquente delictum*, quia in inferno conteretur in puluerem, non tamen vt aliud vas fiat, iuxta illud Pſalm. primi. *Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ*. Et Sapien. 5. dicitur de damnatis: *Pœnitentiam agentes, & præ angustia ſpiritus gementes*. Debet ergo cõtritio eſſe modo tali diſpoſita, vt de grauioribus peccatis grauior fiat pœnitentia, & doloris afflictio. Ideo Hieron. ad matrem & filiam in Gallijs commorantes ait: *Putridæ carnes ferro curantur, & cauterio venena ſerpentino curantur antidoto; quod ſatis dolet, maiori dolore expellitur*, hæc ille. Et idem in epiſtola ad Amandum presbyterum, dicit: *Non eſt medicinæ culpa, ſed vulneris, cum crudelitati clementi non parcit medicus, vt pareat, ſiue vt miſereatur*. Qua ex re inquit Franciſc⁹ de May. in ſermone de contritione Magdalenæ dicens: *Maxima & pœnoſa ægritudo, cura maxima*. Deut. quoque 25. dicitur: *Pro menſura peccati erit, & plagarum modus*. Cyprianus etiam in Epiſtola ad fratres de pœnitentia agenda inquit: *Quam magna deliquimus, tam graviter deſleamus, alto vulneri, diligens medicina non deſit, pœnitentia minor crimine nõ ſit*, & Hieronymus in quadam epiſtola dicit: *Peccator ergo qui ſibi non parcit, à Deo illi parcetur, & ſi futuras gehennas perpetuas in hoc paruæ vitæ ſpatio compenſauerit, ſeipſum ab æterno iudicio liberabit. Grandi plagæ, alta & prolixa eſt opus medicina: grande ſcelus, grandem habeat ſatisfactionem*, hæc ille. Planctus autem contriti, & pœnitentis triplici planctui debet aſſimilari, ſcilicet, planctui matris vnigenitum plangentis, iuxta illud Ieremi. 6. *Luctum vnigeniti fac tibi luctum amarum*. Item planctui draconis, & ſtruthionis, iuxta illud Micheæ ſecundo: *Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionũ*. Nã doloroſior planctus inter omnia animalia rationalia eſt planctus, qui fit pro morte vnigeniti. Inter animalia vero irrationalia eſt planctus draconis, & inter volatilia eſt planctus ſtruthionis. Quia igitur peccator perdidit animam ſuam, ideo debet plangere ad inſtar mulieris vnigenitum plangentis. Vnigenita enim eſt anima eius, quia vnam tantum habet. Si enim duas animas haberet, poſſet vna perdita ſuper alia conſolari. Secundo perdidit caput ſuum, id eſt Deum, & ideo debet plangere ad inſtar draconis, qui qui quando elephas caput eius conterit, magnum planctum facit: perdidit etiam omnia ſua merita, & ideo debet plangere ad inſtar ſtruthionis. Struthio enim oua ſua in puluere calido derelinquit; vt foueantur ibidem. Sed rediens, & à beſtijs illa conculcata reperiens, magnum vlulatum facit. Oua autem ſunt merita noſtra, quæ tunc dæmones conculcant, quando ad animam per conſenſum intrãt iuxta illud Iob 20. *Videns & veniens ſuper e-*

eum

Digitized by Google

tum horribiles, & ideo peccator debet plangere, & dicere cum Pſalmiſta: *Miſerere mei Deus quoniam conculcauit me homo.*

Modus cognoſcendi an ſimus contriti, vel attriti per quaſdam ſimilitudines.

O Deuoti Chriſtiani vultis, quod oſtẽdam vobis quando eſtis contriti, & quando attriti? Accipite duas ſimilitudines. Prima eſt: nam ſi monticulus laterum conteratur in puluerem, ſi quis incedat ſuper illum, remanet ibi veſtigium pedis etiam poſtquam pertranſijt. Si autem illi lateres ſolummodo ſint attriti in magnas partes, ibi non remanet aliquod veſtigium pedis ſi ſupra incedatur. Ita in his qui ſolum ſunt attriti, ſi ſuperaddatur confeſſio, ſtatim poſt Paſcha nullum remanet veſtigium confeſſionis, nec bonæ voluntatis, ſed redeunt ad peccata priſtina. In contritis autem remanẽt ſigna etiam poſt Paſcha, & per totum annum. Illi ergo, qui ſolum attriti confitẽtur in quadrageſima, dicunt, *Credo in Deum,* poſt Paſcha autem, *Carnis reſurrectionem.* In quadrageſima dicunt: *Gloria Patri, & Filio, & ſpiritui ſancto,* poſt Paſcha verò: *Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.*

2. Similitudo.

Alia ſimilitudo eſt. Nam iſte monticulus puluerizatus, & contritus, ſi ſuper incedatur, nullum emittit clamorem neq; facit ſtrepitum, ſi autem ſolummodo ſit attritus in multas partes magnas, ſi quis ſuper incedat, ſtrepitum facit; & ita in propoſito. Nam contritus, ſi ſibi detur pœnitentia licita à confeſſore, nõ murmurat, nec clamat aut recalcitrat. Attritus vero ſolum, reddit ſe difficilem ad pœnitentiam ſuſcipiendam. Imo murmurat, & ſpernit eam.

3. Similitudo.

Et poſſumus dare aliã ſimilitudinẽ. Nã ſicut vas bene plenũ vino, ſi digito percutiatur, non emittit ſtrepitum: Sic bene contritus, qui eſt plenus gratia Dei, ſi pœnitentia tangatur à confeſſore, non clamat. vas autem vacuũ ſi percutiatur digito, fortiter ſonat. Sic attritus, qui eſt Dei gratia gratum faciente, vacuus, ad pœnitentiam iniunctam contra confeſſorem exclamat. Non ſic ergo faciatis ô deuoti Chriſtiani, ſed ſeruate conſiliũ Salomonis. Prou. 4. dicẽtis: *Fili accipe diſciplinam patris tui,* & Prou. 15. dicit: *Stultus irridebit diſciplinam patris ſui, qui autem cuſtodit eam, ſapientior erit,* & ibidem: *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, cor autem ſapientis omnem correctionem accipiet.* & Pſalm. 2. dicit Dauid: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Facit ad hæc capitulum nullus. de pœ. di. 1. & Greg. in mora. dic. *Iuſtum eſt vt peccator tanto maiora inferat ſibi lamenta per pœnitentiam, quanto maiora ſibi intulit damna per culpam:* & Chryſoſto. de pœ. diſtinctione prima. §. ecce nunc. & diſtinctione tertia, capitul. perfecta, inquit: *Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre,* & Ambroſius, in capitul. medicina, de pœ. diſtinctione prima, ait: *Qui culpam exaggeranit, exaggeret & pœnitentiam, maiora enim crimina, maioribus abluuntur fletibus.* Facit ad hoc. §. ex his. de pœ. diſtinctione prima, vbi Hieron. inquit de peccatore: *Præteritas delicias per quas Deum offenderat, vitæ auſteritate compenſet.* Et etiam ſuper Leuit. & de pœ. di. 1. §. contrario, idem Hiero. ait: *Pro qualitate peccatorum qualitas operatur pœnitentiæ, atque bonorum.* Vnde inquit Hoſtienſ. in ſumma in tit. de pœnitentijs & re. quod pro quolibet peccato mortali, regulariter deberet imponi pœnitentia ſeptem annorum. 33. quæſtio. 2. c hoc ipſum. & § ſequenti. & 22. q. 1 cap. prædicandum, vbi gloſ. Tamen poteſt ſacerdos in pœnitentijs diſpenſare, conſiderata criminis quantitate, & qualitate perſonæ, dignitate, ac conditione, ſexu, officio, paupertate, infirmitate, debilitate, conſuetudine, complexione, ſocietate, cauſa, animo, & voluntate, & ſic pro arbitrio pœnitentias taxare, & imponere. Et hæc eſt communis opinio, quòd pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, vt etiam inquit Ant. de Butr. in capitul. ſi quis. de furtis. Et probantur prædicta in c. ſignificauit. & c. omnis. §. ſacerdos. de pœ. & re. & in c. ſicut dignum. de homicidio. & c. tranſmiſſæ. de eo qui conſan. vxo. ſuæ. & 26. q. 6. c. tempora. & de pœ. diſt. 1. c. menſurã. Et de conſe. diſt. 3. c. de pœnitentibus. Caueat tamen ſacerdos ne ſic arbitretur, vt vilis fiat auctoritas Eccleſiæ, & poteſtas

clauium contemnatur, capit. absit. 50. distinctione. Facit capitulum, & iniusta. 23. quæstio. 4. Et capitulum. loci. 35. q. 8. & capitulum. si quis præpostera, distinct. 50. hæc Host.

Nullus debet pœnitentiam rationabilem sibi iniunctam respuere.

EX quibus omnib. auctoritatib⁹ patet, quod quis non debet respuere pœnitentiam sibi iniunctam pro satisfactione peccatorum: hoc idem probatur per distinctionem quam ponit Ric. in 4. dist. 18. ar. 1. q. 5 in corpore quæstionis, vbi ait: *Cū quæritur vtrum qui debet pœnitere tenetur tenitione necessitatis recipere, & explere pœnitentiam sibi pro satisfactione peccati a confessore iniunctam. Respondeo, quod aut confessor iniungit pœnitentiam rationabilem, & discretam. Si secundo modo, pœnitens non tenetur eam recipere, quia sacerdos talem pœnitentiam iniungendo abutitur clauibus Ecclesiæ. Si autem primo modo iniungat, dico, quod tenitione necessitatis tenetur ipsam recipere, & pro viribus implere, aliter peccat mortaliter, si scienter & ex deliberatione, & absque legitima causa dimittat. Si autem pœnitens sentiat pœnitentiam sibi nimis grauem, & ad obseruandum periculosam, sua infirmitate pensata, debet ad illum eundem confessorem vel ad alium, quando illum habere non potest, humiliter recurrere, & alleuiationem, vel commutationem petere, & confessor concedere, etiam si videat, quod pœnitentia alleuiata non sufficiat pro satisfactione peccat: Tutius est enim reseruare pœnitentem in purgatorio puniendum, quam ipsum exponere periculo cadendi in mortale peccatum, propter pœnitentiæ transgressionem*, hæc Ric. ad literam. & idē tenet Raymund. in sum. in tit. de pœ. & re di. quod sacerdos debet inducere quātum potest peccatorem ad implendam pœnitentiam, ostendendo ei magnitudinem peccatorum, tamen non debet imponere ei nisi talem pœnitentiam quam verisimiliter possit portare: vnde di. Host. in summa, quod sacerdos nullatenus debet permittere peccatorem desperatum recedere propter nimiam pœnitentiam. 26. q. 6. c. si presbyter, sed potius imponat vnum pater noster, vel aliquid leue, & quod alia bona quæ fecerit, & mala quæ toleraverit, sint ei in pœnitētiam, & idem dic. Raymund. in summa, & Guiliel. addens: *Consulo, quod ad vitandam inobedientiam, & transgressionem talibus iniungatur parua satisfactio sub præcepto.* Et in hoc concordat. Tho. in 4. dist. 19. & Inn. vt etiam ponitur in tit. de confess. eo lib. & titul. q. 135. ad finem. Quod autem pœnitens teneatur facere pœnitentiam rationabilem confessoris, probatur per capitulum omnis. de pœ. & remiss. vbi dicitur: *Et iniūctam sibi pœnitentiā studeat pro viribus adimplere*, quod etiam probatur fundamento quod ponit Philosophus. 2. & 4. Topicorum dicens: *Si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo & de quo magis.* Sed ponamus, quod aliquis sit infirmus corpore, profecto pro recuperanda corporis sanitate omnia faciet sine contradictione, quæ ei medicus imponet, vt si præcipiat ei radere capillos, abstinere à cibis aliquibus, & à vino, quod non vadat ad aerem in platea, quod oculos teneat coopertos, quòd non luxurietur, & huiusmodi: si ergo hoc facit pro sanando corpore, quod est quid vile in comparatione animæ (quam anima melior est omnibus corporibus; & animæ bonum, omnibus præualet corporeis bonis, capitulo cum infirmitas. de pœ. & re. & capitulo solitæ. de maioritate, & obedien.) ergo multò magis debet obedire medico spirituali in remedijs sanationis animæ suæ. Sed heu quia totum oppositum fit. Nam si medicus spiritualis, id est, confessor mulieri spiritualiter infirmæ, præcipiat, quod capillos vanos, & mortuos, ac cornua artificiata deponat, vestimentaque vana, & nimis preciosa monilia, quod dimittat tripudia, & choreas, & impudicas societates, quod oculis honestis incedat, & huiusmodi, nequaquam vult acquiescere, sed contra cōfessorem mille excusationes, argumenta, & rationes, atque mendacia opponit. O mulier insensata: O mulier vana, & fatua, væ tibi, væ tibi, quia præponis corpⁱ tuum, quod est saccus vermium, animæ tuæ, quæ est imago, & similitudo Dei.

Simi-

Digitized by Google

Similiter si quis vir ad mortem infirmetur,& medicus ei dicat, quod oportet eum exburſare centum aureos pro faciendo electuario, ſine quo non poteſt recipere ſanitatem, certum eſt quod non ſolum centum ſed etiam mille, ſi tot habebit,exburſabit,pro recuperanda corporis ſanitate,atteſtante Iob ſecundo,capitulo,dicente: *Pellem pro pelle, & cuncta quæ poſſidebat dabit homo pro anima ſua*, id eſt pro vita conſeruanda. Sed ſi confeſſor medicus eius ſpiritualiter præcipiat ei,vt aliena reſtituat,adulteram, & concubinam dimittat,& huiuſmodi, nequaquam vult obtemperare: ſciant ergo tales omnes,quod eorum confeſſio eſt infructuoſa,& omnino inutilis ad ſalutem,ex quo pro ſalute animæ illud facere recuſant, quod pro conſeruanda corporis ſanitate nequaquam recuſarent. Ideo inquit Auguſt.in lib.de pœ.& ponitur de pœ. diſt. 5.c.conſideret, *Ponat ſe omnino pœnitens in poteſtate medici,in iudicio faciendus, nihil ſibi reſeruans ſui,vt omnia eo iubente paratus ſit facere,pro recuperanda vita animæ, quæcunque faceret pro euitanda corporis morte, & hoc cum deſiderio,quia vitam recuperat infinitam,quæ eſt Deus, cum gaudio enim facere debet immortalis futurus,quæ facere pro differenda morte moriturus*, hæc ille. O igitur infelix peccator,conſidera,quod ſi eſſes infirmus corpore, ad præceptum medici reciperes amaras medicinas, & multa remedia ſenſualitati contraria,& aliquando inciſionem pateres,& decoctionem;& pro animæ ſalute recuſas,vel modicam pœnitentiam ſuſtinere? Et ideo contra tuam ſtultitiam exclamat Ouidius 2.de remedio amoris: *Vt corpus redimas,ferrum pateris,& ignes:Vt igne animo valeas,quicquam tolerare negabis?*

ALio quoque fundamento probatur hæc veritas,quod ponit philoſophus 3.Topi.dic. *Minus malum eligibile eſt maiori malo.* Quæ veritas habet.13.di.capitul. duo mala. licet cautiſſime omnino ſint præcauenda, tamen ſi periculi neceſſitas perpetrare vnum ex his compulerit, debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligari.Gregor.quoque.35.lib. moral. & ponitur.13.diſtinctio. in capit. nerui ait: *Dum mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullum ſine peccato aditus patet,minora ſemper eligantur, quia & qui murorum ambitu vbique ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur*, hæc ille. Patet hæc regula. Nam ſi proponatur alicui, aut mors, aut perditio temporalis ſubſtantiæ, & neceſſe ſit, quod omnino vnum ex his eligat, clarum eſt,quod præeliget tanquam minus malum, temporalem ſubſtantiam perdere,quam vitam amittere.Quo præſuppoſito certum eſt, quod Deus proponit homini pro ſatisfactione peccati duplicem pœnam, videlicet aut temporalē in hoc mundo, aut purgatoriam in alio, quod dico de his,qui moriuntur contriti. Et hoc habetur de pœnitent. diſtinctione prima capitul.medicina. & ſunt verba Gregorij, & aliàs allegatur capitulum, medicamentum. §. ſi peccatum. vbi inquit: *Nequaquam igitur vnquam peccato parcitur,quia nullatenus ſine vindicta laxatur.* Et Auguſtinus: 5.di.capitul.qui in aliud,dicit: *Qui in aliud ſeculum diſtulerit fructum conuerſionis,prius in futuro purgabitur igne purgationis: hic autem ignis, & ſi non ſit æternus,miro tamen modo grauis eſt,ſuperat enim omnem pœnam, quam vnquam peſſus eſt aliquis in hac vita, vel pati poteſt*, hæc ille: & Richard. noſter. in quarta diſtinctione 20.articulo.ſecundo, quæſtione prima, in corpore quæſtionis dicit: *Ignis purgatorius animas affligens magis læſiuus eſt, & afflictiuus omni noſtro igne, qui tamen inter cetera elementa magis eſt afflictiuus. vnde nulli dubium eſſe debet, quin pœna purgatorij ſit grauior ſimpliciter, quam omnis ſimul pœna iſtius mundi.* hæc Richardus. Ideo inquit Auguſtinus in libro de pœnitent.& ponitur de pœnitent. diſtinctione ſeptima capitul.nullus. *Studeat ergo qui, quæ ſic de iſta corrigere in præſenti vita, vt poſt mortem nō oporteat eum talem, quæ nunc tolerare*, ſed adde quod ſi in hac vita non habueris

contritionem, & displicentiam peccatorum tuorum, ibis ad faciendum pœnitẽtiam æternam in inferno, quæ nunquam finietur. Ideo dicit Ecclesiasticus 7. capitul. sui libri: *Humilia valde spiritum tuum ad disciplinam*, id est, ad pœnitentiam à confessore datam, *quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis.* Audi terribile exemplum.

Exemplum de quodam damnato.

Legitur enim in vitis patrum, quòd cum quidam sanctus pater Deum obnixe rogaret, vt ei ostenderet quantam pœnam habeant illi, qui de peccatis suis pœnitentiam facere nolũt, statim permittente Deo apparuit ei quidam mortuus, catenis igneis ligatus, lamentabiliter clamans, & dicens: Cum pœnitentiam de peccatis facere noluerim in præsenti sæculo, ecce quod in inferno me satisfacere oportet, & profecto contentus essem stare tot annis in igne inferni, quot sunt guttæ maris, & insuper tot annis dietim ascendere, per arborem rasorijs plenam, à terra vsque ad Cœlum attingentem, quot sunt guttæ aquæ maris. Et post hæc omnia Deus me liberaret, & ad vitam æternam perduceret. Sed væ mihi, væ mihi, væ mihi, quoniam impossibile est. Nã cum stetero tot annis in inferno, quot sunt guttæ aquæ maris, adhuc restabunt mihi totidem anni, quot prius. Et quando stetero mille vicib' tot annis quot sunt guttæ aquæ maris, adhuc me oportebit ad primum annum reincipere, & sic nunquam satisfactio mea finem habebit. Et quod mihi contigit, eueniet omnibus pro peccatis suis in hac vita satisfacere nolentibus. Et his dictis disparuit. Aliud quoque exemplum refert Beda in lib. de gestis Anglorum, de quodam mortuo: qui restitutus fuit vitæ, & statim fugit ad Eremum, & ibi flebat, & iugiter suspirabat, cellamque ibi fecit iuxta fluuium congelatum, & vestitus in illo se balneabat, & egrediens permittebat vestimenta congelari ad carnem; & postea balneum calidissimum intrabat, & in hac tam arduissima pœnitentia, vsque ad mortem continue die noctuque perseuerauit.

Aliud exemplum.

Cum autem de his à videntibus arguerẽtur, respondebat flendo, & pectus percutiendo dicens: O si vidisseris quæ ego vidi, hæc, & maiora vos faceretis. Dico enim vobis, quod pœna præsens omnium sanctorum, & martyrum, & omnis pœna quæ est in purgatorio, nihil est incomparatione pœnarum inferni, quas ego vidi. Deinde clamabat, facite pœnitentiam, quam si non facietis in hoc mundo vbi cito finietur, postea eam facietis in inferno, vbi nunquam finem habebit. Et hoc sufficiat pro secunda parte nostri sermonis.

PARS TERTIA, DE contritionis vtilitate.

QVantum sit vtile habere contritionẽ de peccatis, patet per Alexandrũ de Ales. in quarta summæ, in tractatu de cõtritione, qui dicit: Per contritionem peccatorum statim acquiri remissionẽ, & veniam ipsorum. Et idem tenet Thom. & communiter omnes Theolog. in 4. distinctione 17. & Raymund. in titul. de pœ. §. 19. incipit, qualiter autem, quod sola cordis contritione peccatum dimittitur cuilibet adulto, dum conteritur, & proponit ab illo abstinere, & ab alijs in futurũ & de illo confiteri, & satisfacere, secundum iudicium Ecclesiæ. Et hoc probatur de pœ. distinctione prima, in capitulo, magna. vbi Augustinus ait: *Magna est Dei pietas, vt ad ad solam promissionem peccata dimiserit: nondum pronunciauerit, & tamen Deum iam exaudit in corde.* Dicit ergo Raymund. vbi supra, quod licet quidam alij dixerint, conditionaliter fieri remissionem per cordis contritionem, scilicet si postea confiteatur, & satisfaciat, argumento de pœn. distinctione 3. capitulo sane. in fine. Vnde Ambrosius in libro de Paradiso. & de pœ. distinctione prima capitul. non potest, dicit: *Non potest à peccato iustificare quisquam, nisi fuerit peccatum ante confessus.* Tamen primam opinionem communiter approbant Doctores tanquam veriorem.

Et

Digitized by Google

Et patet per exemplum Lazari, quem primo ſuſcitauit Dominus ad vitam, quàm à diſcipulis ſolueretur, Ioannis 11. Item per decem leproſos, qui antequam venirent ad ſacerdotes, in via mundati ſunt, Lucæ 17. & Pſalmo 31. dicit Dauid: *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*, dixi, id eſt in animo firmiter propoſui. Et probatur per capitulum ſicut el primo de pœ. diſtinctione prima vbi dicitur: *Luce clarius conſtat cordis contritione, non oris confeſſione peccata dimitti.* Et idem tenet Hoſtienſ. d. diſtinct. quòd in contritione dimittatur peccatũ, quando ſit cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi; ſi tamẽ poſtea tempore debito, non ſequitur confeſſio, & ſatisfactio, peccatum quidem dimiſſum nõ reddit, ſed mortaliter peccat is, qui omittit. idem ponitur in ſumma confeſſorum libro tertio titulo 34. quæſtione 27. Ex quibus omnibus concluditur, quòd ſi quis quandoque in aliquo articulo neceſſitatis poſſit ſaluari ſola contritione, ſine actuali confeſſione, nunquam tamen ſaluabitur ſine propoſito implicito, vel explicito confeſſionis. Si ergo quis conteritur ſine propoſito confitendi, ſatisfaciendi, & abſtinendi, contritio nulla eſt. Si autem cum propoſito, peccata ei dimittũtur; ſed ſi poſtea non confiteatur, peccata ei dimiſſa non redeunt, ſed nouum peccatum mortale committit, propter trãſgreſſionem præcepti, & tenetur de illo peccato confiteri, & de omnibus illis, quæ ei per contritionem dimiſſa fuerant, quæ non fuit ſuo tempore confeſſus, aliter eſt in ſtatu damnationis. Si autem non habeat facultatem confitendi, ipſa ſola contritione ſaluatur. Patet per exemplum, quod legitur in Chronicis ordinis Minorum, vbi dicitur; quòd cum quidam frater Bartholomæus eiuſdem ordinis egregius prædicator, contra quoddã peccatum feruenter prædicaret, mulier quædam quæ illud commiſerat, tanto dolore compuncta eſt, quòd ſubito ſpiritũ exhalauit. Tunc frater Bartholomæus impoſuit populo, vt oraret pro illa mortua, vt Deus ſuper hoc ſuum beneplacitũ reuelaret, ſcilicet, quare eſſet mortua. Illo ergo ſancto Fratre, & alijs orantibus, dicta mulier à mortuis reſurrexit, & dixit, quod ad iudicium diuinum euocata, propter compunctionem fuerat à pœna æterna liberata, ſed vt dictum peccatum confiteretur, fuerat ad vitam reuocata, & dixit inter alia, quòd eadem hora qua obierat, ſexaginta millia hominum in diuerſis partibus mundi obierant, de quibus tantum tres purgatoriũ intrauerunt, cæteris in inferno ſepultis, & excepto vno fratre Minore, qui per purgatorium, tranſiẽs ſine dolore, acceptis duabus animabus, duarum perſonarum, quæ ei confeſſæ fuerant, cũ eis Paradiſum aſcendit.

Contritio ſine propoſito confitendi nulla eſt.

Exemplum de quadam muliere cõtrita.

Aliud exemplum.

Aliud quoque exemplum, quod per contritionem quis acquirat remiſſionem peccatorum, & vadit ad ſtatum ſalutis, recitat Petrus de Palu. in 4. ſenten. diſtinct. 17. vbi ait: Quod in ciuitate Lugduni repertum eſt à fodientibus fundamentum cuiuſdam palatij vnum caput, cuius os, dentes, lingua, & labia erant recentia, & audierunt ab eo vocem dicentem: Ite ad Epiſcopum vt huc veniat ad ſaluandum vnam animam. Igitur Epiſcopus veniens interrogauit quis eſſet, & quid vellet. Reſpondit caput: Ego fui iudex legum, & vixi virtuoſe, prout melius potui, & circa officium meum neminẽ offendi, quia nullum conſilium falſum dedi, nunquam feci cõtra iuſtitiam, nunquam legem extorſi, gentilis fui, & abſque baptiſmo deceſſi, quia nondum inſtitutus fuerat baptiſmus. In fine autem vitæ meæ dolui de omnibus peccatis meis. Quapropter quia ad me non peruenerat lex Dei per quam poſſem ſaluari: Miſericors Deus animam meam reſeruauit in hoc capite. Nunc ergo precor ex quo tempus aduenit, vt me baptizes. Nam ſuſcepto baptiſmo anima mea volabit ad Cœlum, & hoc caput redigetur in cineres. Statim ergo Epiſcopus cum ſuo clero afferri fecit aquam baptiſmi, & prædictum caput baptizauit, anima verò illa volauit ad Cœlum, & caput in cineres redactum eſt.

Aliud exemplũ est ẽdens per cõtritionem remissi peccata.

Aliud etiam exemplum legitur in Chronicis ordinis nostri. Videlicet quòd semel prædicante quodam fratre nostro in Missa post Euangelium, quædam mulier coram omnibus surrexit dicens volo tibi frater confiteri: Cui ille respondit, quiesce donec prædicauero, & Missam finiero: sed aliquantulum post hæc, iterum illa surrexit, & confiteri postulauit, cui frater idem respondit quod prius. Tunc illa inclinato capite, subito mortua est, quod videns frater valde admiratus dixit populo, oremus omnes cum fide, & deuotione Dominũ Iesum Christũ: vt istius mulieris misereatur. Facta autem oratione mulier illa surrexit, & coram omnibus loquuta est dicens. Satis bene est mihi, quia Dominus vidit cor meum, & contritionem meam, & ideo fecit mihi misericordiam: tunc dixit frater, ego ego peccaui, quia non statim te audiui, cui illa. Non, quia ignorabas casum meum, & propter bonũ prædicationis, & Missæ, te Deus excusatũ habuit, & adiecit, hoc sciàs pro certo, q̃ hodie mortuus est frater Ioannes de ordine tuo, & portatus in Paradisum, cui Deus donauit omnes animas illorũ, qui erant in purgatorio, quas in vita sua audierat in confessione, hoc ego vidi cũ essem ibi, & his dictis anima eius requieuit.

Per contritionem omnia peccata etiam grauissima remittuntur.

PRædicta etiam dñr per beatũ Tho. in 4. distinct. 21. artic. 5. quæst. prima & Alexandrũ de Ales, in quarta parte summæ, in tractatu de iustificatione impij, vbi probant, quòd per veram contritionem omnia peccata, quamuis magna, & horrenda remittuntur, maxime quia contritio est dolor, quia gratia gratum facientẽ informatus. Sed gratia gratũ faciens omnem culpam delet. ergo &c. Vnde Sedulius poëta de lachrymis contritionis loquens ait: *Culpa fugit, cedunt lachrymis delicta refusis.* Dicit quoque glossa super illud Psalm. quint. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cordis contritio est sacrificium, quo peccata soluuntur.* & Isidorus ait: *Compunctio est humilitas mentis annihilans peccatum.* & Origenes Homilia quarta, inquit: *Quanto amplius compungimur, tanto amplius peccatorũ vincula relaxantur.* Ex quibus omnibus patet prima vtilitas contritionis, quæ dicitur remissionis, scilicet, peccatorum, siue culpæ. Secũda autem vtilitas dicitur dimissionis, scilicet, pœnæ æternæ pro mortali peccato debitæ, quæ mutatur in temporalẽ. Quod sic probatur: Culpa mortalis deletur per contritionem vt supra probatum est: sed cuius est delere causam, eius etiam est delere effectum necessario ei coniunctum: cum igitur pœna æterna, necessario sit adiuncta peccato mortali, vt effectus suæ causæ sequitur; quod si culpa deletur per contritionem, etiam pœna æterna deletur. Vnde dicit Alexander de Ales, vbi supra, quod licet dolor contritionis sit finitus, tamen contritio ipsa habet virtutem infinitam ex gratia gratum facientẽ, qua informatur, & ideo valet ad deletionem culpæ, & pœnæ æternæ, ac infinitæ. Ex quo etiam infertur, quod per contritionem fit ablatio pœnæ temporalis ad mutationem, & a fortiori, quia secũdum August. *quæcunque patimur, peccata nostra meruerunt.* Imo secundum Alex. vbi supra peccans mortaliter, non solum pœnam temporalẽ æternã, sed etiã pœnam redactionis ad nihilũ meretur, vnde cũ eo Deus agit misericorditer, ipsum nõ annihilans: iuxta illud Thren. 3. *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti:* Cum igitur vt patuit, per contritionem deleatur culpa, & tollatur pœna æterna, à fortiori p eam dẽ tolletur & temporalis; Nã plus acceptat Deus interiorem cordis affectum, quam exteriorem actum: Sed per actus exteriores pœnitentiæ absoluitur homo ab omni pœna temporali. Ergo multo magis per affectum interiorem, i. contritionis, quando fuerit magna, & cum dolore sensibili, & actualiter frequẽtata, vt ait Alex. vbi supra. Quæ quidem contritio secundum eundem doctorem, posset esse tanta, quòd remitti faceret totam pœnam temporalem. Et propter hoc inquit Glossa, in c. mensuram. de pœ. di. 1. quod tantam cõtritionem posset sacerdos perpendere in homi-

Digitized by Google

homine, quòd nullam satisfactionem exteriorem ipsi imponeret. Vnde sciendum secundum Alexand. vbi supra, & Petrum de Palude, & Thom. in 4. distinct. 17. & alios Theologos ibidem, vt etiam habetur in summa confessorum, lib. 3. tit. 34. quæst. 28. quòd aliquis posset habere tantam cõtritionẽ de peccatis suis, quòd Deus parceret sibi omnem pœnam quam moreretur in purgatorio portare, ita quod si moreretur sic contritus habens propositum confitendi, iret recto tramite ad Paradisum. Et hoc tenet Arch. in c. qui bona. 17. quæstione 1. in sua magna additione. Recitat etiam Cæsarius, quòd prædicante quodam sacerdote de peccatis, & pœnis inferni, quædam mulier simplex exclamauit ad eum di. Domine, quid fiet de cõcubinis sacerdotum? Ille vero cognoscens ipsam esse simplicem, respondit: Nunquam saluabuntur, nisi clibanum ardentem ingrediantur. Audiẽs autem hoc mulier illa, quæ & ipsa erat concubina sacerdotis, nõ in ioco accepit verba ipsius. Vnde cum quadam die doleret de peccatis suis, accenso clibano, cum magno dolore, & contritione suorum peccatorum ingressa est flammas clibani, nullo ibi tunc præsente, clausoque ostio statim mortua est. Post hæc visa est à multis prope locum astantibus, de ore ipsius clibani ascendere columba alba ad cœlum. Stupefacti vero de visione venerunt ad clibanum, & inuenerunt fœminam mortuam, quam extraxerunt de flammis, & tanquam sui corporis interfectricem extra sacrum sepelierunt. Volens autem Deus ostendere mortem illam non ex malitia, sed ex obseruantia fuisse, candelis ardentibus ipsius tumulum illustrauit. Multis hoc miraculum videntibus, volens ostendere, quòd contritio cum obseruantia prædicatoris sibi valuit ad salutem. Nam statim recto tramite ad cœlum perrexit. Recitat quoque prædictus Cæsarius, quòd Parisius quidam scholaris habens enormia, & horribilia peccata, cum Priori sancti Vitalis vellet confiteri, tanta fuit in corde ipsius contritio, & suspiria in pectore, ac singultus in gutture, & in oculis lachrymæ, vt vox deficeret, nec aliquid proferre posset. Dicente ergo ei Priore prædicto, vade, & scribe peccata tua. Ille scripsit, & redijt, & cum non posset voce proferre, schedulam illam scriptam dedit Priori, in qua erant descripta peccata tam grauia, quòd de licentia ipsius scholaris dictus prior ad habendum consilium illam Abbati ostendit. Quam ipse Abbas respiciens, & nihil in ea scriptum reperiens dixit Priori: Quid possum hic legere, cum nihil scriptum sit? Quod videns prior stupens dixit Abbati. Scias pro certo illum iuuenem sua peccata in hac schedula scripsisse, & me illa legisse. Sed vt video, misericors Deus contritionem suam aspexit. Tunc Abbas, & prior iuueni dixerunt. Confide fili, quia Deus tibi omnia peccata ei dimisit. Et cum restituissent sibi chartam albam in signum dimissionis peccatorum, ipse cum magno gaudio recessit ab eis, lachrymæ enim veræ contritionis mundauerant animam eius ab omnibus peccatis, & serenam fecerant eam. Ait enim Chrysost. super Lucam. *Sicut vbi vehemens imber prorumpit, fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet tranquillitas, & perit caligo reatuum.* Et ideo de Magdalena inquit Gregor. super Lucam: *Quia turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordiæ cucurrit.* Lachryma igitur est fons diuinæ misericordiæ, peccatum extinguẽs, & infernale incendium, vt patet de pœ. di. 1. capitulo, porro. Vnde legitur in vitis patrũ, quòd beatus Arsenius fuit rogatus à fratribus simul congregatis, vt diceret eis aliquod verbum ædificationis. Qui fleuit, di. *Producant oculi vestri lachrymas, & comburant corpora vestra, ne in æternum comburantur.* Item ibidem dicitur, quòd senex quidam flebat inconsolabiliter dicens, se audisse voces innumerabiles frequenter dicentes, Væ nobis, quia non fleuimus. Prædicta etiam de remissione peccati quo ad culpam, & pœnam virtute cõtritionis probãtur,

Exemplum de quadam muliere cõtrita de peccatis.

Aliud exemplum.

Alio exemplo ostendi-tur remissio & culpæ per contritionem.

per

Digitized by Google

per aliud exemplũ, quod legitur de quodam sancto Eremita, qui intelligens sororem suam esse meretricem, perrexit ad eã conuertendam. Quod illa audiens, protinus iuit obuiam fratri, & ab eo conuersa, & de peccatis suis contrita, sequebatur illum ad eremum, vt faceret pœnitentiam, in via autem cor ipsius præ dolore, & contritione peccatorum scissum est. Vnde illi eremitæ reuelatũ fuit à Deo, quòd ad vitam peruenerat sempiternam, virtute contritionis ab omni macula, & pœna purgata. Recitat quoque Iacobus de Vitriaco, quòd fuit quædam iuuencula, quæ cum patre suo peccabat. Mater verò hoc sciens, filiam dure redarguebat. Quapropter illa indignata matrem interfecit. Sed postquam pater hoc malum sciuit, filiam odio habuit. Quod illa cognoscens patrem dormientem suffocauit. Et postmodum publica meretrix est effecta. Accidit autem quadam die, quòd quidã seruus Dei ipsa præsente locutus est valde profunde de misericordia Dei, ostẽdens eam esse maximam, & infinitam. Facto vero sermone, illa iuit cum magna contritione ad ipsum prædicatorem, & quæsiuit ab eo di. Est ne misericordia Dei tanta, quantum prædicasti hodie? Cui ille: Est etiam multo maior, quàm dici possit. Tunc illa iam contrita inquit: Audite confessionem meam, & date mihi pœnitentiam, quia si verum est quod dicitur, adhuc confido de misericordia Dei: ille autem dixit ei. Expectetis quousque post prandiũ prædicauero, & tunc vestram confessionem audiam, & pœnitentiam vobis dabo. Illa vero inquit: Domine vt video, vos desperatis de salute mea? Cui ille respondit, Non despero, sed lætor. Ex nunc vobis pro pœnitentia iniungo, vt tantum expectetis. Prædicante igitur eo, ipsa iuuenis interim de peccatis suis tantum dolere cœpit, quòd cor eius præ dolore diuisum est, & sic emisit spiritum. Quapropter ille prædicator fecit populum orare pro ea. Dum vero omnes orarent, audierunt vocem de cœlo dicentem. Nolite orare pro illa, quia propter contritionem suam magnam, quam habuit, est in cœlo, & pro vobis orare potest; & non indiget orationibus vestris. Ea propter de DEO dicitur Iudith 8. *Indulgentiam eius cum lachrymis postulemus.*

Aliud exemplum.

TErtia vtilitas cõtritionis dicitur cõtribulationis. Nam diabolum conterit cum suis tentationibus, & in profundum inferni demergit. Vnde contrito dici potest illud Psalmistæ: *Contribulasti capita draconum in aquis.* Dracones enim, id est, dæmones habẽt septem capita, id est septem mortalium peccatorum tentamẽta. Ipsi quoque diabolo dici potest de anima contrita illud Genesis. 3. *Ipsa conteret caput tuum.* Quarta vtilitas dicitur potationis. Ipsa enim aqua lachrymarum potum tribuit Domino nostro Iesu Christo, quem ipse appetit, vt ex verbis thematis nostri patet. Homo namque diu itinere fatigatus, libenter declinat ad potum, nec potest quicquam pro tunc delectabilius sibi propinari. Christus verò continue discurrit per corda hominum, & conscientias fidelium arguendo, inspirando, & sustinendo, ne deficiant. Vnde quodammodo loquendo fatigatus ex tali labore, sitit salutem nostram. Non potest autem ei in siti sua aliquid dulcius, & delectabilius propinari, lachryma compunctionis. Ait enim Ber. *Dulciores sunt lachrymæ pœnitentium delicijs regum.* Nam illis inebriatus Christus ad miserendum inclinatur, atque animæ copulatur. Vnde talis contritus potest ei dicere illud Esa. 16. *Inebriabo te lachryma mea.* Et prædicta possunt probari per figuram Genes. 24. Vbi puer Abrahæ cognouit Rebeccam debere esse vxorem Isaac filij domini sui ad hydriam, & ad propinationem aquæ. Et ideo ad aures eius appendit donaria multa, & facta est vxor Isaac. Per puerum enim Abrahæ significatur diuinus spiritus præuidens animam debere esse sponsam filio Dei, ad cor plenum lachrymarũ non solum pro eius passione, sed etiam ex contri-

3. Cõtritionis vtilitas

De 4. cõtritionis vtilitate.

Declaratur ad propositum illud Gen. 24. de puero Abrahæ cognoscente Rebeccam debere esse vxorem Isaac &c.

Digitized by Google

contritione ſuorum peccatorum,& compaſſione proximorum. Et ideo appendit ad aures eius donaria maxima, id eſt, cæleſtes conſolationes, Matth. 5. *Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.* Et efficitur ſpõſa Iſaac qui interpretatur riſus, quia copulatur Chriſto,qui eſt riſus,& gaudium omnium Angelorum. Et ſic patet quã precioſæ ſint lachrymæ pœnitẽtium in conſpectu Dei,& quam gratum ſibi propinãt poculum.Et non ſolùm ipſi,ſed etiam Angelis. Vnde contritus poteſt dicere Deo, & Angelis illud Can. 5. *Bibite amici mei,& inebriamini cariſſimi.* Gentes enim ſitientes, libenter vadunt, vbi credunt bene bibere. Nam inter omnes delectationes vitæ præſentis ſenſibiles,vna de maioribus eſt ſitibũdum bibere.Chriſtus autem,& Angeli eius multum ſitiunt lachrymas pœnitentium. Vnde ipſe Dominus ait Luc.15. *Gaudium eſt Angelis Dei in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Et ideo cum ingenti gaudio poſt peccatorẽ vadunt lachrymas portantem corde. Cuius figura habetur Luc.22.Vbi dicitur,quòd diſcipuli de mãdato Chriſti fuerunt poſt hominem portãtem amphoram aquæ. Et in domo illius parauerunt Paſcha Domino.Homo enim portans amphoram aquç,eſt peccator penitens,cor lachrymis plenũ ferens,quem ſequentes Angeli intrant eius hoſpitium, & parant Paſcha Domino, & ideo inquit Ber. ſuper Can. *Lachryme pœnitentium, vinum ſunt Angelorum, quia in ipſis eſt odor vitæ, ſapor gratiæ, guſtus indulgentiæ, ſanitas redeuntis, innocentiæ claritas, reconciliationis diuinæ iucunditas, atque ſuauitas conſcientiæ.* Quinta vtilitas dicitur inebriationis,& denudationis. Lachryma enim compunctionis eſt potus cæleſtis inebrians animam peccatoris amore diuino. De quo potu ait Propheta Deo.Pſalm.79. *Potum dabis nobis in lachrymis in menſura,*& Pſalm.59.*Potaſti nos vino compunctionis.* Sicut autem ebrius non erubeſcit denudare ſe:(vnde Gen.9 dicitur de Noe: *Inebriatus eſt,& nudatus.*) Ita ille qui eſt vere contritus, & conſequẽter diuino amore ebrius, non erubeſcit denudare peccata ſua per confeſſionem. Vt enim dicitur Prouerb.31. *Nullum eſt ſecretum, vbi regnat ebrius.* Et ideo Thren.4.dicitur animæ peccatrici. *Inebriaberis,atque nudaberis.* De hac etiam vtilitate,& de multis alijs tangens Anſelmus,in lib.meditationum,ait: *O pœnitentiæ lachryma rutilantior auro, & ſplendidior Sole, tu reſpuis auaritiam, extinguis luxuriam, fugas furorem, firmas amorem, odiſti malitiam, & cogis peccatorem omnia peccata confiteri.* Sexta vtilitas dicitur ſeminationis ſiue meſſionis. De qua tangens Dauid Propheta Pſal. 125. inquit: *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos,* ſcilicet diuinarum gratiarum & donorum Spiritus ſancti.Septima vtilitas dicitur vnctionis. Lachryma enim contritionis eſt quaſi quoddam oleum ſuauiſſimum quo vngitur Chriſtus. Vnde de peccatore ſua peccata deplorãte,poteſt dici illud.1.Reg.10. *Tulit lenticulam olei,& effudit ſuper caput eius.* Ioannis quoque 12. de pœnitente Magdalena, quæ vnxit pedes Ieſu,dicitur,quod domus repleta eſt ex odore ſui vnguenti. Quia odore vnguenti, ſiue olei lachrymarum, repletur tota cęleſtis ciuitas.Sicut ergo oleum eſt multum dilatatiuum. Nam parua olei gutta cadens ſuper pannum,circumquaq; multum dilatatur. Item eſt valde penetratiuum. Quia cadẽs calidum ſuper poros carnis ſubintrat, & accedit vſque ad neruos, à quibus remotis indignationib. ex frigiditate cauſatis,mẽbra prius motibus priuata, recipiunt motum,& operationem priſtinam. Et quanto oleum de amariori materia efficitur, tãto efficacius ſubintrat, & habet mollificare membra eneruata. Ita oleum contritionis,id eſt, lachryma ex compunctione emiſſa. Licet interdum videatur eſſe modicum quid, tamen multũ dilatatur in conſpectũ Dei. Et manus Domini, quæ ex noſtræ culpæ frigiditate extendi prohibẽtur ad largiendum indulgentiam, vncta huiuſmodi oleo miteſcunt,& recipiunt priſtinam ac propriam operationem, quæ eſt miſereri ſemper,& parcere,& ſe extendunt ad bene faciendum.Deus enim porrigit ma-

Declaratur illud Luce 22.de diſcipulis euntibus poſt hominem portãtem amphoram aquæ ex mãdato Chriſti.

5. Contritionis vtilitas quæ ſit.

De 6. Contritionis vtilitate.

7. Vtilitas contritionis quæ ſit.

Similitudo inter Deum & contritionem.

nus suas adiutrices hominibus contritis. Et ideo Daniel Propheta dicebat, sui libri capit. tert. *In animo contrito, & Spiritu humilitatis suscipiamur.* Et cum manu Domini tangitur cor ipsius pœnitentis, & contriti, totũ dulcedine, ac suauitate quodammodo liquescit: vnde Dauid Propheta taliter tactus dicebat: Psalm. 21. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens,* & Prouerb. 14. ait Salomon: *Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Sed notandum, quod quanto lachrymæ de amariori corde progrediuntur, tanto reddunt manum Christi ad largiendum gratiam & consolationem magis promptam, iuxta illud quod ei inquit psalmista: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Igitur oleum lachrymarum diffusiuum est diuinarum gratiarum, & mitigat furorem Dei, & à periculis mortis liberat corpus, & animam. Cuius figura habetur. 4. Reg. 4. vbi legitur, quod quædam vidua clamauit ad Heliseum dic. *Ecce Domine, vir meus, qui fuit seruus tuus, mortuus est. Et venit creditor, & vult duos filios meos vendere, vt sibi satisfaciat. Et sic orbata ero filijs, vt fuam viro. Et ait illi Helisæus. Habes ne aliquid in domo tua? Quæ respondit. Nihil nisi modicum olei in lecytho quo vngar. Vade, inquit Helisæus, & mutuo accipe aliqua vasa à conuicinis, & claude te in domo, & effunde oleum quod habes in illis vasis. Quod illa fecit, & impleta sunt omnia vasa oleo. Vnde ad præceptum prophetæ vendidit oleum, & redemit filios, & de precij residuo habuit mulier cum filijs vnde viueret.* Spiritualiter enim hæc mulier destituta viro, est persona præuenta peccato, quæ priuata vsu liberi arbitrij obligatur diabolo per peccati debitum. Nec remanet in domo sua quicquam virtutis, vnde viuere possit vita spirituali, quia totum creditor diabolus surripit: vnde Beda, in quodam sermone, ait: *Cum quis mortaliter peccat, omnia bona, quæ fecerat, in os diaboli iactat, eius seruus efficitur, & ad pœnam se obligat sempiternam.* Exigit ergo creditor, vt vendatur vterque filius, scilicet corpus, & Spiritus. Vtrumque enim vult diabolus creditor ille qui nobis suas credit tentationes, & nos illi obligamur per consensum. Sed tunc recurrendum est ad Heliseum, id est, ad Christum, qui petit, an aliquid boni existat in anima nostra, per quod possit anima ipsa gratiam inuenire. Sed nihil est ibi, nisi modicum lachrymæ. Suadet ergo Christus, vt vasa vicini accipiantur, id est, plagæ eius, & vulnera, & peccator cum illis vasis claudatur intra cor suum, & modicas lachrymas quas habet effundat, quæ in tantum crescent, quòd pretiosæ erunt in conspectu Dei, & illarum pretio pro peccato satisfaciet, ac sibi gratiam comparabit, & ab insultante diabolo liberabitur. Octaua vtilitas dicitur cognitionis. Sicut enim proprietas est turturis, & columbæ, semper dare gemitum pro voce, & cantu. Et sic mutuo se cognoscunt masculus, & fœmina, atque ita suo modo loquuntur. Ita pœnitentis animę semper est dare gemitum, pro peccatis. Et hanc vocem per optime cognoscit, eius sponsus Christus, atque ipsam libenter audit, vnde inquit illud Can. 2. *Vox turturis audita est in terra nostra. Veni amica mea, sponsa mea, columba mea, &c.* Et hoc pro tanto, quia ipse Dominus Iesus nihil nouit negare animæ pœnitenti, & sua peccata lachrymanti, vt inquit Chrysostom. super Matth. Et ideo debemus lachrymabili voce clamare cũ psalmista, qui ait: *Laboraui in gemitu meo, &c.* Figura autem huius habetur Leuit. 12. Vbi legitur, quòd in sacrificio offerri debebat par turturum, aut duo pulli columbarum. Et illud præcipue erat sacrificium pauperum, qui non habebant facultatem emẽdi agnum, aut vitulum. Spiritualiter enim per par turturũ, aut columbarum, intelligitur par oculorum, scilicet cordis, & corporis, quod est sacrificium pauperum, id est, peccatorum, qui sunt omnibus virtutibus destituti. Et non possunt ex suis meritis Christum emere agnum Dei. Ioannis. 1. Qui tamen accedentes ad Deum, cum hoc duplici gemitu, largam ab ipso consequuntur indulgentiam. Vnde Cassiodorus super illud Psalmistæ: *Laboraui in gemitu meo*, sic ait: *Gemitus dicitur est gemino-*

Declaratur illud 4. Reg. 4. de vidua clamãte ad Heliseum.

8. *Contritionis vtilitas.*

Declaratur illud Leuit. 12. de eo quod in sacrificio offerri debebat par turturum, &c.

geminatum luctus, scilicet oculorum, & cordis, quem merito fideles appetunt, quoniam dolentes consolatur, pœnitentes emendat, diabolum fugat, & Christum reconciliat. O amaritudo dulcis, lachrymæ felices, salutaris afflictio, &c. Nona vtilitas dicitur sanationis. Contritio enim est optima medicina, sanans vulnera peccatorum. Et ideo de DEO inquit Propheta Psalm. 146. *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* & Esa. 57. scriptum est: *Deus in sancto habitat, & cum contrito & humili Spiritu, vt viuificet Spiritum humilium, & cor contritorum,* & 61. cap. eiusdem libri, *Spiritus Domini ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam.* Decima vtilitas, dicitur deficcationis, sicut enim tempore magni æstus, cito deficcantur aquæ, etiam si magna inundatio aquarum præcesserit. (Tanta enim est vis caloris desuper, vt aquas congregatas cito consumat.) Ita tempore fluxus lachrymarum, quæ effunduntur ex peccati amaritudine, adueniente calore diuini amoris, per indulgentiam, anima sic madefacta lachrymis tergitur, recipiens diuinas consolationes. Apocal. 7. *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Vnde tunc verificatur illud Iosue 2. *Deficcauit Dominus aquas maris*, id est, amaricati cordis. Figura autem huius habetur, 3. Reg. 18. vbi legitur, quòd Helias constructo altari, & appositio sacrificio, appositisque lignis, tribus vicibus aquam infudit. Et fuit tam magna quantitas aquæ, vt repleretur ex ipsa, vna magna fouea. Et sic coram populi multitudine, inuocato auxilio Domini, statim descendit ignis, & consumpsit omnia, & adeo aquam deficcauit, vt ibi nullum aquæ vestigium videretur. Spiritualiter enim per Heliam significatur Christi fidelis, qui per patientiam in aduersis, & tribulationibus, ac tentationibus, seipsum Deo sacrificium facit. Et effundit triplex genus lachrymarum, scilicet ex desiderio cælestis regni, ex timore infernalis supplicij, & ex recordatione sui peccati. Clamat igitur pro Christi auxilio, corde compuncto. Et illud sacrificium acceptans Deus, mittit Spiritus sancti gratiam de cœlis, excludentem omnes tentationes, & afflictiones, ac pœnas, & conferentem Spirituales consolationes. Vnde Bernardus, in sermone de contemptu mundi, ait: *Felices lachrymæ, quas benigna manus conditoris abstergit; & beati oculi, qui potius eligunt liquefieri, & affligi, quàm elevari in superbia, quàm omne sublime videre, & quàm auaritiæ, & petulantiæ famulari.* Vndecima vtilitas dicitur liberationis, siue destructionis. Consueuerunt enim obsidentes ciuitatem, iuxta eam castrum ligneum erigere, aliquando æquæ magnitudinis, & altioris, quàm sint muri ipsius ciuitatis. Et tunc ciuitas non est in tuto, quia in talibus castris sunt sagittarij, proijcientes sagittas in ciuitatem. Et etiam ex ipso castro possunt projjcere ignem, & multa alia offendicula in dictam ciuitatem, quibus posset perdi. Summum tamen remedium est, vt secreta aqua ducatur per subterraneos meatus ad locum, vbi illud batifolium est erectum, quia cùm non habeat fundamentum firmum, impetu aquarum diruetur, & sic liberabitur ipsa ciuitas, non habentibus hostibus locum, vbi possint se tueri. Et similiter diabolus cupiens expugnare animam nostram, erigit contra nos batifolium cogitationum malarum, etiam ibi collocat suos expugnatores, scilicet superbiam, auaritiam, inuidiam, & alia vitia. Et in tantum erigitur aliquando contra nos, quod anima nostra non est in tuto, quia per sagittas ignitas cupiditatis, aliquando sagittatur anima, aliquando per immunditiam carnalitatis, & aliquando per lapides iræ & cætera. Quæ quidem si per consensum feriant voluntatem, ciuitas animæ perdita est. Summum ergo remedium est, clam per oculos cordis, lachrymarum flumen emittere, quod si attinget ad castrum illud diabolicum, diruet ipsum. Et capietur ibi diabolus, in cisterna sua, & confundetur. Figura autem huius habetur Naum. secund vbi vidit Propheta ædificium erectum ad modum templi, & apertæ sunt

9. Contritionis vtilitas.

De 10. vtilitate contritionis.

Illud 3. Reg. 18. declaratur, de Helia tribus vicibus infudente aquam, &c.

Illud Nah. 2. de Prophet

Vndecima cõtritionis vtilitas.

Digitized by Google

ta videntes ædificiũ ruinam, &c. declaratur.

portæ fluuiorum, & templum statim diruptum est, & miles ibi assistens captiuus ductus est. Spiritualiter enim per illud ædificium, significatur congregatio tentationum, quam studet diabolus erigere iuxta cor nostrum, vt ibi moretur cum exercitu vitiorum, & capiat animam per consensum. Sed si fluuium lachrymarum mittamus, munitiones eius, & ipsum sub laqueo captiuamus. Exemplum autem habemus de Magdalena, cõtra quam diabolus construxerat propugnaculum magnum, ipsa tamen lachrymando destruxit omnia dæmonis offendicula. Et ideo inquit Cyprianus in lib. de agẽda pœnitentia: *Abstergе lachrymis tuas cicatrices, sicut peccatum mulier illa in Euangelio, & fœtorem sui erroris abstersit. Sic enim culpam suam diluit, quod omnibus qui volunt veniam promereri, magisterium præstruit.* Duodecima vtilitas dicitur lætificationis, siue consolationis. Contritio enim multum lætificat, & iucundam facit animam. Vnde de fluuio lachrymarũ ex compunctione emissarum, dici potest illud Psalm 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Per ipsam enim contritionẽ sanctificatur anima peccatoris. Et ideo ibidem subdit psalmista: *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Sanctificatio vero animæ, eam facit hilarem, lætam, & serenam 2. ad Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Sicut autem nubes aliquãdo ex materia amara generantur, vt patet de vaporibus eleuatis, & in nubes condensatis: & tamen virtute cælesti in pluuiam redactæ, sunt dulcissimæ, ac terrã fœcundant. Ita cor peccatoris, quod amarissimũ est amaritudine peccati: Vnde comparatur mari. Esa. 57. *Cor impij, quasi mare feruens,* quod quiescere non potest, interdum virtute radij solaris, id est, diuinæ gratię eleuatis vaporibus, id est, considerationibus peccatorum suorum, generat nubes doloris, & contritionis, quę in dulcissimam pluuiam lachrymarum redactæ, fœcundant agrum animæ, vt producat fructus operationis bonæ, Deo acceptos, & gratos. Ipse enim Deus oculo gratiositatis suæ semper intuetur cor contritum, & opera ipsius pœnitentis vere cõtriti. Vnde Esa. vlt. inquit: *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu?* Figura autem prædictorum habetur 3. Reg. 18. vbi dicitur, quod nubecula parua ascendebat de mari, & ecce cœli cõtenebrati sunt, & facta est pluuia grandis, sine qua fuerat terra multo tempore, propter quod fuerat esuries magna. Spiritualiter enim nubecula de mari ascendit, quãdo compunctio de peccatis consurgit. Et contenebrantur cœli, id est, animæ virtutes, cælestibus similes, scilicet memoria, intelligentia, & voluntas, contristantur. Tunc autem conuertitur in pluuiam nubes eleuata. quando contritio de corde, vsq; ad oculos perueniens, resoluitur in lachrymas. Et per ipsam pluuiam lachrymarum fœcundatur anima virtutibus, & bonis operibus quæ sterilis steterat diebus multis, quibus fuerat bonis operib. priuata, & consequenter remanet dulcedine, & consolatione plena. Vnde Bernard. in meditationibus suis, alloquẽs Dominum Iesum ait: *Ecce me miserum multis mœroribus plenum, dum vitam meam timeo, dum peccata mea considero, dum iudicium tuum formido, dum horam mortis cogito. Dumq; hæc & alia mecum pertracto lachrymans. Tu consolaturus ades solita pietate. Et inter has querelas, nimicsque ploratus, atque profunda suspiria cordis, assumis mœstam, atq; anxiam animam meam. Et mentem super alta montium deducens, loca inter pascua Paradisi, quib. refocillatus diuitijs, & miseriarum oblitus, in te vera pace requiesco:* hæc ille.

Illud 3. Re. 18. declaratur de nubecula parua, &c.

De 12. contritionis vtilitate.

PRO conclusione autem huius sermonis est sciendum, secundum sanctum Bernardinum, in quodam sermone de cõtritione, quod aliquis potest habere triplicem contritionem. Prima dicitur sufficiens, & est illa quam habẽt illi, quibus omnia peccata sua displicent, habentes propositum nunquam illa committendi & tempore suo ipsa confitendi, ac satisfaciendi, & bene viuendi, & ista contritio est necessaria ad salutẽ, vt supra probatum est prima parte. Secunda contritio dicitur eminẽs, & hanc contritionem habent illi, qui non solùm habent displicentiam

Triplicem põt habere quis contritionem.

Digitized by Google

centiam de peccatis, in ratione & voluntate, ſed inſuper recipiunt, & in ſenſualitate quãdam paſſionem, & actualem pœnam, quæ procedit ab ipſa affectione: talis autem pœna & dolor, non eſt neceſſarius ad ſalutem, quia non eſt in poteſtate hominis, ſemper illum habere. Igitur quòd homo magis ſenſibiliter doleat de peccatis ſuis, quàm de amiſſione dilectiſſimi filij ſui, vel totius ſubſtantiæ ſuæ, libertatis, ſanitatis, & propriæ vitæ, ac omnium temporalium bonorum, hoc eſt congruum, & perfectionis, non autem obligationis. Si quis autem hoc habeat, dicitur habere eminentem contritionem, ad quam hortatur. Hiere. 6. c. di. *Luctum vnigeniti, fac tibi luctum amarum.* Tertia contritio, dicitur ſuperabundans, & exuperans, & hanc contritionem habent illi, qui ex charitate, non leuem, ſed maximam habent in ratione diſplicentiam de peccatis, & in corde ſentiunt dolorem maximum propter Deum. Et talis contritio, his duobus modis præcedentibus, adeò poteſt intendi, & augeri, quòd omnis pœna quam homo meretur pro peccatis in præſenti ſeculo, vel in futuro. ei plenariè remittitur à Deo, & ideò dicit Hieronymus, in quodam ſermone: *Sola lachryma cordis, extinguit ignem infernalem, quem tota aqua non extingueret Oceani*, & Bernardus in ſententijs ſuis, dicit: *O humilis lachryma, tuum eſt regnum, tua eſt potentia, ante conſpectum iudicis, non vereris accedere ſola. Si intraueris, quicquid petieris obtinebis; accuſantibus ſilentium imponis, magis crucias diabolum, quàm gehenna, de ore principis ſententiam rapis. Quid plura? vincis inuincibilem, & ſuperas omnipotentem*: hæc ille. Exemplum habemus in Magdalena. Luc. 17. de qua prius Dominus ait: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Ecce remiſſio culpæ, ex charitate proueniens, quæ in ratione diſplicentiam generauit, quia vt dicitur 1. Petri 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Deinde iterum ait: *Remittuntur tibi peccata tua*, bis replicans *remittuntur*, vt in primo indicet remiſſionem culpæ, in ſecundo verò, vt oſtendat plenariam remiſſionem omnis pœnæ. Vnde in fine concluſit. *Vade in pace.* Idem quoque contigit de latrone, cui Lucæ 23. Dominus ait: *Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiſo.* ſ. eo quòd ſis purgatus per contritionem ab omni culpa & pœna, & hoc exemplum allegat B. Thom in 4. diſt. 17. ar. 5. q. 2. c per quod. Probatur etiam quòd per contritionem, homo acquirit gratiam Dei, & gloriam. & poſſumus etiam probare ſic: Homo abſolutus ab omni culpa, & pœna moriens, ad cœlum mox euolat, eò quòd in tali, nullum obſtaculum reperitur. Sed per contritionem perfectam homo recipit, non ſolùm Dei gratiam, ſed etiam remiſſionem omnis culpæ, & pœnæ. Ergò contritio animam facit euolare ad regna cœleſtia: Cuius contritionis virtutem, etiam nobis ille concedat, qui ſine fine viuit, & regnat. Amen.

SABBATO POST TERTIAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE CONFESSIONIS obligatione, & diſpenſatione.

SERMO XXXII.

VADE *& amplius noli peccare.* Io. 8. c. & in epiſtola occurrentis feriæ. Sciendum eſt, ſecundùm Tho. in 4. di. 17. & omnes Theolo. ibidem, vt etiam habetur in ſumma confeſſ. libr. 3. ti. 34. q. 30. quòd confeſſio conuenientiſſime diffinitur ſic ab Auguſt. *Confeſſio eſt per quam morbus diffinitio. latens ſpe venie aperitur.* Greg. quoque in qua- *Cõfeſſionis*

Digitized by Google

dam homil. super Luc. ait: *Confessio est quædam rerum aperitio, quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente.* Ray. autem in summa in ti. de pœ. §. 2. diffinit eam di. *Confessio est coram sacerdote legitima propriorum peccatorum declaratio*, & subdit, quòd confessio dicitur, quasi simul & ex toto, vel vndique fassio. Nam ille confitetur, qui totum fatetur: glossa verò Guliel. super verbo vndique dicit, id est de omnibus peccatis, quæ occurrunt memoriæ, & de circumstantijs eorundem aggrauantibus, in aliud genus peccati.

Triplici de causa fuit posita confessio.

SI autem quæratur, quare institura fuit confessio. Respondit Alexand. de Ales in 4. parte summæ, in tract. de confessione, quòd rationabiliter fuit ordinata, maximè propter tria. Primò, vt fiat discretio gregis Dominici, ne lupi ascenderent to gregem qui manducarent agnos, idcò institutum est, vt vultus conscientiarum suarum, omnes fideles ostenderent suis sacerdotibus, ne hæretici innocentiam palliarent, & lupi sub pelle ouina se abscónderent: Ideo præcipitur cuilibet prælato. Prouerb. 27. *Dirigen ergnosce vultum pecoris tui, & greges tuos considera.* Secunda ratio fuit sacræ communionis receptio, quia omnes tenentur in Pascha communicare, tam perfecti, quam imperfecti. Et ideò vt cum maiori reuerentia, & deuotione manducent agnum paschalem, ordinatum est, vt omnes per confessionem purgentur, & mundent animas suas, ne indigni ad sacrum Sacramentum accedentes, iudicium sibi æternæ dãnationis mãducent 1. Co. 3. Tertia ratio fuit Dei nostri glorificatio. Quilibet enim tenetur Deum glorificare, & honorare, atque recognoscere bona, quæ habet ab ipso. Cùm ergò non sit homo, qui non peccet. 3. Reg. 8. & per consequens, non indigeat gratia Dei; ideò quilibet tenetur confiteri se peccatorem, in quo glorificat Deum, ostendens se illius gratia, & misericordia indigere. Vnde quilibet confessor dicere potest peccatori illud Iosue 7. *Da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi, quid fecerit.* Quicunque enim intrè Christi Vicarium contritus accedit, atque peccata sua confitetur, ex parte omnipotentis Dei audit verba proposita, Leuitic. 5. *vide, & noli amplius peccare.* Super quibus verbis, duas considerationes faciemus de confessione. Prima dicetur obligationis. Secunda dispensationis.

2. Ratio de confessionis institutione.

3. Ratio.

Sermonis intentio, ac diuisio.

PARS PRIMA, IN qua declaratur, qualiter confessio est de necessitate salutis, ad quam obligamur lege naturali, & Mosaica, prophetica, & Euangelica; Apostolica, & Canonica.

SCiendum, secundùm sententiam Richard. ac beati Thom. & Petri de Palu. sancti quoque Bona. & omnium Theo. in 4. di. 17. vt etiam habetur in su. c. libro & ti. q. 31. & 32. & secundùm Ray. in summa, in ti. de pœ. §. supradicto. quòd confessio est de necessitate salutis in eo, qui in peccatum actuale, mortale cecidit, & in aliquo casu in eo qui solùm veniale fecit, videlicet in Pascha eo modo, quo infrà declarabitur. Debetis autem scire secundùm sententiam Alex. de Ales, in 4. parte summæ, in tract. de confess. ar. 3. & Rich. in 4. dist. 17. ar. 2. quæst. 3. & sancti Bonauenturæ ibidem par. 2. ar. 1. q. 1. quod in lege naturæ, necessaria erat confessio, non vocalis, siue sacramentalis, quoniam in confessione vocali & sacramentali, tamquam in ordinato iudicio, oportet alium esse reum, & alium iudicem, & oportet quòd reus sit pœnitẽs, qui vellet in spontaneo iudicio sponte peccata sua confiteri. Sed iudex principalis esse non potest, nisi qui valeat absoluere, & ligare. Et ideò iudicium confessionis, soli Deo competit, quia principaliter solus potest peccata relaxare. Quia igitur tempore legis naturæ, creator noster erat tantùm Deus, & non adhuc homo, & non dederat

Confessio est de necessitate salutis in habente peccatũ mortale.

In lege naturæ quæ cõfessio necessaria erat.

Digitized by Google

rat alicui auctoritatem abſoluendi in foro ſacramentali, ideò non erat neceſſaria confeſſio vocalis, & ſacramẽtalis, ſed tantummodò mentalis, & occulta, quæ fiebat ſoli Deo, cum contritione cordis, & diſplicentia. Vnde Auguſt. in 8. confeſſionum dicit: *Cùm malus ſum, nihil aliud eſt me confiteri Deo, quàm me mihi diſplicere.* Vnde ſuper illud Pſalm. 55. *Deus vitam meam annunciaui tibi*, ait glo. *Vitam Deo annuncias, qui peccata Deo confitetur, non Deum docens, ſed ſeipſum peccatorem agnoſcens, & damnans.*

De iure etiam naturæ cùm Deus exigebat in naturali lege, tenebatur quis ad vocalẽ confeſſionem.

DIcit tamen dominus Bona. vbi ſuprà, quod etiam de iure, & lege naturali, in caſu quis tenebatur ad confeſſionem vocalem, quando Deus illam exigebat, ſicut exegit ab Adam, Gen. 3. di. *Adam vbi es?* vbi gloſſ. inquit: *verba ſunt vocantis ad pœnitentiam, & ad confeſſionem inducentis.* Et ad Cain dixit Gen. 4. *vbi eſt Abel frater tuus?* de quibus dicitur de pœ. diſt. 1. §. denique, vt perſpicue appareat neminem ſine confeſſione à peccato mundari: Ab ipſius humani generis principio ſumamus exordium. peccato primæ transgreſſionis, primi parentes corrupti, à domino ſunt requiſiti de culpa, vt peccatum quod transgrediendo commiſerant, confitendo delerent. Serpens autem de culpa requiſitus non eſt, quia per confeſſionem non reuocabatur ad veniam. Cain quoque cum primæ prævaricationi, fratricidium addidiſſet, ſimiliter à Domino de culpa requiſitus eſt, ſed quia ſuperbus capiti ſuo peccatum ſuum confiteri noluit, indignus venia iudicatus eſt, vnde in deſperationis profundum merſus eſt, dum ait: *Mea iniquitas maior eſt, quàm vt veniam merear*, vagusque & profugus exijt à facie Dei, ſignificans eos qui peccatum ſuum confiteri diſſimulant, diuinæ miſerationis indignos haberi.

Hebræi lege Moſayca ad confeſſionem tenebantur.

SEcundò obligati ad confeſſionem fuerunt homines, lege Moſaica. Vnde ait Durandus noſter in ſumma, quòd tempore legis ſcriptæ, ipſe Deus magis innotuerat homini, & iam Pontificem conſtituerat in terra, & ideò homines mandauerunt confiteri vocaliter per ſacerdotem, generaliter tamen, & indiſtinctè per determinationem ſacrificiorum: Vnde dicitur Leui. 16. quòd *poſtquam ſacerdos, & pontifex mundauerit ſanctuarium, & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates, & vniuerſa delicta filiorum Iſrael.* & Leui. 26. dicitur: *Propter peccata ſua affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas, & malorũ ſuorum recordentur, quibus prævaricati ſunt in me, tũc orabunt pro iniquitatibus ſuis, & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum patribus eorum.* Numer. quoq; 5. ſcriptum eſt: *Vir, ſiue mulier cùm fecerit ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, confitebitur peccatum ſuum.*

TErtiò dico, quòd confeſſio eſt de lege prophetica, vnde dicit Dauid. Pſal. 27. *Ex voluntate mea confitebor illi.* & Pſal. 31. *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino*, & Prou. 28. dicit Salomon. *Qui abſconderit ſcelera ſua, non diligetur; qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.* & Eccle. 4. dicit Sapiens: *Presbytero humilia animam tuam.* & 17. iterum inquit: *Ante mortem confitere peccata tua*, & ibidem, *viuens, & ſanus confiteberis, & laudabis Dominum, & glorificaberis in miſerationibus illius.* & 2. Neemi. 9. dicitur: *Filij Iſrael confitebantur peccata ſua, & iniquitates ſuas quater in die, & quater in nocte, & adorabant Dominum Deum ſuum.* Item cum Ioſue 7. dixit Ioſue Achor, *Fili mi da gloriã Domino Deo tuo Iſrael, & confitere, &c.* Reſpondit ille: *Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael.* 1. quoq; Par. 16. habetur: *Confeſſio peccatorum, & magnificentia bonorum coram illo.* & Iob 10. c. ſui libri inquit: *Loquar in amaritudine animæ meæ, dimittã aduerſum me eloquium meum; dicam Deo, noli me condemnare.* & 30. c. eiuſdem lib. iterum dicit: *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & abſcondi iniquitatem meam, quis mihi tribuat auditorem?* & Eliæ 43. ſcriptum eſt: *Narra ſi quid debes, vt iuſtificeris*, & 52. eiuſdem libri: *Solue vincula colli tui, captiua ſi ia Sion*, ſcilicet in confeſſione. & 58. *Si abſtuleris de medio tui catenam*, ſcilicet per confeſſionem, *orietur in tenebris lux tua, & tenebræ*

tua

tæ erunt sicut meridies, & Threno. 2. cap. *Effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Dei*, scilicet per confessionem, & Oseæ 13. *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum eius, dolores parturientis venient ei*, & Oseæ 14. dicitur. *Reddemus vincula labiorum nostrorum.* 4. quoque Regum 5. cap. cuilibet peccatori dicitur. *Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.*

Confessio est instituta in lege Euangelica, & quare sit instituta multa assignantur rationes.

QVartò dico, quòd confessio est de lege Euangelica, atque diuina. Vnde est sciendum, secundùm sanctum Bonauen. in 4. dist. 17. ar. 1. quæst. 2. & Alex. de Ales in 4. parte summæ, in tract. de confessione, quòd confessio conuenienter est instituta in lege Euangelica, propter legis gratiæ perfectionem, quæ ad similitudinem legislatoris, id est Christi, ostendit humilitatem exercendam à subditis ipsius legis, iuxta illud Matt. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Maior autem est humilitas confiteri homini, quàm soli Deo. Vnde Hugo de S. Victore ait: *Plus facit qui seruo humiliatur propter Dominum, quàm qui ipsi Domino humiliatur, propterea confitemini alterutrum peccata vestra*, hæc ille. Item est instituta propter diuinam reconciliationem, quæ fieri debebat humano arbitrio mediante. Et ideò confessio fit huiusmodi, vt homo sit iudex, & arbiter inter peccatorem, & Deum. Arbiter autem talis debet esse, qui possit apponere manum in vtrunque. Talis verò esse non potuit, quousque Deus homo factus esset; Vnde Iob, quia talem mediatorem nõ videbat, dicebat, sui libri. 9. c. *Non est qui vtrunque valeat arguere, & manum suam ponere in ambobus.* Igitur homo deificatus datus est nobis mediator, & arbiter Christus, qui sacramentum confessionis instituit. Confessio enim, prout est sacramentum, non fuit in lege scripta veteri, nisi in figura, quando s. sacerdotibus data est auctoritas discernendi inter leprã, & nõ lepram, ac inter sanctum, & prophanũ. Licet autem Christus præceperit peccatorib. dicens. Matthæ. 4. *Pœnitentiam agite*, in quo intelligitur digna satisfactio pro peccato, quæ debet fieri arbitrio sacerdotis, ad quod requiritur necessario confessio, tamen expresse non reperitur in Euangelio, quod eis mandauerit dicens, confitemini, quod fecit, secundùm sanctum Bona. vbi suprà. q. 3. quia vt quidam dicunt, sufficit medico exponere medicinam ægroto. Quia igitur confessio sacramentalis, quæ est animæ medicina, debet esse voluntaria, & non coacta; ideò Dominus solùm etiam insinuauit, ipsam relinquens in voluntate ægrotantis. Et hoc est quod dicit Hugo de sancto Victo. in li. de sacra. *Medicus dixit, vt curarent, sed infirmis non dixit, vt ad medicos curandi causa conuenirent. Et hoc quia certum esse voluit, quòd ægroti libenter salutem quærerent, & se curandos offerrent, si medicos inuenirent.* hęc ille. Item quia confessio est iterabilis, & toties quoties quis confitetur legitime, accipit indulgentiam peccatorum, ideò non instituit causa expresse, ne ex eius verbis daretur peccatoribus materia recidiuandi, expresse autem præcepit de baptismo Ioannis. 3. quia non est iterabilis & tantum semel percipi potest. Possumus quoque dicere, quòd Christus Deus & homo, præcepit quòd homines confiterentur. Primo implicite, vt dicunt omnes Theologi, in 4. di. 27. maximè Ric. noster ibidem. ar. 2. q. 1. & hoc fuit, quando præcepit leproso mundato, dicens, Matt. 8. *Vade, ostende te sacerdotibus.* & idem habetur Luc. 17. Secundò hoc idem fecit explicite, quando discipulis dedit potestatem iudicandi in foro conscientiæ. Nã promisit Petro, se daturum huiusmodi potestatem, Matt. 16. di. *Tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Quam potestatem postea dedit illi expresse post resurrectionem suam dicens: *Pasce oues meas.* Ioan. 21. Similiter etiam dedit omnibus alijs Apostolis di. Ioan. 20. *Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Si ergò dedit hanc potestatem Petro, Apostolis, & discipulis: Ergò dedit, & omnibus suis succes-

Quare Christus in Euangelio non imperauit confessionẽ.

Christum implicite, & etiam explicite confessionem præcepit.

ſucceſſoribus, ſecundum Sco. & Richard. in 4. di. 17. Cùm ergò Papa ſit ſucceſſor Petri, Epiſcopi verò ſint ſucceſſores Apoſtolorum, cæteri verò ſacerdotes ſucceſſores ſint diſcipulorum, ſicut dicunt præfati Doctores, vbi ſuprà. & habetur. 21. di. c. in nouo & 68. di. cap. quorum vices, & extra, de ſacra. vn. cap. vnico. §. per frontis, & Hoſt. idem dicit, in tit, de temporibus ordinationum. §. 2. qualiter. Ergò omnibus ſacerdotibus, qui ſunt, & qui erunt, dedit Chriſtus poteſtatem abſoluendi. Sed ſpecialiter conceſſa eſt Petro, vt declararetur, quòd à ſummo Pontifice cæteri inferiores hanc auctoritatem recipiunt. Hinc eſt, quòd quamuis huiuſmodi auctoritas omnibus ſacerdotibus collata ſit, tamen non omnes ipſam exercere poſſunt, quia bonis reſpectibus ab Eccleſia eſt reſtricta. His præſuppoſitis concludo, quòd quilibet Chriſtianus ex præcepto diuino & Euãgelico, obligatur ad confeſſionem, & probatur per fundamentum, quod habetur in iure. Nam cui conceditur iuriſdictio, & poteſtas, etiam conceſſa intelligitur omnis res, ſine qua ipſa iuriſdictio, bene & congruè adimpleri non poteſt, vt habetur in c. præterea, extra. de offi. dele. & in l. 2. ff. de iuriſ. om. iudi. Facit ad hoc c. venerabilem, extra, de elect. Item cui conceditur principale, conceditur & acceſſorium, vt probatur per l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & ff. ſi vſus fruct. pe. l. 1. §. 1. & ff. de ſerui. ruſti. præ. l. 3. §. qui habet. & ff. de acqui. hære. l. illud. Patet hæc regula. Nam ſi princeps dat iuriſdictionem alicui ſententiandi malefactorem, ex conſequenti intelligitur dediſſe ei auctoritatem, & poteſtatem inueſtigandi, cognoſcendi de maleficijs eorum. Quo præſuppoſito concludo, quòd cùm Chriſtus dederit iuriſdictionem, & poteſtatem, ac auctoritatem plenariam Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, iudicandi in foro conſcientiæ peccata hominum. Et cùm fecerit eos iudices conſcientiarum, vt poſſint abſoluere, & ligare: Matth. 18. *Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis, &c.* ergò tenentur ipſi ſacerdotes, ſi debent iudicare, prius cognoſcere diligenter omnia crimina, & neceſſarias circumſtãtias peccatorum. Iudicantem enim oportet cuncta rimari. c. iudicantem. 30. q. 5. Sed clarum eſt, quòd peccata cõmuniter ſcire non poſſunt, niſi peccatores eis cõſcientias ſuas aperiant & reuelent, quia Eccleſia nõ iudicat de occultis, ſecundùm Scotum in 4. diſt. 15. ar. 1. q. 4. vt etiam habetur in c. ſicut, in fi. & c. tua nos, extra de ſimo. & extra, de ſenten. excommu. c. à nobis. el. 2. & 32. di. c. erubeſcant. & 32. q. 5. c. Chriſtiana; ergò neceſſe eſt, quòd peccatores reuelẽt ſacerdoti peccata ſua in iudicio ſacramentali, ſcilicet confeſſionis. Et per conſequens Chriſtus inſtituens ſacerdotes iudices animarum, ex conſequenti præcepit peccatoribus, vt eis crimina ſua reuelarent. Confirmantur hæc exemplo Lazari, quem reſuſcitatum tradidit diſcipulis ſoluendum. Ioan. 11. Vnde Auguſtin. in libr. de pœnitentia, & ponitur de pœniten. diſtin. 1. c. quem pœnitet, inquit: *Lazarum de monumento iam ſuſcitatum, obtulit Dominus diſcipulis ſoluendum, per hoc oſtendens poteſtatem abſoluendi, conceſſam ſacerdotibus.*

Quibus nã tradita ſit abſoluendi poteſtas.

QVintò dico, præceptum de confeſſione eſſe etiam de lege Apoſt. quòd habetur Iac. 5. vbi dicitur: *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Quæ verba exponens Rich. in 4. di. 17 dicit, quòd Apoſtolus innuit confeſſionem faciendam ſacerdoti, quia paulò antè hæc verba præmiſit: *Infirmatur quis ex vobis, inducat preſbyteros Eccleſiæ.* Et ibidem Richard. ait, quòd Apoſtolus intellexit confeſſionem eſſe neceſſariam ad ſalutem, quia concludit, *vt ſaluemini.* Similiter. 2. Petri 3. dicitur: *Satagite immaculati, & inuiolati inueniri in pace*, ſcilicet per confeſſionem, vt inquit gl. & 1. Ioan. 1. dicitur: *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis, & iuſtus eſt Deus, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos à peccato noſtro.* Dicit autem Scotus, in 4. diſt. 17. quòd Apoſtoli hoc præceptum nunquàm prædicaſſent, ſiue feciſſent, niſi illud expreſſe in mandatis à

Confeſſio eſt etiam de lege Apoſtolica.

Domino Iesu Christo habuissent. Dicit autem Hugo de sancto Vict. in libr. de sacramentis : *Ipsi medici, quia negligentes in sua curatione, egrotos inuenerunt eos, ad salutem quærendam, & admonitione sua excitauerunt, & præcepto astraxerunt.*

Confessio est de præcepto legis Canonicæ.

SExtò, & vltimò dico, quòd confessio est de præcepto legis Canonicæ. Vnde de pœni. di. 1. in c. vide, dicitur : *Quisquis es, qui qui conscius tibi es alicuius erroris, quanto tempore errasse te nosti, tanto tempore humilia teipsum ad Deum, & satisfacias ei in confessione pœnitentiæ,* & in c. Ecclesia. ea. di. dicitur : *Ecclesia Christi est non habens maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi. Qui ergò peccatorum aliqua sorde maculatus est, non potest de Ecclesia Christi appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile est autem, vt quomodo Ecclesia, quæ prius rugam habuit, & maculam, atque immanditiam, postea restituta est; ita peccator recurrat ad medicum, id est ad confessorem, quia non habent opus sani medico, sed malè habentes, vt curet vulnera ipsius, & fit de Ecclesia, quæ est corpus Christi,* & in capitulo secundo. ea. di. dicitur : *Secundo post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri* : Facit ad hoc c. Deus diffinitionem, & c. si peccatum, & c. quem pœnitet, & c. quomodo, ea. di. vnde. §. alij, econtrà dicit Ambrosius, quòd nemo potest iustificari à peccato, nisi illud cõfiteatur. Ambrosius etiam in quodã sermone Quadrag. & ponitur de pœni. di. 1. §. ecce alias. c. inquit scriptura, dicit : *Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris.* Quibus verbis ostenditur, quòd nunquam meretur iustificari, qui in vita sua noluit confiteri. Facit ad hoc c. si cui, e. di.

De cõfessionis integritate, quomodo nullum aliquod peccatum mortale in confessione dimittere debeat.

ET sciendum est, quòd ex his præceptis tenetur quilibet peccator confiteri omnia peccata sua mortalia. Vnde si scienter, vel vnum peccatum mortale dimitteret, aut circumstantiam necessariam, mortaliter peccaret contra præceptum, & confessio esset inutilis, & probatur hoc, fundamento philosophi in. 7. Physicorum dicentis : *Tot modis se habet vnum oppositorum ad reliquum, quot reliquum ad illud.* Patet regula. Nam si quis recedens ab vno loco ad alium, fecerit mille passus, secundùm vltimum potentiæ suę, certum est, quòd si vult retrocedere ad primum locum, à quo motus fuerat, necesse est quòd retrocedendo faciat etiam mille passus, secundùm vltimum potentiæ suæ. quòd si deficeret in vno solo passu, clarum est, quòd non attingeret ad priorem locum, à quo recesserat. Cùm igitur, vt inquit Aug. in quodam sermone : *Quot peccata quisque facit per consensum, tot passibus à Paradiso se elongat, & recedit*, necesse est, quòd volens redire ad Paradisum, retrocedat per cõfessionem, omnia peccata sua mortalia annullando, aliter si vnum solum dimittat, quod sibi non displiceat, non poterit ad patriam cœlestem pertingere. Ideò dicit Beda, in quodam sermone : *Quid prodest, quòd tota ciuitas custodiatur, & vnum foramen per quod hostes intrent relinquatur?* Aliam similitudinem possumus adducere. Nam ponamus, quòd homo habeat mille apostemata in corpore, & omnia faceret per medicinam curari, præter vnum, adhuc propter illud solum in intimis, & secretis partibus corporis occultatum, moreretur. Si verò educeretur sanies illius cum alijs, saneretur. Sic in proposito est de peccatore habente multa apostemata peccati mortalis. qui non sanatur, nisi omnia per confessionem detegat confessori. Vnde notandum est, secundùm B. Tho. in 4. di. 15. ar. 3. q. 3. & in 3 parte. q. 86. ar. 3. & S. Bona. in 4. di. 15. ar. 1. q. 2. & Richard. ibidem. ar. 1. q. 6. & Alexand. de Ales, in 4. parte summæ, in tract. de pœni. in generali, quod ad hoc vt pœnitentia sit vera, necesse est quòd sit integra de omnibus peccatis, nemine remanente. Nam *Dei perfecta sunt opera.* Deuter. 32. Sed perfectum est cui nihil deest. 3. Physicor. Cùm ergò remissio peccatorum sit opus misericordiæ diuinæ, ad perfectionem eius requiritur, quòd omnia simul remittat : vnde Augustin. in lib. de pœnitentia, ait : *Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus est, dimidiam sperare veniam.* Facit ad hoc de pœn. distin. 3. c. sunt plures, & c. pœnitentiam,

& de

& de pœ.dist.5.c.vltimo.vbi dicitur: *Falsam pœnitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de vno solo pœnitentia agitur, aut cùm sic agitur de vno, vt tamen non discedatur ab alio.* Et idem habetur in 4.sen.dist.15.c. penul.& in §.his auctoritatibus,de pœ.dist.3. & Confirmantur ista per ea,quæ habentur in c.maiores.extra de baptismo,vbi dicitur: *Dominus totum hominem salvum fecit in Sabbato,* vbi gloss.inquit:*Nihil reputatur actum,dum aliquid superest ad agendum.*7.quæst.1.c.nihil, & 38. dist.c.quæ ipsis. facit ad hoc quod sententia ex parte non potest valere, & ex parte sic.l.in hoc iudicio.ff. fami. her. Facit & ad hoc,de conuer.coniu.c.placet. glo. ar.etiam ad hoc, quia non valet aliquid fieri pro parte,nisi totum fiat. l. in causæ. ff.de procu. & l.3.ff. pro dere. & l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. & de confe. dist.2.c. comperimus. Nec liberatur pignus, si solùm pro parte debiti satisfiat,C.de distract.pigno. l. quamdiu. Et qui aliquid debet facere, non liberatur faciendo solùm pro parte. ff. de verbo obli.l.in executione.§ pro parte. Ex quibus concluditur, quòd peccator debet satisfacere Deo per confessionem de omnibus peccatis suis, vt enim ait Hieronym.de pœ.dist.1.c.conuertimini: *Solo peccato retento in confessione,diaboli fiat summus.* Et ad prædicta facit, quod dicitur in c.defi at.de reg.iu. l.quòd *in vno deficiens,factus est omnium reus.* Ideò August.de pœ. dist.5. c.consideret ait: *Caueat pœnitens, ne verecundia ductus,diuidat confessionem, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus reuelare,& vnum dicat vni, & aliud alteri,quia hoc est se laudare, & hypocrisim ostendere, & semper venia carere, ad quam frustra se sperat peruenire.* Et suprædicta omnia confirmantur per præceptum Inno.3. factum in Concilio generali, quod habetur de pœ.& remiss c. omnis vtriusque sexus dicens. *Omnis vtriusque sexus fidelis, cùm ad annos discretionis peruenerit,omnia sua solus peccata semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere.* Secundùm autem gloss & Doctores.quis dicitur habere annos discretionis communiter in septem annis, & quando est doli capax, & malitia supplet ætatem,extrà de delic.pue. c. pueris grandiusculis,quod est.1.c. Et sic omnes tales tenentur ad confessionem, sub pœna peccati mortalis. Vnde dicit Seraphicus Bonauen.in 4.di.17. parte 2. in quæst. circa literam.q.1.quod quicunque crederet,quòd confessio non est de necessitate salutis,talis est hæreticus, vnde dicit Richard.in 4.di.20.ar.1.q.1. in corpore quæstionis,quòd quinq; sunt essentialiter necessaria ad salutem. Primum, est efficax dolor de omnibus præteritis culpis. Secundum est firmum propositum cauendi ab omnibus peccatis mortalibus in futurum.Tertium est confessio, vera & integra, quando adest facultas confitendi. Quartum,est satisfactio iuxta posse. Quintum, quòd cætera grata Deo facit, est,quod ad hæc omnia moueamur principaliter amore Dei, & non propter timorem seruilem.

Quinque sunt ad salutem necessaria.

Quisnam teneatur ad confessionem.

QVod autem dimittentes aliquod peccatum sint in statu damnationis, audite duo terribilia exempla. Primum legitur in Chronicis fratrum Minorum, vbi habetur, quod cùm quidam confessor nostri ordinis transiret cum socio per quoddam castellum, contigit quòd quædam mulier diues,& vana, a prædicto cõfessore confiteretur. Cùm autem socius iuuenis columbinæ simplicitatis,in quodam angulo oraret, vidit ab illa domina se confitente, tot bufones ab eius ore egredi,quot peccata confitebatur,videbat insuper quẽdam bufonem alijs maiorem & horribiliorem procedere sæpissimè, vsque ad os,deinde retrocedere semper. Tandem vidit,quòd domina absolutione recepta à confessore,resuscepit in ore suo omnes bufones, per Ecclesiam saltantes, quos prius emiserat.Post igitur recessum illius dominæ,ille iuuenis simplex, confessori dixit:Pater mi,sic, & sic vidi. Qui confessor rei seriem intelligens, videlicet,quodquot bufones illa emiserat tot culpas mortales confessa fuerat, & quod maior bufo in ore retentus, significabat

Exemplis duobus ostenditur, quod dimittẽs aliquod peccatum mortale,est in statu damnationis.

aliquod graue peccatum, quòd illa præ verecundia confessa non fuerat. Statim iuit ad domum prædictæ dominæ, vt videret si blandis verbis, ab ea posset illud peccatum extrahere, sed inueniens eam mortuam,& à diabolo suffocatam statim iuit ad Ecclesiam, orauitque Dominum, vt illius mulieris sibi confessæ finem ei ostendere dignaretur.Quid plura? Ecce domina illa sibi apparuit valdè horribilis,quæ cùm esset catenis igneis circumligata, vlulato magno clamauit dicens: O me miseram,ô me infelicem, ô me deniq; æternaliter à diuina iustitia reprobatam.Ecce mi spiritualis pater, & confessor, quòd omnibus peccatis meis tibi confessis, vnum tantùm præ verecundia reseruaui,propter quod,nec illud, nec aliquod aliorũ à Deo est mihi remissum, & propter hoc ad æternum ignem à diuina iustitia meritò condemnata est. Aliud quoque exemplum simile legitur, sed vltrà prædicta dicitur, quòd ipsa mulier apparuit suo confessori super vnum draconem sedens, qui vndique flammam effundebat, habebatq; prædicta mulier pro capillis lacertas terribiles,eius cerebrum perforantes, & in auribus suis igneas fulguris sagittas, & in oculis singulis raspos ignem emittentes, & eam terribiliter cruciantes.Circa collum autem habebat duos serpentes, qui eius vbera, & pectus,ac ipsum collum dilacerabant. Ad manus verò habebat duos canes rabidos,eas rodentes. Cumque interrogata fuisset à confessore, quare taliter appareret,respondit: Iste draco, qui vndique flammam effundit, & me inflammat, & portat,est diabolus, qui me ne integre confiterer, induxit.Lacertas autem tam terribiles in capite patior, pro oroamẽtis capitis,& vanitatibus factis. Sagittas verò igneas in auribus, pro auditione detractionum, & verborum inhonestorum.Raspos autem ad oculos patior horribiliter me affligentes pro vanis, & luxuriosis aspectibus. Serpentes verò ad ad collum, & ad vbera,pro lasciuis amplexibus,& ostensione pectoris,ac mammillarum. Canes autem rabidos ad manus, pro tactibus impudicis. Et quia panem quem dare debebã pauperibus, dedi canibus. A quibus omnibus pœnis libera essem, si integraliter confessa fuissem. Quo exemplo patet, quòd Deus non remittit peccata,nisi simul fuerint omnia cõfessa.Aliud deniq; legitur exemplum,quòd vir quidam & vxor non valẽtes filium habere, votum fecerunt gloriosæ virgini, quòd si filium,vel filiã eis impetraret, ad eius seruitium illum alicui religioni manciparent. Quid plura? Concipitur filius, & sanus parturitur, qui cùm adultus esset, per parentes certior factus est, qualiter eum deuouerant Virgini gloriosæ, qui statim effectus est monachus, mater autem erat in eleemosynis faciendis præcipua. Eo tempore ex voto quodam,maritus cœpit peregrinari. Interim verò mater filium spurium peperit, quem statim præ verecundia occidit. Confitebatur pluries,& sæpiùs in anno Eucharistiam sumebat, nec tamen vnquam aufa est Christi Vicario in confessione adulterium perpetratum prodere. Tandem graui inimitate pressa, à conscientia fortiter stimulata, quòd adulterium reuelaret, decreuit potiùs mori sine peccati reuelatione, quam talem ruborem in confessione suscipere,& sic mortua est. Quod sentiẽs filius,cœpit missas beati Gregorii.pro matre celebrare, quo celebrãte,apparuit coràm eo quoddam valdè terribile super altari, quo viso, ille in virtute sanguinis Christi coniurauit illud, vt sibi diceret quid esset. Tunc mater iure illius monachi eiulando clamauit:O fili mi, ego sum infelicissima mater tua.Cui ille.Mentiris.Cùm enim mater mea multas faceret eleemosynas,& sæpissimè cõfiteretur,ac multotiens communicaret,nequaquam possibile est, quòd sit damnata. Tunc mater duo vbera à duobus serpẽtibus crudeliter cruciata, illi ostendens ait:Scito fili,quòd hæc sunt vbera infelicia,quæ tu suxisti, veruntamen æternis cruciatibus deputata sunt, quia adulterium quoddam commisisti, ex quo

Secundum exemplum.

Aliud exemplum.

ex quo filium ſpurium peperi, & occidi, nunquam ſacerdoti reuelare præſumpſi. Quibus dictis, relicto ibi maximo fœtore, ſtatim diſparuit. O igitur fœtidi peccatores, emundate ab omnibus vitijs conſcientiam veſtram, aliter nec Dei gratiam, nec B. Virginis ſperate beneuolentiam. Nam legitur, quod quidam maxima peccata committebat, & tamen quotidie ſalutabat B. Virginem, ſperans ex hac deuotione ſe ſaluandum. Quadam autem nocte apparuit ei B. Virgo, & ante ipſam ibat quædam pulcherrima iuuenis, cum quodã vaſe pleno cibis delicatis, & pretioſis, coopertis quodam linteamine valde fœtido, & immundo. Tunc B. Virgo hortabatur eum, vt comederet de illis cibis ita delicatis. Ille vero ſtupefactus dixit, ô Domina, quomodo poſſum comedere, cum illa linteamina ſint adeo fœtida, & immunda? Tunc B. Virgo dixit: Sic tuę ſalutationes, & deuotiones, mihi non placent, cũ ſint reuolutæ tot vitijs, & fœdiſſimis peccatis, & abominationibus, placerent autem ſi conſcientia tua eſſet munda ab omnibus inquinamentis peccatorum. Quibus dictis diſparuit, & ille peccator conſcientiam ſuam ab omni crimine per confeſſionem mundauit, & in deuotione beatæ Virginis feruẽtius perſeuerauit.

PARS SECVNDA, & vltima, de diſpenſatione confeſſionis.

Pap. an poſſit cum aliquo diſpenſare ne confiteri teneatur.

PRo declaratione ſecundæ partis: Quæritur, nunquid Papa poſſit diſpenſare cum aliquo, ne teneatur confiteri, & reſpondet Thom. in 4. diſt. 17. art. 1. q. 1. 2. 3. & 5. in corporibus quæſtionum, & ſolutionibus argumentorum, quòd Papa non poteſt cum aliquo diſpenſare, quin teneatur confiteri omnia peccata ſua mortalia ſacerdoti Chriſtiano. Et idem dicit Richard. noſter, in ea diſt. ar. 1. q. 7. & etiam habetur in ſumma confeſſo. lib. 3. titul. 34. q. 34. & dicit Richard. vbi ſupra, quòd circa confeſſionem poſſumus duo conſiderare, videlicet circumſtantiam, & eſſentiam. Quantum ad circunſtantiam temporis determinati ab Eccleſia, quia hoc eſt de iure poſitiuo, ideo Papa poteſt diſpenſare, & prolongare tempus confeſſionis, ex cauſa rationabili, quia in his quæ ſunt mere de iure poſitiuo, & nõ diuino, poteſt Papa diſpenſare. 82. diſt. cap. presbyter. Quantum verò ad eſſentiam confeſſionis, quia eſt de iure diuino, & de Euangelij præcepto, vt ſupra probatum eſt, contra quod Papa diſpenſare non poteſt, vt inquit Vrbanus Papa, in capit. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. ideo Papa nullatenus poteſt diſpenſare ne aliquis teneatur cõfiteri. Aut enim talis cum quo diſpenſatur, non habet facultatem confitendi, ſed impoſſibilitatem, & tunc non indiget diſpenſatione. Si autem ſeruare poteſt, & tunc tenetur ſeruare, nec diſpenſatio Papæ ipſum adiuuare poteſt, quia vt inquit Bern. in tertio de conſideratione, cap. 14. contra rationem, non eſt fienda diſpenſatio. Nam Papa poſitus eſt diſpenſator in ædificationem, non in deſtructionem. Et ideo concludunt omnes Theologi, vbi ſupra, di. 17. quarti, quòd Papa cum tota potentia ſua non poſſet diſpenſare cum aliquo, vt nunquã teneretur cõfiteri, nec ſacramentum confeſſionis annullare, quod eſt de iure diuino, quia ſicut vna ſpecies non poteſt fieri alterius ſecũdum naturam, ſecundum Philoſophum. 1. Poſteriorum, vt puta homo in petram mutari; ita nec ius diuinum, poteſt mutari in ius poſitiuum. Sed ſalua reuerentia Richar. & omnium Theologorũ, dico quòd in hoc præcepto aliquis diſpenſauit. Nam pleroſq; vidi ſtetiſſe per tres annos, ſine confeſſione, alios per quinque, alios per decem, alios per viginti, aut in triginta annos, qui nũquam confeſſi ſunt, aut bene, quis nam diſpenſauit cum illis? Non Angelus, non Papa, non Legatus à latere, non Epiſcopus, non ſacerdos, nec quiſquam alius clericus, non etiam ipſe Deus. Sed quis fuit iſte diſpẽſator? Reſpondeant ipſi. dic

mihi ô infelix Christiane, qui tanto tempore sine confessione stetisti, quis dispensauit tecum; Quare non es confessus? & statim dicet: Ego non fui confessus, propter luxuriam, quia teneo concubinam, quam nolo dimittere. Alius dicet: Non sum confessus, propter auaritiam, quia nolo restituere vsuras, & male acquisita. Alius respondebit: Sine confessione steti, propter discordiam, & rancorem, quia nolo parcere inimico meo, sed vindictam facere omnino delibero. Cum istis ergo dispensauit diabolus, sicut dispensauit cum quadam iuuene, de qua legitur, quod cum commisisset incestum cum fratre carnali, nunquam ipsum peccatum confessa fuit, decepta à diabolo, qui cum illa dispensauerat. Cum ergo fuisset mortua sine confessione ipsius peccati, post mortem apparuit fratri suo de statu illius scire desideranti, eratque ligata catena ferrea ab illo dæmone, qui cum ea dispensauerat, & exclamauit dicens: Heu mihi, quia propter peccatum tecum commissum, sum sic crudeliter cruciata, & æternaliter damnata, quia nunquam illud confiteri volui. Et his dictis disparuit. Cũ luxuriosis igitur dispẽsat diabolus luxuriæ, cũ auaris diabolus auaritiæ, cum iracundis diabolus odij, & discordiæ. ô iniqua conditio Christianorum, ô pertinacia damnabilissima, ô venenata synagoga inferni, cur salutem vestram contemnitis? Confitemini ergo, & agite pœnitentiam, quia confessio instituta est in remedium salutis nostræ, sine qua nullus adultus, valens confiteri, perueniet ad vitam sempiternam. Ad quam, &c.

(:)

DOMINICA QVARTA, IN QVADRAGESIMA.

DE CONFESSIONIS EXcusatione, frequentatione, & reuelatione.

SERMO XXXIII.

EIICE *ancillam, & filium eius.* Genesis 21. transumptiue ad Gal. 4. & in Epistol. occurrentis Dominicę Multos sensualitas renuens confiteri, & diabolica suggestio à confessionis Sacramento retrahit, falsis argumentationibus ostendens, non esse necessariam confessionem ad salutem, maxime per dictum Ambrosij super Lucam. Quod habetur, de pœnitent. distinctione prima, capitulo, Petrus doluit, vbi dicit: *Petrus doluit, & flenit, quia erranit, vt homo. Non inuenio quid dixerit, seu quod fleuerit, lachrymas enim lego, satisfactionem eius non lego.* Ad hoc respondit Alexander de Ales, in 4. parte summæ, in tractatu de confessione. Quod eo tempore, quo Petrus fleuit, adhuc non erat publicatum præceptum de confessione facienda sacerdoti, vt inquit Magister sentent. in 4. distinctione 17. Non tamen Ambrosius per illa verba voluit ostendere, quod tanta possit esse contritio, vt deleat culpam, & pœnam sine confessione, & satisfactione, ita quod homo non teneatur ad confessionem, sed potius voluit significare, quod lachrymæ tum confessione sunt magnæ efficaciæ. Et sic exponit Hugo de S. Victore. Secundo arguit diabolica suggestio cõtra confessionem, per dictum Chrysostomi de pœniten. distinctione prima, capitul. lachrymæ, dicentis: *Lachryma lauant delictum, quod pudor est con-*

Aliqua argumentantur, quib. aliquis sibi persuadere posset cõfessionem necessariã non esse.

2. Argum.

Digitized by Google

est confiteri. Respondit Alexander de Ales, vbi supra secundum sententiam Hugonis de sancto Victore, quòd hoc intelligendum est de lachrymis secretis, quæ fiunt in confessione secreta, facta vni sacerdoti de peccato, quod est pudor confiteri in publico. Vnde Gratianus, de pœnitent. distinctione capit. non ita, ait: *Non ita intelligendum est, vt sine confessione oris, peccata dicantur dimitti, sed sine publica confessione: secreta namque peccata, secreta confessione, & occulta satisfactione, purgantur*, hæc ille. Tertio arguit sensualitas dicens: Non est necesse confiteri sacerdoti, nisi ad taxandum pœnitentiam peccati Deuteronom. 25. Sed hoc sibi sufficienter potest taxare homo, si sit discretus, licet non sacerdos, ergo non tenetur ad confessionem. Respondit Richard. in 4. distinct. decimaseptim. artic. secund. quæstion. prima, quod ille, qui est nimis familiaris vni parti, non debet esse iudex in illa causa. extra. de offic. & potedele. capitul. in finuante, quia sicut dicit glossa ibidem: *Familiaris affectio, veritatem impedire solet*, vt inquit textus in capit. acculatores. el. 3. 3. quæstion. quint. vbi deplene per Doctores. Homo autem est nimis familiaris carni suę, & eam nimis diligit, & ideo non est rationabile, quod sit iudex in illa causa, in qua agendum est de punitione, & maceratione corporis sui. Quapropter necessarium est ipsum stare iudicio alterius, scilicet sacerdotis. Nemo enim debet esse iudex in causa propria, neque arbiter. ff. de iurisdict. om. iudic. l. qui iurisdictioni. & ff. de iudi. l. 17. & ff. de arbit. leg. penult. & C. ne quis in sua causa. l. vnica; & nemo debet esse iudex, & pars, vt notatur in §. item obijcitur. 23. quæstio. 4. & per Hostien. & Innocen. in cap. dilectus. de pœn. & per Archi. in cap. inter querelas. 23. quæst. 4. Vel potest dici, quòd confessio non solùm ordinatur ad taxationem pœnitentię, sed imò principalius ad susceptionem gratiæ diuinæ, & aliquam relaxationem pœnę virtute clauium; vnde quia nullus habet claues in foro conscientiæ, nisi sacerdos, ideo necessarium est confiteri sacerdoti.

3. Argum.

Quarto arguit diabolica persuasio per dictum August. in cap. magna. de pœni. di. 1. vbi, exponens illud Psalmistæ: *Dixi confitebor, &c. Voluntas*, scilicet confitendi *remuneratur, non opus*, ergo, &c. Respondit Alex. de Ales, vbi supra, quod licet cordis contritione peccata dimittantur, quantum ad culpam, tamē confessio necessaria est, quia Deus non remittit peccata in contritione, nisi contritus habeat intentionem confitendi illa: vnde dicit Apostolo, ad Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Facit ad hoc de pœnit. distinct. prim. cap. non potest, vbi inquit Chrysostom. confessionem esse necessariam humanæ saluti: vnde Gregor. 8. moral. inquit: *Qui promereri vult quod expedit, debet malum confiteri quod fecit*, & Ambrosius, in capitul. *non potest quisquam iustificari à peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus*, & Augustin. in libr. quint. homiliarum, homilia 12. dicit: *Quomodo nobis peccatorum vulnera nunquam deesse possunt, sic & confessionis medicamina deesse non debent. Non enim ideo vult Deus, vt confiteamur peccata nostra, quia ea ipse scire non possit, sed quia hoc diabolus desiderat, vt inueniat, quod nobis ante tribunal æterni iudicis obijciat. Ideo vult vt magis defendere, quàm accusare peccata nostra velimus. Econtra autem Deus noster, quia pius, & misericors est, vult vt ea confiteamur in hoc seculo, ne pro illis confundamur postmodum in futuro*, hæc ille. Ideo bene dicunt verba proposita: *Eijce ancillam*, id est, sensualitatem renuentem confiteri, vel diabolicam suggestionem confessionem detestantem, & *filium eius*, id est, peccatum, scilicet illud confitendo. Super quibus verbis, tres de confessione considerationes faciemus.

4. Argum.

Prima dicetur excusationis.
Secunda frequentationis. Tertia reuelationis.

Sermonis intentio et diuisio.

PARS

PARS PRIMA, IN QVA declaratur, qui sint excusati à confessione & quando.

Ad confessionem tenentur fideles omnes, etiam Pap.

PRO declaratione primæ partis: Sciendum est secundum omnes Theologos, in 4. sent. distin. 17. quod omnes homines mundi tenentur ad confessionem, si non sunt legitime excusati, & patet per præceptum positum in præallegato, c. omnis vtriusq; sexus. de pœ. & re. vbi terminus ponitur vniuersalis, scilicet omnis. Qui autem totum dicit, nihil excludit, vt notatur in c. solitæ. de maio & obe. Et in l. à procuratore. C. mand. cum similibus. Vnde non intelligitur sicut quidam bestialis Doctor exponebat dicens: Noto primo, in verbo omnis vtriusq; sexus, quod solũ Hermaphroditus tenetur ad confessionem. Præterea ibi ponitur vtriusque sexus, vt includat mares, & fœminas, quãuis si posuisset tantummodo masculinum sexum, tamen inclusisset etiam fœminiũ. Nam masculinum genus concipit fœminum. 17. quæst. 4. c. si quis suadente, & de ele. c. generali. libr. 6. & de conse. dist. 1. c. omnes fideles. & ff. de leg. 2. l. si ita. & ff. de verb. signifi. l. 1. ad ostendendũ ergo, quòd omnes tenentur, tam masculi, quàm fœminę ad confessionem, voluit ponere terminos particularissimos. Ideo dicit Richard. noster, vbi supra ar. 2. quæst. 4. quod etiam Papa tenetur ad confessionem faciendam sacerdoti Christiano. Si enim esset cõfessio solum de iure positiuo, non teneretur de necessitate, quia par in parẽ non habet imperium, c. innotuit de elect. & c. inferior. 21. d. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. & l. nam & magistratus. ff. ad arbi. & ideo non potuisset obligari per suos prædecessores. Si ergo solummodo Papa fecisset præceptum de cõfessione, ipse non esset obligatus ad eam de necessitate. Quia princeps est solutus legibus. l. princeps. ff. de legibus, sed bene de congruitate deberet illam seruare, vt dicitur in l. digna vox. C. de legibus. & l. ex imperfecto. C. de testam. verum quia confessio est de præcepto diuino, vt supra visum est, ideo Papa tenetur ad eam de necessitate. Quantum verò ad determinationem temporis ordinatam à Concilio generali, teneretur de cõgruitate, quia vt dicitur. 25. quæstione prima, in capit. confidimus, & c. iustitiæ: *Iustitiæ ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus desiderat mandata sua seruari, prædecessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiat.*

SImiliter dicit Richard. vbi supra quòd si confessio esset solummodo per præceptum Ecclesiæ, non tenerentur ad eam infideles, quia ad Ecclesiam non pertinet iudicare de his, qui nunquam susceperunt Sacramentum baptismi, vt inquit Apostolus. 1. Corinth. 5. & habetur. 45. distinct. capit. qui sincera. & cap. de Iudæis. 11. quæst. 3. c. inter verba. Vnde dicit Richar. in 4. di. 17. articul. 2. quæstio. 1. quod Vicario Christi non fuit concessa directe potestas super illo qui Sacramentum baptismi non suscepit, verum quia de præcepto diuino est cõfessio, etiam infideles tenentur ad confessionem faciendam sacerdoti Christiano, cui est cõcessa potestas à Christo Deo & homine.

VErum cum diuinum præceptum sit rationabilissimum, non obligat ad aliquid irrationabile, aut impossibile, *quia ad impossibile nemo tenetur.* ff. de reg. iur. l. impossibilium. Ideo ad obseruationem huius præcepti, non tenentur illi, qui habent de non confitendo aliquam de infra scriptis rationabilẽ excusationem, quapropter solent sex generationes assignari, exceptæ ab huiusmodi præcepto: primi sunt illi, qui non habent aliquod peccatum. Nam cessante causa, cessat affectus ca. cum cessante. extra. de appel. cum similibus. Sed pro maiori declaratione: Quæritur nunquid habens solum peccata venialia, teneatur confiteri, si nullum habet mortale? Respondit Richar. in 4. di. 17. ar. 2. q. 4. in solutione primi argumenti, quod

Sex sunt genera hominum à confessione excepta.

Digitized by Google

homo non teneatur pœnitere de venialibus, eo quod simul possint cum gratia Dei stare : nam non priuant hominem gratia Dei, & possint post hanc vitam remitti, & ideo per se non indigent de necessitate officio clauium, tamen per accidens tenetur homo de illis pœnitere, & confiteri, propter obseruationem statuti ecclesiastici, etiam si nullum habeat mortale. Aliqui tamen dicunt, quod talis non tenetur ad dicendum sacerdoti aliquod peccatum veniale in speciali, sed tantum in generali, confitendo se peccatorem multorum venialium, hęc Richar. cum quo concordat beatus Thom. in ea. di.ar.1.quæstio.3. in solutione tertij argumenti.& Petrus de Taran.ibidem. art.4. quæst.1.& Alex.de Ales.in 4.parte summę, in tractatu de confessione.S.vero Bonau. in 4.dist.17.par.3.art. 2.quæst.1. dicit : *Cum quæritur,an venialia debeant confiteri? Respondeo, quod congruum est maxime viris perfectis confiteri peccata venialia, regulariter tamen non est necessarium,nisi in duobus casibus, videlicet propter dubium, & propter statutum: propter dubium, quando quis probabiliter dubitat , virum sit veniale, vel mortale,tenetur enim hoc casu confiteri, aliter periculose exponit, & agit contra conscientiam, & per consequens ædificat ad gehennam. c.litteras. §. porro..de restit. spo.cum similibus.Et ideo debet cõfiteri illud,& relinquere iudicio sacerdotis, virum sit veniale,vel mortale. Nam in dubijs semper tutior via est eligenda.c.Matth.extra.de simo. Propter statutum vero tenetur quilibet Christianus semel in anno confiteri, etiam si non habet nisi venialia,* hæc ille.Si autem vlterius quæratur, si aliquis esset tantæ puritatis,& perfectionis,quòd non remorderet eum conscientia de aliquo veniali : sicut fuit beata Virgo Maria,an talis teneatur ad confessionem? Respondent Theologi in 4.dist. 17.quòd hoc verisimiliter non potest contingere,quia nõ est inuenta, nec inuenietur,nisi vna Virgo Maria. Et scriptum est. 1. Ioan.1.*Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.* Dicit autem vbi supra Alexander de Ales,quòd si talis inueniretur, non teneretur confiteri,nisi ratione institutionis Ecclesię,nõ dicendo tamen aliquid contra conscientiam,sed dicendo in generali se esse peccatorem,nec mendaciũ dicet, iuxta illud Prou.20. *Quis potest dicere,mundum est cor meũ, purus sum à peccato?* Vnde potest quis se confiteri peccatorem , non ex culpa actuali, quam non habet, sed ex reatu culpæ quæ præcessit,saltem ex peccato originali.Richard.quoque noster.in 4.dist.17.ar.2.q.4. in solutione vltimi argumẽti, dicit,quòd tali sufficeret dicere , se non commisisse aliquod peccatum, quod sciat, postquam legitime confessus est. Aliqui autem dicunt, quòd cum carere longo tempore omni peccato,tam veniali, quam mortali, non possit homini conuenire, nisi ex priuilegio speciali, & statuta non se extendant, nisi ad ea, quæ veniunt de lege communi.19.q.2.ca.duæ sunt. §. lex vero, vbi dicitur, quòd qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt à lege publica constringatur.Et simile habetur,extra de regula.c licet. Ideo secundum illos, talis non habens remorsum alicuius peccati, non tenetur ad confessionem, nisi eo modo,quo supra.s.præsentando se cõfessori. Vnde dicit Rich.noster. in suo quolibet: quòd *debet se repræsentare sacerdoti, vt ouem suã pastor agnoscat , & vt eius conscientiam sciat, & Sacramenta ecclesiastica secura cõscientia ministrare ei valeat, & etiam vt ipse diligentius instruatur ab eo, & claues ecclesiæ venerando recognoscat,* hæc ille.Verum cum scriptum sit.Psal.18. *Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me Domine.*nemo debet esse adeo temerarius, vt credat se nullum peccatum committere.Dicit enim Greg.3.moral.*Non solum mala,quæ gessimus, sed etiam si qua sunt in nobis bene gesta timeamus , quia sæpe in eius iudicio culpa esse deprehenditur, quod virtus ante iudicium putabatur. Et vnde expectatur pia merces operis, inde sequitur iudicium æternæ vltionis. Ipsa enim nostra bona operatio,culpa nunquam caret, nisi hanc districtius iudex in subtili lance examinis miserator penset,* hæc ille. Ideo dicit auctor supplementi in c. 2. de confessione, quod valde fatuus esset sacerdos, qui dicenti subdito maxime mundano , quòd non commisit aliquod peccatum, & non aliter confitẽti,ministraret Eucharistiam. Si tamẽ quis in veritate esset sine aliquo crimine, non non teneretur ad confessionem, nisi eo

Duo casus in quibus est necesse venialia confiteri.

Si quis nullum peccatũ haberet, imo nec veniale,an teneretur ad confessionẽ.

modo quo supradictum est, vt etiam dicit B. Thom in 4. dist. 17. art. 1. q. 3.

2. A cõfessione excusati.

SEcundo qui sunt excusati, sunt amentes, qui non possunt mereri, nec demereri, sed sunt in statu in quo in amentia deuenerunt, & in eo intelliguntur perseuerare, extra de baptismo. ca. maiores, ad fi. vnde nec pœnitentiam, nec confessionem facere possunt, nisi lucida habeãt interualla, seu ad proprium redeant sensum.

3. A cõfessione excusati.

TErtio, excusantur ab hoc præcepto muti, & loqui nõ valentes, qui secundum Richard. in 4. distinct. 17. artic. 2. quæstio. 1. non obligantur cõfiteri, nisi signo, vel nutu, vel eo modo quo possunt. 26. q. 6. c. qui recedunt. Illis autem qui loqui possunt, & habent sacerdotem præsentẽ, non sufficit confessio per scriptum facta, quia quamuis per scripturam possit manifestari delictum, tamen quia voces sunt notæ earum, quæ sunt in animo passionum, primo Perier. & principaliter data est lingua, ad significandum secreta cordis, in Sacramento cõfessionis requiritur determinatus modus. s. actus loquendi quando haberi potest: vnde Magister. in 4. dist. 17. c. 4. di *Docuit Dominus corpora. i pœnitentia peccata confitenda, non per scripturam manifestanda, nec etiam per nuncium.*

4. A cõfessione excusati.

QVarto, excusantur idioma nescientes, qui etiam secundum Richard. vbi supra, non tenentur confiteri, nisi per signum, vt muti, quamuis aliqui dicant, quòd tenentur confiteri per interpretem. Nam cum hoc, nullo iure diuino, aut positiuo, sit constitutum, non videtur tutum prius arctare confitentem, quàm arctetur per ipsa iura, quia vt dicitur Prouerb. penult. *Qui nimis emungu, elicit sanguinem*, transumptiue. 4. distinctione capitul. denique. Et ideo non tenentur confiteri, nisi per signum, vt dictum est. Tamen si illi vellent confiteri per scripturã, vel per alium, & similiter muti, possunt hoc facere, & merebuntur: vnde dicit Innocen. in cap. omnis. de pœnitent. & remiss. super verbo. solus: *Surdus, vel mutus, vel æger, qui sine periculo loqui non potest, vel qui est alterius linguæ, quam confessor, po. est confiteri per scripturam, vel per alium.*

5. A cõfessione excusati.

QVinto, excusantur illi, qui non sunt doli capaces, vt sunt communiter pueri, infra septem annos, vt notat glo. in dicto capitulo omnis. & etiam in capitu. primo, de delictis puerorum. Communiter ergo pueri, & puellæ, quando habent septem annos, quia sunt doli capaces, & discretionis, obligantur ad confessionem, vt etiam notatur in directorio iuris. libr. primo, titul. 15. §. 65. Si autem infra illos annos haberent discretionem, non excusarentur ab hoc præcepto, cum possent mortaliter peccare, & damnari. Exemplum habemus in libro dialogorũ, beati Gregorij de puero quinque annorum blasphemante Deum, quem dæmones exportauerunt. Debent ergo parentes inducere pueros ad confessionem quando sunt doli capaces, & dicit Scotus, in 4. distinctione 17. quod quando puer facit ista tria, vel vnum eorum, est obligatus ad confessionem ante septennium. Primo, quando respondit ad propositum cum ratione. Secundo, quando intrans ecclesiam discooperit caput, & facit signa discretionis, & deuotionis. Tertio quando verecũdatur de malo aliis videntibus. Infantia namque regulariter iudicio caret: prima, quæstione quarta, capitul. placuit, & capitu. sequenti. Nã infans, & furiosus æquiparantur, quia iudicium animi non habent. ff. ad legem Aquil. leg. sed & si. §. igitur. & §. sed est furiosus. & 15. quæstione prima, capitul. illud. Vnde etiam si homicidium committeret talis infans, vel furiosus, non imputaretur ei, vt in Clementina vnica: de homicidio. Et idem in dormiente. leg. final. ff. ad legem Corneliam de Sica. Omnes igitur doli capaces contemnentes semel in anno confiteri, mortaliter peccant, tanquam transgressores, & violatores canonum, octaua distinctione capitul.

Digitized by Google

pitul.si qui sunt,vbi dicit Gregorius: *Peccatum paganismi incurrit,quisquis, dum de fidelem asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit.* facit octaua,quæstione prima,capit.sciendum & in capitul.nulli fas.19.distinctio. idem Gregorius inquit: *Nulli fas sit Apostolicæ sedis violare præcepta : sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus,quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis. Talis enim iam damnatus à sancta,& Apostolica Ecclesia, sua inobedientia, atque præsumptione,à quocunque esse non dubitatur*, hæc ille. De tali dicit Saluator. Matth.18. *Si Ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanus.* Et ideo sic moriens sine cõfessione, debet cum brutis sepeliri,& nõ in sacro. Vnde refert Cæsarius, quod quidam nunquam cõfitebatur,imò dicebat,Stultissimus omnium mihi videtur, qui quod facit in secreto,alteri renelat. Sed hæc stultitia in caput suum redundauit. Nam infirmatus ad mortem,mortuus est sine confessione. Cum autem in sacro sepultus esset, tanti auditi sunt in loco illo strepitus,& terrores,vt solutus videretur satanas. Item venerũt tempestates horribiles, omnia deuastantes.Cumque homines ad Ecclesiam pergerent,viderunt illum miserum porrigentem brachium extra sepulchrum, quasi diceret: Extrahite me hinc,quia nõ sum dignus stare in loco sacro. Illi autem strepitus, & terrores nunquam cessauerunt, donec illud maledictum corpus canibus dederunt.

6. A cõfessione excusati.

SExto & vltimo, excusantur à confessione illi qui non habent sacerdotem cui confiteantur, qui tn debent, & tenentur inquirere. Vt dicitur in 4. sen. di.17. c. non prius. Et illud Aug. in lib. de pœ. quod ponitur. de pœ. di.6. in c. qui vult cõfiteri. s. si deest sacerdos,proximo, vel locio fienda est confessio. Intelligendum est secundum Rich. vbi supra,de congruitate, non de necessitate. Valde.n. est vtilis talis cõfessio, etiam si non sit Sacramentalis. Vnde recitat Cæsarius, quod tempore quo ibant Christiani vltra mare ad passagiũ, accidit,quod multis peregrinis cum illis simul transfretantibus, adeo tẽpestas per maxima orta est in mari,vt omnes de vita desperarent. Tunc vnus maximus peccator inter alios surrexit, & corã omnibus dixit: audite me pro amore Dei, & omnes nolite perire.Credo enim certissime, quod propter me tẽpestas sit exorta, quia maximus peccator sum,sed rogo vos oẽs, vt audiatis confessionem meam:tunc ille cunctis tacentibus,tanta peccata dixit,& tam diuersa,& horribilia,vt aures humanæ horrerent audire. Audi mirabile Dei clementiam.confessione facta, & ab omnibus audita, statim facta est tranquillitas magna in mari, ita vt oẽs mirarẽtur, & peruenerunt ad portũ cum salute. Deus aũt de memoria singulorum taliter illa peccata deleuit, ac si nunquam aliquid fecissent,nec audissent.Et ex hoc miraculo orta est cõsuetudo inter marinarios,vt in periculo mortis,si non habẽt sacerdotem,vnus alteri confiteatur. Recitat quoque idẽ Cæsarius,quod quidã sacerdos occulte tenebat vxorẽ cuiusdã militis suæ parochiæ,pro cõcubina : quod cum dictũ fuisset militi,non statim credidit, nec sine suspicione fuit, nullum tamen de hoc signum sacerdoti,vel vxori ostendit. Volens autem caute inquirere veritatẽ, rogauit sacerdotem,vt iret secum ad quoddam secretum colloquium, qui cũ iuisset cum eo, duxit illum ad aliam villam, in qua dæmoniacus quidam omnia peccata, non vere confessa improperabat hominibus. Timens autem sacerdos ne miles propter hoc adduxisset eum,vt à dæmone de facto suo inquireret, stabulum quoddam occulte intrauit, & pedibus serui militis prouolutus, ipsum humiliter rogauit,vt confessionem suam audiret. Facta autem cõfessione ex corde,& pœnitẽtia petita, dixit seruus sacerdoti. Quicquid alteri pro consimili peccato iniunxeritis,sit vestra pœnitentia. Quo facto securior cum militc ad dæmoniacum perrexit. A quo cum miles quæreret, si dæmon aliquid de sacerdote sciret, respondit dæmon: Nihil mali de eo scio.Et cum hoc dixisset, subiunxit lingua Latina dicens:In stabulo iustificatus est.Quod ver-

Aliud exẽplum.

Miracul. de quodam confitente peccata sua sociis.

bum ſolus ſacerdos intelligens, & virtutem confeſſionis, ac beneficium Dei in ſe recognoſcens, non ingratus, ſæculum deſeruit, & in ordinem Ciſtercienſem intrauit. Sed hic quæritur, nunquid ille, qui nõ habet ſacerdotem, teneatur ſcribere peccata ſua, & mittere ſacerdoti? Reſpondit Rich. in 4. diſt. 15. ar. 2. q. 5. in corpore quæſtionis, quòd non: quia hoc nõ inuenitur inſtitutum. Item quia immineret periculum ne eſſet defectus in examinatione peccatorum, quã facere debet ſacerdos, vt poſſit ſalubria conferre remedia. Item quia faciliter poſſet fieri reuelatio alicuius criminis. Literæ enim faciliter perdi poſſunt, aut per nũcium malitioſe aperiri, aut per ignorantiam nuncij, tradi illis quibus non mittuntur, qui eas aperirent. Item quia aliquis malitioſus ſacerdos, poſſet contra pœnitentiam arguere per ſcripturam ſuam, & eum vituperare. In abſentia ergo ſacerdotis, nõ tenetur quis confiteri laico, nec etiam ſacerdoti per ſcripturam, aut nuncium, tentione neceſſitatis. Sed ſi faceret, eſſet ſuperogationis. Hoc enim caſu ſufficit contritio, cum propoſito confitendi habita opportunitate ſacerdotis.

PARS SECVNDA HVIVS ſermonis, de frequentatione confeſſionis. ſ. vtrum quis teneatur plus quam ſemel in anno confiteri.

PRo declaratione ſecũdę partis, Quæritur, vtrum peccator in peccato mortali exiſtens, teneatur habita opportunitate confeſſoris, ſuum peccatum confiteri, ſub pœna incurrendi aliud nouum peccatum mortale? Et vtrum homo teneatur plus quã ſemel in anno cõfiteri? Ad quã quæſtionem reſpõdit Archi. in c. ille rex. de pœ. di. 3. & Inn. in c. omnis. de pœ. & re. di. q; illi qui ſtatim nõ confitentur poſt peccatum mortale cõmiſſum, habita opportunitate confitendi, nouũ peccatũ incurrunt. Et poteſt ſic argui pro eorum opinione. Magis tenetur homo prouidere ſaluti animæ, quam corporis, quia anima eſt precioſior corpore. c. ſolitæ. de maio. & obe. & mors vnius animæ, præponderat morti innumerabiliũ corporũ. c. ſi habes. 24. q. 3. ſed ſi homo habeat infirmitatem corporis mortalem, tenetur q̃ citius prouidere, aliter reputabitur homicida ſui ipſius, quia qui potuit hominem à morte liberare, & non liberauit, eũ occidit. cap. ſicut dignum. §. illi etiam. de homi. Vnde vt habetur in c. prouidendũ. 83. di. Symmach. Papa ait: *Non eſt grandis differentia, an mortem inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur inſligere, qui hanc, cum poteſt, non excludit.* Ergo multo magis hoc eſt dicendum de infirmitate mortali animæ. Nec ſecundum prædictos Doctores aliquem excuſat decretalis omnis v. ſexus de pœ. & re. quia Eccleſia intendit tempus arctare, propter hominum negligentiam, & non ampliare. Sicut etiam phibet, ne quis vltra annũ in excõmunicatione permaneat, extra de hæret. cap. excõicamus el. 1. §. qui autem. Tamen non præbet licentiam permanendi in excõicatione vſque ad illam horam. Alij autem quidam Theologi dixerunt illud, quod recitat S. Bona. in 4. di. 17. part. 2. ar. 2. q. 2 ſeculares, & puri laici, non tenentur confiteri regulariter, niſi ſemel in anno, non occurente alia neceſſitate. Secus autem in religioſis, qui tenentur ſtatim confiteri poſt lapſum in mortale. De clericis autem ſecularibus videtur idem dicendum, cum tota eorum vita ſit tempus pœnitentiæ, & cultui diuino deputata. Sed dimittendo argumenta prædictorum doctorum, adhæreo opinioni Ale. de Ales. in 4. part. ſum. in tract. de confeſſione, & Petri de Taran. ac Scoti in 4. di. 17. & Rich. noſtri ibid. m ar. 2. q. 6. & B. Th. ea. di. ar. 2. q. 4. & etiam in 1. ſuo quolibet q. 11. qui dicũt. q ſtatim ex quo quis cõmiſit peccatũ mortale, & de illo recordatur, & non dolet, nec habet propoſitũ de illo cõfitendi tempore ſuo, nouam culpam incurrit, quia ex quo culpa ſua ei non diſplicet, placere videtur. Et in hoc concordant cum prædictis doctoribus

quod non confitentes ſtatim poſt peccatum mortale, debita opportunitate, nouum peccatum incurrunt.

Opinio aliquorũ aſſerentium,

aliorum theologorũ opinio.

Religioſi quo tenentur ſtatim cõfiteri poſt lapſum in mortale.

Digitized by Google

314

moribus, scilicet quod quo ad propositum confitendi tempore ab Ecclesia determinato, quilibet tenetur post lapsum in mortale peccatum, quando de eo habet memoriam, non autem tenetur statim confiteri, licet securius faceret, & melius, si confiteretur, & probatur sic arguendo: Quicunque omittit illud ad quod ex præcepto tenetur opportunitate habita, mortaliter peccat, vnde inquit Beatus Thomas 2.2. quæstione 87. articul. primo. Illud quod sine temporis determinatione debetur, nisi statim soluatur, obligat ad peccatum, vt probatur per capitul. eos de sentent. excommunic. libro sexto, & in capitul. cum dilecti. de dolo, & cõtuma. & in l. in omnibus. ff. de regul. iur. Si igitur peccator statim post lapsum in mortale tenetur ad confessionem habita opportunitate confitendi, & non confitetur, mortaliter peccat in illo instanti, in quo recordatur, & qua ratione peccat in hoc instanti, eadem ratione peccabit in sequenti, & sic sequeretur, quod multa, imo quasi innumerabilia peccata mortalia committeret in die, pro vna confessionis dilatione, quod est inconueniens, & valde damnabile. Ex quo concluditur, quod cum præceptum de confessione sit affirmatiuum, non obligat nisi pro loco, & tempore, scilicet ab Ecclesia determinato, scilicet semel in anno. Ad argumentum respondetur, quod per contritionem cum proposito confitendi tempore debito, homo statim sanat animam suam Deo medicante, de quo dicitur Psalm. 46. *Qui sanat contritos corde & alleuiat contritiones eorum.*

Ad arg. pro prima opinione adductum.

Quinque casus in quib⁹ quis tenetur confiteri plusquam semel in anno.

DIcunt tamen prædicti doctor. maxime, Richard. Alexand. Beat. Thom. vbi supra, quod licet communiter quis non teneatur nisi semel in anno confiteri, tamen in quinque casibus obligatur quis ad confessionem, vltra prædictum tempus. Primo ratione statuti, quando quis vigore alicuius statuti, seu ordinationis, tenetur confiteri quibusdam vicibus in anno, sicut sunt communiter religiosi, ad talia enim statuta obseruanda, obligantur sub pœna mortalis, vel venialis peccati, sicut eos regula, vel statutum obligare intendit. Et idem dicitur de voto, vt si quis vouisset ter, vel quater in anno confiteri. Inquit enim Deus Psalm. 55. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro, &c.* Secundus casus est ratione Sacramenti, scilicet quando quis vult celebrare, siue Eucharistiam assumere; tenetur enim confiteri, si commisit peccatum mortale, & habet opportunitatem confessoris. nisi forte de propinquo expectat alium cui deuotius, & securius confiteatur, sic enim expectans communicare non prohibetur, si est vere pœnitens, vt inquit Richard. vbi supra. Item suscepturus sacrum ordinem, ante debet confiteri habita opportunitate confessoris, vt dicit Petrus de Taran. in 4. distinctio. 17. & Ioan. de Neapoli ibidem. quæstio. sexta. & idem dicit Landul. Neap. in prædicta dist. dic. quando vult Sacramenta ministrare, vel aliquem actum solennem in Ecclesia exercere, vt cantare Euangeliũ, & huiusmodi. & Beat. Thom. in primo quolibet. Tertius casus est ratione periculi, quando scilicet immineret verisimile periculum mortis. Vt est tempore grauis infirmitatis, pestis, guerrarum, famis, nauigationis, itinerationis ad loca periculosa, & in mulieribus tempore propinquo partui, & huiusmodi, quia Ecclesiast. 18. scriptum est: *Ante iudicium*, scilicet mortis, *interrogate ipsum*, scilicet, per confessionem. Quartus casus est ratione dubij, scilicet, quando probabiliter videt, vel dubitat amplius illo anno copiam sacerdotis habere non posse, vt puta si quis in aliquo peccato deliquit, de quo absolutio ad Papam pertinet, & nunc habet copiam pœnitentiarij Papæ, & non putat amplius posse habere in hoc anno, tenetur statim confiteri, quia vt inquit poëta: *Tempore qui rebus vtitur, ille sapit*, & iterum: *Tempore cuncta suo quisque peritus agit.* Ait quoque Boetius: *Signat tempora propria singulis officijs Deus.* Quintus. Quintus casus est ratione stimuli, scilicet, quan-

Secundus.

Tertius.

Quartus.

quando cõscientiam stimulat, illicò peccatum esse confitendum, & non potest deponi talis conscientia, talis enim tenetur ad confitendum, quia omne quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehẽnam, vt in capit. per tuas. el. 2. extra. de simo. Et hæc omnia etiam habentur in summa confessorum lib. 3. tit. 34. quæstio. 69. In alijs autem casibus sufficit, quòd homo sit cõtritus de peccato suo, & proponat confiteri tempore statuto, quod si interim inopinate moreretur, iret ad locum salutis Tamen melius faciet statim confitendo, maximè si sit clericus religiosus, vt dicunt prædicti doctor. & etiam Nicolaus de Autmo, in quadriga libro secundo, tit. 7. § 2 Debemus enim vitare omnem causam incidendi in mortale peccatum, extra de simo. c. Matthæus & de homicidio. capit. penultimo. Vnde Ecclesiast. 3. dicitur: *qui amat periculum, peribit in illo*. dicit autem Gregor. in Moral. *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit.* Ideò Augustinus in Prospero dicit: *Remedia conuersionis ad Dominum, nullis sunt cunctationibus differenda, qui enim pœnitenti indulgentiam promisit, dissimulanti diem crastinum non spopondit*: Ideò dicitur Ecclesiast. quinto. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Exemplum habemus de Dauid, de quo Ambrosius ait in Apologia Dauid, & habetur de pœniten. distinctione 3. capitul. 1. Ille Rex. *Ille rex animosus, & potens, nec exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam, sed per amaram confessione, atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino.* Idem quoque Ambrosius in libro de pœniten. & habetur, de pœniten distinct. 1. in cap. Adam, inquit: *Adam post culpam statim de Paradiso deiecit Deus, nec distulit, sed statim separauit a deliciis vt ageret pœnitentiam*, hæc ille. O peccator considera, quòd si haberes vulnus mortale, vel infirmitatem grauem, statim quæreres medicinam. Ideò cùm animâ tua sit per mortale peccatum lætaliter vulnerata, debes statim ad confessionis medicamentum recurrere. Ait enim Isidorus libro secundo, de summo bono: *Cito corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur: tardius autem sanatur vulnus, quod iam putrescentibus membris post longum tempus curationis adhibetur*, hæc ille. Ideò consulo omnibus Christicolis, vt saltem tribus, vel quatuor vicibus, in anno fideliter confiteantur. Et hoc sufficiat pro secunda parte nostri sermonis,

PARS TERTIA, DE reuelatione peccatorum in confessione.

TErtiò dico, quòd tria genera peccatorum sunt in confessione reuelanda, *scilicet*: Primò peccatum manifestum, & publicum. Secundò, peccatum occultum, & secretum. Tertiò, peccatum proprium, & non alienum, vt habetur in summa confessorum, libro tertio, titulo 34. quæstione 68. Primò igitur sciendum est, secundum Alexandrũ de Ales. vbi supra, & Petrum de Tarant. in quarto, distinctio. 17. & sanctum Bonauenturam ibidem parte secunda, articul. secundo, quæstione secunda, & Richard. eadem, distinctio. articul. 3. quæstione quarta, & Thom. ibidem articul. secundo, quæstione prima, quod manifestum peccatum, est confitendum, Primo ex parte confessoris confessionem audientis, vt cognoscat peccatum, non vt homo, sed vt vicarius Dei, scilicet per testimonium conscientiæ accusantis, quæ est testis diuinus, & hoc fit per confessionem. Non enim sufficit aliquid esse notum iudici, nisi sit ei notum in forma iudicij, quia vt dicitur in capitul. iudicet. tertia quæstione septima: *iudex debet iudicare secundum allegata, & probata.* etiam habetur in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. prætor. Et id. oportet confiteri peccatum, quantumcunque publicum fuerit. Secundo, ex parte confitentis, vt iustificetur. Quantumcunque enim aliquis ab aliquo accusetur, non propter hoc iustus iudicatur, sed magis iniustus. Sed quando homo ex

Que peccata sint confitenda.

cor-

Digitized by Google

contritione accusat seipsum, tunc exercet opus iustitiæ, iuxta illud Prouerb. 18. *Iustus in principio accusator est sui.* Vt ergo quisque iustificetur, & dignus reconciliatione Ecclesiæ comprobetur, quantumcunque peccatum suum sit publicum, necessaria tamen est in confessione propria accusatio. Secundò principaliter dico, secundum Alexandrũ, Bonauenturam & Richard. vbi supra, quod peccatum occultum est confitendum. Primo ex parte confessoris. Nam satisfactio imponenda est pro peccato, secundùm arbitrium confessoris. Et ideò necesse est, quod peccatum occultum illi reueletur, vt cognoscat eius quantitatem, & qualitatem, vt possit seruare illud quod dicitur Deuter. 25. *Pro mensura delicti, erit & plagarum modus*: vt etiam habetur in l. ne quis ex naufragijs. ff. de incen. rui. & nau. Secundo ex parte confitentis, vt qui non erubuit in secreto peccare, nunc coram confessore reuelet peccatum suum cum rubore. Homo enim carnalis plus erubescit oculos hominis, quàm Dei. Item vt confessor sciat ei prouidere, de remedijs contra peccatum. Ideò inquit Boetius. in primo, de conso. *Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas*, vnde dicitur Oseæ 13. *Peccatum eius abscondituum: dolores parturientis venient ei.* Quapropter Horatius in epist. ad Quintum dicit. *Stultorũ incuria pudor malus vlcera celat.*

Peccatum occultum est confitendum.

SEd hic quæritur, nunquid radices peccatorum sint confitendæ, & etiam tentationes? & respondit Alexand. de Ales. vbi supra, quòd non sunt confitendæ, nisi quatenus sunt voluntariæ aliquo modo, vt quando procedunt ex ignorantia affectata, & crassa, tales radices peccatorum: vel quando ex infirmitate, quæ complacet, vt ex ea habeatur licentia quædã peccandi: vel ex aliqua culpa nostra procedunt dictæ radices, seu tentationes, & hoc potest esse tripliciter. Primò, quando quis voluntariè se tentationibus exponit, vt faciunt quidam, qui vadunt ad spectacula, vt videant mulieres, de quibus postea tentantur. Contra quos inquit Iob 31. c. sui libri: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne quidem cogitarem de Virgine.* Secundò, quando tentationibus non resistimus, secundùm nostram possibilitatem. Tertiò, quando sine omni tentatione, quis exponit se peccato, si huiusmodi expositio aliquo modo tentatio dicenda est, vnde de pœ. distinct. 5. c. consideret, inquit Augustin. *Sunt qui non solum vincuntur, sed vltro peccato se offerunt, nec expectant tentationem, sed præcedunt voluntatem.* Tertiò, principaliter dico, secundùm prædictos doctores, maximè S. Bona & Ric. in 4. distinct. 21. quod debemus confiteri peccatum proprium, non alienum. Et quilibet in confessione, debet famam alterius custodire quantum potest, sed suam conscientiam purgare debet. Et ideò si circumstantia, quæ ducit in cognitionem personæ, sit de necessitate confessionis, vt quia trahit in aliam speciem peccati mortalis, puta si quis peccaret cum sorore, vel cum matre, vel huiusmodi, tunc debet confiteri, semper tamen si potest occultando personam melius, quàm possit: puta si habeat quatuor sorores, non nominando in particulari. Et idem dicit Alexander de Ales. vbi supra. Si autem non sit de necessitate confessionis talis circumstantia, debet dimittere eam, ne peccatum alterius prodat, vel petita licentia confiteatur alteri, aut superiori, qui personam ignoret. concordat Petrus de Taran in quarto sentent. distinctione 21. Si tamẽ quis exprimat personã bona intentione, nõ vt diffamet, sed vt pœnitentiarius oret pro eo, vel eius saluti prouideat, non peccat, sed meretur. 22. quæstione quinta capitul. hoc videtur. Dicit tamen Richard. vbi supra, quod debet ei dicere extra confessionem, sed ego non condemnarem eum, qui in cõfessione diceret, vt apud confessorem esset secretius. Et prædictis concordat glossa Raym. vt habetur in summa confessorum, libro 3. titul. 34. quæstione 87. Dicit etiam Petrus de Taran. vbi supra, quod etiam quan-

Digitized by Google

quando circumstantia est necessaria, & non potest exprimi sine periculo alterius, omittenda est, & sufficit peccatum dicere sine huiusmodi circumstantia, vt etiam habetur in summa confessorum, eodem libro, & titul. quæstione 67. Sed cõtra hoc faciunt multi, qui in confessione, cum debent reuelare peccata propria, publicant aliena, vtputa vxor dicens peccata viri sui, & mater filij, & famula Dominæ suæ. Contra quos inquit Dauid Psalm. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meam Domino.* Iniustitiam meam dixit, non alienam: vestra ergo peccata dicite in confessione, & dimittite aliena, vt indulgentiam à Deo recipere mereamini. Quod nobis concedat ipse misericors Dominus. Amen.

EODEM DIE POST PRANDIVM.

De confessoris electione, & confessionis conditione ac fructificatione.

SERMO XXXIV.

CONFITEMINI *Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* Psalmo 105. Solent contra diabolicas tentationes, decem & octo dari remedia. Primum est oratio, dicente Saluatore Matth. 26. *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationẽ.* Super quod inquit glos. la: *Ille tentatur, & superatur à tentatione, qui nescit orare.* Secundum est ieiunium, dicente Dauid in Psalmo: *Cum mihi molesti essent, induebar cilicio; & humiliabam in ieiunio animam meam. Diabolus enim præualet contra carni dedi-tos,* vt inquit Angelus Raphael Tobiæ iuniori, Tobiæ sexto. Tertium, est elongatio causæ, quia remota causa, remouetur effectus. 2. Phys. & capitul. cum infirmitas. de pœnitent. & remis. Ideo dicitur Ecclesiast. 21. *quasi à facie colubri fuge peccatum.* Quartum, est resistentia in primis motibus. Ideo inquit Apostolus Iacobus suæ canonicæ. 4. capitul. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis*, & Hieronymus in testamento suo inquit: *Lubricus est serpens, & nisi in capite teneatur, subito intrat.* Et idem ad Eustochium ait: *Nolo tuas cogitationes malas intrare animam tuam, sed dum paruulus est hostis, allide ad petram, petra autem est Christus.* Ideo inquit Dauid in Psa. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos.* Quintum est humilitas. Nam retia paruulos pisciculos nõ retinent. patuit exemplũ de sancto Antonio, qui vidit in spiritu totum mundum laqueis plenũ, & audiuit vocem de Cœlo dicentem sibi, quòd sola humilitas euaderet illos diaboli laqueos. Ea propter inquit Dauid Psa. 114 *Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me.* Sextum, est fides, dicente Domino Matth & Luc 17. *Si habueritis tantam fidem, sicut est granum sinapis, dicetis huic monti: Transi hinc, & transibit.* Et secundum gloss. per montem intelligitur tentatio. Ideo ad Hebræ. 11. dicitur: *Sancti per fidem vicerunt regna.* Septimum, est cogitatio passionis Christi. Inquit enim Gregor. in moral. *Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil est adeo durum, quod non æquo animo toleretur.* Vnde Christus in forma Crucifixi apparens cuidam fratri nostro, dixit ei, quod quando tentaretur, aspiceret eius plagas, & subito liberaretur, vt habetur in conformitatibus sancti Francisci, fructu nono, & conformitate nona. Octauũ, est consideratio remunerationis, quæ datur his, qui resistunt tentationibus. De qua Iacobi 1. dicitur: *Beatus vir, qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Et de hoc habetur exemplum in vitis Patrum de illo iuuene discipulo cuiusdam sancti Patris, qui habens ab eo in mandatis, ne vnquam iret dormitum, nisi prius habita ab eo benedictione. Quodam

Remedia contra diabolicas tentationes.

Digitized by Google

dam ſero ad ipſum pergens inuenit eum ſoporatum. Dæmon autem ei ter ſuggeſſit, vt iret dormitum, abſque alia benedictione. Cui ille nunquam conſenſit. vnde prædictus ſanctus Pater viſionem talem habuit. Nam poſt illas tres tentationes à diſcipulo ſuo ſuperatas, vidit tres fulgentiſſimas coronas de Cœlo deſcendere, & ſuper caput illius ſe firmare. Vnde expergefactus, & ab illo interrogans, quid feciſſet & cogitaſſet ipſo dormiente, cognouit, quod propter illarum trium tentationum ſuperationem, tres illas coronas meruerat. Nonum eſt inuocatio nominis Ieſu: nam Marc. vltimo, ipſe Dominus ait, de fidelibus ſuis: *In nomine meo dæmonia eijcient, &c.* & Luc. decimo, dixerunt ei diſcipuli: *Domine, in nomine tuo dæmonia ſubijciuntur nobis.* Decimum, eſt deuota ſalutatio beatæ Virginis dicendo: *Aue Maria. &c.* vel. *Maria Mater gratiæ: Mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege: & hora mortis ſuſcipe.* Vt enim habetur in miraculis ipſius beatiſſimæ Virginis, dæmones effugiunt hoc audientes. Vndecimum, eſt alicuius ſancti, vel ſanctæ deuota inuocatio, vnde dicitur Iob quinto: *Voca in Cœlis ſi eſt, qui reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere.* Duodecimum, eſt dicere hunc verſiculũ: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina*, vt dicit Ioannes Caſſiodorus, in ſecunda collatione Abbatis Iſaac. Tertiumdecimum, eſt ſigno Crucis ſe munire, vt habetur in legenda ſancti Cypriani, & Iuſtinæ, & etiam in legenda ſancti Franciſci, & Baſilij, vnde Pſalmo 85. ait propheta Deo: *Fac mecum ſignum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur.* Et ideo canit Eccleſia: *Per ſignum Crucis, de inimicis noſtris, libera nos Deus noſter.* Quartum decimum, eſt dicere deuote: *Ieſu fili Dauid, miſerere mei.* Hoc enim dicto Cananæa meruit à Chriſto filiæ à diabolo liberationem, vt habetur Matthæi 15. Hoc etiam dicto ſtantes in Purgatorio ſancti Patritij ab inſidijs diaboli ſtatim liberantur, vt habetur in legenda ipſius ſancti Patritij. Quintumdecimum, eſt continua exercitatio in bono opere, vnde Hieronymus ad Ruſticum, inquit: *Semper aliquid boni operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Sextumdecimum ponit beatus Hilarius Pictauiẽſis Epiſcopus dicens, ſe reperiſſe in ſcriptis ſancti Clementis Papæ diſcipuli beati Petri, quod quando aliquis habet grauem tribulationem, ſi deuote dicit illum Pſalmum, qui incipit: *Saluum me fac Deus* cito liberabitur. Quæ omnia debent intelligi, ſi prædictæ orationes dicantur ſine vlla ſuperſtitione. Decimũſeptimum eſt cogitatio vltimi finis, vnde Eccleſ. 7. dicitur: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Decimumoctauum eſt confeſſio ſincera: vnde Auguſt. ad hæreſ. ait: *Confeſſio eſt oppugnatrix dæmonum, pauor inferni, obſtaculum diaboli,* hæc ille. Quia etiam ipſe maledictus diabolus eſt ſuperbus. Ideo indignatur, ſi quis eius ſuggeſtiones reuelet, iuxta illud Eccl. 27. *Qui reuelat ſecreta amici ſui, perdet eum.* Et ſic dimittit tentare, ne per confeſſionem detegatur. De qua confeſſione tractaturi, tres conſiderationes faciemus in hoc ſermone. Prima dicetur electionis, ſcilicet, confeſſoris. Secunda conditionis, ſcilicet, ipſius confeſſionis. Tertia vero fructificationis eiuſdem.

PARS PRIMA, QVA declaratur qualis debeat eligi confeſſor.

Quatuor cõditiones neceſſariæ ad eligendum confeſſorẽ.

QVATVOR ſunt neceſſaria in illo, qui debet eligi confeſſor. Prima conditio dicitur poteſtatis; vt ſcilicet habeat auctoritatem abſoluendi. Nam ſecundum Durandum noſtrum in ſumma libr. 1. parte 1. diſtinctio. 1. ad abſoluendum in foro pœnitentiæ, tria requiruntur, ſcilicet, quod confeſſor habeat auctoritatem clauũ, exiſtens ſacerdos. Et q̃ habeat auctoritatis executionem, & quod executio ſit libera & non ligata. Excommunicatus enim non poteſt ligare, nec ſoluere, capitulo audiuimus. 24. quæſt. prima. Et ideo dicunt omnes Theologi, maxime Thom. & Richard. in 4. diſtinctio. 17.

quod quilibet tenetur confiteri proprio sacerdoti, vt patet expresse in capitulo omnis. de pœnitent. & remiss. Alienus enim sacerdos absoluere non potest, nec ligare, capitulo placuit. de pœnitent. distinctione 6. Dicitur autem proprius sacerdos quo ad hoc non solum parochianus, sed etiam quilibet habens auctoritatem absoluendi, vt declaratur in summa confessorum, libro tertio, titulo 34. quæstione 58. Et dicit Richard. & Thom. vbi supra, quod confessus alicui habenti auctoritatem absoluendi, nõ tenetur postea iterum confiteri eadem peccata proprio parochiano, vt patet in extrauagan ti Ioannis 22. quæ incipit, *Vas electionis*. Est ergo sciendum, secundum Alexandrũ de Ales. in 4. parte summæ, in tractatu de confessione, & sanctum Bonauentur. in quarto distinctione 17. parte 2. articulo primo, quæstione secunda, & Richard. eadem distinctione, articul. 3. quæstione prima, & Panormitan. in dicto capitulo omnis. & Cardinalem in Clementina. dudum, de sepul. quod proprius sacerdos multipliciter, & varie accipitur. Primo enim Papa in toto mundo est cuiuslibet proprius sacerdos, quia est caput totius Ecclesiæ, capitul. quanto. & capitul. inter corporalia, de translatio. De quo Isidor. libro 7. Etymol. c 12. & habetur in capit. clericos. ver. Pontifex 21. dist. dicit. *Pontifex Princeps sacerdotum est, vel dicitur esse quasi via sequentium. Ipse enim summus sacerdos, ipse Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, & leuitas, & omnes Ecclesiasticos ordines disponit. Et quod vnusquisque facere debet, ostendit.* &c. Secundo, cuiuslibet est proprius sacerdos summus pœnitentiarius Papæ, vt dicit Anton. de Butr. in dicto capitul. omnis in verbo, proprio sacerdoti. de officio autem summi pœnitentiarij, & aliorum pœnitentiariorum notat Ioannes Andr. in Clem. Romani. de elect. & in capitul. primo, de tempor. ordin. libro sexto. Tertio est proprius sacerdos minor pœnitentiarius Papæ in curia Romana, vel vbicunque ei committatur per ipsum Papam, cui incumbit prouidere saluti omnium fidelium. nona, quæstione tertia, capitul. cuncta per mundum. & in proœmio sexti Quarto legatus Papæ in sua legatione. capitul. 1. de offic. le. cum sibi nota. vnde in tota prouincia sua potest quoscunque absoluere, tanquam proprius sacerdos. Quinto vicarius Papæ, argumento capituli primi. de offic. vicar. & in capitul. officium. de offi. Archiepisco. & melius in capitul. inter cætera. de offic. ord. Sexto, vicarius legati, vt in dictis capitulis. Et intelligitur cum Papa hoc concedit, capitul. nihil. de offic. leg. Septimo, pœnitentiarius legati, cum ipse legatus habet potestatem constituendi pœnitentiarios, per iura supra allegata. Octauo, omnis cui a Papa committitur, vbicunque confessiones audire. est omnium proprius sacerdos. 2. quæstione 6. cap. de cætero. Nono, Archiepiscopus dum visitat. est proprius sacerdos suorum suffraganeorum, & eos absoluere potest, capitulo nostro de pœnitent. & remiss. Decimo, Episcopus in tota sua diœcesi. capitul. inter cætera de offic. ord. & cap. 1. & c. quoniam, eod. tit. Vndecimo, Archipresbyter Ecclesiæ cathedralis. c. officiũ vbi gl. de offi. archip. Duodecimo, generalis vicarius episcopi, qui potest audire omnes de diœcesi. argumento in l. cum prætor. ff. de iud. Tertiodecimo, presbyter parochialis in tota sua parochia. ca. 2. de paro. Decimoquarto, omnes habentes auctoritatem à prædictis, auctoritatem committendi habentibus, possunt absoluere tanquam proprij sacerdotes, dummodo ipsi alias non sint incapaces istius auctoritatis, secundum, quod declarat Alexãder de Ales. vbi supra, & sanctus Bonauent. ac Thom. & Richar. in 4. distinct. 17. & Panor. in d. cap. omnis. de pœniten. & remiss & Archid. in c. perlectis. 15. dist. Et ideo illi qui confitentur fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, qui habent auctoritatem per priuilegia sua audiẽdi confessiones, secundu formam traditam in Cle. dudum. §. statuimus. de sepul. non tenẽtur petere licentiam à suo parochiano, licet Bern. glossator super d. c. omnis, dicat

Proprius sacerdos quis nam sit.

Digitized by Google

dicat oppoſitum. Quæ gloſſa poſtea per Clementem quartum, tanquam omnino falſa, & erronea fuit damnata, in quodã priuilegio indulto fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, quod incipit. *Quidam temere.* Et fuit determinatum in eo, quod illi quibus à ſuperioribus, puta Epiſcopis, & huiuſmodi, committitur auctoritas audiendi confeſſiones, poſſint eas audiri, etiam ipſis parochianis ſacerdotibus inuitis, & contradicentib. Et hoc idem tenet Ioan. An. in c. ſi Epiſcopus. de pœ. lib. 6. Dicunt autem prædicti Theologi, maxime Ale. Th. & Ric. vbi ſupra, quæ quando alicui ſacerdoti committitur auctoritas audiendi confeſſiones alienorũ parochianorum, non fit aliquod præiudicium ipſis parochianis. Eo quod iuriſdictionis poteſtas, non eſt alicui conũiſſa in fauorem ſuum, ſed in vtilitatem plebis, & honorem Dei. Quintodecimo, dicitur proprius ſacerdos ille, qui eſt electus ab eo, qui habet auctoritatem eligendi ſibi confeſſorem prouidum, & idoneum, vt ſunt Epiſcopi, & Abbates exempti, quibus permittitur à iure ſibi eligere confeſſorem. capit. ne prodilatione. de pœ. & remiſ. Et idem dico de confeſſore electo à quocunque habente auctoritatem eligendi à Papa, vel ab alio, qui poteſt eam dare. Sextodecimo, dicitur proprius ſacerdos, quilibet parochianus ſacerdos omnium vagabundorum, qui in eius parochia voluerunt confiteri ſecundum prædictos doctor. Dicuntur autem vagabundi, illi qui non habent domicilium certum, vel habitationem, ſecundum gloſſam, & Barthol. in l. dies §. prætor. ff. de dam. infec. & Pan. in c. ſi. de foro competen. & probatur per legem Labeo. ff. ad muni. & l. hæres abſens. ff. de Iudic. Et idem dicẽdum de illis qui domicilio ſuo relicto nauigant, vel iter faciunt, quæriẽtes quo ſe conferant ad habitandum. ff. ad muni. l. eius. §. ſi quis domicilio. Et idẽ dicit Panor. in d. c. omnis. de ſcholaribus mercenarijs, ſtipendiarijs, & huiuſmodi, qui in aliqua parochia morantur, licet ibi non contraxerint domicilium. Quia poterunt abſolui ab eo ſacerdote parochiali, in cuius parochia habitant de præſenti, quando commode non poſſunt adire proprium ſacerdotem, argumento in c. ſi. de paro. Et idem tenet gloſ. in Clem. 1. de priui. & Pan. in c. cum contingat. de foro compete. Quod intelligendum eſt, quando per maiorem partem anni ibi ſteterunt, vel ſtare intendunt. Nam tales efficiuntur de foro, & Eccleſia illius, ad quem accedunt argumento legis. ſi longius §. 1. ff. de iudic. Et idem dicit Innoc. & Hoſt. in dicto c. omnis. de pœ. & remiſ. de peregrinis, & viatoribus, ac mercatoribus. diſcurrentibus hinc inde. Quia ſi alicubi morantur per annum, vel per maiorem partem anni, præſertim tempore, quo tenentur confiteri, & maxime quando in paſchate non declinant ad domum ſui loci. Quia tunc non videntur ibi habere domicilium, vbi eſt eorum domus, quo ad Sacramenta, ſed vbi habitauerunt per maiorem partem anni c. queſti ſunt. 16. q. 1. vel vbi deliberauerunt habitare dict. c. ſi. de paro. Et argumentum ad prædicta in c. ad Apoſtolicæ. de deci. Et etiã quando non intendiſſent ibi habitare per tantum tempus, ſed habitatio, & conductio domus eſſet illis prolongata, ſine fraude ſua vltra paſcha, vt dicit Innocen. vbi ſupra. S vero per tale tempus ibi moram non traxerint, vel morari non intendant, non poterunt à ſacerdote illius parochiæ abſolui, niſi licentiam habeant ſuper hoc ab Epiſcopo, vel à parochiano ſuo, aut ab alio, qui poſſit eam præſtare. Dicunt autem quidam, quod quando Epiſcopus vel parochianus, dant alicui licentiam peregrinandi, vel itinerandi, videntur etiam dare licentiam confitendi, & alia Sacramenta ſuo tempore recipiendi. Sed Innocent. vbi ſupra dicit, quod tutius eſt, vt ſemper petatur licentia in particulari de confeſſione, & de alijs Sacramentis. Illi autem qui in diuerſis locis morantur æqualiter, aut in diuerſis caſtris habent domicilium, nec apparet quod ſit principale, licet Hoſt. dicat, quod tutius eſt petere licentiam ab

vtroque Episcopo, vel parochiano, in cuius iurisdictione morantur; tamen alij dicunt, quod possunt confiteri illi parochiano, in cuius parochia se inueniunt, tempore confessionis fiendæ, argumento capituli. ex parte. de foro competen. & facit glo. in l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet, quæ dicit quemcunq; conueniri posse, vbi degit, & moratur.

In quibusdam casibus quis potest confiteri alteri, quam proprio sacerdoti, & ipso inuito.

NOtandum est autem secundum Pan. & Host. ac alios Canonistas in d. cap. omnis, & Theolog. maxime Thom. in 4. di. 21. in expositione literæ. & sanctũ Bonauent. in 4. dist. 19. art. 3. q. 1. quod in quibusdem casibus, potest quis confiteri alteri, quam proprio sacerdoti. Vt quando proprius sacerdos est indiscretus. c. placuit. de pœni. distin. 6. sed hoc facere debet cum licentia. dicto c. omnis. de pœni. & remis. Quam licentiam si proprius sacerdos nolit dare, potest secundum Hostien. vbi supra ad alium ire. c. licet, de regula. vel vadat ad superiorem, vt eum ad dandam licentiam compellat, aut ipse illam tribuat. c. nullus, de iure patrona. Similiter si quis sciat proprium sacerdotem esse hæreticum, vel schismaticum, aut excommunicatum, potest ab alio cõfiteri, nec videtur teneri ad petendum licentiam ab eo, cum etiam locutio cum talibus prohibeatur. c. cum excommunicato. 11. quæstione tertia. Et idem est dicendum, si esset interdictus, vel suspensus. Quia *nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet.* capitul. nemo. de regulis iuris libro sexto. Similiter, si quis cognoscat suum proprium sacerdotem, esse fragilem ad malum, hoc est pronum ad peccatum, quod habet cõfiteri. Et videt ex confessione verisimiliter periculum imminere ipsi confessori, vel sibi. Aut scit ipsum esse sollicitatorem ad malum, siue ignorantem, aut reuelatorem confessionum. Vel quando peccatum, quod vult confiteri, est commissum contra ipsum confessorem, vel suos. In his, & similibus casibus, quando probabiliter imminet periculum confitenti, vel confessori, debet petere licentiam ab ipso, confitendi ab alio. Si autem parochianus prædictam licentiam dare nolit, sicut tenetur, talis potest non obstante contradictione ipsius, alteri confiteri. Quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. capitul. licet, de regula. Et hoc intelligitur, quando alium proprium sacerdotem habere non potest. Et si nullum, qui eum absoluat, inueniat, est coram Deo excusatus, sicut ille, qui non habet copiam sacerdotis. Nec in hoc transgreditur præceptum Ecclesiæ, quia præcepta iuris nõ se extendunt vltra charitatem, secundum omnes Theologos. Dicunt tamen cõmuniter doctores, quod quando quis non potest habere alium sacerdotem, & imminet necessitas confitendi, confiteri debet peccatum suum in genere, sine eo, de quo posset periculum imminere, vt habetur in summa confessorum. lib. 3. titul. 34. q. 39. Similiter secundum Richard. in 4. dist. 17. in casu extremę necessitatis, quando alicui imminet periculum mortis, & proprium sacerdotem habere nõ potest, quilibet sacerdos eum absoluere valet ab omnibus peccatis, & casibus, atque excommunicationibus, vt etiam tenet glo. in c. pastoralis. de offic. ordin. quam communiter sequuntur Doct. Et hoc probatur per capitulum eos, de senten. excommun. lib. 6. argumentum. ad hoc. in c. si presbyter. & c. sequent. 26. q. 6. & in c. fures. de fur. Dummodo talis sacerdos non sit excommunicatus, aut hæreticus, vel ab Ecclesia præcisus, secundum sanctum Bona. in prædicta dist. 19. quarti.

Confessor debet esse bonæ, & honestæ vitæ, & est 2. confessoris conditio.

SEcunda conditio confessoris, dicitur sanctitatis. Ille enim debet esse bonę & honestæ vitæ, cuius ministerio iustificantur impij, reconciliantur rei, sanantur in anima infirmi, atque spiritualiter resuscitantur mortui. vnde Augustinus super Psalmo. 26. sermone. 2. ait: *Talem esse oportet sacerdotem Domini, vt quod populus pro se apud* DEVM *non valet, ipse pro eo mereatur impetrare, quia scriptum est: Si peccauerit populus, orabit*

Digitized by Google

orabit pro eo sacerdos. Si autem sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? quasi dicat nullus. vide textum ad hoc, in c. fertur. §. vulnerato. 1. q 1. vbi inter alia dicitur: *Vulnerato pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? Aut quomodo populum oratione tueatur, qui iaculis hostium sese ferendum exponit? Aut qualem fructum de se productum est, cui grani peste radix est infecta? Maior est meuenda est locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam pronocant, quam per semetipsos placare debuerant.* Qua ex re dicit Durandus in summa, vbi supra, quod talis debet esse confessor, vt sit dignus Christi minister, vnde de pœnitent. distinct. 6. capitul. qui vult, scriptum est: *Sacerdos cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo sit iudicandus, quod in alio promptus est iudicare. Iudicans enim alium, qui ipse est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat ergo se, & purget in se, quod alios videt sibi offerre.* Ex quibus verbis sumitur argumentum, secundum Durandum, vbi supra, quòd existens in mortali peccato, peccat mortaliter absoluendo alium, nisi prius pœniteat. Præterea sacerdos in confessione debet animas instruere, docere, arguere, & à peccato quantum potest reuocare. Malus autem, & peccatis ipse inuolutus, quomodo hoc faciet? Scriptum est enim Ecclesiasti 14. *Qui sibi est nequam, cui alij bonus erit?* De anima sua modicũ curãs, multo minꝰ curabit de aliena. Et ideo sæpe accidit, quod male dispositus accedens ad confessorem malum, multo magis indispositus ab eo recedit. Imo quod peius est, aliquando pœnitens ad tales confessores accedit, cum decem peccatis, & reuertitur cum quindecim. Et sæpe ad ipsos vadunt aliqui bene dispositi, & contriti, qui ab eis deprauati reuertuntur incontriti, & indispositi. Quomodo enim audebit alium arguere de crimine, ille, qui in eodẽ, & maiori est inuolutus? Cum dicat Hieron. in transitu suo: *Quomodo prædicabit auarus de paupertate? Luxuriosus de castitate? & inuidus de charitate?* Tu igitur sacerdos, qui vis esse fons, in quo sordidi debẽt lauari, prius purifica teipsum. Quia secundum Gregor. *difficile est fontem non deterpari, in quo sordidus lauatur.* Tales confessores sunt, sicut aqua, quæ quanto plures pannos immundos lauat, tanto magis ipsa fœdatur. Item sicut candela, quæ quanto plus alios illuminat, tanto magis seipsam consumit. De ipsis quoque dici potest illud, quod ait Augustinus in sermone Epiphaniç, de Iudæis dic. quòd facti sunt sicut lapides à milliario, qui viatoribus aliquid ostendunt, sed ipsi immobiles persistunt. Et aliis demõstrato vitæ fonte, ipsi perfidi moriuntur siccitate. Non solum autem debet esse sanctus confessor, & sine peccato mortali, sed in sanctitate solidus, & firmatus, propter illa, quæ audiũtur in confessione. Et ideo Bernardus super Cantica, sermone 18. inquit: *Tu frater, cui firma charitas nondum est, sed adeo tenera, & arundinea, vt omni cedat flatui; qua fronte aliena vulnera curare, aut audis, aut acquiescis? Noli esse nimis iustus. Sufficit tibi, si diligis proximũ tuum, sicut teipsum. Non enim salutem proximi debes quærere, in salutis propriæ detrimentum,* hæc ille. Propterea ab illo, qui est in peccato mortali, nõ debet quisquam hoc sciens recipere Sacramenta, nisi in casu necessitatis, aut quando ab alio bono recipere non valet. Cuius ratio est, quia secundum Durand. & Raymund. & Thom. in quarto, distin. 24. quicunque in mortali crimine executionem alicuius ordinis operatur, mortaliter peccat. Et ex consequenti, qui ad hoc eum inducit, quia digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus, ad Roman. primo, & 86. distinctione capitul. facientis. & 2. quæstione 1. capit. notum sit & 27. quæstio, 1. c. 2. & de offi. deleg. ca. 1. Ideo Saluator noster dixit Pharisæis de muliere adultera: *Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat.* Ioan. 8. & de pœn. distin. 6. ca. qui vult. Ex quo datur intelligi, quod qui vult alios corrigere, & eis pœnitentiam iniungere, prius ab omni peccato mortali se debet mũdare, c. qui sine peccato. & c. iudicet. & c. in grauib. & c. postulatus. & c. sacerdotes. 3. quæstio. 7. O igitur populi mi, talem elige confessorem,

In peccato mortali existens, mortaliter peccat absoluendo aliũ, nisi prius pœniteat.

vt possis ab eo bene mundatus recedere. Si enim esses vultum lauaturus, nó atramento illú abstergeres, vt pulchrior fieres. Nec si mare esses transiturus, eum qui nunquam in naui fuerit pro ductore recipores. Non ergo debes malo confessori animam tuam commẽdare, sicut nec ouẽ lupo commendares, nec qualiam, siue coturnicem accipitri, nec leporem cani, nec ebrioso vinum, nec guloso ferculum delicatum. Nam mali confessores, non ex charitate confessionis audiunt, nec salutem animarum quærunt, sed honores, ac complacentias. Et quod peius est, pecunias, bursas euacuantes, aut ad malum sollicitantes absoluunt, à quibus non possunt absoluere, non faciunt conscientiam de grauissimis peccatis mortalibus: Vnde hodiernis temporibus tantæ vanitates, tot concubinarij, tot vsurarij, tot malæ consuetudines, nisi propter supportationem malorum confessorum? O confessores, de manibus vestris requirentur animæ pereuntium: Vnde Aug. in lib. 50. homiliarũ, homilia. 7. dicit: *Si prosit vnusquisq; vix sufficit in die iudicij reddere rationem, quid de sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omnium animæ requirendæ?* quasi dicat, male erit. Vnde ô benedicte Deus procedit, quòd non est aliquis, tam sceleratus, incorrigibilis, & obstinatus, qui non inueniat confessorẽ? Profectò est, quia tales mali confessores possunt dicere sibi confitenti: *Domine, quinque talenta tradidisti mihi*, vnde dicunt ei, absolue te. Sanctum ergo eligite confessorem, si vultis animas vestras sanctificare.

Tertia conditio confessoris est quod cognitionis, & scientiæ claritatem habere debet.

TErtia conditio confessoris, dicitur claritatis. Debet enim habere claritem cognitionis, & scientiæ, vt dicitur in c. omnis de pœni. & re. & ibi gloss. super verbo sacerdoti, & glo. super verbo prudum. in cap. ne pro dilatione. eod. titu. Vnde dicit Rich. noster. in 4. dist. 18. art. 2. q. 5. quòd confessor absoluens scienter vel ex ignorantia crassa, vel affectata, ab illis peccatis à quibus non potest absoluere, peccat mortaliter. Nam Deut. 27. scriptũ est: *Maledictus, qui errare facit cæcum in itinere.* Et ideo tales confessores exponunt se simili maledictioni, quæ venit super filios Heli. De quibus scriptum est primi Reg. 2. quòd erant filij Belial, nescientes Dominum, nec officium sacerdotum ad populum. Ideo Augu. de pœ. distin. 6. c. qui vult. ait: *Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commissi crimen nequitiæ, ita non careat nomine scientiæ: oportet enim vt sciat cognoscere, quicquid debet iudicare.* Iudiciaria namque potestas exposcit, vt quod debet iudicare, discernat, vnde glos. super ve bo. sciat ait, quod ignarus iudex esse dicitur, nisi habeat peritiam, & experimenta causarum. Quod etiam patet in authentico, de iudicibus in prin. collat. 6. Præterea vt dictum est, ad sacerdotem pertinet instruere subditos suos in lege, iuxta illud Aggei. 2. *Interroga sacerdotes legem.* Sed nullus artem aliquam docere præsumere debet, nisi prius ipse didicerit, extra de elec. c. cum in magistrum. 59. di. c. ordinatos. 61. di. c. miserum & 16. q. 1. cap. si clericatus. Difficilior autem ars nulla est, animarum regimine, & conscientiarum examine, vt dicitur in cap. cum sit. de æta. & quali. Ideo inquit Greg. in pastorali. lib. 1. cap. 1. *Nulla ars doceri præsumitur, nisi prius intenta meditatione discatur: ab imperitis ergo pastoralis magisterium, quæ temeritate assumitur, cum sit ars artium, regimen animarum?* hæc ille. Ideo dicitur secundi Paral. 19. *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit: sit timor Domini vobiscum & cuncta cum diligentia facite*, & Leuit. 10. dixit Dominus ad Aaron: *Præceptum est, sempiternum in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum, inter polutum, & mundum, docentes filios Israel omnia legitima mea.* & Leuit. 14. dicitur, quòd sacerdotes debebant discernere inter lepram, & non lepram. Ideo Augustin. in dicto capitulo. qui vult, de pœn. distinct. 6. ait: *Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare, & soluere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur à Deo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quia si cæcus*

Digitized by Google

si cæcus cæcum ducatum præstet, &c. Matth. 15. Lucæ 6. 36. distinct. 5. vt itaque, & 38. distinct. c. quæ ipsis, & de pœni. distinct. 6. §. quod autem. & de renun. c. post translationem, & de æta. & quali. c. cū sit. Secundū enim Alex. de Ales. scire soluere, atq; ligare, est scire illi ostendere, quæ requiruntur ad absolutionē à peccato, & ligare cū pœnitentia competenti. Vnde Durand. noster, vbi supra, & Rich. in 4. dist. 18, dicūr, quòd sacerdos in quantum deputatus est ad celebrandum diuinum officium, tantum debet habere de grammatica, vt sciat cōgrue, & bene verba proferre, & quod intelligat saltem ad litteram quod legat. In quantum verò est minister sacramentorum, scire tenetur, quæ sit cuiuscunque sacramenti materia, & forma. Debet etiā nosse modū dispensandi. In quantū verò est doctor, tenetur scire fidei rudimenta. In quantum verò est iudex in foro cōscientiæ, tenetur scire discernere, inter peccatum, & peccatū, saltem in illis peccatis, quæ sunt notoria, & pœnitentē ad salutē dirigere. In alijs vero peccatis, de quibus etiam sapientes dubitant, simplex sacerdos debet habere tantam scientiam, quòd sciat de his saltem dubitare, & remittere pœnitentem ad consilium sapientioris. Nam difficile est scire omnem materiam restitutionum, contractuum, suspensionum. & huiusmodi. Et idem dicit sanctus Bonauē. in 4. distin. 17. addens, quòd debet semper scire ad quæ peccata, sua potestas se potest extendere, quo ad absolutionem. Et prædicta eliciuntur ex c. nulli sacerdotum 38. d. stinct. Et possumus dicere, quòd qui non ingerit se, sed ex obseruantia, vel requisitus exercet se ex charitate in confessionibus, non tenetur nisi secundum prædicta. Sed qui obtulit se officio, fortius obligatur. Talis. n. tenetur de omni exacta diligentia, ar. ff. depositi. l. 1. §. Iæpe versi. sed & si. vbi dicitur, quòd qui obtulit se deposito, tenetur de leuissima culpa, vbi alias non teneretur nisi de dolo, & lata culpa, cum recipiat tantum ad vtilitatem aliorum. Vnde dicit Durandus, vbi supra, quòd quoties quis se ingerit ad confessiones audiendas, toties offert se ad respondendum de peccatis mortalibus. & de præceptis, de contractibus, vsuris, & restitutionibus. Vnde debet confessor quilibet saltem cognoscere genera peccatorum, & quæ sint mortalia & capitalia, saltem in communi. Aduertendum tamen, secundum Antonium Archiepiscopum Florētinum, quòd potest quis dummodo non sit nimis imperitus, in tribus casibus audire confessiones. Primus est, quando periculum mortis imminet, nec alius cōfessor potest haberi, tunc enim quilibet confessor potest, & debet eum audire. Secundus est, quando confitens est peritus sufficienter, ita quod doceat confessorē, quod debet intelligi, si est bonę conscientiæ ille, qui confitetur, ita quod non sit verisimile, quòd debeat fallere confessorem in dicendo. Tertius est, quando confitens viuit spiritualiter, & crebro confitetur, & non cōsueuit habere, nisi venialia. Qui ergo vult recte confiteri, quærat sacerdotem habentem conscientiam, & scientiam, quia non omni sacerdoti est confitendum, vnde Ecclesiastici 4. dicitur: *Ne fub scias te homini pro peccato.* Et in dicto c. qui vult, dicit August. *Qui confitetur sacerdoti, meliori quàm potest confiteatur. Stultum enim esset infirmus, qui sciens se medico commendaret ignoranti.*

In tribus casibus quilibet cōfessor potest audire cōfessiones.

SED hic oritur dubium: Si non inuenitur idoneus scientia, & conscientia, sed vnus deficit in scientia, & alius in conscientia, quid fiendum? Aliqui dicunt, quòd rutius est confiteri habenti scienti am, & non conscientiam, quia scientia est necessaria ad executionem sacramenti. Alij autem dicunt oppositum, & forte melius, quia vt patet ex prædictis, deficiens in scientia, potest in casu necessitatis, sine peccato audire confessionem. Sed deficiens conscientia, non potest sine peccato mortali se intromittere, cui peccato annectitur, qui in peccandi occasionem præbet, cum posset sibi aliter prouidere, vt patet ex præcedentibus. Et ideo

Quid agendum cū non inuenitur cōfessor idoneus, scientia, & conscientia, sed alter scientia, alter conscientia deficit.

Eccle-

Digitized by Google

Eccles. 19. scriptum est : *Melior est insipientis cum timore Domini, quàm apparens sapientia & subtilitia.* Præterea imperfectionem scientiæ posset supplere perfectio charitatis, extra de renun. c. nisi cum pridem. §. pro defectu. Sed imperfectionem innocentiæ non supplet scientia, imò quod peius est, quanto est maior scientia, tanto est periculosior, sicut bonus gladius in manu furiosi: patet in dæmone, qui est denominatus à scientia. Ideo dicitur 1. Corinth. 8. *Scientia inflat, charitas ædificat.* Et idem habetur transumptiue in d. §. pro defectu. Audite exemplum quod accidit tempore quo Comes Franciscus Sforcia factus est Dux Mediolani. Quidam enim confessor sine conscientia, discurrebat per Diœcesim Mediolanensem, dãs bullas fallas, & absoluens ab omnibus peccatis, tam præteritis, quàm futuris. Quidam autem hoc intelligens accessit ad eum, & petijt ab eo, vt sibi absolutionem faceret de quodam peccato magno, quod volebat committere, qui petijt ducatum pro dicta absolutione; qua facta in scriptis, ille taliter absolutus sciens prædictum confessorem debere discedere ab ipsa terra, cum magna pecuniarum quantitate, expectauit eum in quodam loco, & totaliter eum expoliauit omnibus rebus, qui statim perrexit Mediolanum, & accusauit expoliatorem suũ corã duce. Cum ergo pro eo misisset, ille confessus fuit, quod eum expoliauerat. Et cũ Dux vellet eum tradere puniendum Capitaneo iustitiæ, ipse rogauit Ducem, vt audiret causam. Deinde interrogauit ipsum confessorem coram Duce, vtrum absoluisset eum à quodam peccato quod volebat facere, & ille quia negare nõ poterat, respondit quòd sic. Tunc expoliator dixit : Illustrissime princeps, iste vadit per terras absoluendo omnes, qũi dant sibi pecuniam à peccatis, etiam futuris, quari ergo rogaui, vt me absolueret de quodam magno peccato, quod volebam committere, & ipse me absoluit pro vno ducato, peccatum autem quod volebam committere erat de despoliando ipsum, quare cũ ab eo sim absolut', nõ debet quærere aliam punitionẽ. Quibus auditis Dux, & omnes ci cumstantes in risum conuersi sunt, & illum confessorẽ reprobum cum vituperio expulerũt. Nolite ergo credere omni certano dicenti, se habere auctoritatem absoluendi, sed seruate illud Ecclesiast. 37. *A consiliario male, serua animam tuam.*

Exemplum

QVarta conditio confessoris, dicitur discretionis. Debet enim confessor diligenter examinare conscientiam confitentis cum magna discretione. Et ideo contra malos confessores dicit Dauid, in Psal. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Ideo Aug. de pœn. distinctione. 6. cap. 1. ait : *Diligens inquisitor, & subtilis inuestigator, sapienter, & astute interroget à peccatore quæ forsan ignorat, vel ex verecundia velit occultare.* Sunt tamen quædam quę non debet nimis curiosè inquirere, quãdo non sunt verisimilia, quòd sint in confitente, maxime de valde turpibus, quæ quis ignorat. Tales enim confessores reprehendit Scotus in 4. distinctione 15. & Dauid in Psal. inquit: *Scrutati sunt iniquitates* &c. Ex hoc enim frequenter addiscit pœnitens, quæ non nouit, & cõtingit sæpius inquinari ipsum confessorem. Scriptum est enim Prou. 11. *Inuestigator malorum opprimetur ab eis.* Ideo non debet talia enormia, & inconsueta inquirere, nisi in generali, & de lõginquo per quasdam circumloquutiones, vt si fecit qui confitetur, intelligat, & si non fecit, non addiscat. Narrat Cæsarius, quòd quędam virgo confitebatur sacerdoti, qui imprudens, & indiscretus, de peccatis sibi ignotis cœpit eam interrogare, quę in tantum cœpit tentari, quod postea, sicut retulit alteri sacerdoti, vix ab illis potuit abstinere. Dicit ergo Scotus, vbi supra, quòd valde peccant tales confessores, maxime si talia inhonesta libenter audiunt. Debet ergo esse valde astutus, & prudens confessor, & facere confitenti multas interrogationes. Primo vtrum anno præterito confessus sit, & an integraliter, & vtrum compleuerit pœnitentiam

tentiam ſibi impoſitam, & vtrum recepit corpus Domino in paſchate, & ſi recepit, vtrum in ſtatu gratiæ. Deinde debet inquirere, vtrum ſeruauit decem præcepta, diſcurrendo per ſingula. Et vtrum commiſit aliqua ex ſeptem vitijs capitalibus. Et an ſeruauit mandata Eccleſiæ, & an cuſtodierit quinque ſenſus corporis, & fecerit opera miſericordiæ. Deinde diligenter diſcutiat circumſtantias peccatorum. Ad hoc enim tenetur ſacerdos maxime quãdo qui confitetur, eſt iguorans, de pœnit. & remiſ. cap. omnis. §. ſacerdos autem. ideo Iob. 29. cap. ſui libri, myſtice ait: *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.*

Cõfeſſor ſeptem debet diligenter conſiderare.

ET pro concluſione huius partis dico, quòd confeſſor, qui eſt medicus ſpiritualis, debet facere ſicut medicus corporalis, ſeptem cõſiderando. Primum quòd debet medicus conſiderare, eſt quidditas, id eſt, quæ ſit infirmitas. Vna enim infirmitas ſanatur vna medicina, quæ non ſanatur alia, imò quidam ægroti recipiunt valetudinem vno medicamento, qui occiderentur contrario. Et ideo ex hoc prouenit, quòd multi infirmi moriũtur, quia medici ſæpe non cognoſcunt infirmitates ægrotantium. Et ſimiliter medicus ſpiritualis, id eſt, confeſſor debet conſiderare quidditatẽ infirmitatis ſpiritualis, ſcilicet peccati; hoc eſt, eius genus, & ſpeciem, vt ei prouideat de remedio opportuno. Secundo debet medicus corporalis conſiderare temporalitatem infirmitatis, ſcilicet quanto tempore quis ſtetit in ea, quia inueteratæ infirmitati alia requiritur medicina, quam ſi ſit infirmitas recens, quæ leuiori remedio poteſt amoueri. Et ſimiliter cõfeſſor debet conſiderare quanto tempore pœnitens ſtetit in peccato. Et maxime ſi habet conſuetudinem in ipſo. Tertio debet medicus cõſiderare infirmitatum varietatem. Sæpe enim infirmo ſunt ægritudines contrariæ, quę requirunt contraria medicamenta. Et ideo in hoc oportet medicum eſſe prudentiſſimum, ne remedia adhibendo vni infirmitati, faciat creſcere aliã. Sicut quando quis habet dolores cholicos, qui requirunt remedia calida, & febrẽ peſtilentialem, qui requirit remedia frigida: Et ſimiliter confeſſor debet conſiderare peccatorum diuerſitatem. Quandoque enim quis habet quædam peccata, quæ vidẽtur ſibi inuicẽ quodammodo eſſe contraria, licet omnia vitia tendant ad peccatoris damnationem, & mortem æternam. Nam aliquando quis habet peccatum auaritiæ, quo inducitur ad nõ faciendum eleemoſynas pauperibus, ſed ad ſibi retinendum ſuperflua. Alio autem ex latere, habet peccatum ſuperbiæ, & vanæ gloriæ quo inducitur ad erogandum de bonis ſuis pauperibus, vt laudetur, & melior, ac miſericordior cæteris reputetur. Debet ergo confeſſor ſingulis peccatis congruentia adhibere remedia, & non facere ſicut quidam medicus, qui quibuſdam pilulis, ſiue pulueribus, vel quodam electuario quaſcunque infirmitates volebat curare. Quarto debet medicus conſiderare quantitatem infirmitatis, ſcilicet vtrum ſit magna, vel parua, quia vna febricula tertiana, curari poteſt modica abſtinentia, & dieta, vel phlebotomia. Febris autem nota, & quartana, aut huiuſmodi, potentioribus remedijs indiget. Et ſimiliter confeſſor magnitudinem, & paruitatem peccati debet attendere, vt maiori infirmitati, id eſt, peccato maiorem det pœnitentiæ medicinam, & minori leuiorem. Quinto debet medicus conſiderare qualitatem infirmi, ſcilicet an ſit naturaliter robuſtus, an vero delicatus, & debilis, vt det ei medicamenta, quæ valeat tolerare, & quæ eius corporis complexioni conueniant. Aliquando enim modicum ſolutiui magnam operationem faciet vni infirmo, quę nihil faceret alteri. Sed ei oportebit dare multos ſcropulos diafenſcon, diaprunis, diagredi, & reubarbari, &c. Et ſimiliter confeſſor conſiderabit qualitatem ipſius peccatoris, vtrum, ſcilicet poſſit veriſimiliter facere pœnitentiam, quam ei vult iniungere, & c. Sexto debet medicus cõſiderare ſexto.

2. à confeſſore conſiderandum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

cauſalitatem infirmitatis, ſcilicet qua ex cauſa prouenerit, an ex caliditate, vel frigiditate, aut ex nimia comeſtione, vel abſtinentia, quia medicinæ habent fieri per contraria. 2. Ethic. Et ſimiliter confeſſor debet conſiderare cauſalitatem peccati, an proceſſerit propter malã ſocietatem, & conuerſationem, an ex ſuperflua comeſſatione, aut ex alia cauſa, & cõfitenti indicere ipsã cauſam. *Septimum.* Septimo debet medicus cõſiderare accidentalitatem infirmitatis, quia accidentia multum conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. 2. Priorum. Et ideo prudens medicus non ſolùm conſiderat tempus paroxyſmi, ſed etiam multa alia inquirit, ſcilicet quanto tempore perdurauit frigus, & calor febris, an ſenſerit infirmus dolorem capitis, vel ſtomachi, aut ſpatularum, an habuerit vomitum; vtrum in ſomnis veniãt ſibi multa phantaſmata, & poſſit dormire, & an habeat appetitum edendi, & lubricitatem, aut ſtiticitatem corporis; tãgitque ei pulſum, reſpicit vrinam, &c. Et ſimiliter confeſſor debet diligenter examinare circunſtantias peccatorum. Et multa alia de quibus Auguſt. in libro de pœnitentia ait: *Diſcretio confeſſoris valde neceſſaria eſt. Conſideret quantitatem criminis in loco, in tempore. In perſeuerantia, in varietate perſonæ, cuius fuerit ætatis, cuius ſapientiæ, & ordinis, & quali hoc fecerit intentione, & de ipſius vitij multiplici executione*, hæc ille: Quibus omnibus conſideratis, debet vnicuique infirmitati præbere conuenientia remedia, & nõ facere more imperiti medici, qui omnem infirmitatem oculorum vno collyrio vult curare, capit. fin. 29. di. Item ipſe medicus, & cõfeſſor debet eſſe talis, quod infirmus & peccator habeat in eo cõfidẽtiam, & ſpem recuperandæ ſanitatis. Aliter parum proficiet. Et per experientiam videtur, quòd ex probis medicis eiuſdem ſufficientiæ ille plures infirmos curat, in quo plures confidunt, & qui habet maiorem famam peritiæ, imò etiam ſi ſit imperitior. Ad prædicta etiam poteſt dari exemplum de quodã medico, qui patrem ſuum grauiſſime infirmum curauit. Deinde vxorem eiuſdem patris ſui, nouercam ſuam, eadem infirmitate laborãtem, licet non tam grauiter, nunquã curare potuit. Quia in eo non tantùm confidebat, ſicut pater. Non debet autem confeſſor eſſe nimis rigidus, & auſterus in ſermone, & reprehenſione, maxime antequam pœnitẽs perfecerit confeſſionem. Quia ex tali aſperitate ſermonis tollitur confidentia confitenti, & nõ audet poſtea dicere omnia peccata ſua, & ſæpe propter hoc facit cõfeſſionem inualidam. Et ideo ipſe confeſſor, quantum poteſt, ſecundum Deum debet eſſe conſolatorius ipſi confitenti, & ipſum humanis verbis attrahere, vt omnia ſua crimina confidenter dicat. Et tunc in eo verificabitur illud Iob 26. *Obſtetricante manu*, id eſt, diſcretione cõfeſſoris prudentis, *eductus eſt coluber tortuoſus*, id eſt, diabolus, de anima peccatoris. In fine vero cõfeſſionis debet illi oſtendere grauitatem peccatorum ſuorum, & declarare quantam pœnitentiã meretur; quãtum poteſt, inducere eum ad dolorem ſuorum delictorum. Et hæc ſufficiant pro 1. parte huius termo. *Exemplum*

PARS SECVNDA, IN qua ponuntur conditiones quas debet habere vera confeſſio.

SEx conditiones inter alias debet habere quælibet bona confeſſio. Quarum prima dicitur rectificationis, vt ſcilicet nõ fiat animo ſimulato. *Deus* enim *non irridetur*, vt dicit Paulus, ad Gal. 6. Sicut enim *eſt, quod a ſimia, vult omnia ſimiare in deriſionem; & tamen ipſa deridetur. & capitur in ſuis deriſionibus. Dum enim videt barbitonſorem ſeipſum radere ad ſpeculum, & ipſa hoc facere volens, & ſub gutture radere, ſibimet incidit collum. Dum etiam videt hominem calciari, vult ipſum ſimiare, & ligatis ſibimet pedibus calceis capitur: ita multi, in ſua confeſſione putant deridere Deum, vel homines, minuendo, ac me-* *Sex Confeſſionis cõditiones; quarum prima dicitur rectificationis, non debet.*

Digitized by Google

ac mediando peccata ſua commiſſa. Sed ipſi capiuntur in ipſis. Non enim Deus talem confeſſionem acceptat, ſed indicat peccatorem, ac ſi non eſſet confeſſus, addēs inſuper pœnam propter irriſionem. Cuius figura habetur ſecundi Regum decim. vbi legitur, quòd Dauid miſit nuncios ad conſolandum Amon de morte patris ſui dolentem. Sed ipſe Amon perſuaſione ſuorum ſeruorum appræhendit ſeruos Dauid, & raſa eis medietate barbæ, & inciſis veſtibus vſque ad nates, remiſit illos ad Dauid ſic illuſos. Quod audiēs Dauid, eos noluit intueri, donec barbæ eorum creuiſſent. Et tunc veſtitos veſtimentis completis vidit eos. Et remiſit Ioab cum exercitu ſuo, & exterminauit Amon de terra ſua ob hanc deriſionem. Per Amon enim ſignificatur peccator. Amon namque interpretatur onuſtus, vel populus dolens, ſiue populus mœroris, vel populus iniquus aut inutilis. Orbatur enim patre. i. vſu liberi arbit. quo prius merebatur. Sed mittit Dauid ſeruos ſuos ad conſolandum ipſum, quia Chriſtus inſpirat ei notitiam peccatorū, vt illa confitendo conualeſcat, & liberetur ab illo mœrore, & pondere quo præmebatur. Sed adeſt praua familia ſuadens, vt derideat ſeruos Dauid: hæc autem nefanda familia eſt pudor confeſſionis, timor ſatisfactionis, & amor delectationis. Et vide quid ſuadeant ipſi Amon, id eſt, peccatori. Dicit pudor confeſſionis: Peccata tua ſunt nimis lubrica, & turpia. Incide tibi veſtes vſque ad nates, vt media appareant, & media ſint cooperta. Rade tibi medietatem barbæ, vt non reputet te confeſſor tuus tam ſordidum. Dicit autem timor ſatisfactionis: Cauc ne te diuitem ex vſura confitearis, quia oportebit te ſatisfacere, & remanere pauperem. Dicit autem amor delectationis: Ne confitearis te talem libidinem exercuiſſe, ne ipſa delectatione priueris. Et ſic ſuadet hæc praua familia, vt peccator ſua peccata diminuat. Et tunc miſer credens deridere Deum, vel confeſſorem, ipſe deridetur. Quia Deus talem non reſpicit confeſſionē medietatis peccatorum, ſed integram intuetur. Non vult enim illa videre dimidiata. Sed pro integris, & completis punit. Vnde mittit Ioab qui interpretatur inimicus, id eſt, diabolum, qui ipſum peccatorem ſic male confeſſum interimat. Ad prædicta etiam facit, quod ſcribit Vegetius, in lib. de re militari, dicens, quòd nihil magis in acie cuſtodiendum eſt, quàmvt omnes milites incedendi ordinem ſeruent, & ab inuicem non ſeparentur. Periculum enim ab hoſtibus ſemper ſuſtinet grauiſſimum, diuiſus & inordinatus exercitus. Quia namque nos dum confitemur peccata noſtra, pugnamus contra diabolum, & tot armatos milites dirigimus aduerſus eū, quot peccata legitime confitemur; ideo ſummopere cauendum eſt, ne talis exercitus inordinate procedat, & vel diuiſe, id eſt, ne vnum peccatum manifeſtetur, & aliud taceatur, & aliquid diminuatur de eo quod factum eſt. Sic enim deficiendo diabolus nos vinceret. Ideo quemadmodum peccata commiſſa ſunt, ita etiam debent lachrymabiliter confiteri, & ſtatim diabolum ſuperabimus. Cuius figura habetur prim. Macha. quint. vbi legitur, quod Iudas Machabęus venit congregato exercitu contra Timotheum ducem filiorum Amon, iuxta torrētem, quem videns Timotheus, ait principibus ſuis: *Si Iudas tranſiens torrentē inuadet, non poterimus præualere aduerſus eum. Si vero timuerit ad nos tranſire, ibimus ad ipſum, & ſuperabimus eum.* Iudas autem ordinato ſcriba ſiue notario qui omnium nomina ſciebat, fecit omnes proprio nomine, & cognomine vocari, & tranſire torrentem. Quo facto, perterritus Timotheus, fugatus eſt, & exercitus eius. Iudas vero ſuccenſa terra eorum aſcendit montem Sion, integrum ducēs exercitum ſuum ſine vllo damno, & ibi Domino ſacrificauit, & obtulit holocauſtū. Per Iudam enim ſignificatur omnis pœnitens. Iudas enim interpretatur glorificans. & ipſa pœnitendo glorificat Deum. Iſte autem Iudas, id eſt, pœnitens, primo accedit contra diabolum vſque ad tor-

Exponitur illud 2. Re. 10. de ſeruis Dauid, quibus ab Amon raſa fuit medietas barbæ, &c.

Expoſitio illius 1. Macha. 5. de Iuda qui congregato exercitu perrexit cōtra Timoth. &c.

Digitized by Google

rentem lachrymarum per contritionem. Sed si vult obtinere victoriam, oportet quòd progrediatur, quia non sufficit fundere lachrymas, sed necesse est confiteri peccata, quod cognoscens diabolus dicit sociis suis: *Si transierit torrentem, &c.* Et ideo oportet quòd ipse Iudas per notarium, id est, memoriam, quæ omnia peccata habet in scriptis quantum ad nomen, & quantum ad cognomen, id est, quantum ad locum, tempus, & modum, & quo ad omnes alias circumstantias ad veram confessionem requisitas, faciat omnia transfretare singulatim, & audacter, & sic omnibus peccatis transeuntib. torrentem per confessionem, conteritur diabolus, & dissipatur habitatio eius, per quam culpam habitabat in anima. Et tunc ipsa anima hac obtenta victoria cum omnibus virtutibus suis, sine aliqua læsione ascendit montem Sion, ad speculandum æternam beatitudinem. Sciens ergo diabolus Iudam, id est, ipsam animam pœnitentem veniſſe vsque ad torrentem, id est, ad lachrymabilem compunctionem, congregat exercitum suarum tẽtationum ad impediendum, ne transeat vltra per confessionem, vel vt saltem aliquos de sociis ipsius non permittat transire, vt sic ipsum Iudam valeat superare, optime iciens ipsum nisi omnes sui socij transierint, non posse eius manum euadere. Et ideo Origenes super Leuiticum, exponens illud psalmistæ: *Dixi confitebor aduersum me, &c.* nos hortatur ad integram confessionem dic. *Vides quòd pronunciare peccatum, remissionem peccati meretur. Præuenit est diabolus in accusatione, vltra nos accusare non poterit. Si enim nostri accusatores fuerimus, nobis proficiet ad salutem: si verò expectemus vt à diabolo accusemur, accusatio illa cedet nobis ad pœnam, diabolusque eos habebit socios in gehenna, quos conuicerit criminum socios habuisse*, hæc ille. Licet autem non sit necesse confiteri particulariter omnia peccata venialia, sed sufficiat illa confiteri in generali, si in purgatorio nolumus pro eis atrocius cruciari; tamen debemus animam nostram studiose purgare, etiam à venialibus, ne per illa trahamur ad mortalia. Ait enim August. in lib. de decem chordis: *Nolite cõtemnere venialia, quia minima sunt, sed timere quia plura sunt, p[er]unque enim bestiæ minutæ nocent. Nunquid non minutissima sunt grana arenæ? Sed tamen si amplius mittantur in naui, mergunt eam vt pereat: quàm minutæ sunt gutte pluuiæ? & tamen flumina implent, & domos dejciunt. Timenda est ergo ruina multitudinis, & si non magnitudinis.* Quæ verba inquit Augustinus, quia assiduitas peccatorum venialium interdum inducit tam efficacem consuetudinem in malo, & tales facit concurrere circunstantias, & conditiones, quod ab ipsis proceditur ad mortales culpas, quæ deducunt homines ad æternum interitum: Et propterea etiam dicit idem August. in quadam homilia, quod sicut guttæ aquæ quamuis minutæ, continuè fluentes in naui per sentinam, nisi ipsa sentina euacuetur, tandem demergi facient nauem; ita nisi peccatorum venialium continuus fluxus reprimatur, & ab anima ejciatur, perducent finaliter ipsam ad tartareæ abyssi demersionem. Et hæc sufficiant quantum ad primam conditionem bonæ confessionis, quæ etiam appellari potest perfectionis, vt, sc. omnia peccata perfectè, & integraliter confiteantur.

Venialia, licet ex ne-

cessitate confitenda non sint, tamen studiosè ab eis nos purgare debemus.

SEcunda conditio dicitur propositionis. Debet enim ille, qui vadit ad confessionem, firmiter proponere in animo suo nunquam amplius committere illa peccata. Si enim haberet intentionem recidiuandi, in vanum confiteretur, nec reciperet gratiam Dei per confessionem. Quia vt dicitur Sapientiæ 1. *In malenolam animam non introibit sapientia.* Quod autem confessio sine tali proposito non valeat, patet per exemplum quod legitur in miraculis sancti Constantini Cantuarienſis Archiepiscopi, vbi dicitur, quod celebrante Missam sancto Lauphrato, quidam eius Diaconus iuuenis qui in ipsa Missa dixerat Euangelium, ibidem cunctis videntibus fuit post Euangelium ereptus à diabolo. Dæmon enim per ventrem eius tanquam canis parvulus currebat, nunc versus os, nunc

2. Confessionis cõditio.

Exemplum ad integri cõfessionem hortans.

Digitized by Google

nunc verſus inferiora. Et quicunque ad eum accedebat, ſi crimen aliquod mortale habebat, de quo non eſſet confeſſus, illud publicè detegebat. Qua de cauſa nonnulli erubeſcentes, purè ſunt confeſſi. Qui dum ſe illi præſentarent, quærebat dæmon, qui eſſent, & vnde venirent, nullam vt prius, eorum habens notitiam. Aliud etiam exemplum recitat Cæſarius dicens, quòd in Brabantia apparuit quidam dæmon, qui omnibus ſibi loquentibus peccata commiſſa, & non confeſſa improperabat. Accedit autem quòd quidam homo deſiderans ipſum audire, ſed timens ne peccata ſua reuelaret, confeſſus eſt ea cum voluntate iterum recidiuandi in eis. Vnde hac confeſſione facta iuit ad dæmonem. Et mox vt introiuit dæmon in aere clamans, dixit: Amice veni huc, quia certè benè te dealbaſti. Et ſtatim omnia peccata ſua, licèt totaliter cõfeſſa omnibus audientibus reuelauit. Et quia turpia erant, & vilia, illum nimis confudit, & damnandum dixit. Vnde ille triſtis effectus, & ad ſe reuerſus perrexit ad confeſſorem ſuum, & ei quæ acciderant, retulit. Et confeſſionem reiterauit, cum firmo propoſito non recidiuandi. Tunc confeſſor illi ait: Modò ſecurus reuertere, quia ampliùs non poterit te confundere. Qui cùm rurſus ad dæmonem iuiſſet: dixit quidam de circumſtantibus dæmoni: Ecce amicus tuus, cui paulò antè tam turpia peccata improperaſti. Dæmon autem reſpondit. Ego nihil illi improperaui, nec de ipſo aliquid mali ſcio. Tunc circumſtantes exiſtimauerunt dæmonem prius fuiſſe mentitum. Et ſic per virtutem ſanctæ confeſſionis euaſit notam maximæ confuſionis. Refert quoque idem Cæſarius, quòd coràm prædicto dæmone exiſtente quadam matrona, cum filia ſua iuuencula, quæ ſtuprũ commiſerat, & de eo non fuerat confeſſa, ipſe dæmon ait illi: Putas filiam tuam quam tenes à latere, eſſe virginem? Verè tu malè eam cuſtodiſti. Et ſi mihi non credis, interroga Petronillam, quæ fuit conſcia ſtupri puellæ. His autem auditis ſtupens mater filiam à ſe repulit cum indignatione, & confuſione, dicens: Recede à me meretrix, quia nunquam aliquid de meo habebis. Illa verò ſibi benè conſcia, ſimulatis lachrymis eiulãs egreſſa eſt dicens, dæmonem fuiſſe mentitum. Inſpirante autem Deo ſtatim ad vicinum ſacerdotem inſcia matre currẽs, cum magna cordis contritione eſt confeſſa. Et poſt confeſſionem ad matrem reuerſa, quæ de loco illo nondum receſſerat, ait illi. Male feciſti mater ſic me repellendo ad verbum dæmonis, qui eſt mendax. Et cœpit lachrymari. Commota igitur mater ſuper filia lachrymãte dixit dæmoni: Quare tale crimen filiæ meæ impoſuiſti? Dæmon autem reſpondit. Nihil mali locutus ſum de filia tua. Bona eſt, & munda, & nihil mali ſcio de ea, neque dixi de ipſa. Sic igitur puella veræ confeſſionis beneficio à ſtupri nota eſt liberata, & ad matris gratiam reducta, quæ priùs non verè confeſſa, fuerat vituperata. Aliud etiam exemplum legitur in Chronicis ordinis noſtri. Vbi dicitur, quòd Pariſijs fuit quidam magnus vſurarius, qui infirmitate grauatus, & in extremis laborans, cuidam fratri noſtro confeſſus eſt omnia peccata ſua, plenam reſtituendi vſuras faciens cautionem. Et hoc facto defunctus eſt, ac honorifice ſepultus. Sed poſt aliquantulum temporis idem frater noſter in via quadam inueniens dæmoniacum, præcepit dæmoni, vt ſibi diceret quid factum fuiſſet de anima ipſius vſurarij. Qui reſpondit ei di. Nobiſcum eſt in inferno ſepultus. Tunc frater non credens, increpauit dæmonem, dicens eum mendacem, quia dictus vſurarius omnia peccata ſua confeſſus fuerat, & nihil dimiſerat de his, quæ ad animæ ſalutem pertinebant. Reſpondit autem dæmon. Verè quicquid ei conſuluiſti totum fecit, excepto quòd ſi vixiſſet, reſtituere non intendebat. Et de hoc cum eo deceptus fuiſti. Et ſimiliter nos propter ſuam cõfeſſionem credidimus perdidiſſe illum. Sed Deus, qui nouit abſcõdita cordis, ipſum propter hoc nobis adiudicauit

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

Digitized by Google

Et vt indubitãter credas quod dico, scias quòd semper interfui suæ confessioni. Et quæcunque tibi confessus est, audiui. Et cùm dæmon omnia per ordinem enarraret, & tempus, ac locum confessionis, & ipsa peccata, quæ quia de eis non bene fuerat confessus, dæmon adhuc sciebat, ille cõfessor cogitauit sic esse veritatem. O quot inueniuntur de talibus, de quibus inquit Dominus, Esai. 26. & Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe est à me.* Et ideò Aug. in li. 1. de virginitate, ait: *Nemo à peccatis, tanquam rediturus, abscedat.* Debet ergò confessio fieri cum charitate, & Dei amore. Et non solùm ex timore. Vnde inquit Aug. in c. nullus, de pœni. di. 7. *Quem pœnitet, oportet non solùm Deum timere iudicem, sed etiam iustum diligere. Vt non solùm pœnam timeat, sed etiam anxietur pro gloria.* Ait enim Gregor. in quadam homilia: *Nihil habet viriditatis ramus boni operis, si non manserit in radice charitatis*, propterea scriptum est Ecclesiastici 17. *A mortuo quasi nihil, perit confessio.* Ideò Dauid in Psalm. 53. dicebat: *Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.*

3. confessionis cõditio.

TErtia conditio confessionis dicitur discretionis. Confessio enim debet fieri cum magna discretione, quia discretio est mater omnium virtutum. c. 1. de officio Custod. & c. præsentium. 1. q. 5. ideò Nicolaus de Lyra super illa verba Matth. 5. *quod si sal euanuerit*, ait: *Sicut sale omnia condiuntur cibaria, ita discretione omnia opera nostra ordinari debent, & dirigi.* Et ideò Bernardus, super Canticum sermone 2. dicit: *Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorem, & perpetuitatem confert. Est ergò discretio, non tam virtus, quàm moderatrix virtutum, ordinatrixque affectuum, & doctrix morum; tolle hanc, & virtus vitium erit*, hæc ille. Et Isidorus in Synonymis, ait: *Quicquid boni cum discretione feceris, virtus est, quicquid sine discretione gesseris, vitium est. Virtus enim indiscreta, pro vitio reputatur.* Hac ergò discretione habita, debet peccator grauedinem peccatorum suorum discrete considerare, & grauiora prius confiteri, & cum maiori maturitate, ac diligentia, deinde minora. argumentum in c. admonere. 33. q. 2. Nam vbi maius periculum intenditur, ibi procul dubiò plenius est consulendum. extra de elec. c. vbi periculum, lib. 6. Contra quod faciunt quidam, qui valdè ponderant leuia, & transcurrunt grauia, confitentur se in Ecclesia sputum feciſſe, & de acerbissimis criminib. pertranseunt. Et talis erat conscientia Pharisæorum decimantium mentam, & rutã, & omne olus, & grauiora legis prætermittentium. Matt. 23. Illorum autem conscientia comparatur telis aranearum capientibus paruas muscas, & magnas non. Semper ergò incipias confiteri grauiora, quæ te magis onerant, & postea facilius confiteberis minora.

4. confessionis conditio.

QVarta conditio confessionis, dicitur esse denudationis. Vnde sciendum est, secundùm Alex. de Ales, vbi suprà, & Richard. in 4. di. 21. ar. 3. q. 4. quòd in confessione, debet quilibet denudare quod fecit, & non debet quis dicere mendacium, vel quod non fecit causa humilitatis; Quia si non licet alicui ferre testimonium contra proximum, Exodi 20. multo minùs contra seipsum, secundùm Augustinum. 10. de ciui. Dei. c. 22. ideò ioquit Augustin. 22. quæst. 2. c. cum humilitatis. *Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficieris quod erubescebas.* Debemus ergò dicere veritatem in confessione, vt inquit Augusti. sermone 22. super Ioannem. Et ideò non debemus vti duplicibus verbis. Vnde inquit Alexand. de Ales, vbi suprà, quòd pœnitens, aut scit se feciſſe peccatum, & tunc simpliciter obligatur ad confitendum illud, & si apponit conditionem dicendo, si hoc feci, nulla est confessio, & in hoc errant multi dicentes: Si feciſſem talem rem, dico meam culpam, quibus ipse responderem. Et ego si te absoluo, absoluo, sicut semel feci cuidam, qui quasi in omnibus peccatis, de quibus confitebatur, semper dicebat: Si hoc feci, dico meam culpam. Si verò timet se peccasse, sed:

Digitized by Google

sed non scit pro certo, sed dubitat aut opinatur debet dicere stimulum suum, sicuti est, dicendo timeo, vel dubito, aut opinor me commisisse tale peccatum. Bonarum quippe mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est. c. ad eius. 5. dist. & c 2. §. cum autem. de obser. ieiu. Ideò Iob. 9. c. dicebat. *Verebar omnia opera mea.* Debet ergò certum pro certo confiteri, & dubium pro dubio. Tamen cauendum est, ne conscientia sit grossa, aut erronea, vel præsumptuosa, & ideò cùm quis suam conscientiam cum omni diligentia examinauerit, existimare debet, quòd multa mala commisit, de quibus non recordatur, & quæ non cognoscat. Et ideò in fine confessionis debet dicere, de omnibus istis peccatis meis confessis, & oblitis per negligentiã, dico meã culpã, sciens quòd pro illis peccatis, quę per negligentiã obliuiscuntur, maiores pœnas patietur in purgatorio, quàm si de illis esset confessus. Ideò dicebat Dauid in Psalm. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine.* Ideò dicit Alexand. de Ales, vbi suprà secundùm sententiam Augustin. in libr. de pœniten. & etiam B. Thom. in 4. dist. 21. in expositione literæ, quòd non sufficit dicere peccata in generali, sed necesse est dicere in particulari vni confessori omnia peccata, de quibus recordatur, facta diligenti examinatione, vide de pœni. di. 1. §. alij, dicitur, *Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris.* Verùm, quia scriptum est in l. 2. §. si quid autem. C. de veteri iu. enucle. & per glo. in c. porrecta, de confir. vti. vel inuti. *omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare, diuinitatis potius, quàm humanitatis est.* Ideò quando quis adhibuit diligentiam, quam potuit in recogitando peccata, sufficit dicere culpam generaliter de oblitis, & Deus illa reuertit; vt inquit Richard. in 4. distin. 21. ar. 3. q. 3.

5. confessionis cõditio.

QVinta conditio confessionis, dicitur inexcusationis, siue culpabilitatis. Vnusquisque enim debet se inculpare humiliter, & non facere sicut quædam mulier, quæ in confessione dicebat, quòd erat vna magna peccatrix. Cùm autem confessor, vt probaret eam, respondisset, quòd etiam ipse hoc intellexerat, illa indignata ait: Non credatis ita esse. Scio enim quis fuit ille sceleratus qui male dixit vobis de me. Et cœpit se innocentem, velle ostendere. Non igitur debet quis se excusare in confessione, sed accusare. vnde August. in libr. 50. homiliarum, homilia. 12. ait: *Confiteamur peccata nostra, non excusemus, tu fecisti, tu reus es, tibi ignoscitur.* Et idem in libr. de verbis Domini, sermone septimo inquit: *Esto accusator tuus, & Deus erit iudex tuus.* Contra quod faciunt multi, qui excusant peccata sua, excusantes per errorem, vel ignorantiam, quod fecerunt per malitiam, vel dicentes, nesciens hoc feci, cùm error in facto proprio non sit tolerabilis. c. ab excommunicato, de rescriptis, & C. de rescin. vendi. l. quisquis, & ff. de iuris, & fac. igno. l. plurimum. Alij retorquent peccatum suum in Deum, cùm Deus non possit esse auctor peccati, vt inquit August. in 5. de ciui. Dei. Qui etiam in lib. de vera. & falsa pœnitentia dicit: *Non debet homo se excusare, ne suum augeat crimen vt Adam, cui non sufficiebat peccasse, sed suum ampliabat crimen culpando vxorem, & culpam transferendo in auctorem. Non igitur peccantes dicamus: Non aliud potui, cùm me constituí furem, quia Deus fecit me pauperem. Nec mirum si deditus sum fornicationi, quia talis creatus sum naturæ. Fragilitas enim mea magna cogit me committere crimina talia. Errat enim qui sic fallitur, natura namque talis est, vt possit quisq; resistere malo, cui se subijcit ex arbitrio,* hæc ille. Alij excusant se dicentes, quod diabolus hoc eos facere coegit, quod est falsum. Et potest dari exemplum de illo religioso, cui, cùm duo oua essent data in questa, ipse illa portauit ad cellã, & ad lucernæ ignem decoquens comedit. Cùm autem confitendo diceret prælato suo, quòd instigatione diaboli hoc fecerat, dæmõ respondit dicens: Mentiris, quia ego hanc malitiam inuenire nescissem. Contra tales inquit Aug. in lib. 50. homiliar. homilia 12. *Suadere, & sollicitare diabolus potest; cogere omninò non potest.* Et Hieronym. ait:

Exemplum

Debilis

ed by Google

Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem. Et ideò vnusquisque in confessione, debet dicere cum Psalmista: *Sana animam meam, quia peccaui tibi*, & cum eodem propheta.2. 2.Reg.24. *Ego sum Domine, qui peccaui. Ego qui iniquè egi.* Multas alias conditiones ad confessionem pertinentes cum prædictis ponunt Theologi, maxime Tho. in 4.dist. 17.quas breuitatis causa non multum explanabo. Sunt autem sedecim, quæ in his versibus continentur. *Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis. Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda. Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis, & accusans, ac sit parere parata.* Simplex. s. vt non recitet in confessione, nisi ea, quæ ad ipsam pertinent. Humilis, vt miserum se, & infirmum cognoscat, & confiteatur. Pura, vt recta sit eius intentio, Fidelis id est vera, & sine falsitate, & vt tam confitens, quàm confessor sit in fide Catholica, & fiat confessio secundùm doctrinam Ecclesiæ, & non hæreticorum, & quòd fiat sub spe veniæ. De primo habetur, de pœni. di.6.c. qui vult, De secundo, de pœni. dist. 1.c. quem pœnitet. & c. nemo frequens, vt frequenter cadens frequenter confiteatur, & resurgat. c. septies, de pœni. dist. 3. Vel vt idem peccatum pluribus confiteatur: Vt facilius pœnæ remissionem consequatur, dicto capitulo, quem pœnitet. Si enim non remittetur ei in hoc seculo, purgabitur in alio. Nuda, vt non inuoluat obscuritatem verborum. Discreta, vt maiora peccata cum maiori pondere confiteatur, & discretum quærat sacerdotem, dicto capitulo, qui vult. Et distincte, ac separatim singula peccata confiteatur, ita quòd confessor benè intelligat. Non faciendo sicut quidam, qui cognoscentes, quòd vnus confessor pro maiori parte dormiebat quando audiebat confessiones, omnes ibant ad illum, & quando grauiori somno opprimebatur, dicebant turpiora peccata. Et finita confessione excitabant eum à somno, vt daret eius absolutionem Debet quoque confessio esse libens, id est spontanea, non coacta. Verecunda, vt de peccatis erubescat, & non se iactet. Integra, vt omnia peccata vni dicat. Secreta quo ad confessorem, & etiam quo ad confitentem in his quæ possent scandalum generare, & vt fiat in secreto. Lachrymabilis quo ad contritionem. Accelerata, vt non differat de die in diem confiteri. Fortis, vt nihil dimittat propter verecundiam. Accusans seipsum, non alium. Ac sit parere parata, scilicet confessori in acceptanda iusta pœnitentia, & reliquis pertinentib. ad suam salutem.

Cõfessionis multæ conditiones.

Sed istarum conditionum dimissa pro nunc ampliori expositione, solummodò dicemus sextam & vltimam conditionem, quam debet habere confessio, quæ dicitur humiliationis, & verecundationis: vt enim inquit August in c. quem pœnitet. de pœni. di.1. *Ille qui vadit ad confessionem debet cum verecundia, & rubore dicere peccata sua.* Et non facere sicut quidam, qui sine dolore & verecundia, imò sæpè cum quadam vana gloria, & risu dicunt peccata sua. Quod est signum magnæ indispositionis. Debetis ergò accedere ad confessionem cum maxima humilitate, vt inquit Augustin. in homilia prima super primam canonicam Ioannis, & in libro de virginitate. c. 50. in libr. de verbis Domini, Sermonem. Quia vt scriptum est in §. taciturnitas, de pœni di.1. *Sine humilitate alicui veniam sperare non licet.* Contra quod faciunt multi, qui tumidi, ac superbi, ac sine vlla humilitate & reuerentia, vadũt ad confessionem magis ad se laudandum, quàm ad accusandum. Sicut faciebat quædam mulier, quæ in confessione dicebat: Dico meam culpam de omnibus peccatis meis. Ego tamen sum bona mulier, & libenter facio opera pietatis, &c. Videns autem confessor, quod nihil aliud dicebat nisi suas laudes, dixit ei. Estis malè contenta de omnibus bonis, quæ fecistis? Illa verò, quæ aliquantulum surda erat, Respondit Domine ita. Tunc confessor sine aliqua absolutione eam dimittens ait: Ite ergò, & dicite vnum Pater noster, pro pœnitentia. Alij pompaticis vestibus or-

6. Confessionis conditio.

Digitized by Google

bus ornati tam viri, quàm mulieres, vadunt ad confessiones sicut ad tripudium. O nefandum facinus, ô magna dementia, ô stultitia immẽsa. Si enim mulier offendisset virum suum maximè in turpibus, volens ab eo indulgentiam impetrare, profectò oculis ad terram dejectis veniã postularet: tu ergò anima, quæ es sponsa Christi desponsata illi per fidem, Oseę 2. & *fornicata es cum amatoribus multis*, Hiere. 3. debes cum maxima humilitate, & multis lachrymis si fieri potest corã Vicario Christi te prosternere deuote, iuxta illud Ecclesiast. 4. *Ante sacerdotem humilia animam tuam*, quia *cor contritum, & humiliatum non despicies*. Pĩa. 50. & c. sacrificium, & c. in actione de pœ. di. 1. Et corrigia, vel chorda ad collum apposita: Vel saltem cum maxima reuerentia dicere cum Dauid. Psal. 50. *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam.* Et cum publicano, Lucæ 18. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Et cum filio prodigo, Lucæ 15. *Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis.* Ipse verò benignus, & misericors pater nolter cœlestis omnia peccata tua tibi dimittet, & diaboli potestatem super te læuientem auferet. Nam recitat Cæsarius, quòd fuit vna concubina cuiusdam sacerdotis, qui seipsum laqueo suspendit. De cuius morte illa perterrita, monasterium quoddam intrauit. Quam dæmon sæpè sollicitabat ad peccandum dic. Consenti mihi, & ego faciam te magnam dominam. Illa verò facto signo crucis, vel aspersa aqua benedicta fugabat diabolum, sed statim reuertebatur. Tunc de consilio cuiusdam confessoris, quando diabolus apparebat sibi, cœpit dicere, *Aue Maria*. Et statim fugiebat diabolus, veluti si sagitta fuisset percussus, & propius accedere nõ audebat. Non tamen eam ex toto relinquebat. Tandem consultum fuit ei, vt generalem confessionem faceret, ad quam cùm iret, interrogauit eam dæmon di. Quo vadis? Et illa inquit, Vado confundere me, & te, & dæmon ait, Noli, noli hoc facere, sed reuertere. Cui illa dixit. Sæpius me confudisti. Nunc autem confundam te. Ille verò, nec minis, nec blanditijs valens eam retrahere, sequebatur vsque ad locum confessionis sicut miluus in aere super eam volitans. Quæ mox vt os ad confessionem aperuit, ille clamans, & eiulans euanuit, nec vnquam postea visus est ab ea, nec auditus. quo miraculo patuit, quòd non sufficit dicere, Aue Maria, sine confessione, ad totaliter fugandum dæmonium. Vult enim B. Virgo, quòd deuoti sui confiteantur.

Exemplum

PARS TERTIA DE fructificatione.

MVltum vtile est, hominem frequenter confiteri, vt dicitur in summa confessorum, li. 3. tit. 34. q. 65. Vnde Alexand. de Ales, in 4. parte summæ in tract. de confessione, ponit nouem vtilitates, quas ille consequitur, qui frequenter, & deuotè confitetur. Quibus vtilitatibus primo recitatis, alias nouem subiungemus.

Plurimæ vtilitates, s. decem & octo confert frequentata confessio, quarum prima dicitur cognitionis.

PRima vtilitas dicitur cognitionis, scilicet peccati. Nam vt suprà dictum est confessor tenetur instruere confitentem, eique ostendere quantum potest peccatorum qualitatem. Quando. s. aliquod peccatum est mortale, & quando veniale. Et sic ex consequenti, ille qui sæpiùs sua peccata confitetur, clarius ea cognoscit. Et maximè quando diuersis confessoribus eadem peccata confitetur. Quia sæpè quod nescit vnus aut fortè non ita benè declarat, supplet alius. Item propter actum humilitatis, quem facit confitens, Deus illuminat eius intellectum ad cognitionem suorum delictorum, ita vt cum propheta dicere possit. Psal. 50. *Iniquitatem meam ego agnosco*, &c. Et ideò dicitur Apoc. 3. *Collyrio vnge oculos tuos vt videas.* collyrium enim quod ex quadam aqua & puluere conficitur, & purgat humores calorum, significat confessionem, per quam puluere considerationis peccato-

Digitized by Google

rum, & aqua lachrymosę compunctionis intellectus illuminatur, vnde Ioannis 9. dicebat cæcus illuminatus, *Abij, & laui, & vidi.*

SEcunda vtilitas dicitur satisfactionis. Verecundia enim cum qua quis peccata sua confitetur, est quasi pallium pretiosum cooperiens peccatum. Vnde Ambros. in lib. de sancto Ioseph, dicit: *Plurimum suffragatur verecunda confessio. Et pœnam quam defensione vitare non possumus, pudore confessionis extinguimus*: & Augustinus in lib. de pœnitentia, & ponitur de pœnitentia, distinct. 1. c. quem pœnitet. ait: *Qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa, partem habet remissionis. Et quoniam verecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus venia*, hæc ille. Et ideò inquit Alex. de Ales, vbi suprà, & B. Thom. in 4. di. 17. ar. 3 q. 5. quòd quanto quis pluries confitetur, & diuersis, plus erubescit; Et ideò magis sibi remittitur de pœna purgatorij.

TErtia vtilitas dicitur securationis. Nam ille, qui confitetur, recipit securitatem mentis, & tranquillitatem animi, vnde Dauid. Ps. 41. inquit: *In voce exultationis & confessionis sonus epulantis.* Et ratio est, quia per confessionem anima pacificatur cum Deo. Esa. 57. *Creauit fructum labiorum pacem.* Item per ipsam serenatur conscientia. 2. ad Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Et hoc probare potestis per experientiam. Nam quando itis ad confessionem, videtur vobis quòd habeatis montem magnum super humeros, & maximam grauedinem. Statim verò, quòd confessi estis, leues estis, & hilares, atque iucundi, quia putredinem peccatorum ab anima expulistis.

QVarta vtilitas dicitur diminutionis, Nam vt dicunt Doctores, maximè Rich. noster, in 4. di. 18. Virtute clauium, & absolutionis diminuitur de pœna purgatorij pro peccatis debita, vnde dicit B. Thom. vbi suprà, quòd quis posset toties idem peccatum confiteri, quòd tota pœna vel maior pars ei remitteretur. Dicit enim Rich. vbi suprà. ar. 2. q. 4. secundùm Aug. & Magistrum, quòd claues etiam respectu eiusdem peccati in numero habét efficaciam plusquàm semel, imò toties quoties quis confitetur, & absoluitur.

QVinta vtilitas dicitur intercessionis. Tenentur enim confessores rogare Deum, & intercedere pro illis, qui eis confitentur, vt inquit B. Thom. vbi suprà. Et probatur in §. econtra, de pœni. i. Si enim sacerdotes debét pro populo interpellare, & eius peccata comedere, id est, suis precibus delere, atq; consumere, Oseæ. 4. & c. ipsi sacerdotes. 1. q. 1. A fortiori tenétur orare pro animabus sibi creditis, & peccata sua eis reuelãtibus in confessione. Vnde dicit gl. in c. mẽsuram. §. non sunt, in verbo. quanto plurib. de pœ. di. 1. *Tanto plures obligat ad orandum pro se, quanto pluribus confitetur.* Et ideò posset aliquis cum tot confessoribus confiteri, & omnibus dicere peccata sua, quòd orationibus eorum liberaretur ab omni pœna. Quapropter sicut leges volunt, quòd inter duos discordantes ponantur arbitri pro pace reformanda, prout notatur. ff. de arbi. l. 1. ita sancta Ecclesia, imò Christus inter Deum, & peccatores posuit arbitros, id est, confessores, dicens ipsis peccatoribus illud Lucæ. 17. *Ite ostendite vos sacerdotibus.*

SExta vtilitas dicitur gratiæ augmentationis. Vnde Magister. in 4. dist. 17. ait: *Quanto magis quis confitetur turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis.* Item vt ait Alex. de Ales, vbi supra, Deus homini propter confessionem puram multiplicat gratiam suam. Et facit confitentem magis deuotum, quando sæpius confitetur, vt etiam inquit B. Thom. in 4. distinct. 17. ar. 3. quæst. 3. Quandoque etiam homo vadit ad confessionem non ita benè contritus, qui confitendo peccata sit contritus, vt ait Alexander, vbi suprà.

Septi-

SEptima vtilitas dicitur decorationis. Quãdo enim homo est in peccato mortali, anima eius est turpissima, & fœdissima Et facies, id est imago Dei existens in ea, est obscurata, ita quòd dici potest illud Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum? mutatum est color optimus? Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis*, s. supernæ ciuitatis, à Deo, & ab Angelis per approbationem, & pristinã dilectionem. Sed per confessionem anima fit pulchra, dicente Dauid, Psalm. 95. *Confessio, & pulchritudo in conspectu eius, &c.* Quod etiam habetur in c. totam de pœni. distin. 3. Quæ verba exponens Aug. super prædicto Ps. ait: *Pulchritudinem amas, & esse vis pulcher? confitere, quia confessio ipsa est pulchritudo. Fœdus eras, confitere vis fis pulcher. Peccator eras, confitere vis fis iustus.* Et hanc vtilitatem confessionis etiam dæmones confitentur. Legitur enim quòd confessore quodam deuoto audiente in Ecclesia confessiones, dæmon inter alios expectantes stabat ibi in forma pulchri iuuenis: qui post multos confessos, & ipse ad pedes confessoris se proiecit, suaque peccata confiteri cœpit, & tam enormia cõfitebatur scelera, & tam multa, quòd sacerdos admirãs ait: si mille annorum esses, nimis obstupescerem tanta commisisse. Ad quod ille respondit: Senior sum, quàm mille annorum. Tunc sacerdos magis admirãs dixit: Quis es tu? Et ille: Sum dæmon, qui cum Lucifero cecidi, & peccata quorum auctor fui, ex minima parte confessus sum. Sed si non tæderet te, libenter omnia confiterer. Cui sacerdos ait. Quid tibi erit cum confessione? Respondit dæmon? Stabam nunc ex opposito tui, considerabamq; peccatores confitentes, si eos possem auertere. Et vidi illos sordidos ad te accedere, & mundos recedere, quodq; indulgentia peccatorum sit eis data propter confessionem, atq; vita æterna promissa. Et ideò, & ego ad te veni confiteri, vt redeam ad illã patriam à qua cecidi. Tunc sacerdos ait? O creatura Dei? Si vis veram pœnitentiam agere de peccato tuo, spero Deum tibi ignoscturum. Cui dæmon. Si rationabilem mihi pœnitentiam iniunges, quã possim facere, libenter eam suscipiam. Sacerdos autem dixit: Modicã volo tibi imponere, vt eam possis facere. Vade coràm altari, & genu flexus dicas solùm ter, Peccaui Domine, miserere mei. Dæmon verò ait: Nimis grauis est ista pœnitentia, & non possum eam facere, quia non possum me humiliare, & his dictis euanuit Et hoc recitat Cæsarius Episcopus in suo dialogo. Eodem quoq; modo respondit mihi alius dæmon, cùm eum adiurarem. Nam promittenti mihi, quod si vellet pœnitere de peccato suo, Deus ei parceret, & ad vitam æternam reuocaret, ille exclamauit: Non possum.

Exemplum

OCtaua vtilitas dicitur euitationis; propter frequentationem enim confessionis, melius euitantur peccata. Cùm enim cogitat quis, quod si committet peccatum, oportebit postea illud confiteri, abstinet à multis, ne subeat verecundiam confitendi, iuxta illud Horatij, in epistola ad Quintum: *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

NOna vtilitas dicitur glorificationis. Sicut enim leges volunt, quòd ratiocinijs obligatus ratione procurationis, vel administrationis, non possit religionem intrare, nec ad sacros ordines promoueri, antequam ratiocinia reddiderit, c. vnico. de obli. ad ratioci. & l. officiales. C. de Epi. & Cle. Sic peccator per malam dispositionem vitæ suæ in seruitio diaboli positus, non poterit assumi ad premium Ecclesiæ, & ad ordines Angelorum, nisi prius per confessionem ratiocinia reddiderit. Et ideò Dauid Psalm. 99 inquit: *Introite portas eius in confessione*, quasi dicat: Aliter non est intrandum.

DEcima vtilitas dicitur celationis. Cõfessio enim occultat peccatum diabolo. Et ita cooperit, vt in iudicio de eo quod confessi fuerimus, nihil penitus obijcere possit. Et ideo Psalm. 31. ait Dauid:

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. & Hiero. inquit: *Quanto magis quis confitendo peccata sua detegit, tanto magis Deum tegit.* Et hoc patet per exemplum, quod legitur de quadam muliere vidua Romana magnæ sanctitatis, quæ cùm haberet filium vnicum, quem permittebat dormire secum, nolens illum contristare, quia aliter dicebat se velle interficere. Tandem ex eo habuit filium, quem natum occidit, stetitque per decem annos, quòd nunquam illud peccatum confessa est. Tamen perseuerebat in suis bonis operationibus solitis, pergendo ad Ecclesias, & prædicationes, ac faciendo eleemosynas. Quod videns diabolus, timuit ne aliquando confiteretur. Vnde assumpta forma cuiusdam pulchri iuuenis perrexit ad manendum cum summo Pontifice. A quo cùm multum diligeretur propter diligens seruitium; semel loquente Papa cum Cardinalibus de sanctitate prædictæ mulieris. (Erat enim magnæ famæ) Dæmon accusauit eam de crimine prædicto. Vnde citata fuit ad curiam, vt si hoc verum esset, puniretur. Cùm ergò veniisset ad Papam, audiens se accusari de prædicto crimine, timuit valdè. Tandem postulauit tempus respondendi, dicens quòd volebat accusatorem suum puniri de infamia sibi imposita, si non posset accusationem suam probare. Interim autem dicta mulier perrexit cum magna contritione, & lachrymis ad quendam pœnitentiarium Papæ, & confessa est. Peracta ergò pœnitentia iuit ad curiam cum parentibus, & amicis suis. Tunc Papa dixit illi dæmoni, qui erat in forma iuuenis. Ecce mulier quam accusasti. Qui respondit: Non est illa. Hæc enim est bona, & sancta mulier. Cùm ergò Papa vellet facere illum apprehendi propter calumniam factam mulieri prædictæ. Ipse diabolus fracto palatij tecto subito disparuit. Et statim cecidit cadauer mortuũ in medio domus. O sancta confessio. Quomodo es magnæ virtutis? Cùm ergò omnes qui aderant, obstupescerent; illa mulier videns hoc mirabile, suum peccatum coràm omnibus manifestauit, rogans Papam, vt hoc miraculum prædicari faceret populo ad commendationem confessionis. Quæ mulier accepta etiam alia pœnitentia à Papa, postea sanctissimè vixit.

Exemplum

Aliud exemplum.

Aliud etiam miraculum legitur de quodam bono confessore, qui multas audiebat confessiones. Cùm autem semel transiret per quãdam terram, obuiauit illi dæmoniacus, per cuius os dæmon loquens ait ei: Tu multas audis confessiones, sed pro certo scias, quòd multi, & multæ sunt non benè se confitentes. Et hoc hodie videbis per experientiam. Nam talis domina, quæ multoties in anno tibi confitetur, hodie veniet ad te, vt scias quòd non plenè & integrè confitetur. In reditu suo cum transibit Padum, ego eam in fluuium proijciam, & necabo; & sic animã eius habebo. Factum est autẽ, vt ipsa mulier eadem die ad eum veniret, vt confiteretur. Cui confessor ait: Bona mulier, cauete vobis ne aliquid dimittatis de peccatis vestris. Cui illa respondit, nihil omitto domine. Tunc confessor cœpit ei narrare per ordinem omnia, quæ audierat à dæmone. Quibus auditis illa stupefacta cecidit ad pedes confessoris, & cum timore magno, & lachrymis, ac vera contritione confessa est, dixitque quoddam peccatum horribile, in quo steterat longo tempore, nec vnquam præ verecundia de illo fuerat confessa. Tunc sacerdos dixit illi. Ex quo purè confessa estis, sine timore Padum transite. Quod ipsa fecit, & sine læsione transiuit. Factum est autem cùm transiret, postea quadam die ille dæmoniacus per eandem viam, dictus confessor interrogauit dæmonem di. Quid fecisti de tali domina, quam submergere volebas? Tunc dæmon iratus cœpit exclamare dicens. O traditor tu me decepisti. Tu mihi illam rapuisti. Illam enim dominam perdidi propter confessionem, nec eam modo cognosco, & vbi sit nescio.

Aliud exemplum.

Aliud etiam exemplum legitur de S. Augustino. I. quòd dum semel quodam sero staret super ianuam Ecclesiæ, vidit dæmonem niger-

Digitized by Google

nigerrimum in ſpecie horribilis gigãtis inde tranſeuntem, qui habebat librum maximum ſuper humeros ſuos. Quem coniurans ſanctus Auguſt. interrogauit quid eſſet in illo libro. Et reſpondit dæmon, quod in eo ſcripta erant peccata hominum. Tunc ſanctus Auguſtin. ait, reſpice ſi eſt aliquid de me. Dæmon autem ſtatim, & in ictu oculi aperuit librum, inuenitque de eo ſcriptum, quòd ſemel oblitus fuerat dicere completoriũ ex aliqua negligentia ſua. Tunc ſanctus Auguſtin. præcepit dæmoni, ne inde recederet quouſque ipſe reuerteretur. Et intrans Eccleſiam confeſſus defectum ſuum, dixit cõpletorium. Deinde reuerſus ad locum vbi erat dæmon, dixit ei vt rurſus quæreret, ſi aliquid de ipſo erat ſcriptum in libro illo. Dæmon autem ſæpius reuoluens librum, nuſquam inuenit aliquid, nec illud quod prius ſcriptum fuerat, quia erat per confeſſionem cancellatum. De quo dæmon conturbatus receſſit triſtis. Legitur quoque de quodam clerico vitæ ſanctiſſimæ, qui tandem inuidia, & procuratione diaboli cecidit in fornicationem. Quem diabolus poſtea aſſumpta forma humana accuſauit coram ſuo Epiſcopo. Et ſtatuto tempore probationis, ipſe dæmon attulit chartam coram iudice continentem locum, tempus, & perſonas, cum quibus peccauerat. Sed quia ille clericus, poſt accuſationem confeſſus fuerat ſua peccata; volens dæmon iudici oſtendere prædictam chartam, inuenit omnia deleta, quæ prius in ea fuerant ſcripta. Et ſic confuſus euanuit.

Aliud exemplum.

11. Confeſſionis vtilitas.

VNdecima vtilitas dicitur ſanationis. Infirmitas enim corporalis ſæpe aggrauatur, ex grauedine peccati, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Item peccator infirmus timore infirmi cruciatur, & mortem metuit. Sed per confeſſionem à putredine, & grauedine peccati exoneratus lætus efficitur, & conſequenter citius ſanatur, quia animus gaudens ætatem floridam facit. *Spiritus autem triſtis exſiccat oſſa.* Prouerb. decimoſeptimo. Inſuper Deus ſæpe immittit infirmitates, propter peccatum, dicente Auguſtino, quòd propter peccata veniunt aduerſa. Et hoc affirmat ſancta mater Eccleſia, in capiculo, cum infirmitas, de pœni. & re vbi ait: *Cùm infirmitas corporalis, nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido, quem ſanauerat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, &c.* Et ideo per confeſſionem ſublato peccato recedit ipſa infirmitas, quia remota cauſa remouetur effectus. ſecundo Phyſico. & ſecundo de genera, & capitulo, cum ceſſante, de appel. Et conſequenter ſanata anima ſanatur etiam corpus, vt dicitur in d. capitulo, cum infirmitas. Et prædicta veritas probatur vno ſtupendo prodigio, quod habetur in chronicis ordinis noſtri. Vbi dicitur, quòd Pariſijs quidam clericus lubricus, & diſſolutus, ſcientia tamẽ præclarus, incurrit grauiſſimã infirmitatem. Tunc ſocij eius ad cõfeſſionem illum inducere conabuntur, & ad recipiendum Euchariſtiæ Sacramentum. Ille vero animo indurato recuſabat. Videntes autem ſocij illum ad finem appropinquare, miſerunt pro quodam deuoto fratre noſtro, vt ipſum induceret ad pœnitentiam. Qui ſtatim venit. Et cum illum hortaretur ad confeſſionem, ab ipſo infirmo deſperato repulſus eſt cum iniuria. Qui reuerſus ad monaſterium cœpit frequẽter orare, ante crucifixum pro illo deſperato. Cuius ſancti fratris meritis dirit miſericors Deus illi infirmo hanc viſionem. Vidit enim iuxta lectum ſuum, apertum quẽdam puteum magnum. Et de puteo ipſo velociter aſcendere draconem horribilẽ cum flamma ſulphurea, qui ore aperto videbatur velle illum infirmũ deuorare. Tunc infirmus ipſe timore maximo percuſſus, verſuſq; cœlum oculos erigens vidit in aere Dominum Ieſum, veluti cruci affixum. Et prædictum fratrem ad pedes eius orantem, vt ipſius infirmi deſperati, & a diabolo decepti dignaretur miſereri. Cui Dominus reſpondebat di. Veniat ad con-

Exemplum

fessionem, & nō negabo ei veniam. Quod ille infirmus audiens, & ad seipsum rediens dispārē visione, dulcoratus interius misit pro dicto fratre, eiq; plenariè confessus est, veniam cum lachrymis petens de iniurijs ei dictis. Statimque facta confessione conualescens, ordinem nostrum ingressus est, cuius vita in ordine extitit celebris, & famosa. Ex quo miraculo patuit, quod per virtutem sanctæ confessionis non modò curatur anima ab omnibus infirmitatibus spiritualibus: Sed etiam quandoq; corpus sanatur ab ægritudinib. suis mortalibus, & medicina corporea incurabilibus.

11. Vtilitas DVodecima vtilitas dicitur deballationis, siue superationis, & confusionis dæmonum. Sicut enim confessio lætificat Angelos, & eis, ac Deo est valde grata, secundum August. 8. libro confessionum, ita valde contristat dæmones, & eos conturbat, ac persequitur, secundum eundem Augustinum in libro de pœniten. et ideo nollent, quòd aliquis confiteretur. Nam confitenti potest dici illud Psalmistæ: *Vox tonitrui tui in rota.* Et ad hoc habetur exemplum in chronicis ordinis nostri, vbi dicitur, quod cum quidam miles esset infirmus ad mortem, multi corui supra domum eius venerunt, & omnes, qui eius domum visitandi gratia intrare volebant impediebant, insurgentes contra eos. Quod videns filius eius nunciauit patri. Qui statim fecit ad se vocari guardianum nostri loci. Cum autem dictus Guardianus intrare vellet domum, Corui rostris, & alis ei resistebant. Quod cernens Guardianus signo crucis se muniuit, & sic intrauit, ac miles ille confessus est. Et confessione expleta, nec vnus quidem ex corui sibi remansit. Aliud etiam mirabile exemplum recitat Iacobus de Vitriaco dicens, quòd quidam habens multa peccata nunquam confessus est ea. Tandem infirmatus est ad mortem. Timens autem diabolus, ne sacerdoti confiteretur, perrexit ad eum in specie sui parochiani sacerdotis exhortans eum, vt sibi confiteretur. Vnde ipse credens illum esse suum parochianū, annuit eius exhortationi, & confessus est ei, cum magna cordis contritione omnia peccata sua. Quo facto dixit diabolus, frater, Ista sunt grauia peccata. Et ideo ego tibi iniungo ne alteri vnquam ipsa confitearis, quia inde multa scandala possent oriri. Deinde ipse dæmon recessit, & ille defunctus est. Statimque venerunt dæmones dicentes Angelis: Noster est, quia nūquam confessus fuit. Angeli verò dicebant. Non, quia confessio eius valuit. Nam credens confiteri parochiano suo contritionem habuit, & peccata sua dixit. Tandem Deus iudicauit animam eius redire ad corpus, & iterum confiteri peccata sua sacerdoti. Quod & factum est. Et sic obdormiuit in Domino. Aliud quoque exemplum recitat Cæsarius dicens, quòd fuit Parisius quidam magnus Theologiæ magister, & prædicator, qui semel in camera sua in qua erat, vidit diabolum, quem adiurauit, vt sibi diceret quid esset illud, quod plus inter homines nocuret dæmonijs. Cui ille respondit. Nihil nobis tantum nocet, nec tantum eneruat vires nostras, quantum plura confessio. Quando enim homo est in peccato mortali, omnia membra eius sunt à nobis ligata, ne faciat bonum. Cùm verò confitetur peccata sua, statim remanet liber, & habilis ad omne bonum faciendum, & de manibus nostris liberatur.

Exemplum superiorem confessionis vtilitatem confirmans.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

QVia autem nos omnes habemus continue pugnare cum malignis spiritibus, vt testatur Paulus ad Ephes. 6. Voluit Deus facere more boni regis. Nam propter imminens periculum, quod contingit in bello, vbi quandoque æquè bene occidi, vel vulnerari potest Dominus si cut subditus, quia sagitta ita perforat carnes regias sicut rusticanas, ipse prudens rex ante belli ingressum consueuit ordinare Ducem, & vice ducem, vt si contingat Ducem vulnerari vel mori, non pereat exercitus regētis penuria. Similiter et-

Similitudine quadam ostenditur quare Deus dedit nobis confessionem.

enim

Digitized by Google

enim nobis quorum vita est militia super terram, Iob 7. Dedit Deus Ducem nos in prælio dirigentem contra diabolum, & vitia, scilicet, suam gratiam à qua nobis prouenit subsidium, & auxilium contra hostes nostros, quos semper vincimus, quamdiu talis Dux viget in nobis. Cognoscens autem ipse Dominus Deus quod talis Dux potest nobis deficere, propter alicuius sagittæ peccati mortalis vulnerationem, qua diuina gratia priuatur anima; Ordinauit nobis viceducem, ne in peccato nostro comprehensi à diabolo æternaliter trucidemur. Et hic Vicedux est pura confessio, qua nos succumbentes hostibus nostris, ex perditione diuinæ gratiæ, si ad eius remedium curramus iubleuamur, & vincimus. Cuius figura habetur Iudi primo, vbi legitur, quod mortuo Iosue, & sepulto in summitate montis Ephraim, filij Israel timuerunt valde, eo quòd fuerat bellicorum Dux, & instabat contra eos Cananæus cum exercitu suo. Sed consulentes filij Israel Deum, quis deberet esse eorum Dux contra hostes, responsum habuerunt, quod Iudas esset Dux exercitus, quia Deus trad ret terram inimicorum in manu eius. Vnde ipse Iudas sumpto secum Simone fratre suo debellauit Cananæũ, & obtinuerunt filij Israel ciuitates, & regnum eius. Iosue enim qui interpretatur salus, significat gratiam Dei, in qua tota salus nostra consistit, dicente Paulo primæ ad Corinth. 15. *Gratia Dei sum id quod sum.* Sed deficit interdum iste Dux, in summitate montis Ephraim, qui interpretatur frugifer, quia cum peruenitur ad summitatem, & superfluitatem prosperorum, per affectum gratia Dei deficit in nobis, & perdito tali Duce perdimus etiam præsidium, & adiutorium diuinum. Vnde vallati ab exercitu Cananæi, id est, dæmonis tentationibus, sumus in periculo interitus, & captiuitatis infernalis. Debemus igitur statim consulere Deum, & audiemus ipsum dicentem: *Iudas sit Dux vester*, qui interpretatur confessio. Iste enim probus, & bonus Dux assumpto secum Simone fratre suo, qui interpretatur ponens tristitiam, & significat contritionem, fugabit Cananæum, id est, diabolum, & exercitum eius, id est, peccata, & regnum de quo ipse dæmon egressus est, scilicet, Cælum, obtinebit. Et ideo Dauid Propheta sperabat victoriam, de inimicis suis mediante tali Duce, dicens Psalmo 59. *Iuda Dux Dem, &c.* In figuram quoqu huius, primi Macha. quinto, dicitur: *Debellabat Iudas filios Esau.* Alia etiam figura habetur eiusdem libri 7. capitul. vbi dicitur, quod cum Iudas Machabæus expurgaret gentes Demetrij, & deuastaret terram illius, Demetrius furore repletus misit Nicanorem cum exercitu suo cum hoc mandato, vt Iudam ligatum sibi præsentaret. Venit ergo Nicanor contra Iudam. Sed ipse Iudas animose aggressus est ipsum Nicanorem, & exercitum illius, ac obtinuit victoriam, & fugato exercitu cœpit Nicanorem, & occidit illum. Per Demetrium enim, qui interpretatur nimium persequens, significatur diabolus persecutor terribilis humani generis. Cuius gentes, id est, tentationes filij Israel, id est, fideles Christiani mediante Duce Iuda, id est, confessione pura, expugnant, & deuastant eius terram, id est, suggestionem prauam, atque dominationem malignam. Quod ipse diabolus valde molestè sustinet. Et ideo omni conatu studet quod amisit recuperare. Vnde quando vno genere peccati vincere non potest, ad aliud statim habet recursum. Dicente Gregorio in mora: *Antiquus hostis ex proprio certamine, dum se succumbere considerat, ad alia tentationum bella festinat. Intuetur enim vnusquisque mores, cui vitio sint propinqui. Et illa ponit ante faciem, ad qua cuius sperat inclinare mentem*, hæc ille. Et Leo Papa in sermone octauæ Natiuitatis Domini, ait: *Non desinit hostis antiquus transfigurans se in Angelum lucis, deceptionum laqueos vbique prætendere. Et vt quomodo modo fidem credentium corrumpat instare. Nouit cui adhibeat estum cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui appe-*

Illud de Iuda Macha. Nicanoris exercitum infugam vertente explicatur. Mach. 7.

nat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ. Nouit quem mœrore conturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Omnium discit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi causas quærit nocendi, vbi quemque viderit studiosius occupari. Habet etenim multos, ex eis quos tenacius obligauit, aptos artibus suis, quorum ad alios decipiendos ingenijs vtatur & verbis, hæc ille. Ea propter dicitur in prædicta figura, quòd misit Nicanorem, cum exercitu suo, vt comprahẽderet Iudam. Nicanor enim interpretatur statura lucida, & significat pulchritudinem rerum mundanarum, & specierum delectabilium, quam obijcit fidelibus, vt eos auertat à pœnitentia facienda. Et ideo dicitur, quod solum quærebat apprædendere Iudam, id est, impedire confessionem puram. Sed ipse Iudas capit & occidit, atque exercitum eius in fugam conuertit. Quia diabolum, cum omnibus vitijs vera confessio prosternit, & populo Hierusalem pacem reddit, id est, cõscientiæ tranquillitatem, vnde August. in libr. de pœniten. de ipsa pœnitentia loquens, cuius pars est confessio, ait: *Languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, sanitatem auget, gratiam conseruat, claudis gressum, surdis auditum, cæcis restituit visum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat*, &c. Et tunc verificatur illud Psalm. 113. *Facta est Iudæa sanctificatio eius.* Et ideo omnibus fidelibus dico cum psalmista: *Persequimini, & comprehendite*, scilicet, dæmones per confessionem. Postquam enim latrones latere non possunt, & sunt discooperti, & noti, nequaquam amplius ibi redeunt. Timent enim suspendi, & ideo longe fugiunt. Spiritualiter autem dæmones sunt velut latrones, qui per peccata animã ingredientes, eam omnium virtutum gloria expoliant. Sed si per confessionem manifestentur, inde effugiunt, nec audent ad eam accedere. Cuius figura habetur 4. Reg. 6. vbi legitur, quod postquam Helisæus ostendit latrunculos Syriæ regi Hierusalem, fugientes nec, nõ fecerunt postmodum ausi amplius transire in Samariam, cui primo tãtum erant infesti.

Fides Helisæi fecit Deum.

Tertiadecima vtilitas confessionis, dicitur placationis. Hoc enim est bonum, ac singulare remedium ad placandum irati principis furorẽ, in cuius potestate sumus, magna humiliatio. Vnde aliqui cõsueuerunt gladium nudum puncta manu tenere, & genua flectentes coram principe, reos se mortis clamare, & petere misericordiam. Tunc enim si princeps ille esset durior ferro, tanta humilitate flecteretur, quia vt ait Sapiens, Prouerb. 15. *Sermo mollis frangit iram.* Et ideo nos qui aliquando in tantum turbauimus diuinam maiestatem per peccatum, quod effecti sumus filij perditionis, & digni sententia capitali, nec possumus effugere manus eius, quia vbique est, & in omni loco nos deprahẽdere potest. (Vnde illi ait Propheta, Psalmo 138. *Quo ibo à Spiritu tuo? aut quo à facie tua fugiam*:) Nullum aliud remedium melius habemus, quàm recognito peccato per humilem confessionem, postulare veniam. Ait enim Augustin. super Psalm. 74. *Non est quo fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatum.* Figura autem huius habetur. 2. Reg. 24. vbi legitur, quod cũ Dauid vidisset Angelum tenentem gladium in manu, & interficientem populum, flexis genibus clamauit: *Domine ego sum qui peccaui, ego qui inique egi.* Et statim Angelus depositio gladio ferire cessauit. Sic igitur & nos clamemus ad Dominum denudando peccata nostra per puram confessionẽ, & ipse Deus deponet iram suam: & nobiscũ placabitur. nullum autem aliud est remedium euadendi. Nam qui se occultat abeo, magis patebit. Et qui per cõfessionem manifestat peccata sua, ea occultat. Et ideo inquit Chrysostom. in quodam sermone: *Peccatorum indulgentiam instanti confessione mercare. Quid horres fateri, quod libenter, ac prompte commisisti? Cur confunderis dicere, quod non es confusus perpetrare? Cur vereris Deo indicare, quod veritus non es eo præsente committere? An putas eum commissa nescire, nisi à nobis confitentibus, quæ commisimus, agnoscat? Peius est confiteri nolle, quam legem contemnere. Niniuitæ confitentur, & viuunt: Sodomitæ obdurantur & pereunt.*

13. Confessionis vtilitas.

Quar-

Digitized by Google

QVartadecima vtilitas dicitur honorationis. Narrat Frontinus historiographus, quòd Romani cum aliquis princeps honorabilem victoriam de hostibus reportasset, ponebant eum in curru valde adornato, & laureatum deducebãt per ciuitatem, & hoc appellabant triumphũ. Et ille semper à populo Romano erat honoratus: spiritualiter auẽ dico, quòd inter oẽs victorias, & virtuosas operationes quib. quis meretur à Deo honorari, est ipsa cõfessio fidelis & vera. Nã per ipsam homo deuincit diabolum de quo Iob 41. dicitur: *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.* Vnde confitens est magis victoriosus, quàm vnquam fuerit Cæsar, vel Scipio Africanus. Item confessio est dux omnium aliarum virtuosarum operationum. Nã eleemosyna, oratio, ieiunium, lectio, & peregrinatio, &c. opera meritoria, quæ fiũt à nobis, non possunt nec audent ad diuinam maiestatem accedere, confessione prętermissa. Vbi igitur est vera confessio, ibi est vera salus. Ipsa vero deficiente oẽs virtutes deficiunt, sed ipsa prȩcedente, oẽs virtutes sequũtur. Cuius figura habetur Exo. 14. additis his, quæ narrat magister historiarum. Nam cum filij Israël exeuntes de Aegypto veniissent ad mare rubrũ, nõ audebant mare intrare, quantumcunq; sentirent post se Pharaonem venientẽ cum magno exercitu, quousq; tribus Iuda primo est illud ingressa. Sed ipsa tribu prædecẽte, secutæ sunt omnes aliæ. Et per hoc liberatus est populus Israël submerso ibi Pharaone, cum suo exercitu. Et ex hoc tribus Iuda meruit regale sceptrum. Et hoc est quod inquit Dauid, Psalm. 113. *In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius.* &c. Quod dicitur propter illud, quod tunc fecit ipsa tribus Iuda. De quo regali sceptro prædixerat Iacob patriarcha, Gen. 49. dicẽs: *Non auferetur sceptrum de Iuda.* &c. Spiritualiter enim per tribum Iuda intelligitur virtus confessionis, quam in exitu de peccato, & accessu ad misericordiã Dei oportet omnem virtutem procedere: nam ipsa præeunte, omnes aliæ virtutes sequuntur. Et sic diabolo submerso cum tentamentis suis, triumphat virtus confessionis. Et ideo præ cæteris virtutibus est colenda, vnde Gregor. in moral. exponens illud Iob. 31. *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam,* ait: *Mirentur in bono Iob, qui voluit castitatis continentiam, mirentur integritatem iustitiæ, mirentur viscera pietatis. Ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorum, quàm tot sublimia virtutum.*

Similitudo de triũpho Romanorũ, & de cõfessione.

Exponitur illud, filijs Israël fugientibus ab Aegyptijs. &c.

QVintadecima vtilitas dicitur germinationis. Tempore enim Hyemali, quãdo terra cooperta est glacie, vel aquis in superficie, nõ potest germinare. Et vna est ratio, quia radius solis non potest terram attingere ad calefaciendum, aquis, vel glacie impedientibus. Et similiter cũ ager animæ nostræ est coopertus glacie culpæ, vel aquis peccatorum, iuxta illud Psal. 68. *Saluum me fac Deus, quoniam introierũt aquæ, vsq; ad animam meam.* &c. non potest producere fructus Deo placitos, quia nõ potest radius gratiæ diuinæ ad illam accedere, propter culpæ occupationem. Nã gratia, & culpa simul in eodẽ recipi non possunt. Esa. 29. *Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & Deum nostrum. Et peccata nostra abscondérunt faciem suã à nobis.* Sed si volumus, quòd ager animæ nostræ germina bonæ operationis producat, necesse est, vt per cõfessionem prius culpã amoueamus. Cuius figura habetur Gen. 1. Vbi legitur, quòd cũ terra operta esset aquis, nihil germinabat, sed semper erat inanis, & vacua. Sed congregatis aquis in vnum locum, & arida apparente, mox radijs solis eam attingentibus subsecuta est germinatio herbæ virentis, & productio diuersorũ fructuũ. Per aquas enim intelliguntur spiritualiter culpæ mortalis hominis, submergentes in abyssum æternæ dãnationis. Apoc. 17. *Aquæ multæ, populi multi decurrentes ad mortem.* Quãdiu ergo huiusmodi aquæ superficiẽ cordis nostri per affectũ cooperiũt, nullatenus valẽt bonæ cogitationes germen producere, & per cõsequens, nec da

15. *Cõfessionis vtilitas.*

Spiritualis expositio illum de terra germinante, post aquarũ cõgregationẽ.

re fru-

re fructum. Sed congregatis huiusmodi aquis. i. peccatis, & culpis in vnum coram confessore, per veram, & integram cõfessionem, apparet arida. i. anima pura apta, & parata ad germinandum, quia radius diuinæ gratiæ, statim descendit prohibẽte remoto. Et tunc ipsa anima producit ieiunia, orationes, eleemosynas, &c. opera meritoria, circa quæ prius sterilis existebat; & verificatur illud Psal. 84. *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Extirpanda ergo sunt vitia per confessionem, vt possint in anima veræ virtutes inseri. Ait enim Amb. in 1. li. de Cain. *Egressus malitiæ, virtutis operatur ingressum. Eodemque studio, quo crimen expellitur, innocentia copulatur.*

16. Vtilitas

Sextadecima vtilitas, dicitur apparitionis, siue conformationis. s. cum beatis mundissimis. Ait enim Deus, Esa. 1. *Mundi estote.* s. vt in conspectu meo, sitis digni apparere, & mihi ministrare, ac cum sanctis meis habitare, & conuersari. Indecens. n. est, & vituperosum, vbi omnia mũda sunt sordidũ apparere. Ille namq; talis vt fœdator munditiæ, est cũ rubore ab alio cõsortio excludendus: sicut coruus à pauonum societate. Et similiter in curia cœlestis gratiæ, omnes mundi sunt. Nullus. n. sordidus manere ibi audet. Fœdaret. n. loca purissima, & mansiones amœnas, quas sancti in pulchritudine habitant. Nu. 24. *Quam pulchra tabernacula Iacob!* Inde est, quòd statim excluditur cum confusione à Dño, qui ibi accedit immundus. Esa. 65. *Recedite inquit Dominus à me. Nõ appropinquetis mihi, quia immundi estis.* Debemus igitur prius nos ab omni sorde mũdare, si cupimus ad cõsortium mundissimorum Dei seruorum, & ad purissimam Dei gratiam introire. Cuius figura habetur Leuit. 5. & Num. 14. vbi præcepit Deus, quòd quicunq; ex tactu rei immundæ efficeretur immundus, deberet purificari, antequã aliorum mundorum consortio iungeretur. Et notãter dicitur ex tactu, quia non polluitur quis nisi per tactum. i. cõsensum rerũ immundarũ, vnde Aug. in quodã sermone ait: *Tetigisti quantumcunque immunda cor non polluit, si tacto non cõsensit.* Hæc aũt purificatio fit per confessionẽ, per quã omnis immunditia totaliter tollitur, & cancellatur. Nã hoc est diuinitus ordinatũ, vt peccator ipse sua peccata manifestando doleat, taliter, quod amplius ea nõ debeat reuidere, quia omniũ peccatorũ suorũ immũditia, in sacco perpetui silentij, per virtutẽ confessionis est conclusa: vnde dici. Iob. 24. *Signasti quasi à sacco delictum meum, & curasti iniquitatem meam.*

17. Confessionis vtilitas.

Decimaseptima vtilitas dicitur euasionis. s. submersionis æternæ. Cadens. n. in aquã, nõ est in periculo quousq; os eius non cooperitur aqua. Et ratio est, quia potest spirare, & respirare, & sic suffocari non potest. Si aũt cooperiatur in tantũ, q̃ spiratio, & respiratio deficiat, statim intrinsecus calor cor virit, quia pulmo non potest aërem calidũ spirãdo emittere, & respirando alium aërem refrigerantẽ recipere, & ipsum correfocillare. Et similiter cadens in peccato non est in periculo combustionis gehennæ, quousq; os habet expeditum ad confessionẽ. Quia tunc potest spirare per os caliditatem peccati, & per respirationẽ attrahere gratiã indulgentiæ, dicente Psalmista: *Os meũ aperui, & attraxi spiritum.* s. gratiæ. Et sic cor, & anima refrigerantur, & sanantur. Sed si tantum superabundet culpa, vt ad confitendũ os operiatur, suffocatur anima à peccati nequitia, & igni traditur infernali. Cuius figura habetur, Exod. 14. vbi legitur, quòd Aegyptij intrantes mare, cooperti sunt aqua, & oẽs suffocati sunt. Per Aegyptios enim intelliguntur peccatores tenebris peccatorũ inuoluti, qui intrãtes mare vitiorum, & immergentes se in voragine culpæ mortalis, os clausum ad confessionem habent, & ideo moriuntur in peccatis suis. Si. n. os non clauderẽt, indulgentiã inuenirent. Ait. n. Augu. in quodã sermone: *Infernus est puteus profundæ iniquitatis, qui non claudet super te os suum, nisi tu clauseris tuũ.* Et ideo omnes debetis os vestrum aperire in confessione. Et tunc poteritis dicere cum propheta Psalm. 68. *Non absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.*

Illud expunit quod habetur, de Aegyptijs in mari submersis.

Deci-

Digitized by Google

18. Vtilitas

DEcimaoctaua vtilitas dicitur liberationis. Per virtutem enim sanctæ cõfessionis liberatur homo à multis periculis & malis. Et ideo Eccl. 51. dic. Sapiẽs: *Confitebor tibi Domine rex, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, liberasti me à rugientibus præparatis ad escam. Et de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus quæ circumdederunt me. A pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuatus*, hæc ibi.

Cõfessio est curia misericordiæ Dei.

EST autem sciendũ, quòd confessio est curia misericordiæ Dei, ad quam potest appellare qui grauatur a diuina iustitia. Vnde Ambros. super *Beati immaculati*, ait: *Cessat diuina vindicta si confessio præcurrat humana. Iustitia enim Dei huic appellationi libenter, & patienter cedit. Quia misericordia superexaltatur iudicium*, Iac. 2. Quod patet ex tribus. Primo ex credulitate. Quia creditur in hac curia confessionis peccatori factum suum narranti, nec ibi adducitur, qui suppleat defectum eius, nec testis, qui probet cõtrarium, sed ei soli in omnibus datur fides, nec ibi locum habet illud quod Io. 8. dic. *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Secundo patet ex liberatione, quia in hac curia non ferũtur sententiæ nisi absolutionis. Nam etsi homo fuerit sceleratissimus, absoluitur quasi latro à quo auferetur laqueus, quem habet ad collum quo debebat suspendi. Tertio patet ex æterna fœlicitate. Nam cum ille, qui venit ad curiam hanc, dignus esset infernali supplicio, non solum remittitur ei ipsa pœna; sed etiam remuneratur æterno præmio, vt supra patuit. Et ideo hortatur nos Aug. ad pœnitentiã, & confessionem, in lib. de conflictu vitiorum. c. 13. di. *Ecce Dauid adulterio simul & homicidio reus, de inferni faucibus misericordia Domini describitur liberatus. Ecce Manasses omnium peccatorum nefandissimus, & impurissimus, ac fordidissimus, illecebrosissimus, & sceleratissimus, per pœnitentiam rediit ad viam. Ecce Magdalena innumeris fornicationum sordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens, Dominique vestigia lachrymis rigans, ablui meruit. Ecce Petrum negationis suæ vinculis astrictum, amarissimis lachrymis infidelitatis nodos soluit. Ecce seditionis simul, & effusionis fratrum sanguinis latro obnoxius, vnius horæ momento vnaque confessionis voce, ad Paradisum de Cruce transijt. Ecce Saulus Ecclesiam Dei persequens, & multos pro Christi nomine perimens, & vt ita diuerim, martyrum cruore se totum inficiens, Apostolus factus, in vas est electionis commutatus*, &c. Quod autem per confessionem liberetur homo, à malis temporalibus, & à multis periculis, patet per miraculũm, quod recitat Cæsarius in dialogo suo dicens, quòd in ciuitate Atrebatensi quidã iuuenis, qui ex multis diuitijs ad paupertatẽ deuenerat, diuitias sibi acquirere voluit diabolo procurãte. Vnde accedẽs ad quendã aurificem dixit ad domũ suã venisse mercatorẽ, qui plurima vasa aurea, & argẽtea emere venerat. Ea propter, vt illuc vasa sua vendibilia ferret instanter rogauit. Quod ille credens, statim vasa multa, nõ parui valoris sacculo reposita ad domũ illius portauit. Qui vt domũ ingressus est, ab eo fuit interfectus, & adiutorio sororis suæ corpus defuncti in frustra cõcisum in cloacã proiectum est. Sed cũ rumor occisionis à vicinis fuisset sentitus, confractæ sunt fores, & ipse iuuenis homicida cũ sorore captus, ac iudici traditus, tormentisq; afflictus, post delicti confessionem iudicatur ad ignem cum illa. Puella ergo videns se ad mortẽ duci, dixit fratri suo: Ecce frater, quòd vt te iuuarem ne perires, simul tecum pereo, cũ nihil horum ante cogitassem. Nunc ergo audi consilium meum. Si corpora perdimus iustitia dictante, animas saltem confessione saluare studeamus. Cui frater desperatus ait: Ne mihi loquaris de hoc. Quid enim valet confessio, vel pœnitentia in hora ista? Nolo confiteri. Puella aũt corde contrito confessionẽ fecit accersito sacerdote, atque Deo animam suam cõmendauit. Ambo igitur simul rogo imponuntur, & ad lignũ alligantur, atq; ignis subter eos accenditur Et iuuenem impœnitentem flamma consumpsit, puellã autẽ confessam, ignis contingere non potuit, sed vinculis solis absolutis, vt alter Da-

In cõfessione misericordiam superexaltare iudiciũ patet ex tribus.

Ad cõfessionẽ Augustini exhortatio.

niel, in flamma illæsa permansit. Quo viso miraculo, iudices, puellam in Dei laudes prorumpentem, innocentem iudicãtes, ignem exire iusserunt, & liberam abire, Recitat quoque idem doctor aliud miraculum, scilicet. Quod in Argentina hæretici quidam comprehensi, timore mortis hæresim suam se abnegare mẽtiebantur. Iudex autem veritatem noscere cupiens, ferro candenti eos probare voluit, vt qui ferrum candens nõ sentiret, in veritate abnegare crederetur. Cum igitur hæretici omnes manibus adustis ad ignẽ comburendi ducerẽtur, quidam vni eorum dixit : O miser, quare sic vis mori? Cui ille respondit: Audiui, quòd serã pœnitentiam Deus non suspiciat. Respondit autem fidelis: Nunquam pœnitentia sera est apud Deum. Tantum confitearis, & videbis clementiam eius. Vocato igitur sacerdote, dictus hæreticus, errorem suum confessus est, & exinde alia peccata sua. Mira res, sicuti confitebatur, sic paulatim manus adusta sanabatur, & perfecta confessione nulla adustionis cicatrix apparuit. Punitis igitur alijs, cum iudex, & hunc peteret, respõsum est, puniri neminem debere nisi de culpa constiterit. Et manu ipsius confessi producta, cũ nullum vestigium ignis appareret, liberatus est. Tantas ergo confessionis vtilitates considerans Augusti. in quodam sermone ad Erem. inquit : *Confitemini ô fratres mei, & nolite differre, ad sacram mensam confessionis accedere festinate: hæc est enim salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, expugnatrix dæmonum, Angelorum tunica, ecclesiarum fiducia, Dux, baculus, & spes omnium fidelium. O sancta atque admirabilis confessio. Tu obstruis os inferni, & aperis Paradisi portas. O confessio vita iustorum, peccatorum gloria. Tu sola necessaria es peccatori, & nihilominus iustus si quis reputatur, te astringere, & frequentare debet, nihil enim remanebit in iudicio quod fuerit per confessionem purgatũ*, hæc ille. Et Bern. super Psalmistæ : *Quid est tibi mare.* &c. ait : *Omnia in confessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare*, id est peccatum *fugatur, tranquillitas redit, spes reuiniscit, & animus hilarescit.* Felix anima, cui ista ex confessione proueniunt. Et ideo bene dicunt verba thematis nostri: *Cõfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* Post enim vitam hanc, non valet confessio, vnde Dauid in Psalm. 6. inquit Deo: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Ideo ô deuoti Christiani, ad sanctam cõfessionem accedere festinate, vt grat DEI habeatis in hoc sæculo, & gloriam in futuro. Ad quam. &c.

FERIA II. POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE CONFESSIONIS præparatione, explicatione, iteratione, & inductione.

SERMO XXXV.



MNES *eiecit de templo.* Io. annis 21 & in Euangelio occurrentis feriæ. Sapientissimi Solonis philosophi est sententia, philosophiã à fine solũmodo cõsecrari. Arist. 2. quoq; 2. Phy. inquit: *Finis habet rationẽ optimi, & est causa causarum,* & in 2. & 5. Meta. dicit. Finẽ optimũ esse in vnaquaq; re, quia rei esse cõfert, & in 3. Topi. *Melior est finis, omnibus quæ sunt ad finẽ.* Ideo Cõmentator super 2. Meta. hæc omnia cõsiderans dicit: *Qui destruit finẽ, destruit omne bonum.* Et ratio est, quia vt inquit Aristo. 1. de Cœlo & mũdo. & 3. Phy. *Vanũ est omne, quod suũ non attingit finẽ.* Patet hoc per experiẽtiam. Nã medicina dicitur vana, ex qua non sequitur sanitas, propter quã data fuit. Similiter si vnus vadit centum milliaria,

Quænam sit vana.

vt

vt mille ducatos accipiat ab aliquo, & post laborem itineris non accipiat eos, dicet: In vanum huc veni, quoniam finē meum non sum adeptus, propter quem veni. Sicut possunt dicere multi euntes ad confessionem, vt recipiant indulgentiam, & non recipientes propter eorum impræparationem, & malam dispositionem, talium enim confessio est vana. Ideò omnibus euntibus ad confitendum dicit Deus, Hiere. 7. *Bonas facite vias vestras:* Et ego vobis idem dico, ne si impræparati, & indispositi accedatis ad confessionem, Dominus Iesus vos proijciat à gratia sua, & expellat, sicut hodie fecit de vendentibus, & ementibus in templo. Et ideò in hoc sermone quatuor pulchras faciemus considerationes de confessione. Prima dicetur præparationis. Secunda explicationis, Tertia iterationis, Quarta, & vltima inductionis.

Sermon. dimisso.

PARS PRIMA, IN qua ponitur præparatio, quæ debet fieri cuilibet bonæ confessioni.

Confessio fieri debet magna cum præparatione.

Sciendum est secundum omnes Theologos, & Doctores: Quod confessio debet fieri cum magna præparatione, ita quòd ante confessionem debet quisque diligenter se præparare, & dare operam, vt omnia sua peccata, ei ad memoriam reuocentur, vt possit illa confiteri, cum circumstantijs suis. Quod qui non facit, est in malo statu Vnde de pœnitent. distinctione prima, §. hinc etiam, dicitur: *Si obliuiscaris peccatorum tuorum,* scilicet, *ea cō fieri,* vt dicit gloss. interlinearis, *tunc eorum recordaberis nolens, quando in toto publicabuntur, & in conspectu proferentur omnium, tam amicorū, quā inimicorum tuorum, & sanctorum Angelorū, cælestiumque virtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat: Tu secreto fecisti, & ego hoc cunctis manifestabo, sed ad omnes nos dicitur,* hæc ibi. Et sunt verba Chrysostomi. Et ideò si quis ex sua culpa ignorat, quæ debet confiteri, seu eorum est oblitus, debet de huiusmodi negligentia dolere, & confessor si aliquē impræparatum viderit ad confessionem accedere, debet ipsum monere vt cum præparatione veniat. Vt dicitur in summa confessorum. lib. 3. titul. 34. capitul. 19. Quam præparationem Esaias exprimit. 38. c. sui libri. dic. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* In quibus verbis tangit tria. Primum dicitur recogitationis, ibi, *recogitabo.* Secundum totalitatis, ibi, *omnes annos meos.* Tertium amaricationis. ibi, *in amaritudine animæ meæ.* Quo ad primum dicit *recogitabo*, idem valde cogitabo. Præpositio enim addita dictioni, auget significatum. l. Gallus. §. ille casus indifficilis. ff. de liberis, & post hum. vbi gloss. sex. ponit. *indifficilis*, id est, *valde difficilis.* & ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. in summa, in fi. exponit, *increscit*, id est, *valde crescit* & simile habetur. ff. de fund. instruc. l. quæsitum. §. sed si fundus. ff. ad Sylla. l. si quis in graui. in princ. & in authen. quomodo depon. episc. §. si quis autem & ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna, & de Aenea inquit Virgilius, in 1. Aenei. *Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas.* &c. Ingemit, id est, valde gemit. Et pariformiter dicit propheta: *Recogitabo*, id est, iterum, atque iterum cogitabo, scilicet antequā ad confessionem vadam. Quia vt beatus Gregor. in moralibus, ait: *Debet vnusquisque mens causas suas apud Deum contra se sollicita inquisitione discutere.* Nullus enim prudens Syndicus alicuius Domini redderet rationem suæ administrationis, nisi primo apud se de omnibus præmeditatus esset, quomodo, & qualiter, & quantum expendisset. Præterea debet quilibet quotidie examinare conscientiam suam, & videre quid boni fecerit, & quomodo vixerit. Vt inquit Senec. lib. 3. de ira Dei. Multo magis tempore confessionis debet vnusquisque in aliquo secreto loco diligenter præmeditari peccata sua, & examinare conscientiam suam, quia si quis sine examinatione conscientiæ, & debita præparatione accedit ad confessionem,

Digitized by Google

habens mille peccata mortalia, de quibus omnibus confitetur, excepto vno oblito ex ignorãtia proueniẽte ex eius impræparatione, non consequitur veniam alicuius peccati. Et econtrario, si quis habens eadem peccata vadat ad confessionem facta debita præparatione, & obliviscatur maioris partis ipsorum peccatorum, consequitur remissionem eorum, ex generali ipsorum confessione, ratione bonæ dispositionis, & præparationis, qui in qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. l. iure ciuil. ff. de condit. & demon. Et ideo bonum non solum semel, sed sæpius excogitare peccata ante confessionem, vt dictum est. Cuius oppositum faciunt multi, qui velut bestiæ ad confessionem accedunt indeuoti, & impræmeditati, sine vlla compunctione, sine cogitatione aliqua, aut recordatione peccatorum suorum, & sæpius sabbatũ sanctum expectantes vadunt ad confessionem confessori dicentes: Vis non audire? In duobus enim verbis expediemus nos. Quod si confessor dicat, quod paululum expectent, dicunt: Quia bene stat, hora est tarda, & alia habemus agere, si nos nunc non audis, amplius in hoc anno non confitebimur. Alij stantes ante sacerdotem, quid dicere debeant ignorant, quia super hoc ante non cogitauerunt, & dicunt: Domine interroga nos. Nescimus enim quid dicere debeamus. O insensati. Si mercator suorum quinternorum rationes omni fere diligenter discutit, vt videat quid lucratus fuit, & quid perdidit, & hoc facit pro pecunia; quanto magis peccator conscientiam suam examinare, & discutere debet pro anima sua, quæ adeo est pretiosa, quod pro ea saluãda Dei filius mortuus est? Ideo dicit Ber. in sermone passionis: *Considera, ô homo, quàm nobilis sit anima tua. & quam grauia fuerint vulnera, quibus pro ea necesse fuit tuum Iesum vulnerari.*

Antequam quis confiteatur, tria

DEbet igitur quilibet tria cogitare antequam confiteatur. Primo, receptorum à Deo beneficiorum suam ingratitudinem, quibus accenditur mens ad diuinum amorem, vt faciat confessionem cum amore. Vnde in figura, Leuit. 6. præcepit Dominus dicens: *Ignis semper ardebit in altari meo, quem nutries sacerdos.* Per ignem vero ardens dilectio designatur. De quo igne, Luc. 12. inquit Saluator: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Per altare vero mens nostra intelligitur, quæ per sacerdotem debet accendi bonis exhortationibus in confessione, & per cõfitentem debet inflammari ex diuinorum beneficiorum cogitatione. Secundo, debet pœnitens cogitare bonorum amissorum copiositatem. Ait enim Maximianus poeta: *Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.* Tertio, debet cogitare peccatorum numerositatem, & grauedinem: cui dicitur Hieremiæ 2. *Scito, quia malum, & amarum est, te dereliquisse Dominum Deum tuum.* Vnde Ecclesiastici 18. scriptum est: *Ante iudicium*, scilicet confessionis *interroga teipsum*, scilicet cogitando prædicta, *& in conspectu Dei inuenies propitiationem* Et Hieremiæ 2. dicitur: *Vide vias tuas in conualle*, id est in mentis humilitate, considerans, quod hoc prauus deterior est omni bestia. 7. Ethi.

considerare debet.

SEcunda præparatio dicitur totalitatis. Non enim sufficit dicere maiorem partem peccatorum, sed necesse est dicere omnia in quantum humana permittit fragilitas. Vnde debet peccator dicere illud Ouidij, in primo de tristibus, Epistola prima: *Tot mala sum passus, quod in æthere sydera lucent: Paruaque quod ficeus corpora pulus habet.* Vt autem quisque possit recordari de omnibus peccatis, non solum quæ fecit in anno, sed in tota vita sua, debet nouem considerare. Primo, ætatem, scilicet, infantiæ, pueritiæ, adolescentiæ, & iuuentutis, senectutis, & ætatem decrepitam, si est in ea, & videre, quæ peccata in his ætatibus commisit, discurrendo singulos annos & quaslibet partes anni, quia alia peccata fiunt in æstate, & alia in hyeme. & sic de alijs. Secundo consideret statum in quo est, vel fuit, scilicet, virginitatis, matri-

Digitized by Google

matrimonij, vel viduitatis, vtrum quæ requiruntur ad tales ſtatus, ſeruauerit. Tertiò fortunam, videlicet proſperitatẽ, vel aduerſitatem, infirmitatem, vel ſanitatem, & huiuſmodi. Quarto, officia, artes, & exercitia, quæ fecit. Quinto, ſocietates, cum quibus, ſcilicet, conuerſationem habuit, & in quibus locis. Sexto, ſolemnitates, & feſta quomodo ſeruauit, & quid in illis commiſit. Septimo conſiderare debet peccata cordis. Octauò, peccata oris. Nono, peccata operis. Et ſic diſcurrendo, poterit peccata ſua inuenire. Caueat tamen pœnitens, ne nimis moroſe peccata carnis cogitet. Quia Eccleſiaſtici 13. dicitur: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Debet quoque, qui vult diligenter confiteri poſtquam examinauit conſcientiam ſuam, ſuper ſeptem peccatis capitalibus, diſcurrere decem præcepta diuina, & etiam præcepta Eccleſiæ, conſiderans ſi illa ſeruauit. Item Duodecim articulos fidei, ſi perfecte credidit. Et ſeptem dona ſpiritus ſancti, ſi in ſe illa habuit. Opera quoque miſericordiæ, corporalia, & ſpiritualia ſi perfecit. Si etiam ſenſus corporis bene cuſtodiuit, & ſi quatuor virtutes Cardinales, & Theologicas, aliaſque morales exercuit,

Amaritudo eſt præparatio ad confeſſionem.

TErtia præparatio dicitur amaricationis. De qua Hieremiæ 31. dicitur: *Pone tibi amaritudinem, dirige cor tuum in viam rectam.* Quam amaritudinem Dauid ſentiendo dicit in Pſalmo: *Rugiebam a gemitu cordis mei.* Et alibi: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Talis amaricatio meretur veniam. Vnde ad hoc applicari poteſt illud Ouidij in 1. de Ponto, epiſtola 5. di. *Parcendum eſt animo miſerabile vanum habenti*, licet in alio ſenſu dixerit. Dicat ergo quilibet ante confeſſionem illud Ouidij in lib. Epiſtolarum, epiſtola 2. *Heu pastor telis vulnera facta meis.* Et ploret amariſſime peccata ſua. Lachrymæ enim quodammodo loquuntur cum Deo, & impetrant veniam, iuxta illud Ouidij 3. de Ponto Epiſtola prima. *Interdum lachrymæ pondera vocis habent.* O peccatores antequam vadatis ad confeſſionem, ex toto corde lugete peccata veſtra, & bonus, ac pius Saluator conuertet vobis lachrymas in conſolationem. Matthæi, quinto: *Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Imo ipſæ lachrymæ pariunt quandam dulcedinem, dicente Ouidio in 3. de Triſtibus, epiſtola 8. *Eſt quædam flere voluptas: Expletur lachrymis, egeriturque dolor.* Ideo Dauid Pſalmo 136. inquit: *Super flumina Babilonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Babylon autem interpretatur confuſio; ſecundum Hieronym. Et ſpiritualiter poteſt accipi pro confuſione, quæ ſuſtinetur in confeſſione.. Ex quibus apparet, quod ad confeſſionem accedere debemus cum magnis gemitib⁹, ſaltem interioribus, ſicut faceret capitali ſententia damnatus, ſi poſſet ad iudicem ſuum pro venia, & miſericordia impetranda accedere; diligenter enim ſe præpararet, & quid dicere deberet, præmeditaretur.

PARS SECVNDA, IN qua quæritur, nunquid circumſtantiæ peccatorum debeant explicari.

SEcundo ſciendum eſt, quod ad bonam confeſſionem non ſufficit confeſſio in generali, puta dicendo, Commiſi omnia peccata, vel dicendo, commiſi peccatum luxuriæ, auaritiæ, &c. ſed requiritur explicatio ſpecialis, vt inquit Ray. & Hoſt. in ſumma. vt etiam habetur in ſumma. confeſ. lib. 3. tit. 34. q. 80. Sed hic quæritur, nunquid ſit neceſſarium confiteri in particulari circumſtantias peccatorum? Et reſpondetur ſecundum Alex. de Ales, in 4. parte ſummæ, in tractatu. de confeſſione. Et Richard. in 4. di. 21, art. 3. q. 5. Et ſanctum Bonau. ibid ẽ parte 2. ar. 2. q. 3. Et B. Thom. in 4. diſt. 16. quod reperiuntur in triplici

triplici genere circumstantiæ peccatorum. Quædam sunt alleuiantes, quædam in aliud genus peccati trahentes, & quædam aliquo modo aggrauantes. Circumstantias alleuiantes confiteri non est necessarium, nec etiam bonum, nisi ad hoc vt satisfaciat alicui inquisitionem, vel vt prouideatur scandalo, & perturbationi. Vtpote si timeat confessorem ex hoc accipere occasionem ad malum, vel etiam si in tantum diminuat vt sit in genere venialis, sicut comedere carnes in quadragesima propter infirmitatem, cum aliqua gulositate. Non enim debet dicere, comedi carnes in quadragesima cum sensualitate, quia sic videretur & esset mortale, sed debet addere, quod comedit propter infirmitatem, & sic solum remanet peccatum sensualitatis, quod est veniale, aliter vero non debent eas confiteri secundum Alexand. & Bonau. vbi supra. Circũstantias verò in aliud genus trahentes secundum prædictos Doctores necesse est confiteri, vt etiam notatur in summa confess. lib. 3. titul. 34. q. 81. & communiter sunt octo istæ circumstantiæ. Vt etiam ponit Nico. de Ausmo, in quadriga sua, libr. 2. tit. 7. §. 10.

PRima est circumstantia conditionis rei, vt si quis peccauit cum irrationali animali, est peccatum bestialitatis. Si verò cum rationali, aut cum virgine, & est stuprum: aut cum maritata, & est adulterium, & sic de singulis. Et ideo qualitercunque condicio confitentis, seu personæ vel rei, cum qua commissum est peccatum, inducat particularem speciẽ peccati, est de necessitate confessionis.

2. Circũstantia trahens in aliud genus peccati.

SEcunda circumstantia est modi peccãdi. Posset enim quis tali modo peccare, quod traheretur in aliam speciem, vt si quis cũm muliere contra naturam peccaret, & huiusmodi. Et sic dicendum est in peccatis matrimonij.

3. Circũstantia.

TErtia circumstantia est loci. Nam si peccatum fit in loco sacro, vel ad cultum diuinum deputato, inducit particularem speciem peccati, quod dicitur sacrilegium, vt not. gl. in cap. 1. de pœ. dist. 5. Vnde hoc casu, non solum confitendum est peccatum, sed etiam vbi est gestum.

4. Circumstantia.

QVarta circumstantia est temporis. Nam quando peccatum mortale fit in festo præcepto, inducit aliam speciem peccati, videlicet transgressionem tertij præcepti decalogi. vt dicit Nico. de Lyra, super Exod. 20. capitul. Et tanto grauior est transgressio, quanto festum est solemnius. Et idem est secundum aliquos, quando commissum tempore ieiunij præcepti, quia mortale peccatum appellatur violatio ieiunij. de consec. distinctione quinta capitul. nihil prodest. Alij tamen dicunt, quod licet tale ieiunium nihil profit ad præmium essentiale vitæ æternæ, valet nihilominus quo ad obseruationem præcepti Ecclesiæ, vel confessoris. Cuius opinionis est Beat. Thom. in quarta distinctione 15. articul. quarto, quæstione prima, & Alber. in tractatu de virtutibus Cardinalibus.

5. Circumstantia.

QVinta est numeri. Nam quoties quis peccauit, tot diuersa peccata committit. Vnde est confitendum quoties quis peccatum commisit. Quilibet enim numerus adiunctus alteri numero, constituit nouam speciem secundum philosophum. Si autem quis non recordatur, debet dolere, & confiteri, quod ex propria culpa non potest recordari. In hanc enim obliuionem non veniisset si sæpius in anno confiteri voluisset, vel si de singulis peccatis mortalibus particularem memoriam fecisset. Sicut faciebat quidam monachus, qui continue in sinu portabat tabulam, in qua notabat omnes defectus, quos committebat. Licet autem quis non recordetur de numero certo peccatorum suorum, tamen tenetur dicere aliquem numerum, quem verisimiliter existimare posset vel quanto tempore in peccato perseuerauerit, vtputa per vnum annum, vel

vel duos,& quam frequenter ſolitus erat peccare,verbi gratia,ſi ſemel, vel bis in die,aut hebdomada,vel menſe.

6. Circũſtantia. SExta circumſtantia eſt qualitatis peccati,vtputa,ſi peccatum eſt publicum, hoc enim caſu inducit aliam ſpeciem peccati,videlicet ſcandalum proximi. De quo Saluator Matthæi 18.inquit: *Væ homini illi per quem ſcandalum venit.* Vnde non ſolum debet confiteri, quod peccatum eſt publicum,ſed etiam in quo ſit publicum, ſiue in paucis, ſiue in multis,quia tot ſuo malo exemplo offenduntur, quantis ſuũ peccatum patuit.Debet ergo,quis confiteri ſi cognoſcit ſiue exiſtimat, quod occaſione ſui mali exempli ſit quiſquam ad alicuius mali ſiue peccati perpetrationem adductus.

7. Circumſtantia. SEptima eſt inductio.Nam qui cum aliquo peccauit, & proximum ſuum ſuũ ad peccandum allexit, vltra principale peccatum,homicidium ſpirituale commiſit multo grauius corporali, vt dicit Auguſt.22 quæſtione quinta,capitul.ille qui: & talis ſecundum Scotum in quarta diſtinctione 15. tenetur ad inducendum illum quantum poteſt ad pœnitentiam, & orare pro eo: nam magis eum læſit, quam ſi temporalia ei abſtuliſſet.ea.ſunt plurimi 6.q.1. Et ideo debet confiteri, quod induxit ſeu inducere deſiderauit alium ad peccandum.

8. Circumſtantia. OCtaua circumſtantia eſt occidentis. Quandoq; enim cum principali peccato accedunt multa alia. Sæpe enim vt operetur quis aliquod peccatum, committit multa facinora,verbi gratia,interponendo mediatores, vel conducendo ſocios,vt ei ad peccatum auxilientur. vel vt ſimul peccent, ſeu vtendo adulationibus,vel mendacijs vt proximum ad peccandum inducat, vel vtendo cantilenis, ſeu verbis alijs inhoneſtis, aut diffamatorijs,ſiue litteras amoris ſcribendo, vel mittendo,vel proximum odiendo, ſeu ei iniuriando verbis,aut factis,aut de nocte ambulando, vel arma gerendo,ſiue infamiam alicui mulieri, propter ſuam frequentationem dando,ſicut multi faciunt tranſeuntes per quaſdam domos ſæpius in die,non ſine nota ipſarum, vel eas ſequendo quocunque ambulent,& ſic de ſimilibus. Hæc enim omnia debent cum principali confiteri, quia ſunt circumſtantiæ in aliud genus peccati trahentes.

Nota pro his circumſtantijs. ET notandum ſecundum Alexandrũ de Ales vbi ſupra, quod cum hoc ſit præceptum affirmatiuum,non obligatur quis ſemper iſtas circumſtantias confiteri,ſed pro loco & tempore, ſcilicet,quãdo cognoſcit eas per ſe, vel per inquiſitionem confeſſoris. Vnde ſapiens,& intelligens debet confiteri eas abſque interrogatione, ignorantibus vero ſufficit confiteri quando ab ipſis confeſſoribus inquiruntur, ſi aliter hæc non cognoſcant.

An neceſſe ſit circumſtantias grauantes confiteri. CIrcumſtantiæ vero aggrauantes peccatum,ſed ſpeciem non mutantes,dixerunt quidam non eſſe neceſſe confiteri, niſi de bono & æquo. Secundum autem Guillielmum Alciſidacenſem,ſi circumſtantiæ ſint notabiliter aggrauantes, debent confiteri. Non enim ſufficit illi qui mille marcas auri, vel theſaurum ſancti Marci rapuit, dicere: Ego rapui aliena, quia poſſet verificari in duobus ſolidis, vel nummis, nec ſufficit illi, qui alium gladio vulnerauit,dicere,percuſſi proximum, quia poſſet verificari in leui percuſſione maxillæ. Vnde ſacerdos non poſſet bene intelligere quantitatem delicti,& ſic de ſimilibus. Hæc autem omnia prædicta tangit Auguſt. in c.conſideret.de pœn.diſtin.5.in lib.de pœnitentia dicens: *Conſideret qualitatem criminis,in loco,in tempore,in varietate perſonæ, & quali hoc fecerit intentione, & in ipſum vitij executione: Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus,aut officij,aut ſecundum modum meretricis,& in modo operis ſui, & qualiter turpitudinem ſuam peregit,ſi in loco ſacro,aut cui debuit excellentiam fidei,vt ſunt domus dominorum, & aliorum multorum,*

multorum, si in tempore orationis constituio, vt in festiuitatibus sanctorum, & tempore ieiunij: considerei, & quantum perseuerauerit, & quanto fuerit in impugnatione, & pertractet secum, quam multiplici actione vitij delectabiliter peccauerit. Omnis ista varietas ostendenda est, confitenda, & deflenda, hæc ille. Secundum autem iuristas, peccatum aggrauatur diuersimode, iuxta continentiam illius versus: *Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur quomodo, quando.* Quis: nam persona delinquentis aggrauat delictum. l. aut facta. §. persona. & lege capitalium. ff. de pœnis. & l presbyteri. vbi Iacob. de Aret. C. de Episcopis & clericis & C. vbi senatores vel clarissimi con. l. 1. & ff. de re mili. lege secunda, & l. non omnis, & C. de summa Trinit. l. nemo. & C. vt nemo ad suum patrocinium. l. prima. libro. 11. & ibi. Gambar. & 32. quæstione sexta, capitul. indignantur. Exemplum etiam aggrauat. ff. de re mili. l. omne delictum. §. qui manus. Persona quoque in quem delinquitur, aggrauat. l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. & l. fin. ff. de officio præsid. & ff. ad legem Pompeiam de parri, quasi per totum, & Instit. de iniur. §. atrox. & C. de rap. vir. l. prima. §. fin autem & ff. de re mili. l. omne delictum. in princip. & l. milites. §. irreuerens miles. & ff de iniur. l. prætor §. final. & 12. quæstione prima, capitulo primo. & ibi Archidiac. & 27. quæstione prima, capitul nuptiarum. Quid, etiam aggrauat, vt si fiat grauis iniuria. dicto. §. atrox. Vbi etiam, id est locus, aggrauat. dicta lege, aut facta. §. locus & §. euentus. & l. capitalium. §. & ob inimicitias. ff. de pœnis. & de incendio rui. & nau. l, qui ædes. & dicto. §. atrox. & C. de incestis nuptijs lege tertia, & prima, quæstione prima, capitul. placuit, & secunda, quæstione octaua, §. libellorum. & ibi Archidiac. Locus quoque vulneris aggrauat. dicto. §. atrox. & argumento. ff. de feri. l. eadem in fi. & extra de homi. c. presbyterum & ff. de iniu. l. prætor. §. fin. Per quos, etiam aggrauat delictum, vtputa ex concordia multorum. ff. ad Sylla. l. excipiunt. Quoties, etiam aggrauat; iteratum nanque delictum aggrauat. l. 3. C. de Episcop. audi. & ff. de pœnis l. si diutino. in glos. fi. & l. capitalium. Et de hoc tractat Bald. in authen. sed nouo iure & in l. quicunque. C. de fer. fugi Perseuerantia quoque auget peccatum. l. 3. §. delertor. ff. de re mili. & l. capitalium. §. solent. ff. de pœn. & c. fin. de consuet. ex motu enim & causa aggrauatur delictum ff de his qui no. infa. l. ictus fustium. & 21. ff mandati. l. procuratorem. in princip. cum ibi nota. & ff. de fur. l. verum. & C. de edic. di. Adri. tol. l. fin. & dicta lege, aut facta. §. primo, & ff. de postu. l. ex ea, Quomodo, scilicet, per modum loci, vel iniuriæ, dicta lege aut facta. § non enim. ff. de pœnis. Quando: nam tempus aggrauat. d. l. aut facta. § tempus. ff. de pœnis. & ad l. Aquil. l. itaque. & ff. ad l. Cor. de Sica. l. furem. & de fur. l. secunda, & de effrac. l. fi. & de incen. rui. & nau. lege prima, in fin. Sunt etiam multæ aliæ circumstantiæ aggrauantes, quæ cum prædictis ponuntur à Theologis, qui determinant, quod peccata non sunt in grauitate, & offensione paria. De quo Richard. in 2. distinctione 42. quæstione vlt. & Alexand. de Ales in 2. par. summæ tract. de conditionibus peccati mortalis, & beatus Thomas, 1. 2. quæstione 73. articul. 2. & in 2. scripto. distinctione 42. articul. 10. & in summa contra gentiles. libro tertio, capitul. 138. & probatur hæc veritas per illud quod dicitur Ezech. 16. vbi loquens Deus de peccato Hierusalem in comparatione ad peccatum Sodomæ, & Gomorræ, ait illi: *Sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.* Et Saluator Ioan. 19. ait Pilato de peccato Iudæ, siue populi Iudaici: *Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Multis ergo modis, secundum prædictos Theologos, dicitur vnum peccatum grauius altero, puta ignoratione. Quia grauior est culpa procedens ex ignorantia affectata, siue crassa, & supina, quam ex alia ignorantia, secundum Bonauenturam in 2. distinctione 22. articul. 2. quæstione tertia, & Richard. ibidem per omnia, & beatum Thomam, in quæstionibus disputatis de malo, quæstione de ignorantia, articul,

Peccatum diuersimode aggrauatur,

Digitized by Google

ticul.8.& 1.2.quæſtione 76.articul.3. & 4. & Alexandrũ de Ales in 2. parte ſummæ, in tractatu de diuiſionibus peccati. Item iteratione,vt ſupra diximus: vnde Leo Papa inquit: *Iterata iniquitas miſericordiam exinaniuit: Sicut enim quando membrum ſemel, vel ſæpius fuit in aliqua parte vulneratum, poſtea ibidem iterata vulneratio magis ipſum lædit, quàm ſi nunquam ibidem fuiſſet læſum; ita, & in vulneratione ſpirituali animæ eſt dicendum.* Dignitas etiam perſonæ auget vt diximus delictũ: vnde Iſidor.libro ſecundo de ſummo bono,inquit: *Tanto grauius peccatum eſſe cognoſcitur, quanto qui peccat maior habetur.* & 25.quæſtione prima capitul. nulli fas Hilarius Papa ait: *Siquidem maiori reatu delinquit, qui potiori honore fruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, ſublimitas peccantium.* & 50.diſtinct. capitul.quia tua Gregor.II.inquit: *Sicut minorem maior præcedit honore, ita & crimine,* vnde Iuue.*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.* Et iſta maioritas attenditur circa multa,ſcilicet,in ſplendore cognitiouis, in quantum quis plura cognoſcit pertinentia ad ſalutem quam alius Nam talis grauius peccat ſecundum Thom.1.2.quæſtione 73.articul.10.iuxta illud Luc.12. *Seruus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Super quo Chryſoſt.dicit: *Non ſimiliter in omnibus omnia iudicantur, ſed maior cognitio ſit maioris pœnæ materia.* Item quis dicitur maior valore perfectionis, & iſte ſimiliter grauius peccat propter ingratitudinem, quia ingratitudo de dono vel beneficio ſibi diuinitus collato aggrauat eius delictum. vnde Iſidorus in libro de ſummo bono.ait: *creſcit peccati cumulus iuxta ordinem meritorum, & ſæpe, quod minoribus ignoſcitur, maioribus imputatur,* & Chryſoſt.ſuper Matth. dicit: *Quanto maiora ſunt hominibus collata beneficia, tanto graniora ſunt peccantibus iudicia.* Item eſt maior ſuperioritas, ſiue prælatione,& iſte grauius peccat propter ſcandalum,vel imitationem aliorum,& ideo Phil.1.Reth ait: Quod qui peccat primus,vel ſolus,aut cum paucis, grauius peccat,& rationem aſſignat,quia eſt & alijs cauſa,& exemplum peccandi, vnde ait Gregor.in paſtorali: *In exemplum culpa vehementer trahitur, quando pro reuerentia peccator honoratur,* & 11 quæſtione tertia,capitul. præcipue. dicitur: quod prælati grauius peccent,quia ſubitos ſuos malo exemplo occidunt.. Ea propter Hieron. in epiſtola ad Heliodorum de morte Nepotiani ſcripſit: *In te omnium oculi diriguntur; domus tua,& conuerſatio tua, quaſi in ſpecula conſtituta eſt magiſtræ diſciplinæ. Quid feceris, id ſibi omnes faciendum putant. Cane ergo ne committas, quod aut qui reprehendere volunt, digni latere videantur, aut qui imitari, cogãtur relinquere,* hæc ille. Qui etiam ſuper Ezech. ait: *Grandis eſt dignitas ſacerdotum, ſed grandis etiam eſt ruina ſi peccat. Lætemur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudij exceſſa tenuiſſe, quanti eſt mœroris de ſublimibus corruiſſe.* Philo. quoque. 2. Reth.capitulo 23.dic. quod illa culpa eſt grauior, quæ eſt auditoribus,vel videntibus horribilior, & abominabilior, & in qua eſt maior confuſio. Hoc autem eſt in peccato prælatorum,& eorum, qui deberent eſſe ſancti. Peccatum etiam aggrauatur ratione dignitatis perſonæ offenſæ,quia quanto perſona offenſa eſt dignior, tanto culpa eſt grauior. c.cum illorum.§. nos tamen. in tex. & gl. extra.de ſenten. exc. & c. vergentis. extra. de hære.& capit. ſicut qui Eccleſiam. 17. quæſtione quarta. Item bonitas, & ſanctitas, perſonæ offenſæ aggrauat peccatum ſecundum Thom. 1. 2. quæſtione 73. articulo nono, hominibus enim ſanctis ait Dñs Zachariæ. 2. *Qui vos tangit, quaſi pupillam oculi mei tangit,* & ibi gloſſ. exponit, *tangit,* id eſt, *vexat.* Aggrauatur etiam peccatum ratione propinquitatis perſonæ offenſæ. Vnde occidens ſeipſum, vel vulnerans, grauius peccat, quam ſi alterius perſonam offenderet.Et propterea,Eccleſiaſtic.14.dicitur? *Qui ſibi eſt nequam,cui alij bonus erit?* Et ad idem textus.in l.fin. §. ſi quis autem ff.de bo.eorum qui mort.ſi.conſci. Itẽ augetur peccatum quando quis offenditur, cui benefacere tenetur, ſicut pater à

2.

filio, & amicus ab eo cui beneficia contulit. Ait enim Philosophus secundo Retho. capit. 13. quod illa culpa, vel iniuria est maior, quæ est indignior, vel irrationabilior : talis enim dupliciter peccat, primo quia non facit bonum, quod patri vel amico facere tenetur, secundo quia ei reddit malum pro bono. Item grauior est illa offensa, qua offenduntur plures, & propter hoc etiam iniuria facta prælato, vel alteri publicæ, vel famosæ personæ, grauior est, quia multitudo tota per eum offenditur, vel scandalizatur, vt inquit beatus Thomas vbi supra. Et ideo dicitur, Exodi. 23. *Principem populi ne maledicas.* &c. Aggrauatur quoque peccatum cum infertur nocumentum viduis, pupillis, orphanis, pauperibusque, ac alijs miserabilibus personis. vnde Ecclesiast. 35. dicitur : *Lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & à maxilla ascendunt vsque ad cælum.* Dicit quoque Psalmista Deo. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Notandum quoque, quod sicut peccatum ex malitia commissum grauius est, quam commissum ex ignorantia, sic peccatum ex malitia perpetratum, tanto est maius, quanto est cum maiori malignitate peractum. Et de tali peccante inquit Psalmista : *Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odijt.* Item secundum sanctum Bonauenturam, Thom. & Richard. in 2. distinctione 40. tanto peccatum est grauius, quanto est cum intensiori, & ardentiori libidine studiose commissum. Et ideo etiam magis peccat qui voluntarie, & libere delinquit, quam ille, qui quasi coactus, vel precibus, aut importunitate peccat. Item sec. Tho. in secundo scripto. distinctione 42. parte secunda, articul. quinto & 1. 2. quæstione 73. articul. 8. *Peccatum tanto est grauius, quanto infert maius nocumentum proximo & intelligitur de læsione, ac nocumento, tam corporali, quam spirituali, & temporali. Vt enim ait Gregorius in moralibus : Ad maiorem dolorem commouent damna maiora, &c.* Item secundum Richard. & sanctum Bonauenturam in 2. distinction. quinta. peccatum aggrauatur inductione, quando quis peccato suo alios ad peccandum inducit, sicut faciunt lenones, meretrices, ac mulieres vanæ, depingentes vultum, ac in collo & pectore nudatæ. Sanct' autem Bonauentura. in 2. distinctione 33. in quæstionibus circa literam, dicit : *Duodecim modis maxime consueuit vnum peccatum dici maius altero à doctoribus Theologicis. Primo causalitate, & sic peccatum diaboli dicitur esse maius, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Secundo generalitate, & sic peccatum primi parentis fuisse maius, quia in totum genus humanum se diffudit. Tertio enormitate, & sic peccatum Iudæ dicitur maius, quia vendidit Deum. Quarto ingratitudine, & sic peccatum illius dicitur maius quia plura percepit dona gratiarum. Quinto periculositate, & sic peccatum ignorantiæ dicitur maximum, quia periculosum. Sexto inseparabilitate, & sic peccatum cupiditatis dicitur maximum, quia cum cætera vitia cum homine senescant, sola auaritia iuuenescit. Septimo importunitate, & sic superbia dicitur maxima iniquitas, quia etiam in ipsis bonis operibus consurgit. Octauo pronitate, & sic luxuria dicitur esse grauius peccatum, ad quam homines magis sunt proni. Nono maioris gratiæ impugnatione. Et sic peccatum in spiritum sanctum dicitur maximum, Decimo maioris offensæ, & sic peccatum idololatriæ dicitur esse maximum. Vndecimo ratione facilitatis resistendi, & sic dicit magister in litera, quod peccatum Adæ fuit grauissimum. Duodecimo ratione maioris improbitatis, atque libidinis, & sic cuiuscunque generis peccatum maius potest fieri altero,* hæc ille. Alij autem dicunt quod circunstantiæ aggrauantes continentur in istis versibus. *Aggrauat ordo, locus, persona, scientia, tempus. Ætas, conditio, numerus, mora, copia, causa. Est modus in culpa, status altus, lucta pusilla.* Quæ omnia sic intelligi possunt : *Aggrauat ordo,* scilicet subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus, & huiusmodi. Secundo *locus,* scilicet, sacer, vt si quis percusserit aliquem in loco publico, vt in foro. Tertiò *persona,* scilicet matrimonio copulata, quę minorem excusationem habet si luxurietur, quam persona inconiugata. Quartò *scientia,* quando peccatur per malitiam, & non per ignorantiam. Quintò *tempus,* s. sacrum.

Duodecim modis vnũ peccatũ alio grauius dicitur.

Digitized by Google

erum. Sexto, *ætas*, minorem enim excuſationem habet ſenex,& decrepitus ſi luxurietur,quàm iuuenis. Septimo, *conditio*, videlicet ſi diues furtũ faciat,magis peccat,quam pauper. Octauo *numerus*, tanto enim eſt grauius peccatum, quãto ſit frequentius. Nono, *mora.ſ.*ſi ſtetit in peccato multo tempore, vtputa viginti annis, quia hoc dicendo compræhendit ſimul quadraginta peccata mortalia,quæ commiſit in hoc tempore, non obediẽdo præceptis ſanctæ matris Eccleſiæ circa confeſſionem, & communionem. Decimo, *copia*,id eſt,quantum abſtulit, multum aut paucum. Vndecimo, *cauſa*, id eſt, ex qua cauſa comedit in quadrageſima carnes.ſ. propter gulam,aut infirmitatem,& ſic de ſimilibus, vel ſi quis offendit eum à quo nunquam læſus fuit , ſed ab eo beneficia recepit. Duodecimo,*modo*,tali enim modo poſſet quis alium percutere quod eum non offenderet, ſed exſolatio videretur facere. Et è contrario. Item modus,id eſt,ſi peccauit manifeſte, aut contra naturam,& huiuſmodi. Tredecimo, *ſtatus alius*, id eſt,ſi religioſus,vel religioſa,vel prælatus. Quartodecimo, *lucta puſilla*,id eſt,ſi praua tentatione ſtimulatus, aut nulla , ſed illam à ſeipſo, & propria iniquitate præuenit,hæc omnia diligẽter debet is confiteri. Vnde Auguſtin. ad Eremitas inquit illis qui vadunt ad confeſſionem: *Primo talis ordo tenendus eſt,vt peccata præmeditemur,& proferendo ſaluer modum & circumſtantiam peccatorum, Deo, & ſacerdotibus confiteamur, vt à pedibus ſuis non onerati, ſed alleuiati diſcedere valeamus.Et nolite fratres mei differre confiteri peccata: nam qui vſque ad vltimum quadrageſimæ diem vel vitæ ſuæ diſtulerit confiteri,dat ſignum,quod hoc nõ libenter,nõ generoſe,nõ puro corde,ſed coactus faciat; coacta vero ſeruitia, quantum Deo,vel hominibus placeant,conſiderate. Non ergo de die in diem differamus pandere cordis ſecreta , promiſit enim Deus veniam pœnitenti,ſed non promiſit vſque in craſtinum differenti,ſed cum ad confeſſionem acceſſeris tu homo,vel fœmina, caue ne rideas,vel ornate incedas. Non fabulas proferas, ſed cum humilitate capitis , & dorſo cinere, & cilicio infuſis, confitemini peccata veſtra*, hæc ille. Cuius exhortationem multi non attendunt, qui vadunt ad confeſſionem cum propoſito non confitendi aliqua peccata,vel circumſtantias,niſi à confeſſore interrogentur. Imo vadunt ad confeſſionem ſicut viperę ad incantationem, & quodammodo coacti dicunt peccata ſua , & oportet mille ingenijs atque artibus confeſſorem ab eis extorquere multa crimina,ſed quod peius eſt, multi etiam interrogati reſpondent,quòd non commiſerunt talia , quibus eueniet ſicut illi mulieri,de qua legitur in Chronicis noſtri ordinis. Quod quidam frater noſter fecit venire patrem ,& matrem, ac ſororem , ad habitandum iuxta locum fratrum Minorum, vt audirent miſſas,& officia, & confiterentur peccata ſua frequentius. Quo recedente per obedientiam ad alium locum, mortuus eſt pater & ſoror,ipſo neſciente. Semel autem cũ ille oraret pro patre,& matre, ac ſorore ſua,volũtate Dei anima eius p miniſterium Angeli ducta eſt ad purgatorium, vbi inuenit ſororem ſuam ibi exiſtentẽ, donec mater eius viua exequeretur teſtamentum per ipſam factum,poſtea anima illa ducta eſt ad infernum,vbi inuenit patrem ſuum plorantem, & multos dolores patientem,& ait illi: Cur pater mi es in hoc loco tormentorum,cum tot bona feceris in mundo? Qui dixit ei,multa bona feci,vt tu ſcis, tamen aliqua peccata commiſi cũ matre tua impudice agendo cum ea, & contra honeſtatem matrimonij, quæ præ verecundia nolui confiteri, & ideo ſum damnatus, damnabitur etiam mater tua niſi confiteatur peccatum ſuum.Quibus auditis,anima eius reuerſa eſt ad corpus.Et ille obtenta licentia venit ad matrem , & omnia ei narrauit, propter quod confeſſa ſalutem obtinuit.Ideo dicit Aug.in lib.de vera & falſa pœnitentia.c.11.*Tu vero fili,aſtans coram ſacerdote,eum Angelum Domini eſſe exiſtima, & cũ reuerentia aperi penetralium tuorum abſconditiſſima latibula,& conſcientiæ tuæ ſecretiora reuela.* Et hoc ſufficiat pro ſecunda parte noſtri ſermonis.

Exemplum de quod præ verecundia non confeſſo.

Digitized by Google

PARS TERTIA, DE ITERATIONE confessionis, scilicet, quando quis teneatur reconfiteri.

Septem de causis confessio est iteranda.

SOLENT doctores septem causas assignare, quibus quis tenetur iterare confessionem. Prima dicitur recidiuationis: pro cuius meliori intelligẽtia quæritur, nunquid si quis postquam confessus est, iterum committat peccata de quibus est confessus, prædicta crimina semel confessa redeant ad ipsum? Si enim hoc esset, sequeretur, quòd quilibet recidiuans in peccato semel confessio, teneretur illud denuo confiteri. Quod quidam credentes arguunt per parabolam Saluatoris, scriptam Matth. 18. vbi inquit: Quod regnum Cœlorũ assimilatũ est homini regi, qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. Cum inuenisset autem vnum de prædictis seruis debitorem suum decem millium talentorum, rogatus ab eo, omne debitum dimisit ei. Ille autem alium conseruum suum reperiẽs debitorem suum cẽtum denariorum, noluit ei misereri, sed potius eum in carcerem, propter quod ille rex fecit apprahendi prædictum seruum, cui prius dimiserat debitum, & tradidit eum tortoribus donec redderet vniuersum debitum. Ex qua parabola videtur, quòd dimissa semel peccata redeant per recidiuationem. Et pro hoc potest allegari dictum Aug. in lib. de baptismo, vbi inquit: *Redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est, apertissime Dominus docet.* I. in prædicta parabola. Et idẽ inquit magister sentẽt. in 4. dist. 22. c. 1. Et habetur de pœ. dist. 4. c. considerandum. Facit ad hoc. c. Episcopus qui mancipium. 12. q. 2. vbi seruus semel manumissus, per ingratitudinem reuocatur in seruitutem. Et idem habetur in l. si manumissori tuo. C. de obsequ. patro. præstan. & in l. si manumissus. C. de lib. eo. & in authentic. vt libe. de ce. §. habeãt itaque. ver. quin etiam col. 6. Ergo à simili homo a seruitute peccati per Dei misericordiam liberatus, per ingratitudinem priori seruituti iterum subijci debet. Sed in contrarium est veritas, quã tenet doctor subtilis Scotus in 4. sent. di. 22. & Rich. in ead. dist. art. 1. q. 1. & sanctus Bonau. ibidem & beatus Tho. in ead. dist. art. 1. vbi dicunt quòd peccata semel dimissa per veram pœnitentiam, non redeunt per recidiuationẽ quantum in se, licet quantum ad aliquid dicantur redire. Et quod hoc sit verum, probatur sic. Illud quod omnino in nihilum recidit, idem numero resumi non potest. 2. de Gene. vnde Auicenna. 3. Meta. in capitul. 4. ait: *Quod annihilatum est, omnino non reducitur.* Et idem dicunt Theologi. in 4. senten. distinctio. 44. vbi inquiunt: *Nulla res annihilata potest redire eadem in numero, nisi per diuinam potentiã.* Cum ergo peccatum quo ad maculam, & quo ad pœnam annihiletur per verã pœnitentiam, ergo non redibit idem per recidiuationem, sed solum nouum peccatum, nec in hoc diuina potentia potest operari, quæ non est causa effectiua peccati, nec esse potest, vt dicunt Theolog. in 2. distinct. 34. Quod autem conclusio sit vera, habetur in c. diuina clementia, de pœ. dist. 4. vbi Gelasius Papa ait: *Diuina clementia semel dimissa peccata in vltionem vlterius redire non patitur. Nam nõ iudicabit Deus bis id ipsum.* Naum. 1. Si. dist. c presbyter. 13. quæst. 2. c. quæsitum. 23. q. 5. c. quid ergo, & de pœ. dist. 3. §. ex his auctoritatibus. Non obstat modo parabola Saluatoris, & dictum Aug. & Magistri, quia pro tanto dicuntur peccata dimissa redire, quia per ea sequens culpa grauatur. Si enim mihi peccanti contra te indulsisti, & postea iterum contra te pecco, ex hoc peccatum illud grauius redditur. Vnde recidiuans in peccatis semel dimissis, efficitur ingratus de remissione singulorum peccatorum. Et quo ad hanc ingratitudinem dicunt redire, non quo ad culpam, & ideo non debemus peccata semel expiata per confessionem iterum perpetrare, & reiterare. Nam secundum Galenum. *Insanum est, & periculosum, iterato respirare aerem expiratum.* Et similiter aggrauat valde animam peccatum semel emissum, & denuo reassumptum. Quod autem

In recidiuante an commissa peccata redeant; pro affirmatiua arguitur.

Ad oppositum.

Peccata qũo redire dicuntur quo ad aliquid in recidiuante.

Digitized by Google

tem dicitur de ſeruo q̃ reuocatur in ſeruitutem; Reſpondetur quòd non in eádē, ſed in aliam quæ ſit ratione ingratitudinis: ſecundum ergo hanc opinionem quæ eſt communis, non eſt neceſſe reiterare confeſſionem omnium peccatorū in particulari, in quibus quis recidiuauit Vnde dicitur, de pœ. diſt. 1 §. non ita: *Non eſt neceſſe vt quæ ſemel ſacerdoti confeſſi fuerimus, denuo confiteamur.* Et gloſſ. de pœ. diſt. 4. ca. in ſumma inquit: *Non poſſunt redire dimiſſa peccata quoad pœnã, ſed quoad priuationem gloriæ, quia proinde talis priuatur gloria, ac ſi peccata ei non eſſent dimiſſa.* Poſſumus etiam dicere quod ideo dicuntur peccata redire per recidiuationem, quia recidiuanti eadem pœna ignis in genere debetur quæ prius, licet non in ſpecie, maior tamē quam prius in quantum meretur ingratitudo. Licet ergo Inno. in c. omnis. de pœ. & re. videatur velle, & ſentire, quòd recidiuans teneatur iterare confeſſionem ratione ingratitudinis, tamen communiter tenetur glo. Ray in ti. de pœn. & re. §. ſed nunquid peccata ſemel. dimiſſa. ſ. quòd recidiuans non tenetur dicere ſpecialiter, & diſtinctè ea quæ ante confeſſus eſt. Vnde non eſt vera illa ſentẽtia quæ ait, quod in quatuor caſibus redeunt ſemel dimiſſa peccata. ſ. propter odium fraternum, apoſtaſiam a fide, contemptum confeſſionis, & dolorem de pœnitentia habita, ſiue facta, iuxta illud: *Fratres odit, apoſtata fit, ſpernitque fratrem: Pœnituiſſe piget, priſtina culpa redit.* Nunquam enim ſemel dimiſſa peccata redeunt. Et ideo ſufficit confiteri in generali de illis, exprimendo ingratitudinem ſuam, & dicendo. De multis, & magnis peccatis mortalibus liberauit me Dominus per pœnitentiam, & ego ingratus exiſtens, iterum in illa recidiuaui, hoc idē notatur in ſumma confeſſ. lib. 3. ti. 34. q. 71. Tamen melius, & ſalubrius eſt ad hoc, vt ſacerdos melius cognoſcat ingratitudinē peccatoris, & ſciat prouidere illi circa peccata in quibus ſæpe recidiuauit, quòd nominet in particulari peccata, quæ frequentius commiſit, & confeſſus eſt in aliis confeſſionibus, ſecundum Alexand. de Ales vbi ſupra. & B. Thom. in 4. diſt. 17. art. 3. q 4.

Reſpõſio ad illud ſuperius adductum.

SEcundo tenetur quis iterare confeſſionem ratione iuriſdictionis. ſ. quando quis confeſſus eſt ſacerdoti non habenti poteſtatem abſoluendi, vt patet de pœn. & re. c. omnis. Nam ſicut iudicium datum à non ſuo iudice non valet. l. 2. & ſi. C. ſi à non compe. iudi. & l. ſi pater. C. ne de ſtatu defun. & in tantum eſt à iure reprobatum, quòd ſi clericus ſuo iudice contempto, vadat ad iudicem ſæcularem non ſuum, debet deponi. 23. quæſtion. vltima. c. ſi quis Epiſcopus, & c. quo auſu. Sic ille deponitur de ſtatu gratiæ, & gloriæ, quæ vadit ad iudicem non ſuum vt confiteatur, & talis confeſſio non valet, ſecundū ſanctum Bonauen. & Richard. in 4. diſtin. 17. quia quod non eſt recte factum, pro nõ facto reputatur. l. quoties. ff. qui ſatisdare cog. l. 1. ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. 1. §. pen. ff. quòd cuiuſque vni. l. quamuis. §. ſi conuenerit. ff. ad Velle.

2. Quæ de cauſa confeſſio iterãda ſit.

TErtio tenetur quis reiterare confeſſionem propter irremiſſionem, ſcilicet quando aliquis propter aliquod impedimentum non potuit abſolui, puta erat excommunicatus. Tunc enim oportuit primo recurri ad ſuperiorem, qui habeat auctoritatem abſoluendi à tali excommunicatione, & abſolui ab illa, antequã abſoluatur à peccatis, vt inquit Richar. in 4. diſt. 17. & notatur in directorio iuris lib. 1. tit. 15. §. 47. Si quis autem non abſolueretur ab excommunicatione, abſolutio confeſſoris eſſet nulla, poſito q̃ ipſe non haberet auctoritatem abſoluendi à tali excommunicatione, ſed ſolum abſoluret ab aliis peccatis, quia excommunicatus non eſt capax ſanctorum Eccleſiæ, extra, de cle. exco. mi. c. ſi c. lebrat. Facit ad hoc q̃d notatur in c. præſenti, de ſen. exco. lib. 6. & in c. quicunque. 24. q. 1. & licet ignorantia probabilis præſeruet eum, à culpa, & à pœna irregularitatis, non tamen facit eum non eſſe excommunicatum, Rich. in 4. diſt. 18. ar. 9. q. 4. & Petrus

3. Quæ ex cauſa quis confeſſionẽ teneatur reiterare.

Digitized by Google

trus de Palu. ibidem. q. 6. & Durandus in ſumma.

4. Cauſa. QVarto tenetur quis iterare confeſſionem propter ignorantiam confeſſoris. puta quãdo confeſſus fuit alicui ignoranti, qui neſcit ligare, & ſoluere, & diſcernere inter lepram, & lepram. ca. qui vult de pœ. di. 6. & de hoc tractat Ray. in ſumma in ti. de pœ. & re. §. item quæritur quid remittit ſacerdos.

5. Cauſa. QVinto tenetur iterare confeſſionem, quando quis dimiſit pœnitentiam ſibi iniunctam peragere. Nam vt dicit Alexand. & Richard. ſi recordatur de pœnitentia, & poſſit refici, & reficiat eam, non tenetur iterum confiteri, niſi de negligentia omiſſæ pœnitentiæ. Nam ſecũdum Scotum in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 1. & Rich. in 4. diſtin. 18. art. 1. quæſt. 5. qui ex negligentia omittit facere pœnitentiam, mortaliter peccat: quia agit contra præceptum confeſſoris, & Eccleſiæ. Si autem de pœnitentia non recordatur, & ad alium confeſſorem vadit, vel ad eundem, qui amplius de peccatis ſuis, & de pœnitentia ſibi iniuncta non recordatur, tenetur totam confeſſionem præteritam iterare. Quæ omnia iudicio meo debent intelligi, quando confeſſor dedit ſolum vnam pœnitentiam, quæ dicitur ſacramentalis, & eſt de neceſſitate confeſſionis, vt antiquitus fiebat. Quia vero hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, boni confeſſores communiter dant duas pœnitentias, vnam ſacramentalem, quæ eſt facilis ad faciendum, puta dicere Pater noſter & huiuſmodi, quam facit adimpleri à pœnitente antequam diuertat ad alios actus, & ex hoc ſequitur duplex bonum. Primo, quia non eſt opus eum reiterare confeſſionem propter omiſſionem pœnitentiæ, cum illam ſtatim impleat. Poſtea facta abſolutione, confeſſor ad hoc vt confeſſus minores patiatur pœnas in purgatorio pro delictis ſuis, dat aliam pœnitentiam adimplendam pro tempore quaſi fuerit omiſſa, licet omittens peccet mortaliter, aut venialiter, ſecundum voluntatem imponentis, tamen ſaluo meliori iudicio, nõ credo eum teneri ad reiterationem confeſſionis, ſed tanto maiores patietur pœnas purgatorij, quanto magis de pœnitentia dimiſit, vnde in ſecunda confeſſione ſufficit ei dicere culpam de omiſſione dicte pœnitentiæ.

Vide hic an dimittens pœnitentiã ſibi iniunctã, teneatur confeſſionem reiterare.

6. Iterationis cauſa. SExto tenetur quis iterare confeſſionẽ propter malam diſpoſitionem, quando ſcilicet nõ vult abſtinere ab aliquo peccato mortali, vel quia confitetur ſine cõtritione, & charitate, vel quia non vult remittere odium, vel ſatisfacere ſeu aliquid aliud agere ad quod obligatur. In his enim caſibus confeſſio non valet, de pœn. diſtinct. 5. c. fratres, & c. falſas, & diſtinct. 7. c. nullus. Dicit tamen Thom. & Petrus de Palu. in 4. diſtinct. 17. & Archiepiſcopus Flo. in ſumma, quòd licet in his caſibus non valeat confeſſio quoad virtutem ſacramenti, & remiſſionem peccatorum, valet tamen quo ad partem ſacramenti, id eſt, quo ad expreſſionem vocalẽ, de pœ. & re. c. quod quidam: vnde ceſſante illa mala diſpoſitione, non tenetur quis confiteri iterum de iam cõfeſſis, ſed de illa mala diſpoſitione tantũ. Quorum dictum poteſt intelligi verum, ſi fiat eidem confeſſori, & de recenti, ita quod habeat memoriam de peccatis prædictis, aliter non. Nam intelligentia dictorum, ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, c. intelligentia, ver. ſi. Vnde dicendum eſt, ſecundũ gloſſ. Ray. vt habetur in ſumma confeſſ. lib. 3. tit. 34. quæſt. 66. quòd in his caſibus, ſi quis confiteatur eidem ſacerdoti cui prius, habenti memoriam de prædictis peccatis, ſufficit ei dicere culpam ſuam de ipſis peccatis in generali, & particulariter de illa mala diſpoſitione, & de aliis peccatis poſtmodum commiſſis. Si autem confiteatur alteri confeſſori, vel etiam primo, qui oblitus ſit peccatorum eius, tenetur iterare cõfeſſionem, ratione prædictæ malæ diſpoſitionis, propter quam confeſſio prima non valuit.

Et

Et hãc opinionem quæ est securior, tenet sanctus Bonauent. & Richard. quart. distinct. decimaseptim. & Panorm. in d. ca. quod quidam, & Archi. de pœnit. vi. 3. in fine, vbi dicit, quòd hæc est communis opinio.

7. Iterationis causa.

SEptimo tenetur quis confiteri semel confessa peccata, quando scienter omisit in cõfessione aliquod mortale peccatum, vel etiam eius necessariam circunstantiam, capitul. quem pœnitet circa principium, de pœniten. dist. prim. non solùm non valet confessio, sed nouum peccatum mortale committitur. Similiter debet iterari confessio, quãdo omittitur aliquod peccatum mortale ex eius ignorantia crassa, & supina, vel affectata, vel ex obliuione, ab eius notabili culpa procedente, glossa, secundum Raymun. in titul. de pœnit. & re §. item circa principes, quia lata culpa æquiparatur dolo. capit. vt animarum, de Constit. lib. 6. & l. quod Nerua. ff. depos. Concluditur ergo, quòd si vel vnum solum peccatum mortale dimittatur scienter de cõfessione, frustra dicũtur alia peccata, & confessio non valet.

8. etiam additur ratio de confessionis iterationis.

OCtauo addere possumus quòd ratione malignationis iteranda est confessio, quando quis scienter à maligno confessore confessus est sciens eum esse in peccato mortali; nam confessor peccauit mortaliter, vt probatur per capitul. qui vult, de pœnitent. dist. text. *Qui autem causam damni dat, damnum dedisse videtur*, cap. si culpa, de iniu. & damna. da. Et ideo qui eum induxit, vt se audiret in confessione, volens ab alio confiteri, mortaliter peccauit, & consequenter absolutus non fuit.

PARS QVARTA, DE his quæ inducunt hominem ad confessionem.

TRIA remedia ponit Raymun. in summa, quibus induci debent homines ad confessionem, diabolus enim nititur persuadere hominibus maximè superbis, ac hypocritis, & mulieribus, ne dicant omnia peccata, ante eorum oculos tendẽs pudorem confessionis. Vt ergo tales non dimittant confiteri præ verecundia, tria remedia dantur à Doctoribus. Primum est naturale. Natura enim dictat vt nullus verecũdetur facere opus virtutis, sed tantummodo opus vitiosum; quia vt inquit Arist. 1. lib. magnorum moralium, cap. 14. *In virtute quidem erit laus, in malitia autem vituperium.* Si ergo homo non erubuit peccare, & facere res turpes, & verecundas, multo minus debet erubescere confiteri, quod est opus virtuosum. Ideo exclamat Bern. in quodam sermone dic. *O nimia insania hominum, pudet ablui, & non pudet inquinari, pudet sordes abstergere, & non pudet contrahere, abstergitur caligo, & dimittitur anima.* August. quoque in libr. de vera & falsa opinione, cap. 20. ait: *Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forsitan coram multis facere. Nam humanum est peccare, Angelicum emendare, sed diabolicum est perseuerare.* Ideo exclamat Dominus, Esaiæ 1. *Lauamini, mundi estote.* Valde enim detestabile est, quod toto posse homines laborant, & attendunt munditiæ corporis, volunt esse mundi in facie, & in crinibus, & immunditiam habentes in vultu, vel in vestibus nõ irent in conspectu hominum, nisi prius eam auferant; & non erubescunt ire ante Dei præsentiam pleni stercoribus immundissimis peccatorum. Quærunt in lectis linteamina mũda, in mensis munda mantilia, munda fercula, munda vasa, & munda vina; & non curant habere interius munda corda. Et ideo ait Apost. Iacobus, suæ Canonicæ, 4. ca. *Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo.* Nam vt habetur in authen.

Primum remedium inducẽs ne quid dimittatur in cõfessione præ verecũdia.

de leno. §. statuimus: Inquilinus potest expelli de domo, & ea priuari, si ibi male, & immunde conuersetur, vt si ibi publicas meretrices tenet vel alios publicos peccatores. Cum igitur Deus nobis locauerit animam, quæ est domus, & habitaculum Trinitatis, debemus eam mũdam, & ab omnibus immunditijs purgatam tenere. Ne Deus immũditias abhorrens se à nobis elonget, & ipsam domum animæ nostræ tradat dæmonibus ad incolendum per pœnam, & tormentum. Vt autem ipsam animam nostram immaculatam faciamus, debemus eam lauare in lixiuio lachrymosæ confessionis, quod medianre igne diuini amoris efficitur ex aqua oculorum, & cinere humilitatis. Sicut etiam seruus volens ex præcepto dominæ suę stupam, vel camerã bene purgare, primo puluerem aquæ aspergit, & postea per scopam ex omnib. angulis immunditias congregat, & eijcit. Sic postquam peccator de omnibus malis dolẽs aquam lachrymarum sparsit, debet ex omnibus viribus animæ congregare peccata ad memoriam, & per scopam confessionis integraliter eijcere. Potest quoque dici, quod prædicta domina est voluntas, quæ est regina, & domina in toto regno animæ, eius autem seruus, siue famulus est intellectus, qui debet voluntati famulari, & ad eius imperium omnia commissa peccata, eorum malignitate cognita, per contritionẽ detestari, ac fletibus abluere. Per scopam vero intelligitur memoria, quæ omnes peccatorum feces debet ad ostium oris reducere. Et postea per bacillum linguæ eas in confessione eijcere, & totaliter ab anima proijcere, & ideo Propheta, Psal. 76. inquit: *Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar*, scilicet per diligentem inquisitionem omnium peccatorum, *& scopebam*, scilicet per cõfessionem Spiritum meum, quod & nos facere debemus, ne aduersario nostro immunditiarum amatori complaceamus. De nullo .n. alio ita gaudet diabolus, sicut quando detinet peccatorẽ, ne confiteatur. Vnde legitur in Chronicis ordinis nostri, q̃ fuit quędã fœmina valde deuota fratrum Minorum, quæ sæpius in anno confitebatur, sed suadente diabolo semper retinebat vnum horribilissimum peccatũ quod non dicebat ex verecundia. Dicebat .n. in corde suo. Ego pro hoc peccato orabo, ieiunabo, & eleemosynas dabo, vt Deꝰ misereatur mei. Quæ cum omnia ista diu fecisset, tandem Deo volente quidam frater Minor gratia visitãdi domum eius intrauit, viditq; eam in camera sua deuotè plorantẽ, & orantem. Vidit quoq; diabolum super humeros eius ridentem de eius lachrymis, deinde vidit quòd voluit eã suffocare, sed Deus nõ permisit. Tunc frater valde expauescens, fecit illam ad se venire. Dixitq; ei. Nescio vtrum sitis bene cõfessa, sic .n. & sic vidi, dum essetis modo in camera vestra, & narrauit per omnia quæ viderat. Audiens autẽ hoc mulier, timore concussa illico cum lachrymis, & contritione confessa est integre, sicq; à dæmone fuit liberata. Legitur quoq;, quòd quædã Abbatissa deuota & sancta habebat neptẽ suam in eodem monasterio, quę etiam ipsa erat sanctæ vitæ, quę tandem instigante inimico peccatum turpitudinis commisit. De quo tantum dolere cœpit, & flere die, noctuque, quòd infirmata est ad mortem, & nullo modo præ verecundia illud peccatũ voluit confiteri dicens? Cui confiteri potero, quæ inter alias moniales tã bona & sancta reputabar? Mortua ergo est sine confessione illius peccati. Abbatissa vero desiderans scire quid factũ esset de anima neptis suæ, per totũ annum rogauit beatã Virginem Mariam vt sibi hoc ostẽderet. Vnde semel dormienti illi apparuit beat. Virgo di. Multum rogasti me vt statum neptis tuæ tibi ostenderem, sed veni mecum, & vide: tunc duxit illam ad loca diuersa inferni, vbi vidit multos diuersis tormentorum generib. cruciari. Et cum vidẽdo talia timeret, dixit B. Virgo, Ne timeas donec mecum eris. Vltimo duxit eam ad quendam magnum puteum de quo exiebat intolerabilis fœtor, & terribilis audiebatur vlulatus, & clamor. Et cũ introspexisset, vidit inter alias neptẽ suam

Exemplum de muliere non confessa pre verecundia.

Aliud exemplum.

Digitized by Google

suam cathenis ferreis ligatam, & igne ardentem vsq; ad cingulum vndiq; habentem, & manib. propriis linguam suam extra os trahẽtem, & magnos rugitus emittentem. Vidẽs ergo Abbatissa neptẽ suam taliter patientẽ, dolore plena Virgini dixit: Obsecro Domina, quæ est ista quę tam grauiter affligitur in ista grauissima pœna? Cui B. Virgo dixit: Hæc est neptis tua. Quę ait: Domina quomodo potest esse, cũ in mũdo fuerit tam sanctæ, & bonæ vitæ? Cui B. Maria dixit. Hanc pœnam patitur propter vnum peccatũ carnis quod fecit, & præ verecundia illud confiteri noluit. Nunc aperto ore linguam tenet in manibus ardentem, & quę noluit loqui secrete in confessione, modo publicè rugitus & clamores quos audis emittit. Vnde dico tibi, quod tantũ sustinebit istam pœnam, quantum filius meus erit in cœlo, quibus dictis Abbatissa excitata est ab hac visione, & nũquam amplius rogauit pro nepte sua.

Aliud miraculum.

Aliud miraculum legitur de quadam iuuene honesta, quæ tandem inimici deceptionibus fraudata peccatum turpitudinis perpetrauit. Vnde erubescens illud cõfiteri, sicut faciunt multi, & multæ, qui non confitentur in veritate, sed multa tacent propter verecundiam, intrauit ipsa iuuenis in quoddam monasterium dicẽs intra se: Tantã pœnitẽtiam faciam, quod Deus parcet mihi hoc peccatum sine vlla confessione. In hoc ergo monasterio tãtis se abstinentijs, vigilijq;, ac alijs innumerabilib. austeritatib. macerauit, vt ab omnib. monialibus, atq; secularib. sancta reputaretur, multiq; ad eam vndiq; confluerẽt visitãdam, atq; pro benedictione illius habenda, & consilio eius capescendo, illius orationibus se deuote cõmendantes. Tandẽ moritur sine confessione, vnde oẽs eam ad cælestia regna migrasse putabant. Cũ ergo moniales scire desiderarẽt statũ eius, semel congregatis illis in cap. apparuit in aere illa miserabilis monacha igneis cathenis ligata, flãma horribili circundata, & exclamauit di. Hei mihi quia dãnata sũ. Et interrogata quare, dixit: Væ mihi, quia quoddã peccatũ turpitudinis in seculo commiseram, de quo nunquam prę verecundia confessa sum, & his dictis ad æternos inferni cruciatus reuersa est.

SEcundum remedium contra verecundiam dicitur rationale. Ratio enim dictat, vt de duob. malis minus eligatur, & maius euitetur. 3. Topi. & l. quotes. la. 4. cũ si. ff. de re iu. Cum ergo maius malum sit perpetuò in inferno damnari, quã hic tẽporaliter paruam verecundiam in cõfessione sustinere, profecto nullus debet tacere aliquid ex verecũdia, ne sibi accidat illud, quod legitur de quodam clerico in Ecclesia maiori cuiusdam ciuitatis Campanię, qui totus mundanus, & lasciuus cũ in infirmitatem deuenisset, rogatus à pẽtentibus vt confiteretur, omnino præ verecundia, & pusillanimitate recusabat. Cum ergo morti appropinquasset, miser ille cœpit altavoce clamare, O, accusatus sum. Et post paululum dixit: O, iudicatus sum. Et post paululum altiori voce dixit: Heu condemnatus sum. Et hac voce emissa expirauit, & coram omnibus raptus à dęmonibus, amplius visus non fuit. Tales aũt non cõfitentes nõ debent sepeliri, sicut quidam vsurarius in quadam ciuitate Marchiæ, qui cum esset infirmus, rogatus à sacerdote, & à fratribus ordinis nostri vt confiteretur, & aliena restitueret, assentire noluit, & sic miser mortuus est sine confessione. Audi mirabile. Dum Episcopus ciuitatis staret super cathedram suam, & aliquantulũ dormiret, antequam ille tristem animã emitteret, vidit in somnis duos Aethiopes nigerrimos, qui venientes ad miserum illum, cum gladijs aperuerunt pectus eius, & extraxerunt cor illius de pectore, & posuerunt illud in arca super aceruum denariorum suorum. Quo viso Episcopus euigilãs, & super his quę viderat cogitans, subito venerunt parẽtes, & filij eius rogantes ipsum, vt fineret sepeliri corpus illius. Alij vero quos spoliauerat in contrarium astabãt. Quib. dixit Episcopus: Ite & fratres Minores in testimonium veritatis vobiscum ducite, & illum per pectus scindite, & si cor eius ibi inueneritis, ego faciam quod postulastis.

Exempla de aliquib. nolentibus confiteri.

laſtis. Qui gauiſi, domum feſtinanter venerunt, & ipſum ſcindentes, cor minimè inuenerũt, ſed in arca denariorum. Tunc ait Epiſc. Non eſt dignus ſepultura Chriſtiani, ſed ſepeliatur ſepultura aſini, & ſic fecerũt. Vnde in iſto miraculo impletum eſt illud Saluatoris verbum dic. Matth. 6. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit.* Confitemini ergo peccatores dũ ſani eſtis, ſeruantes conſilium Eccleſiaſt. 17. c. di. *Viuus, & ſanus confiteberis & laudabis Deum, & glorificaberis in miſerationibus illius.* Aliter vobis accidet illud quod euenit cuidam in ciuitate Florentiæ, qui cũ in vita non bene confiteretur, in infirmitate mortali cum eſſet, filius eius currens pergebat ad monaſterium noſtrum, vt patrem Guardianum duceret ad confitendum patrem ſuum. Cum ergo eſſet in via, occurrerũt ſibi duo dæmones in forma duorum fratrum nigri habitus, alterius monaſterij. Et quærentes ab eo quare tam cito curreret, intellecta cauſa dixerũt: Nos ibimus ad viſitandum eum donec veniat Guardianus. Intrantes ergo in cameram illius infirmi dixerunt, quod volebant eum alloqui in ſecreto. Feceruntq; exire vxorem, & omnes alios de domo, & clauſerunt oſtium. Poſt vnam autẽ horam venit pater Guardianus, interrogauitq; quid faceret infirmus. Cui reſpondit vxor illius dicens: Confitetur. Venerunt enim duo fratres de tali monaſterio, & iam per vnam horam cum eo ſunt incluſi. Pater Guardianus autem dixit: Dimittamus eos donec exeant. Tranſacta autem illa hora, vxor illius iuit ad oſtium, vt audiret ſi confeſſionem expleſſent, & cum diu auſcultaſſet, non audiuit aliquam vocem, vel ſtrepitum. Tunc tremefacta nunciauit Guardiano. Ille vero dixit quòd pulſarent ad oſtium. Longo ergo tempore ad oſtium pulſauerunt fortiter, clamaueruntq; poſtulantes prædictos fratres vt aperirent, & nunquam reſponſum habuerunt. Qua propter de conſilio Guardiani, cum aliter aperire nõ poſſent, cum ſecuri oſtium fregerunt, inueneruntq; illum infirmum nõ eſſe in camera. Dæmones enim informa dictorum fratrum apparentes, illum in anima, & corpore ad infernum deruleruũt, quia confiteri noluerat in vita. Et ideo dicitur Eccleſiaſt. 4. cuilibet veſtrum: *Ne confundaris confiteri peccata tua.* Ad quod faciendum bonum eſt remedium recordari, quòd ſi prę verecundia nolueritis confiteri, poſtmodum in die iudicij corã toto mundo publicabuntur illa horribilia peccata, quæ modo erubeſcitis in confeſſione dicere coram Vicario Chriſti: ideo. Naum. 3. dicit Dominus: *Reuelabo pudẽda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proijciam ſuper te abominationem, & contumelijs te afficiam.* Et Hierem. 20. de talibus non confitentibus præ verecundia dicitur: *Confundentur vehemẽter, eo quòd non intellexerunt, opprobrium ſempiternum nunquam delebitur.* Ideo Auguſt. in tract. de viſitatione infirmi, ſermone ſecundo, inquit: *Heu cur erubeſcis confiteri, quod nunquã facere erubuiſti! Melius eſt tibi coram vno pati aliquantulum ruboris, quam in die iudicij coram tot milib. hominum, grauis infamiæ notatum erubeſcere.*

Aliud exemplum.

TErtium remedium dicitur conſcientiale: Conſcientia enim vnicuique dictat, vt confeſſori ſuo confidenter peccata dictat, cui non dicuntur vt homini, ſed vt Deo, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt, ad Hebr. 4. Non ergo debetis facere ſicut quidam dicentes: Heu quomodo confitear hoc peccatũ tam turpe? Si enim dicam illud, confeſſor perdet mihi fidem, & nunquam videbit me bono vultu. In perſona talium dixit Dauid in Pſal. *Verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Et tamen iſti decipiuntur. Nam Deo ſic diſponente, confeſſores maiorem eis præſtant fidem, ac illos plus diligunt, videntes quod in veritate, & pure confitentur. Ad tollendam autem hanc diaboli tentationem, debetis conſiderare quod ea, quę dicitis in confeſſione, dicitis Deo, ita quod illud quod quis ſolum ſcit in cõfeſſione, vllo modo nunquam poteſt reuelare ſine licentia illius, qui confeſſus eſt, cui debet dicere rurſus extra confeſſionem, ad hoc vt poſſit poſtea dici, vt dicunt

3. Remediũ inducens, ne propter verecundiã peccatũ aliquod in cõfeſſione dimittatur.

Digitized by Google

eunt Theologi.in 4.dist.21. Si quis autem sacerdos reuelaret peccatum dictum in confessione, debet deponi de officio,vt inquit Magister sententiarum, in 4.dist. 21.cap.vlt. Et tali deposito dabatur antiquitus pœnitẽtia, vt omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergeret. Quam pœnitentiam ponit Magister vbi suprà. Hodiè autem debet postquàm peregrinatus est per septem vel decem annos, recludi in monasterio arcto ad peragendum perpetuam pœnitẽtiam talis peccati, vt in c. omnis vtriusque sexus,de pœ. & re. iuncto. c. sacerdos,de pœ.dist.6. secundum expositionem Hostien.Sciendum ergò,secundùm Alex. de Ales,vbi suprà,& Scot.in 4.dist.21. & Petrum de Palu.& Thom.e.di.ar.1.q.1.& Richard.ibidem.ar.4.q.2. & sanctum Bonauen.1.di par.2.ar.2.q.1. quòd in nullo casu licet reuelare peccatum, quod quis scit solùm ex confessione. Vnde non est vera sententia illius versus: *Hæresis est crimen, quod nec confessio celat.* Similiter qui audiret incidenter, vel alio modo peccatum alicuius quando confitetur,tenetur sub pœna peccati mortalis illud occultum tenere,vt dicunt Theologi. in prædicta di. 4. Et hæc omnia prædicta etiam habentur in summa confess.li.3 ti.34.q.91. & 92. Concludo ergò secundùm prædictos doctores, quòd si quis confessor cognosceret totum mundum inquinari debere peccato infidelitatis,& hæresis, & vlterius omnes homines mundi debere occidi,& damnari æternaliter, & reuelando vnum solum peccatum, quod solummodò sit in confessione, posset præfata inconuenientia tollere, tenetur illud secretum tenere, nec potest reuelare,vt prædictis malis obuiet. Benè potest dicere in generali omnibus, vt caueant se à malis,& præsidenti vt vigilet super gregem suum, aut alio modo prouidere dictis malis, dummodò non fiat directè, vel indirectè reuelatio alicuius peccati. Nam si quis posset omnes damnatos extrahere ab inferno,& omnes peccatores conuertere ad pœnitentiam, & omnes infideles adducere ad fidem Christi per reuelationẽ vnius peccati,peccaret mortaliter reuelando secundùm prædictos doctores. Qui etiam dicunt,quòd si quis per obedientiam superioris, imò etiam Papæ cogeretur ad dicendum, si scit talem commisisse hoc crimẽ, debet respõdere quòd non, si non scit nisi ex confessione,& similiter si cogeretur iurare,debet iurare quòd non scit.Vnde si Papa diceret,præcipio tibi per obedientiam, in virtute Spiritus sancti,sub pœna excommunicationis,& damnationis æternæ,& sub omni censura Ecclesiastica, vt dicas mihi si hoc audisti,aut intellexisti,& volo q̃ dicas mihi,siue hoc scias extra confessionem,siue in confessione,talis interrogatus non debet facere, sicut quidam, qui tacent,vel dicunt, non possum loqui sine stimulo: aut dicunt, nolo reuelare confessionem, ita quòd generant suspicionem de confitente, sed debet respond. re audacter:Ego nihil scio de hoc, neque extra confessionem, neque in confessione.Si enim diceret se hoc scire in confessione,mentiretur, cùm hoc non sciat vt homo,sed vt Deus.c.si sacerdos, de of. or.Eadẽ enim persona,secũdum naturam potest affirmare aliquid in personam alterius, quòd esset falsum in persona propria.Sicut Angelus loquẽs Moysi in persona Dei,dixit: *Ego sum Dominus Deus tuus,* Exod.20. quòd non erat verum in persona propria, non est ergò mendacium in confessore,dicendo,nihil scio. Quia secundum Guil.& prædictos doctores, vt habetur in summa confess.eo.lib.& ti. q. 92. subintelligitur scilicet vt homo,vel nihil scio.s.reuelandum. Sicut Mar.13. & Matth.24.dixit Saluator: *De die autem illo, & hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius*,& subintelligitur.s.reuelandum nobis. Confitemini ergò securè, & nolite timere, si enim reuelabitis in confessione peccata vestra,Deus illa abscondet, & occultabit.Sicut legitur de quodam seruo, qui fecerat adulterium cum vxore domini sui, quem dominus suus suspectum habens, deliberauit per quendam

Per aliquà exempla ostenditur, peccata occultari.

cultari per confessionem etiã dæmonib.

incantatorem certificari. Quod seruus cognoscens, confessus est peccatum suum, & diabolus interrogatus respondit, se de illo nihil penitus scire. Item legitur de vxore cuiusdam, quæ commiserat adulterium, & cùm exprobraretur à viro suo, illa penitus negabat. Tunc dixit vir eius, quòd si teneret ferrum ignitum in manu sua sine læsione, crederet ei. Illa verò prius confessa, posteà Deo volente, præsente viro suo tenuit ferrum ignitum in manibus suis, absque vlla læsione. E contrario verò si non confessi fueritis, Deus reuelabit peccata vestra, & sciri ea faciet saltem in die iudicij, præsentibus omnibus Angelis, & tota cœlesti curia, & omnibus hominibus mundi præteritis, præsentibus, & futuris, qui omnes clarè videbunt illa horribilia scelera, & nefandissima peccata, quæ modò in abditis, & obscuris locis perpetratis. Dicit enim Saluator Matth. decimo: *Nihil occultum quod non reuelabitur, & opertum quod non scietur.* Habete ergò confidentiam in confessore vestro, quia ipse non reuelabit peccata vestra. Imò nullum maiorem defensorem habebitis honoris vestri, ipso confessore vestro. Quod si fur ipse esset sceleratus, & reuelaret, Deus vos adiuuabit, sicut fecit cuidam dominæ, quæ confessa sacerdoti quoddam crimen, quod fecerat contra legem matrimonij, sacerdos dedit ei pœtentiam quod comederet in pane, & aqua certis diebus, ita quòd super mensam non haberet aliqua linteamenta, sed solùm parùm panis & aquæ. Illa verò dixit: Hoc facere non possem sine suspicione viri mei. Cui sacerdos dixit: Faciatis hoc quando non est in ciuitate. Cùm igitur quadam die, ille sacerdos verba habuisset contumeliosa cum illa domina, ex iracundia reuelauit peccatum suum viro eius, di. In huius signum dedi ei talem pœnitentiam, quam facit, quando estis absentes. Tunc vir eius dixit vxori suæ, habeo discedere ab hac ciuitate per multos dies propter quædam negotia valdè importantia, habeas bonam curam de domo. Mane autem facto ascendens equum, sicut si esset magnum iter facturus, recessit. Sed permansit in ciuitate in quodam secreto loco vsq; ad horam, qua vxor eius comedere debebat. Veniente ergò tempore comedendi, illa posuit parùm panis & aquæ super mensam vt prandaret, quo facto statim fuit ad portam vir eius, cui fuerat nunciatum secrete à quodam de domo, quòd vxor eius volebat tunc prandere. Statim ergò quòd fuit in domo, descendens de equo cum ense in manu, ascendebat per scalam, vt iret in thalamum, in quo erat vxor. Quod audiens, illa tota exterrita commendauit se Deo, & iuit obuiam viro suo. Et cùm interrogaret quare rediisset tam citò. Ille respondit, modò dicam tibi. Intremus priùs thalamum. Intrantes ergò inuenerunt linteamina valde pulchra super mensam cum vino albo & rubeo, & dapibus multis, secundùm conditionem, & statum illius familiæ. Quod cernens vir eius, credidit, quòd ille sacerdos fallum ei dixisset ex ira, & reputauit vxorem suam bonam, & sanctam. Illa verò gratias egit Deo, qui peccatum suum, quod ipsa confessa fuerat, occultauit. Quæ omnia considerans Augustin. in quodam sermone ad Eremitas, dicit: *Deprecor te O homo, vt confiteri non paueas. Frequenter enim diabolus cor tuum astringit, ne confiteeris di. Quomodo confitebor hæc, & illa? O homo, quandocunque hæc præsenseris, diaboli tentationem esse non dubites. Nolite igitur timere peccata confiteri, O fratres. Nam illud quod per confessionem scio, minus scio, quàm illud quod nescio. Cur confiteri times peccata? Peccator est, qui audit peccata, sicut & tu, & forsitan maior homo est, nihil differt à te, nihil alienum habet à te, cur ergò times ô homo, peccator homini peccatori confiteri? elige quod vis. Si non confessus latet, inconfessus damnaberis. Ad hoc enim Deus exigit confessionem, vt saluet humilem. Ad hoc damnat non confitentem, vt superbum puniat in æternum,* hæc ille. Ad hanc autem verecundiam abijciendam etiam nos hortatur

Exemplum de quodam cõfessionem reuelante, & de Deo occultante.

beatus

beatus Iob. capitulo trigesimo primo, sui libri di. *Non erubui in conspectu populi peccata mea confiteri.* Quod etiam habetur in capitulo, agite, de pœ. dist. 1. Multo ergò minùs debemus erubescere vultum vnius solùm, scilicet confessoris nostri.

4. Remedia inducis ne aliquod peccatum in confessione propter verecundiam dimittatur.

QVARTVM remedium addere possumus, quod dicitur meritoriale. Cùm enim, vt probat sanctus Thomas, in 4. distinctio. articul. secundo, quæstion. secunda, confiteri sit actus virtutis, & valdè meritorius, debet ab omnibus frequentari. Vnde ad memoriam reducere debemus, quòd Cyprianus in quadam epistola inquit. *Præclara res, & diuina est, ac salutaris operatio, solatium grande credentium, infirmitatis nostræ salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati, res posita in potestate facientis, res grandis, & facilis, & sine periculo persecutionis, corona pacis verum, & maximum Dei munus, inficiis necessarium, & fortibus gloriosum. Quo Christi miles admissa præferi gratiam specialem, promeretur Christum iudicem, & Deum compassi debitorem,* hæc ille. Secundùm autem beatum Thomam vbi suprà, quæstio. tertia. *Confessio est actus multarum virtutum.* Primò pœnitentiæ, quia prout est meritoria, includit contritionem, & satisfactionem in actu, vel in proposito, secundùm Augustin. in libro de pœniten. Secundò, est actus virtutis, nam secundùm Thom. vbi suprà, quæstion. secunda, in corpore quæstionis, ad virtutem veritatis pertinet, vt quis se exterius ostendat, qualis est intus. Vnde Augustin. super canonicam primam Ioan. homilia prima, ait: *Si confessus fueris peccatum, est in te veritas, per quam illuminari cœpisti.* Tertiò, est actus humiliatis se confiteri peccatorem. Sicut species, & actus superbiæ, se iustum velle videri qui peccator est, de pœn. distinct. 1. capitulo. taciturnitas. Quartò, est actus spei, dum qui confitetur, sperat consequi indulgentiam peccatorum, de qua inquit Augustin. super Ioan. sermone decimoquarto. *Deus largitur veniam, si homo confiteatur culpam suam, est enim confessio Dei miseratio,* hæc ille. Quintò, est actus temperantiæ, dum qui confitetur, proponit, & confessori promittit de cætero abstinere à peccato, aliter confessio non valeret, Capitulo, irrisor, de pœ. dist. tertia. Sextò, est actus prudentiæ, si enim magister est prudentia scire inuenire remedia ad sananda vulnera corporis, maior profectò est prudentia eius, qui confitetur, quo actu sanat vulnera animæ, vt dicit Augustin. super Psalmum sexagesimumsextum. Septimò, est actus timoris Dei; ille enim qui Deum timet, confitetur, vt in terribili iudicio Dei non condemnetur, sciens quòd non potest melius fugere eius iram, quàm per confessionem puram. Vnde Augustin. super secundam canonicam Ioannis, ait: *Vbique Deus est. Quo ergò fugies? Si vis ab illo fugere, ad ipsum fuge confitendo, non latando.* & super Psalm. nonagesimum nonum iterum inquit: *Semper confitere, semper enim habes quod confitearis. Reprehende ergò te, ne ille reprehendat, qui condemnaturus est.* hæc ille. Octauò, est actus iustitiæ, quia vt dicitur Prouerbiorum decimooctauo. *Iustus in principio accusator est sui.* Quod si fecerimus, recipiemus gratiam Dei in præsenti, & gloriam in futuro.

FERIA

FERIA III. POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE IVDICIO temerario.

SERMO XXXVI.

NOLITE *iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Ioan. 7. & in Euang. occurrentis feriæ. Secundum iura ciuilia præsumptiones, coniecturæ, & suspiciones, multipliciter cõceduntur. Vnde primò dicitur, Quòd recurrendum est ad præsumptiones, cùm aliter veritas sciri non potest, vt patet. ff. de qq. l. 1. & ff. si pars hære. pe. l. antiqui. Secundò, qui semper fuit malus, semper præsumitur malus, in eodem genere delicti. l. 3. §. idem erit. ff. de suspec tu. & l. si cui. §. 1. ff de acc. & l. palam. §. non solùm. ff. de rit. nup. & c. semel. de reg. iur. li. 6. Tertiò præsumitur quilibet amicus, nisi contrarium doceatur. l cum quidam, & l. cum pater. §. rogo. ff. de le. 2. Qui autem dicantur amici, habetur in l. latæ culpæ. §. amicos. ff. de verb. si. Quartò, quilibèt præsumitur bonus, & benignus, nisi contrarium doceatur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mi. & l. omnimodò. C. de inoffic. testa. & l. penul. C. de euict. & c. vnico. de scrutinio in or. fa. Quintò, quilibet præsumitur talis, qualis habetur in opinione communi, C. ne de stat. defunct. l. si mater. & ff. de quæst. l. diuus Pius in fi. Vnde cùm de aliquo negotio dubitatur, recurrendum est ad communem opinionem. l. cùm de laneonis. §. asinam. ff. de fun. instru. & l. 1. ff. de flumi. Sextò, quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens. ff. de proba. l. verius. & C. de Episc. au. l. si legibus, & ff. de admi. tu. l. hoc autem. & Insti de legatis. §. quod autem. Septimò, quilibet præsumitur soluendo, nisi contrarium doceatur. ff. de priui. cre, l. si creditores, & C. de hære. ac. l. pe. Octauò, quilibet præsumitur talis prima facie, qualem eum vestes indicant. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. Nonò, quilibet præsumitur sanæ mẽtis, nisi probetur contrarium. l. nec codicillos. C. de cod. Decimò, quilibet præsumitur talis, qualem eum loquela demõstrat. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. his. qui § fi. & ff. de condi. insti. l. quidam, & de quæst. l. diuus Pius, in fi. Vnde dicunt Iuristæ, quòd per exteriora cognoscuntur, & iudicantur interiora. §. ceruos, Insti. de re. di. l. naturalem. §. in his. ff. de acqui. re. do. l. Fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex qui. cau. in pos. catur. Quæ omnia secundùm conscientiam intelliguntur posse fieri cum aliquali præsumptione sine determinatione iudicij, quando sunt de malo. Secundùm enim Alexand. de Ales, in secunda parte summæ, in tractatu de diuisione peccati: suspicio, & iudicium temerarium est summè detestandum. De quo tractaturi tres considerationes faciemus. Prima dicetur dubietatis. Secunda veritatis. Tertia temeritatis.

PARS PRIMA, IN qua ostenditur esse peccatum iudicare in deteriorem partem aliena facta, quæ nobis sunt dubia.

PRIMA consideratio est de iudicio dubietatis, cùm quis proximum suum iudicat malum ex operibus dubijs. Nam multa sunt opera, quæ bene fieri possunt, & malè, sicut ieiunare, orare, eleemosynas facere, audire missas, visitare Ecclesias, & similia. In quibus si diffinitiue quis iudicaret, quòd proximus talia malè face-

Digitized by Google

faceret, vtputa propter vanam gloriam, aut aliquem alium malum finem peccaret, per vsurpationem iudicij. Idcircò in his seruanda est regula, quæ ponitur in glo. super illis verbis, ad Rom. 14. *Qui non manducat, manducantem non spernat*, vbi dicitur: *Dubia sunt in meliorem partem interpretanda.* & quòd ita sit, probari potest tripliciter.

Dubia esse in meliorem partem interpretanda auctoritatibus ostenditur.

Primò auctoritate, scriptum est enim in c. habuisse. 33. di. *In rebus ambiguis abjectum non debet esse iudicium*, & 11. q 3. in c. graue. *Graue satis est, vt in re dubia certa detur sententia*, & 30. q. 5. c. incerta: *Incerta nullatenus iudicem*, *quousque veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Ad hoc etiam facit. c. iudicâtem. e. q. & causa. Et idem ponitur in glo. super c. nauiganti, de vsur. & in c. ex literis, de proba. Ad idem facit. c. estote, extra de re. iu. vbi dicitur: *Hoc ideo nihil aliud præcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretentur.*

Dubia in meliorem partem interpretanda esse tribus rationibus ostenditur.

Secundò idem probatur tribus rationibus. Primo, propter diuinam maiestatem. Dubiorum enim & secretorum iudicium Deus sibi reseruat, qui dixit, Hier. 17. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans corda & probans renes, qui do vnicuique secundùm viam suam*, & 32. di. c. erubescant, dicitur: *Deus sacerdotum cognitor & index est.* Ideò 15. q. 6. scribitur, in c. si à sacerdotibus: *Non possunt humano condemnari examine, quæ Deus sibi reseruauit iudicio.* Ille ergo vsurpat officium Dei, qui proximum iudicat de cordis secreto. Et ideo 2. quæst. 1. c. nomen presbyteri. scriptum est: *Diuinæ pietatis potestati facere videtur iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio præcurrire.*

2. Ratio.

Secunda ratio est propter proximi charitatem. Secundùm enim B. Thom. 2. 2. q 96. ex hoc ipso, quod aliquis habet malam opinionem de aliquo absque sufficienti causa, iniuriatur ei, & contemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere absque cogente causa. Ideò vbi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius, debemus eum bonum reputare, dubia in meliorem partem interpretando. Et si diceretur, quod iudicium magis debet esse de eo, quod in pluribus accidit, sed vt in pluribus accidit vt malè agant, quia vt dicitur Eccle. 1. *Stultorum infinitus est numerus*, ergo dubia magis debemus interpretari in malum, quàm in bonum. Respondet B. Thom. vbi suprà. Quod ille qui in meliorem partem aliorum facta interpretatur, frequentius fallatur, habens bonam fidem de aliquo homine malo, quam quod rarius fallatur habens opinionem malam de aliquo bono, quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo. Ideo Senec. libr. 4. de beneficijs, ait: *Sanctius est prodesse etiam malis propter bonos, quàm bonis deesse propter malos.* Ideo lex facit vt patiatur quis potius nocentè absolui, quam innocentem condemnari. ff. de pœnis l. absentem, in prin.

Obiectio.

3. Ratio.

Tertia ratio est propter propriam vtilitatem, quia sic homo euitat iudicium Dei, secundùm illud Luc. 6. & Matt. 7. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Notandum tamen, secundùm Alexand. de Ales in secunda parte summæ. quod facta proximorum nostrorum possunt nobis esse dubia tripliciter. Primo ex ignorantia principij, nam vt dicitur, extra de sent. excom. c. cum voluntate. voluntate, ac proposito maleficia distinguuntur. Ideo nescimus sæpe ex quo principio procedant proximorum facta, propterea in talibus iudicium curiosum cauere debemus. Sicut enim cæcus non potest iudicare de coloribus. 1. Phy. Ita nec nos de aliorum cordibus. Secundo, potest esse aliquod dubium ex ignorantia medij, quia multoties mutatur voluntas. Nam multi aliqua bona exercentes mala intentione, mutari possunt, & econuerso, quia ambulatoria est voluntas hominis vsque ad mortem. l. cùm hic status. §. 1. ff. do. inter vi. & vx. cum si. Tertio potest aliquid esse dubium ex ignorantia finis, à quo opus nostrum appellatur bonum, vel malum, se-

cundùm Ambr. in lib. de offic. Ideò dicitur. 11. q. 1. c. sacerdotib. *Nescimus quis in terribili Dei iudicio qualis sit futurus, etenim Paulus egregius prædicator dicit: Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniet Dominus*, & hoc habetur. 1. Cor. 14. Dicit ergò Alexan. de Ales, vbi suprà, quod iudicium condemnationis in futuro nullatenùs est faciendum, puta dicendo, iste erit damnatus, vnde gl. super illud, ad Rom. 14. *Non amplius inuicem iudicemus*, ait: *Non iudicemus ea quæ nescimus quo animo fiant, vel etiam si aperta sint, non ita reprehendamus, vt de sanitate desperemus. Paulus enim malè cæpit, & benè finiuit, & econtra de Iuda fuit.*

Dubia in meliorem partem interpretanda esse exemplo ostenditur.

TErtio, probatur quòd dubia sint in meliorem partem accipienda, exemplaritate. Legitur namq; quòd S. frater Leo socius beati Francisci, dum infirmaretur in loco sanctæ Mariæ de Angelis apud Assysium, vidit in visione multitudinem fratrũ processionaliter incedẽtium, inter quos vidit vnum, à cuius oculis radij procedebant lucidissimi, & quærens ab vno illorum quis esset ille, cuius oculi ita resplendebant, audiuit quod erat frater Bernardus de Quintaualle primus socius beati Francisci, qui semper de his quæ videbat in alijs, in melius iudicabat. Quando enim videbat aliquos malè indutos, dicebat: Isti melius seruant paupertatem, quàm tu frater Bernarde. Cùm verò aspiciebat diuites preciosa indumẽta deferentes, cordis compunctione dicebat. Forsitan illi sub vestibus delicatis humiliores sunt, quàm tu frater Bernarde. Ac per hunc modum semper in dubijs benè de alijs sentiebat, his verò dictis visio disparuit.

PARS SECVNDA.
De iudicio veritatis.

In reb. veris & manifestis licet iudicare

SEcundo inuenitur aliud iudiciũ, quod dicitur veritatis. Ipsum autem est, cùm quis de manifestis virtutibus, aut vitijs proximi sui recte sentit, de quo Dauid in Psalm. 111: *Recte iudicate filij hominum.* Et Saluator noster in verbis thematis nostri ait: *Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Io. 7. ait enim Arist. 1. Ethi. *Vnusquisque bene iudicat, quæ bene cognoscit.* Quãdo ergo videmus aliquem fornicari, vel aliud peccatũ mortale committere, possumus illum iudicare malefactorem. In certis enim non est locus coniecturis. l. continuus §. cùm ita quis. ff. de verb. obli. & ideo in c. estote, de re. iu. dicitur: *Quod scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: De manifesto scriptum est, quæ non possunt bono animo fieri, vt fornicationes, blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia. De quibus nobis permittitur iudicare*, & 11. q. 3. c. si quis dixerit, dicitur: *Si quis dixerit iniustũ iustum, & iustum iniustũ, vterq; abominabilis est apud Deũ*, Et Prou. 17. dicitur: *Qui iustificat impium, & condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud Deum*, & in c. si quis hominem, & in c. væ vobis, eadem q. & causa, inducitur illud. Esa. 5. *Væ vobis qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.*

Aliud est mala manifesta esse compassibile, & reprehensibile, aliud ea curiosè inuestigare.

VEruntamen aliud est aliena facta subtiliter & curiosè inquirere, & inuestigare, aliud eo quòd manifesta sunt, & mala illa condemnare. Primum enim est vitiosum, & reprehensibile, vnde Ber. in quodam sermone, ait: *Noli esse alienæ vitæ nare, aliud temerarius index, aut curiosus explorator.* Secundum verò etsi non sit malum, tamen ita faciendum est, vt proximo peccanti, cuius peccata sunt manifesta, compassio habeatur. Contra quod faciunt multi, de quibus Chry. in li. de compunct. ait: *In alienis delictis fleuerunt, & amarissimos iudices resident, nostras autem trabes oculis infixas propriis non videmus.* Ideò Martialis Cocus ait: *ad fratris culpas aquilæ in lumina pertæ: Ad propriam vero nullæ, vel orbageris.* Saluator quoque Matt. 7. ait: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primò trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.* Ex hoc vsitatum prouerbium est: *Tollere festucam qui vis de fratris oculo: quæ tua perimebat lumina, sede trabem.*

Digitized by Google

bem. Sed multi reperiuntur, qui magis aliena facta, quàm ſua iudicare contendunt. De quibus Sen. lib. 2. de ira, inquit: *Aliena vitia ante oculos habemus, à tergo noſtra.* Sed vt inquit Tullius libr. 3. Tuſculanar. quæſtion. *Proprium ſtultitiæ eſt aliena vitia cernere, ſuorum obliuiſci.* Ideò inquit Ber. in quodam ſermone: *Qui ſui negligens eſt, alios curioſe circunſpicit.* Ex hoc ſequitur præſumptio, & ſuperbia maxima. Nam qui aliorum facta iudicat in malum, ſe illis multo meliorem exiſtimat, illoſque deſpicit. Si enim quis haberet veram humilitatem, ſeruaret illud Senecæ ad Lucillum: *Semper quicquid dubium eſt, humilitas in melius declinat.* Id ò inquit Ber. contra tales præſumptuoſos iudicatores in doctrina proficientium: *Quæ tua ſunt videas, aliorum facta reliquæ. Quæ prodeſſe tibi nequeunt, ſed ſemper obeſſe.* Qui ergò videt defectũ in proximo ſuo, debet vt Ber. ait, *diligenter attendere, quòd ipſe eſt forte in eodem, vel grauiori peccato, peinſq; committere poteſt, ſi eum gratia Dei non præſeruet.* Ideò Saluator Io. 8. dixit Phariſæis, qui volebant iudicare adulteram: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Super quæ verba dicit Gregor. 3. q. 7. c. qui ſine peccato: *Ad aliena quippe peccata punienda ibant & ſua reliquerant: reuocentur itaque intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant.* Ad hoc facit c. iudicet, & c. in grauibus, & c. poſtulatus, & c. ſacerdos. 3. q. 7. ideò dicit Paulus, ad Rom. 14. *Beatus qui iudicat ſemetipſum.* Et ratio poteſt aſſignari quæ habetur 1. Cor. 11. vbi dicitur: *Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur.* Alia ratio quare debet quis iudicare ſeipſum, ponitur ab Hugone de ſancto Victo. in quodam ſermone, vbi dicit: *Si teipſum non vides, nihil benè vides.* Sciendum eſt autem quòd antè peccatum in primis parentibus oculus erat apertus ad videndum opera Dei. Sed poſt peccatum apertus fuit ad videndum defectum & miſeriam ſui, quia tunc aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt ſe nudos. Gen. 3. Modò autem in multis eſt ècontra, quorum oculus non eſt apertus ad videndum, nec ad conſiderandum opera Dei, nec defectus, ac miſerias ſuas; ſed eſt apertus ad videndum, & inueſtigandum defectus alienos, & clauſus ad videndum proprios Et ideò dicit B. r. *Egregium inſtrumentum corporis eſſet oculus, ſi ſicut cætera videt, ſic etiam poſſet ſeipſum cognoſcere. Contra verò eos qui iudicant temerarie*, dicit Paulus ad Rom. 2. *In quo aliam iudicas, teipſum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.* Ideò debemus facere ſicut ille ſanctus pater, qui cùm audiſſet quendam peccaſſe, amare fleuit dicens: *Iſte hodie peccauit, & ego cras.* Legitur quoque in vitis patrum, quòd inuentus fuit in Scythia quidam frater culpabilis, vnde fratres de quorum erat conuentu, ad Abbatem Moyſem miſerunt, vt veniret ad puniendum illum, quibus acquieuit. Dum ergò veniret, accepit ſportam vetuſtiſſimam, quam implens arena, & ſuper dorſum ſuum ponens, ſic oneratus venit ad fratres, qui ipſum vocauerant. Quem cùm vidiſſent, admirantes dixerunt: Quare hoc facitis pater? Quibus ipſe reſpondit: Peccata mea ſunt poſt me currentia quæ non video, cùm ſint à tergo, & tamen veni hodie peccata, quæ ſolus Deus nouit, iudicare.

Exemplum de quodam aliena peccata volente iudicare

SImiliter quidam alius pater ſanctus fecit, vt legitur in vitis patrum, qui ſaccum plenum arena poſt dorſum ſuum poſuit, ſportellam verò plenam lapidibus poſuit antè ſe, & ſic oneratus per monaſterium incedebat. Interrogatus autem à fratribus quare hoc faceret, reſpondit: Saccus plenus arena, peccata mea ſunt, quæ poſui poſt dorſum meum, vt illa nõ videam, nec de illis doleam. Sporteila autem plena lapidibus, quæ eſt antè me, peccata ſunt fratrum meorum, quæ magis intueor, quàm mea. Sed heu, quia de talibus multi inueniuntur: Dicit enim gloſſ. ſuper 7. capit. Matthæ. *Vix inuenitur aliquis ab hoc vitio alienus*, & loquitur de vitio iudicandi proximum. Magna enim eſt copia medicorum, nam omnes volunt infirmis dare remedia. Item confortantium infirmos, & tribulatos, ac iu-

Digitized by Google

dicum, & syndicorum communis. Contra autem tales syndicos proximorum, quorum multi reperiuntur, dicitur Iac. 4. *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem, detrahit legi, & iudicat legem. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?* talibus subtrahit Deus gratiam suam. Vnde legitur in vitis patrum, quòd cùm duo germani similes in eremo habitarent ad seruiendum Deo, ad tãtam mentis puritatem, atq; perfectionem deuenerant; vt ad placitum videret alter alterius gratiam, per splendorem quendam extra fulgentem super singulos eorum. Accidit autem, vt quadam die irent ad visitãdum patres sanctos per eremum, & cùm minor ex eis videret vnum ex illis patribus comedentem sexta feria in hora tertiarum, iudicauit illum trãsgressorem ieiunij, quod tunc habebatur in præcepto. Reuersus ergò ad cellam propriam, cùm maior orans optaret videre solitum splẽdorem super fratrem minorem, nihil videre poterat, propter quod vocãs eum sciscitatus est, si in aliquo eum conscientia remorderet. Ille verò diligẽter perscrutatam conscientiam suam, de nullo inquit recolo, nisi quòd videns talem patrem comedẽtem hora tertiarum in die ieiunij, malè suspicatus sum de eo. Quod intelligens maior, dixit. Istud temerarium iudicium fuit causa subtractionis gratiæ tuæ. Ille enim iustam causam potuit habere tunc comedendi, pœnitẽtiam ergò egit cum eo, & ille redijt ad lucem pristinam. In hoc vitio maledicto iudicandi alios solent multum infici, & laici, & seculares, qui subtiliter perscrutari quærunt sacerdotũ, & religiosorum vitam, & si peccatum aliquid veniale in eis viderint, damnant illos, spernunt doctrinam, contemnunt ipsorum officia, & orationes, & reputant ipsos malos, ac aperto ore crudeliter vbiq; eis detrahunt, nec cogitant quot impietatibus ipsi sint inuoluti, quot periurijs, blasphemijs, vsuris, furtis, rapinis, fornicationibus, adulterijs, sodomijs, atq; similibus peccatis horribilibus sint maculati. De talibus inquit Greg. in c. multi, 1. q. 1. *Multi secularium hominum, cum ipsius sacerdotum vitam, quam suam discutiunt, magnum cum emptione dominorum sacrorum crimen incurrunt. Magna enim mirabe vulnerato cuius bestiæ, primique negligentes, festucam tenuem in alterius oculis conspiciũt, quàm dum incauti euellere festinant, in erroris foueam delabuntur,* hæc ille. Idcircò salubre est documentum, fructuosumq;, vt quilibet suis defectibus se accuset, & humiliet, non autem aliorum peccata præsumptuose iudicet. Vnde B. Franciscus dixit in regula de fratribus suis: *Quos moneo, & exhortor ne despiciant, neque iudicent homines quos viderint mollibus vestimentis, & coloratis indutos, vtcibis & potibus delicatis, sed magis vnusquisque iudicet, & despiciat semetipsum.* Ille autem de quo temerarie iudicatur, & murmuratur, si faciat debitum suum, non debet multum de hoc curare. Quicquid enim boni faciat homo, non potest euadere falsa iudicia. Sicut ille, qui habens vnam debilem, & priuam equam, volensque ire ad villam, ascendit super eam, ducens secum filium suum iuuenculum pedestrem. Vnde inuenit quosdam qui dixerunt. Quæ discretio est istius, qui cùm sit fortis, & robustus vadit equester, & ducit illum iuuenculum pedestrem? Quo audito descendit de equa, & fecit filium ascẽdere super eam, & ipse pedester sequebatur. Vnde alij dixerunt: O stultitia hominis istius magna, qui magis compatitur filio, quàm sibi, & ipsum iuuenem facit equitare, & sequitur eum pedester. Tunc ambo ascenderunt equam, & alij dixerunt. O magna imprudẽtia, sic onerare illam debilem equam. Tunc ambo descendẽtes ibant pedestres, & sequebantur ipsam equam. Alij autem dixerunt. Isti sunt stulti, qui magis compatiuntur huic bestiæ, quàm sibijpsis. Vnde quicquid faciebat ille bonus homo, semper inueniebat malè iudicantes.

Exemplum de quodam indicante aliena.

PARS

PARS TERTIA, QVAE dicitur temeritatis, in qua ostenditur quid sit iudicium temerarium.

TErtium iudicium quo quis alium iudicat, dicitur temeritatis. Et est cum quis male sentit de proximo suo diffinitiue, propter aliquid indeficiens signum suspicionis. Et de hoc iudicio fit mentio, secund. quæstion. prim. capitul. multi, & vndecim. quæst 3. ca. temerarium. Notandum tamen secundum Alexand. de Ales, in tertia parte summæ, in tract. de triplici processu iudiciali, quæst. pen. & Richard. in quart. distinctio. 9. artic. tert. quęstion. vltim. Quod triplex est suspicio, secundum quam quis potest malum de proximo præsumere. Prima dicitur violentia, scilicet cum apparent omnia signa mali, & nulla boni, vt si adulter habitaret cum adultera, & concubinarius cum concubina, vel si inueniatur suspectus cum suspecta in loco, & tempore suspecto. Iudicare enim illos, non est peccatum, maxime si inueniatur nudus cum nuda, cũ aliis prædictis circunstantijs, in eodem lecto; nam hoc inducit condemnationem, tanquam sit sufficienter probatum 32. quæst. 1. cap. dixit Dominus. Et per hanc præsumptionem violentam iudicauit Salomon de filio illius meretricis, quod alia meretrix illa dormiente abstuliſſet eum. De quibus dicitur. 3. Reg. 3. & in cap. afferte, extra de præsump. Nam cum dixisset Salomon: *Afferte mihi gladium, & diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam alteri*, quod nõ dixit diffiniendo, sed potius tentando, & inquirendo veritatem, vt dicit glossa, super dict. capit. afferte. Clamauit mulier cuius filius erat viuus, ad regem, (mota sunt quippe viscera eius super filio suo:) *Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & non occidatur.* E contrario illa dicebat: *Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur.* Respondit rex & ait: *Date huic infantem viuum, & non occidatur. Hæc est enim mater eius.* Licet ergo iudex nõ debeat exardescere, aduersus eos quos malos putat. ff. de offic. præs. l. obseruandum, tamen vbi est suspicio violenta, potest procedere secundum formam iuris, sicut dicitur de corpore alicuius interfecti iam naturali calore frigefacto, & sanguine congelato, quod si appropinquauerit interfector, sanguinem nouiter emittit, vt quidam aiunt, quasi natura humana velit accusare peremptorem suum, eo modo quo potest. Et hoc forte scriptura exprimere voluit, cum Genes. quart. ad Cain dixit Dominus: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* In hoc tamen casu maturè esset procedendum, quia diabolus posset facere exire talem sanguinem, ad infamandum aliquem de homicidio. Similiter cum pro furto plures capiuntur, qui sunt bonæ famæ, & omnes alacri vultu, & intrepida voce coram iudice innocentiam suam protestantur. Solus autem vnus malæ famæ pallet inter omnes, obmutescit, tremit, deficit, & signa non pauca ostendit, potest iudex contra illum procedere secundum formam iuris. Secunda suspicio dicitur leuis, quando sunt leuia signa mali, & fortia ac plura boni, vtputa, si mulier loquatur cum aliquo viro religioso honeste, & in honesto loco ac condecenti, & quis iudicet, quòd loquantur de turpibus, peccatum est.

Triplex est suspicio, secundũquam quis potest malum de proximo præsumere.

De 2. suspicione.

SCiendum tamen, secundum Thom. 2. 2. quæstion. 96. & Alexand. de Ales, in secunda parte summæ in tractatu de diuisione peccati. Quod aliud est pro huiusmodi signis dubitare de malo proximi, & aliud illud affirmare. Primum pertinet ad humanam rectationem, sine qua non ducitur ista vita, secundum illud Apostoli. 1. Corinth. 6. *Tenere vos non apprehendat nisi humana.* Affirmare vero, & existimare pro his signis malũ de proximo suo, peccatum est. Vnde August. super illud. 1. ad Corinth. 4. *Nolite ante tempus iudicare*, ait: *Et si suspiciones vitare nõ possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est, diffinitiuas sententias omnino continere debemus.* Vnde auctor libri de for-

Aliud est dubitare de malo proximi, aliud affirmare.

Digitized by Google

mula honestæ vitæ, capitul. secund. ait: *De dubijs non diffinies, seu suspensam tene sententiam*, & Cassiodor. in libr. de amicitia, capit. 9. dicit: *Melius est in occultis causis confiteri ignorantiam, quam periculosam assumere fortassis audaciam.* Licet ergo scriptum sit Eccles. 13. *Cor hominis immutat faciem illius, sive in bono, sive in malo*, & 19. eiusdem libri iterum dicatur: *Ex visu cognoscitur vir, & amictus corporis risus dentium, & incessus hominis enunciat de illo*, & 26. cap. idem Sapiens dicit: *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius cognoscetur.* Licet quoque dicat Ouidius libr. 3. de arte aman. *Sæpe tacens cordis femina vultus habet.* Et in libr. de nuce. *Et color, & macies, & gestus, & omnis egestas, Ostendunt qualem sensum sub pectore gestas*, & Maximianus canit: *Certè difficile est abscondere pectoris æstus. Panditur in clauso sæpius ire furor*, & Prudentius, de psychomacha, capit. decim. ait; *Pallor in ore: Confessus audacis facti, dat signa reatus*, & Martia. Coquus inquit: *Est speculum mentis facies, oculique revelant; Qualia sint intùs mens animusque hominis*, & Prosper in libro epigrammatum, epigrammate 22. ait: *Ex operum specie clarescunt intima cordis*: & Cassiodorus, epistolarum libr. 3. epistola. 9. inquit: *Panditur animi natura per vultum.* Et idem dicit Isidor. secund. lib. soliloquiorum, cap. 29. & Gual. in Alexandriade libro. prim. dic. *O quam difficile est studium non prodere vultu.* Et idem inquit Ouidius in epistolis dicens, crimen, vbi Gualterius ponit studium, & Matth. poeta, in poetria sua parte prim. cap. 19. ait: *Est color interpres mentis, vultusque Propheta*, & Henricus Samarienſis, libr. 1. parte prima, canit: *Iam facies habitum mentis, studiumque fatetur, Mensque quod intus agit, indicat illa foris.* Notandum tamen quod per has auctoritates non concluditur, quod quis possit diffinitiuâ proferre sententiam cõtra aliquem, putando eum malum, nisi vt supra, dictum est, omnia sint signa mali, & nulla boni. Vbi vero sunt aliqua signa boni, licet & aliqua mali, debemus vitare iudicium in malam partem, quia inquit Apostolus, 1. Corint. 2. *Quis scit hominum, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est?* quasi dic. Cum non possimus videre animum proximi nostri, non debemus de secretis cordis iudicare, quamuis aliqua signa mali videamus ab extra, quia hoc ad officium Dei pertinet, iuxta illud primi Reg. 16. *Homo videt quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor.* Sicut enim nulli iudici, licet subditum alterius iudicis iudicare. 6 quæstio. tert. capit. primo: sic nec cor hominis licet alicui iudicare, quod soli Deo est subditum. Et ideo Apostolus, ad Roman. 14. inquit: *Tu quis es qui iudicas alienum seruum?* Tanto autem defectus iste est grauior, quanto talis iudicans nescit iudicare seipsum, dicente Gregorio: *Durum est, vt qui nescit moderamen vitæ suæ, fiat iudex alienæ.* Ad hoc autem adduci potest illud quod legitur in vitis patrum, scilicet: Quod quidam sanctus Pater dicebat, quando Deus flagellauit Aegyptum, non erat domus in qua non esset mortuus, & exponebat dictum suum dic. Sicut stultum est homini habẽti in domo sua mortuum relicto eo abire, & fieri mortuum alienum, ita stultum est homini peccatis pleno, velle se relicto iudicare de proximo. Sed quidam præsumptuosi, ac temerarij dicunt, quod scriptum est 1. Corinth. 2. *Spiritualis omnia dijudicat, & ipse à nemine dijudicatur.* Respondit Alexand. de Ales, vbi supra. quod temerarium est, & præsumptuosum, vt quis se reputet spiritualem, nec intelligitur dictum Apostoli, quòd spiritualis debeat iudicare facta hominũ dubia. Vnde dicit Thom. super epistolas Pauli: *Intelligitur dictum Apostoli, quod spiritualis de pertinentibus ad fin. em, virum, scilicet hoc sit bonum, vel malum.* Quod iudicium nõ bene habet homo carnalis, cum habeat intellectum in carnalibus offuscatum. Quotiescunque ergo male suspicamur de aliquo, peccamus saltem venialiter, quando non habemus sufficientes præsumptiones. Quando vero aliquis ex leui suspicione iudicat, quem esse in mortali peccato, mortaliter peccat. Ad solum enim Deum pertinet cognoscere interiora hominis, iuxta illud. Act. 1. *Tu solus nosti corda filiorum hominum*, & ideo dicit August. super Ioan. *Prohibet Dominus iudicium cordis, per quod*

Digitized by

Per quod de alijs male opinamur, siue credimus vel sentimus.

SEd hic quæritur vnde procedant tales ſuſpiciones de malo alterius. Et reſpõdit Alexand de Ales, vbi ſupra, & Beat. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 60. art 3. quod ex tribus cauſis. Primo ex longa experientia. Vnde dicit Philoſophus. 2. Rhetor. quod ſenes ſunt maxime ſuſpicioſi, eo quòd multoties experti sũt aliorum defectus. Vnde ait: Senes cacoetheis ſunt. Eſt autem cacoethia in deterius exiſtimare omnia.

SEcundo provenit talis ſuſpicio mali, ex eo quod alioquis male afficitur ad alterum. Cum enim quis alium contemnit, vel odit, facile opinatur malum de ipſo. Inquit enim Iulius Celſus, libr. ſecund. *Quæ volumus, libenter credimus, & vnuſquiſque facile credit quod appetit,* & Auguſtin. libr. ſecund. de verbis Domini ait: *Hi maxime temere iudicant qui magis amant vituperare, & damnare, quàm emendare, & corrigere. Et hoc vitium procedit, vel ex ſuperbia, vel inuidia,* hæc ille.

TErtio provenit ſuſpicio mali ex hoc quòd aliquis in ſeipſo malus eſt, ex quo conſcius ſuæ malitiæ, facile malum de alijs opinatur. Vnde Chryſoſtom. ſuper Matth. inquit: *Omnis homo exiſtimat ſecundum ſe alterum, nec poteſt melius ſentire de alio, quàm ſentit de ſeipſo,* hæc ille. Cuius dicti ratio eſt, quia receptum eſt in recipiente per modum recipientis. Sicut patet de dulci vino, quod in lingua febricitantis amaro humore infecta, videtur amarum. Et ſimiliter homines carnalitatibus, & ſpurcitijs dediti, religioſos & ſanctos viros tales eſſe iudicãt, quales ipſi ſunt. Vnde ſimiles ſunt metallo fuſo, ſiue modulo recipienti formam quam in ſe habet. Propterea Sapiens Eccleſiaſtic. decim. inquit: *Stultus in via ſua ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtimat,* & Senec. in libr. de moribus dic. *Hoc autem habet omnis affectus, vt in quo ipſe inſanit, cæteros putet inſanire.* Videmus hoc per experientiam. Nam auarus cum ſit conſuetus fraudibus, & mendacijs, in emendo, & vendendo proximum decipere, omnes vendentes, & ementes ſimilia facere credit. Luxurioſus, qui reſpicit mulieres, & loquitur mala intentione, de alijs idem malum iudicat. Vnde dicit Auguſtinus ſuper Pſalm. 118. ſermone duodecim. *Hoc malus ſuſpicatur in alio, quod ſentit in ſeipſo.* Tertia ſuſpicio dicitur temeraria, cum quis omnia bona in malam partem trahit, vnde Chryſoſtom. in quodam ſermone inquit: *Sunt quidam perverſi, qui de omnibus male iudicant. Dicunt enim ſi quis ſtudet, & humilitati vacat, hypocrita eſt: ſi recreationi, diſſolutus eſt: ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi refectioni, gulioſus eſt: ſi ſimplicitati, ſtultus eſt: ſi aliorum correctioni, præſumptuoſus eſt: ſi ſilentio & paci, ſimulator eſt: ſi patientiæ, timidus eſt: ſi iuſtitiæ, impatiens eſt: ſi prudentiæ, malitioſus eſt: ſi inſtat vigilijs, & orationibus, indiſcretus eſt: ſi communi dormitioni, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi, & aliorum ſanctitati, appetitor laudis eſt: ſi adulari renuit, ſuperbus eſt:* hæc ille. Quis ergo explicet, quam multos lucretur diabolus propter temeraria, & præſumptuoſa iudicia? In quibus tanto maius periculum imminet, quanto minoris culpæ eſſe creduntur. Euitemus itaque illa quantum poſſumus, vt ſic æternam damnationem euadere valeamus. Quod nobis concedat Deus noſter. Amen.

FERIA IV. POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE BONORVM OPERVM facilitate, necessitate, atque vtilitate.

SERMO XXXVII.

VIESCITE *agere peruerse, discite benefacere.* Esaiæ 1. & in epistola occurrentis feriæ. Cum libros non solùm sacræ paginæ & Christianorum, sed etiam infidelium, atque paganorum discurro, ab omnib. abominabile esse otium. detestabilemque negligentiam reperio. Vnde inquit Iurisconsultus in l. non enim. ff. ex quibus cau. ma. *Non enim negligentibus iura subueniunt.* Econtrario vero solicitudo, & diligentia ab omnibus amatur, atque vtilis reputatur. Vnde inquit legislator. in l. pupillus. §. fin. ff. de his quæ in frau. cre. *Quia vigilanti, meliorem meam conditionem feci.* & Ecclesiast. vltim. inquit Sapiens: *Medicum laborani, & inueni multam requiem.* In cap. quoque clerici. 1 q. 2. & in l. generaliter. C. de episcopis & cleri. dicitur: quod beneficia illis clericis dari debent, qui diuinis obsequijs fideliter insudant. Sciendum est ergo duo esse præcepta legis necessaria ad salutem, quæ habentur, Psal. 33 vbi dicitur: *Declina à malo, & fac bonum.* Quæ duo etiam comprehendit Esaias in verbis præpositis dicēs: *Quiescite, &c.* Super quibus verbis, quia satis superius tractauim⁹ de vitatione peccatorum, tres considerationes faciemus de bonis operibus. Prima dicetur facilitatis, Secunda necessitatis, Tertia, & vltima vtilitatis.

Sermonis intentio, & diuisio.

PARS PRIMA, IN QVA probatur, quòd facile est vnicuique benefacere.

PRO declaratione primæ partis, Quæritur vtrū sit facilius benefacere, aut male. Et primo, quòd malefacere sit facilius, probatur multis fundamentis, & primo ratione inclinationis. Teste enim philosopho. 1. Phy. *Vnumquodque magis inclinatur, seu monetur ad illud quod inest sibi ex natura, quam ad illud quod inest sibi ex alio.* Nam lapis magis inclinatur deorsum, quàm sursum, quia natura rei grauis est deorsum tendere. 4. de Cœlo & mundo. Cum igitur creatura rationalis sit de nihilo, per consequens per sui naturam est conuertibilis ad nihilum. Quia vt dicitur. 3. Phy si. *Vnumquodque naturaliter resoluitur in id ex quo cōponitur.* Sicut nix mediante frigore composita ex aqua, etiam mediante calore in aquam vertitur. Vnumquodque enim de facili reuertitur ad naturā suam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod etiā in specie. ff. de pac. & etiam notatur in l. voluntate. in fin. ff. quibus modis pig. vel hyp. sol. Sed ipsum nihil pertinet ad peccatum, quod nihil est essentialiter nisi defectus boni. Quod autem hoc vertatur ad bonum inest ei ab alio, scilicet à Deo. Vnde 2. ad Corint. 3. dicitur: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est.* & Oseæ 13. dicit Deus: *Perditio tua ex te Israel est, sed ex me tantum salus tua.* Ergo facilius est homini facere malum, & tendere ad perditionem, quàm facere bonum, & tendere ad supernam patriam. Vnde Iuuenalis inquit: *Ad mores natura recurrit Damnatos fixa, & mutari nescia, &c*

Facilius an sit benefacere vel male. Arg. de malefacere probantia.

SEcunda ratio dicitur corruptionis, vt 2. enim dicit Magister in 2. distin. 26. Peccato re addita.

Ratio pro male facere

cato primorum parentum natura humana corrupta est. Sed sicut ait Philosophus 3. Physic. Omne quod est, operatur secundum quod a prum est, & 9. Meta. dicit commentator Auerrois : *Vnumquodque sicut se habet ad essentiam, ita se habet ad operationem.* Vnde natura corrupta, corrupte operatur. Inquit etiam Saluator Matth. 7. *Non potest arbor mala fructus bonos facere*, ergo natura nostra propter istam corruptionē facilius sequeretur corruptibilitatē vitiorum, quam incorruptibilitatem virtutum. Vt enim ait Aug. in lib. de ver. Domini. Natura corrupta naturaliter habet corruptos appetitus, & eos adimplere desiderat, & ideo dicitur Gen. 8. *Sensus, & cogitatio hominis prona est ad malum omni tempore*, trāsumptiue in c. omnis ætas. 12. quæst. 1. & c. cum in iuuentute. de præsumptio. & §. si vero. el. 2. in authent. de mona. vbi dicitur, quod humana natura quodammodo labitur ad delicta. & 2. quæstion. 3. in c. procliuis. Procliuis est cursus ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorū. & Psalmi. inquit : *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Propter prædictam etiam corruptionem, exclamat dolens Apostolus. ad Roma. 7. dic. *Non quod volo bonum hoc facio. Nam velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.*

3. Ratio superiorē cōfirmās opinionem.

TErtia ratio dicitur coniunctionis. Anima enim est cōiuncta corpori. Corpus autem subijcitur influentijs cœlestibus, vt Saturno, Mercurio, Veneri, &c. Vnde videmus aliquem esse Melancholicū, vt nunquam vel raro rideat, alium vero luxuriosum, vt nihil præter carnalia cogitet. Ex coniunctione igitur corporis videtur anima trahi ad inordinatas affectiones sensuum corporalium, quia anima coniuncta corpori imitatur passiones corporis, vt dicitur in lib. 1. texti prin. & ideo inquit Salomon affirmans prædictam conclusionem, Sapien. 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Et propter hoc exclamabat Apostolus vbi supra dic. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

4. Ratio.

QVarta ratio dicitur obiectionis. Teste enim Philosopho. 1. Meta. & 3. de anima. *Obiectum præsens, & cognitum, magis mouet potentiam ad actum, quàm obiectum remotum, & incognitum.* Nam oculus magis mouetur ad delectationem ex præsentia formosarum figurarum, & similiter auris ex præsentia dulcium melodiarum, quam ex absentia, & ignoratione earum. Et metrice : *Qui procul est oculis, procul est à lumine cordis.* Duo autem sunt obiecta in nobis, scilicet, visibile, & inuisibile. Primū quotidie accidit, vt videre res delectabiles, contrectare diuitias, audire suaues sonos, &c. De quibus hoc postmodum habet cogitationes. Quia vt ait Arist. in libro de sen. & sensato : *Omnis cognitio est ad sensum*, Et ideo ex tali cognitione facilius trahitur ad amorem cogniti. Obiectum vero inuisibile est vita æterna, & bona futura, quæ fide tantummodo percipiuntur, & sunt à nostris sensibus remotissima, & nullatenus videri possunt, & ideo ad eius amorem difficilius attrahunt. Sicut si quis audit de muliere formosa, quam nunquam nouit, neque vidit, faciliter obliuiscitur de ea, si autem ipsam viderit, faciliter proruinpit in libidinem. Cum igitur omne quod est in mundo sit aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. 1. Ioan. 2. (quæ omnia sunt obiecta cognita, & propinqua) ideo ad illa facilius homo mouetur, quam ad opposita.

5. Ratio.

QVinta ratio dicitur delectationis. Natura enim maxime fugit triste, & appetit delectabile. 8. Ethic. Si enim quis audierit, quòd debeat decapitari, præ angustia tantum dolebit, quod canus efficietur. Econtrario vero erit, si talis sentētia damnatus, fuerit postmodum liberatus, vel si ad regnum quis fuerit de pau-

pertate sublimatus. Cum igitur via præsentiæ, per quam itur ad patriam supernam, sit arcta. Matth. 7. sensualitati contraria, atque amaritudine plena, ac aspera : via autem vitiorum sit sensualitati delectabilis, & iucunda, ergo &c. Nam, si quis petierit ab illo auaro quando mittit manum in aceruum ducatorum suorum, quid illi est dulcius, an taliter contrectare pecuniam, an illam pauperibus erogare ? respondebit : Oh, oh. tam dulcis est amor pecuniæ, quod quodammodo potius me excoriarem, vt de pelle facerem pecuniam, quam illam pauperibus darem. Dic luxurioso quid illi est delectabilius, an fornicari, an vero castitatem seruare ? Antequam dimitteret illam fœminam, potius abnegaret Christum. Dic ambitioso, si hæc nomina sibi placent. Spectabili, Magnifico, Reuerendo, &c. Et sic discurre per omnia vitia, & inuenies apud homines asperam esse virtutem propter laborem in ea existentem, quia virtus est circa difficile 2. Ethic. Et omnis virtus existens in corpore, fatigabilis est. 3. Ethic.

6. Ratio. SExta ratio dicitur meditationis. Teste enim experientia videmus, quod sicut dicit philosophus. 2. Ethi. difficile est tenere medium, circa, quod cõsistit virtus. Facile autem est à medio deuiare. Sicut patet in sagittantibus, quibus difficile est in mediũ signi dare, sed facillimũ est deuiare à signo, ergo similiter erit in operatione virtutis quæ difficilis erit, & econtrario de vitiosa operatione elongata à medio. Dic tu ô domina frontosa si tenes medium in vestibus, & ornamentis tuis? & si tot pompæ, & tot iocalia conueniũt statui tuo? Discurramus etiam per omnes status, & consideremus si in omnibus seruetur medium, & inueniemus quod quasi de omni statu dici potest illud Ezech. 15. *Meditata eius redacta est in familiam.*

7. Ratio. SEptima ratio dicitur multiplicationis. Secundum enim philosophum 7. Ethicor. & Dionys. in libro de diuinis no. Malum se habet multifariè, bonum autem vno modo tantum & ex vna, & perfecta causa. Sicut patet in homine sano, & infirmo. Nam ad hoc, quod quis sit sanus, oportet quod quodlibet eius mẽbrum sit sanum, & quot in toto corpore hoc habeat sanitatem. Econtra vero est de infirmo. Nam infirmus quis dicitur quolibet eius membro patiente, & similiter est de bono opere. Nam ad hoc vt sit bonum requiritur, quod ei non desit aliqua circumstantia, vt in eleemosyna, quòd fiat debito modo, & tempore, ac vero pauperi, bona intentione, cum vultus, ac mentis hilaritate, abundanter secundum suam facultatem, celeriter, & rebus non corruptis, & de suo &c. Vnde si aliqua istarum circumstantiarum desit, dicta eleemosyna non erit opus bonum. Sed econtrario est de operatione mala, quæ vna mala circumstantia interueniente est mala, licet talis operatio esset bona. Quia ego bonum vna conditione corrumpitur, & in malum conuertitur; ideo ipsum malum frequẽtius, & facilius perpetratur.

8. Ratio. OCtaua ratio dicitur frequentationis. Nemo enim est tam perfectus, qui saltem non cadat septies in die. Prouerbior. 24. & capitul. septies, de pœn. distinct. 3. Quod intelligitur de peccatis venialibus. Sed quid dicemus de illo, qui est in peccatorum volutabro immersus? Quem non delectant nisi obscœna, vitiorum? Profecto cum dicat Arist. in prædicamentis, & 2. Ethico quod ex frequentatis actibus generatur habitus de difficili mobilis à subiecto, talis quasi in continuo motu malefaciendi est semper. Quia, qui solitus est aliquid facere, naturaliter mouetur ad illud iterum faciendum, propter habitum in eius anima existentem. Quia vt ait Philosophus : *Ex similibus habitibus generantur similes actus*, & consequenter ex frequentatione peccandi, generatur pronitas, & quædam quasi necessitas ad peccandum.

Nona

Digitized by Google

9. Ratio. NOna ratio dicitur tentationis. *Diabolus enim tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret* 1. Petri 5. Qui tanta calliditate vtitur, vt vix aliquis fiat immunis à suo veneno. Vnde legitur in vitis patrum, quòd sanctus Macharius vidit ipsum dæmonem in forma medici cum linea veste vndique f.rata, & ampullis pendentibus plena, & interrogatus ab eo quid haberet in illis ampullis, respondit se in illis portare diuersa peccatorum venena, vt vnicuique daret quod ei magis placeret. Vnde multi accipiunt de oleo illarum ampullarum. Si enim reperis vnam mulierem honestam, inuenies centum vanas, & sic de singulis conditionibus virorum, ac mulierum: & ideo inquit Propheta Psalm. 13. *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

Ad oppositũ arguitur præsupponendo aliqua per ordinem. SEd pro parte opposita videlicet, quòd facilius est agere bonum quam malum, arguunt alij. Pro quorum opinione melius fortificanda, pono quinque præsuppositiones. Primum est, quòd Deus non potest esse causa effectiua peccati secundum Alexand. de Al.s. in 2. parte summæ, in tractatu. de malo. Richard. in 2. distin. 37. art. 3. quæst. 1. & Bonauen. ibidem art. 2. quæstio. 1. & Scotum in eadi. & Tho. ibid. artic. 3. & 1. 2. quæst. 79. artic. 1. Et probatur hæc veritas duplici ratione. Prima dicitur dilectionis, sic arguendo: Illud quod Deus producit, vel facit, amat & diligit, iuxta illud Sapien. 11. *Diligis Domine omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.* Sed Deus odit peccatum. Eccle. 12. *Altissimus odio habet peccatores.* Et Sapien. 14. c. dicitur: *Abominabilis est Deo impius, & impietas eius.* Et Dauid in Psalm. 5. inquit: *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Et in persona Dei iterũ dicit: *Iniquos odio habui.* Psalm. 118. Vnde dicunt Doctores in 3. quòd Deus odit peccatum, & hominem peccatorem, inquãtum peccatorem, non inquantum hominem, quia inquantum homo bonus est, iuxta illud Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Si ergo Deus diligit cuncta quæ fecit, cum odio habeat peccatum, ergo illud ipse non fecit. Et hoc est quod dicitur, Ioan. 1. *Et sine ipso factum est nihil*, id est, peccatum secundum gloss.

SEcunda ratio dicitur causalitatis, cuius fundamentum ponit philosophus. 2. Meta. dic. *Quod est causa aliorum vt sint talia, illud est maxime tale.* Si ergo Deus nos faceret peccatores, & esset causa nostrorum peccatorum, ipse esset maximus peccator. Sed hoc est hæreticum dicere, cũ ipse sit sanctus sanctorum. Danie. 9. & in ipso non possit esse peccatum, ergo vera est conclusio Augustin. in libro 83. quæstionum. quæst. 21. di. *Auctor peccati Deus non est*: & idem dicit in lib. quæstionum noui, & veteris Testamenti. quæst. 1. & in lib. contra Adamantium monachum. ca. 16. & in lib. 1. retractationum. cap. 26. & in lib. contra Fortunatum Manichæum disputatione tertia versus finem, & hæc omnia intelliguntur dei causa effectiua. Non enim potest DEVS facere aliquod peccatum, Vnde si DEVS præciperet nobis aliquid quod videretur peccatum, eius obseruatio ratione diuini beneplaciti, quod semper est sanctum, esset sancta & bona.

SCiendum tamen secundum Alexand. de Ales, vbi supra, & sanctum Bonauen. in 2. distinct. 23. art. 1. quæstio. 2. & Richar. ibidem. quæstion. 3. quòd Deus permittit iuste mala, & peccata fieri. Vnde appellari potest causa permissiua peccatorum, & quare hoc faciat, multas assignant rationes prędicti doctores. Vnam autem assignat Augusti. in dialogo suo ad Orosiũ, quia Deus de malis scit elicere multa bona. Vnde ait idem Augustin. lib. de Ciui. Dei. *Sicut nullus hominum agit recte, nisi diuino adiuuetur auxilio, ita nullus dæmonum eui hominum agit inique, nisi diuino eodemque iustissimo iudicio permittatur.*

Plures rationes, quibus Deus potius peccabilē, quā impeccabilē fecerit hominem.

SEd hic quęritur quare Deus cum sit omnipotens, non potius fecit hominem impeccabilem, quam peccabilem? Respondit S. Bonau. in 2. distinct. 23. art. 1. q. 1. & Richar. ibidem. q. 2. quòd hoc multis fecit rationibus, vna quarum dicitur meritationis. Si enim homo creatus fuisset, ita, vt peccare non posset, nullus iustus eo quod non peccasset existimaretur. In his enim, quæ à natura sunt, nec laudamur, nec vituperamur. 2. Ethicorum. Sicut mutus non est laudandus quia tacet, cum facultatem loquendi non habeat, nec cæcus, quia oculo vago non respicit mulieres, nec senex decrepitus, aut infirmus ad mortem, quia nō luxuriatur. Sed ille merito laudari debet, qui potuit facere mala, & non fecit. Eccle. 31. Cum ergo honor sit præmium virtutis. 4. Ethicorum, & virtus sit circa difficile. 2. Ethic. si homo facere malum non potuisset, nulla difficultas in hono fuisset, & ideo nec laus, nec meritum, nec honor ei dari deberet. Et hanc rationem tangit Augustin. in lib. Cur, quando, & quomodo Deus. c. 2. inter alia dicens: *O quàm rationabiliter rationale animal in sua dimittitur libertate, vt ob suæ electionis meritum, vel viuat feliciter, vel infeliciter moriatur. Si enim Angelus, vel homo liberi non fuissent, iam apud Deum nullius meriti essent.* Et idē in li. de Agone Christiano inquit: *Deus hominem inæstimabilem fecit, & liberum ei arbitrium voluntatis dedit. Non enim esses optimus, si Dei præceptis necessitate, non voluntate pareres.* Lactā. quoque. in 7. diuinarum Insti. ait: *Nulla laus est non facere quod facere non possis, sicut nulla virtus est agere, quod agis vrgente necessitate. Quis famescentem, aut sitientem laudet, quia bibat, & comedat?* & Hiero. de pœ. dist. 2. c. si. n. §. liberi arbitrij, ait: *Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas est, ibi nec laus, nec corona.* & Augu. in lib. de vera religione inquit: *Tales seruos suos, imo filios meliores esse iudicauit Deus, si ei seruirent liberaliter, quod nullo modo esset, si non voluntate, sed necessitate ei deseruirent,* hæc ille. Vnde vnus actus siue consensus spontaneus, prævalet infinitis actibus præcedentibus ex necessitate. Et ideo Augustin. in c. iam sunt. 28. q. 1. dicit: *Multa fiunt non iubente lege, vel necessitate, sed liberæ voluntate. Ea autem sunt nostra officijs gratioriora, quæ cū liceret non impendere, tamen gratia liberalitatis impendimus.*

2. Cōseruatio est in causa cur hominem Deus peccabilem fecit.

ALia quoque ex causa fecit Deus hominem peccabilem, quæ dicitur conseruationis. Voluit enim Creator optimus suæ creaturæ monstrare, quòd sicut sine ipso facta non fuerat, ita sine ipso nō potest in esse conseruari, & si appareret Deum non solum esse essentiæ causatiuum, sed etiam conseruatiuum, Ob quam causam Gregor. ait: *Omnia siquidem in nihilum tenderent, nisi manus conditoris ea teneret:* Et iterum dicit: *Sic enim natura vertibilis condita fuit, vt iugiter habeat necessarium protectorem, vt quæ sine ipso non potuit esse, nec etiā sine ipso valeat vnico momento subsistere,* hæc ille.

2. Peccabilem hominem fecit Deus, vt suam ostenderet potētiā, alijsq; quibusdam ex causis.

TErtia ratio dicitur ostensionis, vt. i. ostenderetur Dei potentia. Cum. n. vt ait Aug. super Ioannem, *Maius sit hominem iustificare, quàm Cœlum, & terram, atque Angelos, & homines de nihilo creare,* ideo dum creauit Deus hominem cum libero arbitrio, & eum post peccatum iustificauit per gratiam, maxime ostendit potentiæ suæ gloriam, quā minime ostēdisset si eum impeccabilem creasset. Item hoc egit, vt eius sapientia clarescceret. Sapiētia enim alicuius magistri præcipue ostenditur, quādo ex aliqua materia licet vili aliquod optimum opus producit. Sicut figulus vasa pulchra ex luto facit ad seruitium regis. Hunc aūt ordinem Deus seruauit, cū hominem ex luto formatum cœlestē fecit, ac Dei filium. Imo ex participatione diuinitatis ipsum fecit Deum, dicente Psalmista: *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.* Sapiens quoque artifex ex qualibet materia non tantum vnum, sed diuersa opera facit, sicut figulus ex luto diuersa vasa fabricat, & pictor diuersas imagines, & in imagine diuersos ponit colores. Vt igitur Deus ostēderet suam potentiā, diuersas species creaturarū creare voluit, & An-

& Angelos atque homines, qui peccare poſſ: nt condidit, vt ex cadentium deformitate magis eluceſceret pulchritudo permanentium. *Oppoſita* enim *iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.* 1. Elen. & 2. de Cœlo & mũdo. Vnde Aug. in lib. Enchir. dicit: *Ex omnibus conſtitit vniuerſitas admirabilis, in qua etiam ipſa mala congruenter commendantur bona, & magis placent, ac laudabiliora ſunt dum comparantur malis.* Et Iſid. in lib. de ſummo bono. ait: *Nunquam permitteret Deus mala aboriri, niſi ex contrarijs malis bonæ naturæ decor emanaret.* Et Auguſt. in 11. de ciuit. Dei. inquit: *Sicut contraria contrarijs oppoſita ſermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam non verborum, ſed rerum eloquentia contrariorum oppoſitione ſeculi pulchritudo componitur; & ſicut pictura nigra cum colore nigro ſuo loco poſita album manifeſtat: ita vniuerſitas rerum ex peccatoribus pulchra eſt, quamuis per ſeipſos conſiderati ſua deformitas turpet.* Et in lib. de natura boni idem exemplificat di. *Sicut ſermonis decentia maior eſt interpoſitione ſi.entij, quam ſi continuè proferetur, ſic vniuerſitatis pulchritudo maior eſt, ex interpoſitione malorum bene ordinatorum* hæc ille. Præterea videmus quòd ſæpe vtile eſt domum deſtrui permittere, vt melius reſarciatur, & reformetur. Et ideo hoc modo rationalis creatura ſapienter ad liberum caſum eſt ordinata, vt altius, & melius reſtauretur. Et ob hanc cauſam permittit Deus aliquos ruere in peccata, vt poſtmodum per pœnitentiam reſurgentes ad perfectiorem ſtatũ reducantur Proinde Aug. in lib. de correctione, & gratia, ait: *Vſque adeo Deus cooperatur in bonum, vt ſi qui eorum deuient, & exorbitent, etiã hoc eis faciat proficere in bonum, quia meliores redeunt, atque doctiores,* hæc ille. Nam cecidit Petrus, & perfectior eſt effectus, de quo Ambr, 50. diſt. c. fidelior. inquit: *Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe deſleuit, & ideo maiorem gratiam reperit quam amiſit,* hæc ille. Cecidit etiam Magdalena, & pro maculis ſuis tam abundanter fleuit, quod non ſolum veniam peccatorum obtinere meruit, ſed etiam Domini colloquia familiarius deguſtare, vt in eam ſuperabundaret gratia, in qua ſuperabundauerat peccatum, vt ait Apoſtolus ad Roma. 5.

HOc etiam egit Deus, vt iuſtitia quæ eſt præclariſſima omnium virtutum, ſecundum Tullium in 2. de offic. & Philoſophum. 2. Ethi. in ipſo eſſe noſceretur. Eſt autem duplex iuſtitia ſecundum Franc. de Mairo. in 1. diſt. 46. ſcilicet punitiua & præmiatiua. Prima perſequitur malos, ſecunda vero defendit bonos, prima malos vituperat, ſecunda autem bonos commendat. Nunquam autem Dei iuſtitia cognoſceretur ab Angelis, & hominibus, niſi malos puniret in hoc mundo, vel in futuro, bonos vero in vita perpetua remuneraret, vt inquit Aug. 21. de ciuitate Dei. Qui etiam in 3. lib. de libero arbitrio dicit: *Summo Deo iuſtiſſime placuit, vt in ortu hominis originaliter appareret iuſtitia pauentis, & in promptu eſſet miſericordia liberantis.*

ALia inſuper ex cauſa fecit Deus hominem peccabilem, quæ dicitur humilitationis. Quia enim teſte Gregor. *humilitas eſt cuſtos omnium virtutum,* voluit rationalem creaturam vertibilem facere, & aliquos permittere cadere, vt qui aliquas haberent gratias, ex hoc cauſam humilitatis, & timoris haberent ne eas perderent, & calcando ſuperbiam, ad maius virtutis, & gratiæ culmen peruenirent. Et ad hoc adduci poteſt dictum Pauli 1. ad Cor. 12. vbi ait: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet. &c.* Et 11. quæſt. 5. capitul. iniuſtum iudicium, Caliſtus Papa ait: *Melior eſt in malefactis apud Deum humilitatis ſancta confeſſio, quã in bonis ſuperbia gloriatio.*

VLtima autem ratio pro nunc dicitur glorificationis. Si enim homo non haberet liberũ arbitrium, quod mala ſequerentur reſpectu fucturæ gloriæ. primo enim non plus mereretur Paradiſum,

quam si esset asinus, quia remota causa removetur effectus. 2. Phys & 2. de generatione. Cum enim fœlicitas sit primum virtutis, 1. & 10. Ethic. & virtus sit habitus electiuus 2. Ethicor. & electio procedat à libero arbitrio, ergo deficiente ipso libero arbitrio, deficeret electio, & per cõsequens virtus, & consequenter nihil beatitudinis posset homo acquirere, vel mereri, vt etiam supra declaratum est. Secundum malum est, quia si sine meritis omnes cœlestem gloriam adipiscerentur, omnes essent æquales in gloria, quod inconuenientissimum esset, eo quod in palatio cuiuslibet terreni regis diuersæ sunt mansiones, ergo multo magis hoc decet esse in palatio æterni regis Diuersitas enim speciorum est ad decorem, & perfectionem totius vniuersi. 12. Meta. & ideo Saluator noster ait Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Ait enim glo. super illa verba Luc. 6. *Eadem mensura, &c.* quod quatuor æqua lance mensurantur in cœlesti gloria, videlicet charitas gratia, meritum & gloria. Quæ quidem mensuratio minime fieri posset, nisi in bonis operibus libero quisque potiretur arbitrio. Magna ergo erit pulchritudo videre Virgines, Confessores, Martyres, Religiosos & Apostolos, ac reliquos sanctos diuersis meritis, & præmijs gloriosos. Vnde Saluator Matth. 13. ponit similitudinem dicens, quod semen sparsum fecit fructum aliud trigesimum, aliud sexagesimum, & aliud centesimum.

Maius meritum post lapsum acquiritur, quam in statu innocentiæ.

AD prædicta etiam de peccabilitate hominis adduci potest illud quod ait Dominus Bonauent. in 2. distinctione 29. articul. 3. quæstione 2. vbi probans, quòd maius meritum nunc acquiritur post lapsum primi parentis, quàm si fuisset in statu innocentiæ, & maxime quia cum vbi maior est difficultas, ibi maior sit virtus, 2. Ethicorum, cum nunc homo habeat maiorem contrarietatem à diabolo, carne, & mundo, etiam ipsius resistentis maior est virtus cæteris paribus quàm tunc fuisset, & per consequens maior gratia, maius meritum, & maior gloria. Concludendo ergo primum præsuppositum dico; quod sicut si aliquis Dominus dedisset alicui suo seruitori castrum inexpugnabile, & ille sponte dimitteret intrante suo inimico in castrum, imputaretur hoc seruo, non Domino: Sic à simili, cum Deus dederit homini inexpugnabile castrum animæ cum tribus potentijs, scilicet, intellectu, memoria, & voluntate, cum quibus potest resistere omnibus inimicis suis, non est imputandum Deo, si se capi permittat, & ipsis hostibus suis sponte se subijciat, sed sibi. Et ideo inquit Salomon Sapientiæ 7. *Solummodo hoc inueni, quod Deus fecit hominem rectum, & ipse infinitis se immiscuit quæstionibus.* Ex quo datur intelligi, quod nostra iniquitas non procedit ex culpa Dei, sed ex nostra culpa. Ecclesiastic. quoque 15. dicitur: *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui.* Et paulo post dicitur: *Appositi tibi ignem, & aquã, ad quod volueris, porrige manum.* Cum ergo habeat vnusquisque liberum arbitrium faciendi bonum, aut malum, vt probat sanctus Thom. prima parte summæ. quæst. 83. non potest quis excusare peccata sua, dicens, quod Deus cogat eum ad peccandum.

SEcundum præsuppositum est, quod influentia cœlestis non potest cogere liberum arbitrium, vnde falsa est sententia Tullij libro primo, de diuinatione, circa finem dicentis: *Fato omnia fiunt.* & Ouidij in 3. de Tristibus, capitu. 7. dicentis: *Ratio fatum vincere nulla valet.* & Senecæ, in lib. tragœdiarum vbi ait: *Regitur fatis mortale genus*, & eiusdem de consolatione ad Paulinum, qui dixit: *Mutare fata non possumus, stant dura, & inexorabilia*, & Lucani in 6. dic. *Præceps agit omnia fatum*, & Iuuenalis lib. 3. Satyra prima dicentis: *Ventidius quid enim? quid Tullius? an aliud quam Sydus, & occulti miranda potentia fati. Seruis regna dabant, captiuis fata*

Digitized by Google

fata triumphos. & idem satyra. 3 eiusdem lib. dicit: *Fata regunt homines.* Si enim per fata intelligamus constellationes, sicut tenẽt Mathematici dicentes, quod constellatio sub qua quis nascitur, non solum habet influentiam necessariam super corp⁹, sed etiam super rationem, & Voluntatem, dico quod opinio prædictorum est hæretica, & stultissima, prout probat. B. Tho. in summa contra gentiles, lib. 3 c. 73. hoc enim si esset verum, sequerentur infrascripta inconuenientia. Prima, quod si aliquę stellæ essent causa malorum, oporteret dicere, quod aliquo modo essent malefactrices, & hoc essent, aut per naturam, & sic Deus fecisset res malas, qui omnia creauit bona. Gen. 1. aut essent malæ voluntatis, & hoc est falsissimum, & inconueniens, cum sint sine anima. Secundum inconueniens est, quia non posset aliqua ratio assignari, quare aliqui nati sub eadem constellatione sint sapientes & aliqui stulti: aliqui fortunati, & aliqui diuites, aliqui pulchri, & aliqui deformes, aliqui boni, & aliqui mali. Tertium inconueniens est, quia si ex constellationibus quis necessitate efficeretur bonus, aut malus, non esset præmiandus, neque puniendus, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam ff. de adi. lega. Vnde frustra essent leges, & iudices punientes fures, & latrones, quia iniuste punirentur, si aliud facere non possent. Imo potius deberet puniri stella cogens ad malum. Quartum inconueniẽs est, quia vana essent hominum consilia, & circumspectiones, & prudentiæ in agendis: Vanaque essent studia, & exercitia. Si enim ea, quæ sunt in mundo procederent necessario ex constellationibus: Si stella daret alicui quod esset grammaticus, vel diues absque studio, & labore, de necessitate esset: eo si daret, satis posset laborare, studere, vel lucrari, quia nunquam obtineret quod desiderat. Et ideò tales Astrologos irridet Augustinus, in sermone Epiphaniæ. Dicit quoque Ptolomæus in suo centiloquio: *Sapiens dominabitur astris, & anima sapientis ædinuas opus stellarum.*

TErtium præsuppositum est, quod passio appetitus sensitiui non potest necessitare ad peccandum, ita quod sensualitas non potest cogere rationem ad malum, vt probat Thom. 1. 2. quæstion. decima, articul. 3. Et ideo stulte loquuntur quidam, qui se dicunt non posse abstinere à peccatis. Et quod propter quasdam vehementes passiones, & naturalem cõplexionem, coguntur quodammodo inuiti ad peccandum. Contra quos stat sententia Giraldi Odonis, super tertio Ethicorum, dic. quod nulla naturalis concupiscentia quantumcunque intensa per natiuitatem, vel præxtatem, necessitat vel cogit hominem ad esse malum, & vitiosum inuoluntarie, eo quod per rationem vnusquisque superare potest quascunque passiones, etiam potentissimas inclinantes ad malum. Et hoc probatur auctoritate scripturæ Gen. 4 *Sub te erit appetitus, & tu dominaberis illius.* Et ideo inquit Seneca, ad Lucillum: *Errat, si existimas nobiscum vitia nasci: superuenerunt, ingesta sunt. nulli nos vitio natura conciliat, nos illa integros, ac liberos genuit,* hæc ille. Ideo falsa est sententia Horatij, in sermonibus, sermone. 3. dicentis: *Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis vrgetur.* Ex prædictis ergo patet quod nullus potest excusare peccatum suum ratione complexionis.

Sensualitas non potest cogere rationem ad malum, & est 3. præsuppositum.

QVartum, præsuppositum habetur à Beato Thom. 1. 2. quæstion. 80 articul. 1. & Alexandrum de Ales. vbi supra, & sancto Bonauentu. in 2. distinct. 25. parte 2. articul. 1. q 4. & Richard. ibidem articul. 4. quæstione 1. videlicet, quod licet diabolus possit persuadere peccatum, nõ potest tamen cogere liberum arbitrium hominis ad malum. Non enim esset liberum, si cogi posset, ideo Bernard. in libro de libero arbitrio dicit: *Libertas pro ingenita sui nobilitate nulla potest cogi necessitate.* Sed contra

Obiectio cõtra ista.

contra hoc dicunt quidam, quando aliquis potens, & sapiens prælitur cum debili, & insipiente, profecto vincit; & superat illum. Scriptum est enim in l. 3. in princip. ff. de alienatione. iudic. mut. cau. fa. *Potentioribus pares esse non possumus.* Sed diabolus potentior, & sapientior est homine, & importune eum tentat vt malum faciat, ergo eum coget ad peccandum.

De sapientia enim diaboli loquitur Aug. in libro de natura dæmonum dic. quod habet mille nocendi artes. Quod notatur in c. sciendum 26. q. 4. De potentia autem ipsius dicitur Iob. 41. *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret*, quod Ioannes Apostolus declarauit cum dixit Apocal. 12. *Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam, id est potestatem.* Ad hæc respondetur, quod diabolus non tentat hominem quantum potest, nec quantum scit, nec quantum vult, sed quantum à Deo nobis benigno permittitur. Vnde inquit Paulus 1. Corint. 10. *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis, sed facit cum tentatione proventum, vt possitis sustinere:* Præterea vt inquit Hieronymus, in quadam epistola: *Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem.* Et 15. quæst. 1. inquit Amb. in c. non est. *Non est, quod cuiquam naturam adscribamus errori nostræ voluntati, Nemo enim nostrum cogitur ad peccatum, nisi voluntate propria se deflexerit. Voluntarium sibi seruum diabolus mancipatur. Neminem enim ingo peccatorum astrictum possidet, nisi se prius ære peccatorum vendiderit*, hæc ille. Semel autem diabolus à nobis victus postea non ita fortiter nos tentare præsumet, imo nos super illum potestatem recipiemus. Nam in Portugallia vt legitur in Chronicis ordinis nostri, puella quædam dum sæpius in speculo se contemplaretur, à diabolo est inuasa. Et cum multi serui Dei venissent, & multa remedia facta fuissent vt ejiceretur, & nihil valuissent; interrogatus dæmon, quare expelli non potuisset, respondit? Solus talis frater Minor me expellere potest, quia cum illum de luxuria fortiter tentarem, ab illo victus, & confusus fui. Vocatus igitur ille frater, dæmonem statim expulit. Cum autem postmodum per quædam montium prærupta frater ille iter faceret, apparuit ipsi dæmon ille in specie capræ terribilis aspectus, quem ille spiritu recognoscens inquit: Vade retro satana. Nescis, quia contra me nihil potes? Et plus tibi dico miser, quod locus, quem tu de cœlo cadens amisisti, meus est, quia te superaui in bello, vt habui per reuelationem. scriptum est enim. Deut. 11. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* vbi glossa ait: *Qui dæmonem tentatorem vincit, locum, quem ipse perdidit obtinebit.* Quod audiens diabolus statim disparuit, & amplius ad eum tentandum accedere non præsumpsit. Ad prædicta etiam, quod homo cogi non potest ad peccandum, facit dictum Bernardi in libro de libero arbitrio, qui ait: *Liberum arbitrium est potentissimum sub Deo, & ab aliquo agente creato sui omnino defectum non patitur.*

Responsio.

Exemplum dicta confirmans.

SEquitur ergo ex prædictis quintum præsuppositum, quod habetur ab Alexandro de Ales, in 2. parte summæ, in tractatu. de maio. & per Thom. 1-2. quæst. 74. articul. 1. & in 2. scripto. distinctio. 41. articul. 3. & iterum in quæstionibus disputatis de malo. quæstion. 1. articul. 6. & Richard. in 2. distinctio. 35. articul. 1. quæstio. 2. Et in eodem libro distinctione 41. articul. 2, quæstio. 2. & sanctus Bonauent. in 2. distinctione 34. articul. primo, quæstione secunda, & distinctione. 41. eiusdem libri. articul primo, quæst. secund. Vbi dicunt, quod causa perfectiua, & complectiua peccati nihil aliud est, nisi voluntas nostra. Et ideo inquit Hierony. in quæstionibus ad Heluidiam: *Homines suo arbitrio derelicti sunt, neque enim bonum necessitate faciunt, sed voluntate. Deus enim æqualis cunctos sorte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnusquisque quod vult, siue bonum, siue malum*, hæc ille. Si ergo quæras vnde procedit, quod aliqui sunt boni, aliqui verò mali,

mali, dico quod prouenit ex ſpontanea cuiuſque voluntate. Vnde Ariſtot. 5. Ethi. c. 7. inquit: *Iuſtum operari, omne voluntarium eſt.* Et in 3. Ethicorum cap. 3. dicit: *Virtus voluntaria eſt, & nihilominus & malitia.* & Seneca libro de moribus ait: *Omne peccatum actio eſt voluntaria.* Et idem ad Lucillum ſcribit: *Valentior omni fortuna animus eſt, & in vtranque partem ipſe res ſuas ducit, beatæque, ac miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt.* Et Saluſtius, in Iugurtino dicit: *Dux, atque Imperator vitæ mortaliũ animus eſt.* Tullius quoque in 2. Rheto. nouæ ait: *Voluntatem in omnibus rebus ſpectare conuenit.* Et idem in ſententia habetur. 50. diſtin. c. ſi qua fœmina. Et c. ſi quis. & c. quãtum capit hi qui. & c. ſæpe contingit. Et extra de ſenten. excommunica. cap. cum voluntate. Et C. ad l. Cor. de Sica. l. 1. & ff. de fur. l. qui iniuriæ. in principio. Ideo Auguſt. in libro de libero arbitrio. ait: *Vſque adeo peccatum eſt voluntarium, quod ſi non eſſet voluntarium, nullum eſſet peccatum.* Facit ad hoc. 45. diſtinctio. c. de Iudæis. & 15. quæſtio. 1 c. merito. & c. illa. & c. non eſt. Et 33. q. 5. c. ſicut enim, & 23. quæſt. 4. cap. Nabuchodonoſor. Vnde dicitur: *Vafris iræ nunquã Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum.* His præluppoſitis concludo, quod facile eſt benefacere, & abſtinere à vitijs, cum hæc omnia procedant à noſtra voluntate. Et hæc veritas probatur ratione, quæ dicitur libertatis, ſiue poteſtatis. Nihil enim magis eſt in poteſtate noſtra, quam voluntas noſtra, vt inquit Auguſtinus. in libro de libero arbitrio. & 5. libro de ciuitate Dei. ca. 10. idem ait: *Sunt noſtræ voluntates in nobis, & ipſæ faciunt quicquid volendo facimus, ſiue bonum, ſiue malum.* Eſt ergo in facultate noſtra benefacere ſi volumus. Vnde Dauid Pſalm. 118. inquit: *Anima mea in manibus meis ſemper.* Solũ ergo reſtat vt velimus. Quia vt inquit Auguſtin. in libro de arbitrio. *Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te.* Quod vero facilius ſit bonum agere, quam malum, probatur ratione, quæ dicitur naturalitatis, cuius fundamentum ponit Ariſtot. 3. de regimine principum dic. *Quæ magis naturalia ſunt, magis facilia ſunt ad agendum.* Facilius enim homo incedit, quam retrocedit, Facilius tacet, quam pſallat, quia iſta ſunt magis naturalia ſpeciei humanæ. Cum igitur virtus ſit magis naturalis bonæ rei, quam vitium. ergo naturæ humanæ quæ bona eſt, Geneſis 1. facilius eſt ire per viam virtutis, & bene operari, quam per viam vitiorum, & male agere. Quod autem viuere ſecundum virtutem naturale ſit homini, teſtatur Tullius in libro Tuſculanarum quæſtionum, dicens: *Sunt enim imgenijs noſtris innata ſemina virtutum, quæ ſi liceat ſequi, ipſa ad vitam beatam perducent,* hęc ille. Ad argumenta autem partis contrariæ dico, ſecundum Richardum noſtrum in ſuo quolibet. quod in hoc ſeruanda eſt ſententia Hieronym. dicentis: *Diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.* Quod etiam ponit Auguſt. in capitul. ſi peccauerit. 2. quæſtione prima, & notatur in l. aduerſus. C. de fur. Si enim loquamur de tempore innocentiæ, non eſt dubium, quod facilius erat homini in omnibus virtutibus ſe exercere, quam vnum peccatum committere, quia non habebat aliquod impellens ad malum, nec caro rebellabat ſpiritui, ſed ſubdita erat rationi per iuſtitiam originalem, ſecundum Magiſtrum in 2. diſtinctione 25. Si autem loquamur de tempore naturæ corruptæ per peccatum, dico, quod eſt duplex facilitas, ſcilicet, principij, & ſequelæ, ſiue cõſequentiæ. Quo ad principium. verum eſt quòd aſſueto in peccatis difficilius eſt bene operari, quàm male, & naturæ noſtræ corruptæ facilior eſt via corruptionis, quam integritatis, & incorruptibilitatis. Quò verò ad ſequelam, id eſt poſtquam quis bene agere cœperit, facilior eſt via virtutum, quam vitiorum, & maxime vbi quis bene faciendo aſſuefactus eſt, ſicut teſtatur Hieron. ad Celantiam. Sciendum ergo ſecundum Richardum noſtrum vbi ſupra, quod licet per corruptionem naturæ ab originali peccato ſit homini difficile in principio bene operari, tamen parum peraſſueto facile videtur.

Ad argum. pro contraria opinione

Digitized by Google

videtur esse gaudij, sed mœroris, postea vero fructũ pacatissimum iustitiæ reddet exercitatis per eam. Et Bernard. quadam epistola ait: *Subito procedenti de vmbra ad solem, de otio ad laborem, grane videtur esse quod incipit, sed postquam ab his dissuescere, & ab illa paulisper assuescere cœperit, vsus tollit difficultatem, inuenitque facile, quod difficile ante putauit.* Ideo Saluator noster omnibus Christianis inquit: Matthæ. 11. *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Hæc autem leuitas, & facilitas bene operandi etiam in habente naturam corruptam, & ad malum inclinatam procedit à virtute diuinæ gratiæ, quæ est fortior, quam natura, vt multipliciter probat Ambro. in libro de Sacramentis & in c. re vera. de consecra. distinctio. 1. Sicut enim nauis habens ventũ bene flantem in velis, facillime currit contra impetum aquarum, deorsum currentium, & nauem trahentium naturaliter ad inferiora; sic cum spiritus sancti flatus sufflat in corde alicuius, ipsum per viam virtutum non obstante corruptione, & inclinatione naturæ facit currere sine difficultate. Permaneat ergo vnusquisque in gratia Dei, si vult faciliter bene operari, quia verificabitur in eo illud Esaiæ 4. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient.*

PARS SECVNDA, DE necessitate bonorum operum.

In opera voluntati adiuncta ad salutem sint necessaria. Pro negatiua arguitur

PRO expeditione secundæ partis mouetur quædam pulchra quæstio, scilicet: Vtrum Deus creaturam remuneret sola bona voluntate absque operibus, & si necessaria est bona operatio adiuncta voluntati. Oritur autem ista quæstio auctoritatibus sibi inuicem contrarijs. Primò enim videtur, quod non requirantur bona opera, dicente Bernardo in libro de libero arbitrio: *Intentio sufficit ad meritum, bona actio requiritur ad exemplum.* Ergo videtur, quod quantum ad meritum vitæ æternæ non sit necessaria bonitas actionis. Voluntas enim pro facto recto reputatur, vt in capitul. homicidiorum & capit. omnis. & cap. nunquid, & capitul. noli. & capitul. homicidium & capitul. si propterea. de pœnitent. distinctione prima. Item super Psalmo, *Dixi confitebor.* & c. dicit gloss. *Votum pro operatione reputatur.* Cõfirmat hoc Gregorius in Homilia super Matthæum, dicens: *Nunquam est vacua manus a munere, cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate.* Præterea in capitul. cum voluntate de sententia excommunicatio. dicitur: *Amplius respicit Deus ad spontaneam voluntatem, quam ad actum.* Facit ad hoc. 9. quæstio. sexta capitul. vlti. & 15. quæstion. 6. capitul. primo, & 22. quæstion. quinta capitul. qui periurare. vbi dicitur: *Deus ex operibus non iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.* Et 14. quæstion. quint. capitul. si quid, dicitur: *Deus cor interrogat, non manum.* Facit ad hoc 24. quæstio. prima, capitul. odij. Et 22. quæstio. secund. capitul. re vera, & 42. distinctio. capitul. quiescamus. & de pœniten. di. 1. capit. periculose, & c. in quocunque. & c. conuertimini. vbi dicitur: *Voluntas pro facto reputatur.* Sed in contrarium inducí possunt aliorum dicta doctorum. Primo Ambro. in libro de officijs, transumptiue. 86. distinctio. capitul. non satis vbi dicitur: *Non satis est bene velle, nisi sit etiam bene facere,* & Iacob: 2. *Fides sine operibus mortua est.* & Ioannis, ac Marc. 3. & Matth. 7. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* & 2. ad Thess. 3. reprehendit Apostolus nihil operantes, & 2. Pet. 1. dicitur: *Sapienter agite, vt per bona opera vestra certam vocationem, & electionem faciatis.* Ex quibus omnibus videtur concludi, necessaria esse opera cum bona voluntate ad meritum vitæ æternæ. Ad hanc quæstionem respondeo secundum Alexandrum de Ales. in 2. parte summæ & sanctum Bonauentur. in 2. distin. 40. art. 1. q. 3. q duobus modis loqui possumus de operibus bonis, aut de illis quæ sunt obligationis.

Ad oppositum.

Digitized by Google

gationis: De primis dico voluntatem bonam non esse sine aliquo merito, etiam si sit facultas ad operandum. Si vero non sit facultas, sed impossibilitas, tantum meretur bona voluntas, quantum si ei iuncta esset bona operatio. Et hoc est verum de præmio essentiali, non tamen accidentali. Nam si mulier nupta desideret esse virgo, & virginitatem seruare, quamuis illud desiderium præmietur præmio essentiali, non tamen accidentali, scilicet, aureola quæ datur virginibus. Similiter dici potest de martyrio, & de alijs operibus supererogationis. De illis verò operibus, quę sunt de obligatione, dicendum est, quod aut ille, qui habet intentionem, habet & facultatem bene operandi, aut non. Si non habet facultatem, sed bonam voluntatem, & rectam intentionem, tunc plenitudo sola voluntatis sufficit ei ad meritum vitæ æternæ absque exteriori opere. Et sic habent intelligi omnes illæ auctoritates ad primam partem. Si autem adsit facultas, voluntas, & potestas, intentio non potest sufficere ad meritum absque opere. Vnde Hieronymus ad Eustochium ait: *Aeterna vita non nisi per diuinorum mandatorum obseruationem acquiritur.* Vt enim inquit Aristot. in 2. Ethicor. *Ad perfectionem virtutis tria requiruntur, scilicet, scire, velle, & operari.* Dionysius in libro de mystica Theologia ait: Quod perfectio totius Theologiæ est praxis, id est operatio. Ideò Augustinus, in sermone de dedicatione templi dicit: *Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris, ac vectibus, vitæ ianua claditur, tam bonis operibus aperitur.* Et 1. Ioan. 3. dicitur: *Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.*

Duplici ratione debemus super bonis operibus insudare.

NEcessarium ergo est semper bonis operibus insudare. Et hoc duplici ratione: Prima dicitur fortificationis. Fundamentum huius ponitur. in l. si vnus §. pactus ne peteret. ver. quod etiam in specie. ff. de pac. l. quod vnaquæque res de facili reuertitur ad naturam suam. Quod etiam notatur in l. fi. ff. quibus modi. vel hypo. sol. Exemplum huius habemus in aqua, cui si ponatur obstaculum ne possit ire per viam solitam, de facili paruo facto foramine reuertitur ad consuetum cursum. Sed quilibet est pronus ad malum omni tempore. Genesis 8. & omnes communiter declinant potius ad malum, quàm ad bonum. Iuxta illud Psalm. *Omnes declinauerunt*, &c. Cursus autem naturæ nostræ impeditur à nobis ex continua carnis mortificatione, & quotidiano feruore vt ait Gregor. in quadam homilia, nec virginis nec martyris, & fuit sententia beati Patris nostri Francisci, vt habetur in legenda maiori, parte 5. Vnde dicitur Prouerb. 12. *Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet.* Et Ecclesiast. 33. *Iugum, & lorum curuant collum durum, & seruum pigrum inclinant operationes assiduæ.* Vnde quidam versificator ait: *Continuus patiens noctuque dieque labores, Fit sanctus scelerum qui prius auctor erat. Nam nec rudi, & modico macerat dum viscera victu, Spiritui subdit se furibunda caro.* Ex prædictis ergo sequitur, quod si cessauerimus à feruore, & vacauerimus ab otio, statim ad vomitum reuertemur, sicut qui vadit contra aquam vigore remorum, si cessauerit remigare, aqua eum reducet inferius, & forte magis quam ante erat. Vnde Hieron. ad Rusticum monachum ait: *In desiderijs est omnis otiosus*, & Isidorus in synonym. dicit: *Grauis libido vrit, quem otiosum inuenit.* Vnde Aug. ad Eremitas dicit: *Vigilate igitur fratres, otiositatem in cunctis deponentes. Quid enim est otium vitabilius, nisi hominis sepultura? Per otiositatem enim Eremum sæpe tentamur exire, per hanc attendimus sæpe ad luxuriam, per hanc animamur ad lasciuiam, per hanc ducimur ad mundi gloriam, per hanc tentamur delicate pasci, per hanc suffocamur pretiosè vestiri, per hanc ad superfluam dormitionem trahimur, per hanc ad secularia verba ducimur libenter audire. Hæc est illa pestis verè pessima, quæ frequenter sanctorum conuentus destruxit, parens in eis luxuriam, nutriens gulam, seminans inter eos zizaniam generans inter eos homicidia, & omnia quæ sunt opera carnis. Nunquam cuius cælorum erit, qui otiositatem amauerit. Et ideo ô frater qui Eremum habitas, si vis perfectus esse, fuge otium, hæc*

Digitized by Google

ille. Hisboseth enim dormiens fuit occisus. 2. Reg. 12. *Dormientibus hominibus inimicus superseminauit zizaniam.* Matth. 20. Et seruus piger reprehensus est à Domino de non operato talento, & condemnatus est Matthæ. 25. Christus redarguit otiosos. Matth. 20. Ideò otiosi non merētur à Deo adiuuari. Patuit exemplum de quodam rustico cuius asinus ceciderat in foueam luto plenam. Transiens autem quidam nobilis miles compassione motus, voluit subleuare asinum illius, ipse vero rusticus stabat manibus iunctis, aspiciens quomodo bene ageret. Quod cernens ille miles indignatus dixit: Rusticane, ego volo adiuuare te, & tu non vis paululum extendere manum ad subleuandum tuum asinum: & sic discessit non præstans amplius illi auxilium. Et ita facit Deus si videt nos negligentes in factis nostris, & in bonis operationibus.

m cō-
qui
acat,
2. ra
ducens
ifudan-
s bonis
eribus.

SEcunda ratio quare non debemus vacare otio sed semper aliquid boni agere, dicitur commissionis. Furtum enim committimus, quoties re nobis concessa aliter vtimur, quam vtendam accepimus. §. itaque, & §. placuit. Instit. de obligat. quæ ex de. nasc. Sed Deus nobis dedit corpus & animam, vt bonum faceremus. Genesis 2. ibi. *vt operaretur & custodiret illum.* & 3. capi. dixit Deus homini. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Item dedit nobis tempus ad acquirendam vitam æternam. Cum ergo stamus otiosi, & voluptatibus huius mundi vacamus, furtum committimus in corpore, quod est pretiosius cunctis operibus terrenis. l. 2. ff. ad l. Rhodiam. de iact. & l. penulti. ff. si quadrup. pau. fe. dic. Item in anima quæ est pretiosior corpore ca. cum infirmitas. de pœnitent. & remis. Item in tempore, quod secundum Bernard. non recipit æstimationem. De quo etiam inquit Seneca ad Lucillum: *Nullius rei maior est penuria, quam temporis.* Quanto ergo res in quibus furtum committitur, sunt maioris precij, tantò maius est furtum, argumento. in §. atrox. instit. de iniurijs. Cum ergo fur rerum temporalium suspendatur, quid faciendum est de tanto fure? Ideò Iacob. 4, dicitur: *Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi.* Ea propter Paulus manibus proprijs labòrabat, Actuum 18, vt vitaret otium. Quæ omnia considerans Augustinus ad Eremitas dicit: *Age igitur frater quod bonum est, fuge otium quia mors est. Aperi oculos mentis, & corporis, videbisque singulas creaturas ad officia singula deputatas nunquam otiari. Ecce enim sol cursum anni perficit. Luna etiam per menses, & vicissitud nes discurrit, & cæteræ stellæ. Omnia enim creata, sibi deputata officia, quiete exercent. Nonne animalia bruta ad suæ naturæ industriam otium fugiunt? Nonne, & semper laborant, vt conseruentur in esse? Nunquid in suis necessitatibus deficere, & pigre cere ea videmus? absit. Omnia enim sub obedientia sunt, omnia agunt quæ agere debent. Solus miser homo accidia soporatus, ab officio frequenter recedit, & Dei imaginem in se deturpans in accidia perseuerat. Erubesce ô Christiane & abscende te à facie Saluatoris tui, qui immensis insipientiæ & formicis hodie factus esse comprobaris. Vade enim ad formicam ô piger, & considera semitas eius, quæ cum præceptorem non habeat tanquam sollicita de salute sua, in æstate grana colligere non desistit, quibus viuere possit in hyeme.* Formicarum ergo conditiones attendere debemus, & eas summopere imitari. Laborare enim sine intermissione debemus, vt fructum bonorum operum acquiramus in ætate præsentis vitæ tam mirifice, & glorioſe laborando, vt tempore hyemali, tēpore frigoris, & iudicij non pereamus, sed bonis operibus ornati, æternaliter reficiamur in patria.

AD confirmationem autem prædictorum dico, quod licet vnus solus tantum esset saluandus, quisque debet pro posse totis viribus conari sic virtuoſe viuere, vt ipse mereatur esse ille saluādus, quod probatur dicto Pauli. 1. ad Cor. 9. dicentis: *Fratres: nescitis, quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.* Si ergo illi, qui currūt ad brauiū, licet sciāt pro certo, quod vni soli dabitur, tamen

Digitized by Google

tamen non ceſſant currere, ſed ſperat vnuſquiſque ſe eſſe illum, qui palmam conſequetur; quanto magis debet vnuſquiſque inſudare, vt brauiũ ſempiternæ gloriæ conſequatur? Et ideo ſubiungit Apoſtolus. vbi ſupra: *Sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in Agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos vero incorruptam.*

Multi à diabolo decipiuntur, & ideo ſe obſtinatione præcipitãt.

SEd heu quam multi ſunt à diabolo decepti, qui videntes ſe in peccatis inuolutos, tanquam deſperati dicunt: Poſtquã omnino damnabimur, dimittamus aliquid boni facere. Quid enim valet noſtra confeſſio? quid proderit bona operatio? Poſtquam ergo amittemus bona futuri ſæculi, ſaltem præſentibus perfruamur; & peccata peccatis addamus, quia omnino diaboli ſumus. O error iniquiſſime, ô peſſima opinio, ô deceptio ſatanica, quantos in inferni profundum demergis? Et ideo vt hæc maledicta obſtinatio de cordibus eorũ tollatur, propono hãc cõcluſionem, quòd ſi quis in hac vita adhuc decem millibus annis viuere deberet, eſſetque certificatus ab Angelo, vel à Deo quod omnino damnabitur; & committendo vnum peccatum mortale poſſet conſequi omnes mundi theſauros, omniaque bona, ac delectamẽta, habiturus ea pro toto tempore vitæ ſuæ, nõ deberet dictum peccatum perpetrare. Ait enim Chryſ. in lib. de reparatione lapſi: *Centũ ſi placet, annos delicijs demus, adde, & alios centum, ſi placet, adde & decies centies millies centum, quæ erit ex his quæſo ad æternitatem comparatio? Nonne omne tempus vitæ huius labilis, quo delicijs frui videmur, & indulgere libidini quaſi noctis vnius ſomnium ad æternitatis comparationẽ videtur? Quis verò tam amens, quiſue tam imprudens erit, qui vt vnius noctis delectabile capiat ſomnium, æternam eligat amittere gloriam, vel æternas eligat ſubire pœnas.* hæc ille. Et ideo inquit Salomon, Eccle. 11. *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis futuri, quod cum venerit, vanitatis arguentur omnia præterita.* Et Eccle. 21. dicit Sapiens: *Fili peccaſti, ne addijcias iterum, ſed de priſtinis deprecare vt tibi peccata ſoluantur.* Et eiuſdem libri 4. etiam dicitur: *Corſapiens abſtinebit à peccatis, ne in nouiſſimo duriora patiatur.* Ex prædictis igitur patet, quod nullus quantumcunque damnandus, debet addere peccatum peccato, ne grauiores pœnas æternaliter patiatur in inferno, & quanto profundius, tanto maiorem gloriam amittens magis elongetur à beatorum conſortio. Inquit quoque Hieronym. ſuper illa verba Saluatoris Matth. 16. *Quid prodeſt homini &c. Si haberes omnem ſapientiam Salomonis, & omnem fortitudinem Samſonis, omnesque diuitias Craſſi, & longitudinem vitæ Enoch, ſi denique omnem haberes poteſtatem Octauiani, quid tibi prodeſſent hæc omnia, cum in fine caro tua danda ſit vermibus, & anima ſit cum dæmonibus, & diuite epulone in æternum, & ſine fine cruciandã?* Chryſoſtom. etiam in ſententijs ſuis dicit: *Omnis rationalis cogitatio, die noctuque, alijs à ſe reiectis inceſſanter verſari debet circa tempora æternitatis, ſine felicia futura ſint, ſine triſtabilia,* hæc ille.

Quilibet etiam damnãdus bene operari tenetur. quod aliquibus rationibus oſtenditur.

QVod autem quilibet etiam damnandus, teneatur bene operari, probatur aliquibus rationibus, quarum prima dicitur gratificationis. Nullus enim eſt in hac vita adultus, qui multa bona à DEO non ſuſceperit ſiue temporalia, ſiue ſpiritualia, vel corporalia, pro quorum recompenſatione tenetur cauere ab omni eius offenſione, & aliquid boni facere ratione gratitudinis. Nam cum dicitur in c. cum in officijs. de teſta. *In officijs charitatis illis primũ tenemur obnoxij, à quibus maius nos beneficium cognoſcimus ſuſcepiſſe.* Et philoſophus 5. Ethicorum. dicit: *Reſamulari oportet ei, qui gratiam fecit, & rurſum ipſum incipere.* Ex quo dicto patet quare beneficiatus debet recompenſare aliquid pro beneficijs acceptis, ſcilicet quia ipſa recompẽſatio eſt valde grata ipſi benefactori, & etiam inductiua, vt alia beneficia impẽdat. Vnde Ber. ait: *Gratitudo eſt virtus Deo, & hominibus plurimum grata, quæ beneficia recepta cognoſcit, & gratias danti reddit, & vicem toto poſſe rependit.* & Caſſiod. ſuper Pſam.

Digitized by Google

inquit: *Meliora meretur suscipere, qui de minoribus collatis gratus extiterit. Indignus verò est de dãdis, qui de datis reperitur ingratus.*

Septẽ beneficia, quæ omnibus tã reprobis, quã electis cõmuniter impendit Deus.

SEptem autem sunt inter alia beneficia Dei, quæ omnibus tam reprobis, & dãnandis, quàm etiam electis communiter impendit. Primum est creationis, quia hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit. Genes. 1. Et ipse omnibus essentiam tribuit, vt etiam testatur philosophus. 1. de Cœlo, & mundo. Secundum beneficium est communicationis. Nam Deus à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum dicẽditIac. 1. etiam reprobis, & præscitis, ac damnandis communicat beneficia corporum cœlestium, & quatuor elementorum, s. terræ cũ fructibus, animalibus, & thesauris suis, maris & fluminum cũ piscibus, aëris cum auibus, atque ignis cum effectu suo. Teq́, ô peccator ipse Deus cũ tota familia tua pascit, vestit, & nutrit. De quo Psalmista ait: *Qui dat escam omni carni.* De cuius etiam benignitate erga hominẽ admirans idem Propheta inquit ipsi Deo, Psal. 8. *Quid est homo quod memores eius, aut filius hominis, quia visitas eum? Minuisti eũ paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersos, insuper & pecora campi.* &c. Tertium beneficium dicitur traditionis. Nãne Angelus satanæ in vtero matris, vel extra vterũ te suffocaret, cœlestem Angelum ad tui custodiam deputauit vsque ad mortẽ. Vnde prophera Psalm. 90. inquit: *Angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibus viis tuis.* Quartum beneficium dicitur cõfessionis. Ecce enim quod Deus sua clemẽtia dedit, & dat tibi tot dies, hebdomadas, menses, & annos, in quibus potuisti, & vales promereri vitam æternam, cuius temporis tanta est pretiositas, quòd vna eius vncia emi non posset cum toto thesauro mũdi. Nam in momẽto temporis posset quis facere sic bonum cogitatum ad Deum per amorem, & desiderium, quod mereretur æternam gloriam. Et idco, Eccl. 4. di. *Fili conserua tempus, & dẽuita à malo.* Sed heu, qa de multis dici potest illud Iob 24. *Dedit illi tempus pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia.* Quintum beneficium dicitur collocationis. Cum.n. te nasci posset facere de Sarraceno, & Sarratena, sua benignitate fecit nasci de Christianis, & inter Christianos educari, & baptizari, ac recipere gratiam spiritus sancti, dicente Apostolo, ad Ro. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui datus est vobis.* Itẽ licet tu sis ingratus spiritui sancto, tñ iugiter te vocat, & inspirat ad bonum. Vnde Apoc. 3. inquit: *Ego sto ad ostiũ, & pulso,* & Matt. 5. ait Saluator: *Pater meus cœlestis solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Quæ verba non solum intelligi pñt de sole, & pluuia materiali, sed etiam de sole radiãtis inspirationis suæ, & de pluuia gratiæ. Sextum beneficiũ dicitur redemptionis. Aequaliter enim Dei filius per mortem, & passionem suam quantum in se fuit, omnes bonos, malosq́ redemit. Quia pro salute totius humani generis sanguinem suũ fudit. Vnde Apoc. 1. dicitur: *Ipse dilexit nos, & lauit à peccatis nostris in sanguine suo.* Et ad Ro. 5. *Cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Et ibidem: *Cũ adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij sui.* Et ad Ro. 8. *Qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Septimũ beneficium dicitur beatificationis. Nam Deus tam malos, quàm bonos ad finẽ beatitudinis creauit, & voluntate antecedẽte vult omnes homines saluos fieri. Et Bernar. ait: *Nunquam creatus essem, nec ego, nec quisquam aliud, nisi Deus ad beatitudinem suam me creasset.* Propter prædicta igitur beneficia, & multa alia, vt quia fecit eum creaturam rationalem, non autem bestiam, vel lapidem, tenetur quisque etiam præscitus, & damnandus DEO gratias referre, & ad honorem eius in aliquam recompensationem bene operari, vt dicit beatus Thom. 2. 2. quæstio. 106. artic. 3. vbi ait. quod omnis effectus ad suam causam naturaliter conuertitur. Et ideo talis ordo requirit, vt ille, qui suscepit beneficium præcipue à Deo, per gratiarum recõpensa-

penſationem, conuertatur ad ſuum benefactorem ſecundum modum vtriuſque. In Deo enim principaliter inuenitur cauſa debiti, eo quòd ipſe eſt principiũ omnium bonorum noſtrorum, à quo omnia ſubſequenter bona deriuantur. Vnde philoſophus 1. Topicor. inquit: *Deum virum venerari oporteat, ſi quis dubitat, indiget pœna: ſicut ſi quis dubitat virum nix ſit alba, indiget ſenſu.*

Virtute ſulgentes homines ab omnibus diliguntur, licet mali.

SEcunda ratio dicitur exemplificationis, quam tangit Gregor. in mora. di. *Non mediocriter laudabile eſt, etiam malis inter bonos nonnullis fulgere virtutibus.* Ait enim philoſophus 1. Ethicorum: *Virtus eſt finis, propter quem honor, & laus.* Et ideo Tullius in Philip. *Breue à natura nobis data eſt vita, ſed memoria bene actæ vitæ ſempiterna eſt, quæ ſi non eſſet longior, quàm hæc vita, quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus, & periculis ad ſummam laudem gloriamque contenderet?* hæc ille. Qui etiam in libro de amicitia, ſcribit: *Nihil eſt in hac vita virtute amabilius. Nihil quod magis alliciat ad diligendum, quippe qui propter probitatem vitæ, etiam quos nunquam vidimus diligimus.* Et in libro de natura deorum, etiam ait: *Nihil eſt virtute amabilius, quam qui adeptus fuerit, vbicunque gentium erit, à nobis diligitur.* Et ſupradicta patent de philoſophis moralibus, licet infidelibus, qui vſque in hodiernum diem quantum ad ipſas virtutes morales, laudantur, & commendantur, atque diliguntur, ac per vniuerſum orbem nominantur. Sicut etiam viuentes in honore habebantur. Econtra verò eſt de malis, & dantibus malum exemplum, qui in vita, & poſt mortem ſunt infames, & ab omnibus vituperantur, & deteſtantur. Et ideo inquit Sapiens. Eccleſiaſt. 41. *Curam habe de bono nomine, hoc enim tibi magis proderit, quàm theſauri multi, & innumerabiles.* Multas alias rationes aſſignare poſſum, quare etiam præſcitus, & damnandus debeat bene operari, quæ patere poſſunt ex dicendis in parte ſequenti huius ſermonis.

EX prædictis autem arguere poſſumus, quòd multo magis electus, & prædeſtinatus tenetur toto tempore vitæ ſuæ bene operari, & malum deteſtari, licet per diuinam reuelationem fuiſſet certificatus quòd ſaluabitur, quia ſecundum omnes Theologos, in primo, diſtinctione 41. non ſolum finis vltimus cadit ſub electione, & prædeſtinatione, ſed inſuper cadit medium à Deo præordinatum quo perueniatur ad illum finem. Et ideo Franciſcus de Mayro. in ſuo conflatili, in prædicta di. quæſtio. prima, inquit: *Cum quærit aliquis, & interrogat di. Si ſum prædeſtinatus, & ex hoc Deus præuidet me ſaluandum, quare ergo oportet me laborare in bono opere, cum finaliter ſaluari debeam, ex quo Deus ab æterno ſic præuidit? Ad hoc reſpondeo quadrupliciter. Primo modo ſic. Nam licet Deus non poſſet aliter facere, ita quòd neceſſario ſaluaret eum, tamen ex quo Deus illum gratis ab æterno præordinauit ad gloriam, tanto magis debet conari ad complacendum ſibi pro gratitudine. Secundo reſpondeo ſic. Nam Deus non neceſſario determinauit ad ſaluandum, nec neceſſario ſtat in illa determinatione, quin poſſet velle oppoſitum ſi facias malum. Tertio reſpondeo, quòd ſcientia Dei de futuris contingentibus non eſt ita determinata, ſicut eſt de neceſſarijs, ſed eſt conditionata. Sicut omnes promiſſiones ad Abraham, & ad Dauid fuerunt conditionatæ. Quarto reſpondeo, quòd ſicut Deus præcognouit iſtius ſaluationem, ita etiam præcognouit omnes actus virtuoſos, & meritorios, quibus ſaluabitur, & conatus, quibus conabitur*, hæc ille. Prædicta verò probantur ſimilitudine. Clarum eſt enim, quòd DEVS ab æterno præuidit numerum annorum, menſium, & dierum cuiuslibet hominis quo viuere debet. Iuxta illud Iob. 14. *Numerus menſium eius apud te eſt, conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Et tamen ſic præuidit Deus conditionaliter, quòd ſi quis diceret, ego nolo comedere, bibere, nec dormire, nec nociua corpori, vitæ præcauere, & ita faceret, certè talis non viueret vſque ad præfixũ terminum, ſed potius moreretur: & ideo ſicut corporalis vita includit comeſtionẽ de neceſſitate ſecundũ naturã, dicen-

Prædeſtinatus toto vitæ ſuæ curriculo eo magis bene operari tenetur, & malum deteſtari.

Digitized by Google

dicente Philo. 1. de generatione : *Omne animal quamdiu viuit, indiget alimento conuenienti suæ naturæ, ad hoc vt viuat.* Sic æterna vita respectu nostri & etiam diuini ordinis de necessitate includit virtuosam operationem. Præterea nonne stultus esset infirmus, qui diceret, volo comedere, & bibere quod mihi placuerit, quia si sanari debeo, sanabor, & si mori debeo, moriar? Certum est quod sic. Cum Deus ordinauerit medicinas ad recuperandam sanitatem, aliter sequeretur, quòd inutiles essent medicinæ, & etiam medici, cõtra quod dicitur, Eccle. 38. *Honora medicũ, propter necessitatem enim illum creauit altissimus. A Deo enim est omnis medela. Nam altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam,* hæc ibi. Et ideo similiter est dicendum de medicina pœnitentiæ, quam Deus ordinauit ad purganda peccata. Et propterea dicitur, Luc. 13. *Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis.* Item Deus prouidit, quòd vinea tua latura est vinum, & ager tuus frumentũm in abundantia, & tamen si nec vinea, nec ager cultiuaretur, ac ordinaretur, nullam vel modicam collectam faceres vini, vel frumenti. Quia ergo vt dicit beatus Thom. in prima parte summæ. quæstio. 22. *Deus non solum producit res in esse, & debitum finem, sed etiã præordinauit quomodo vnumquodque perueniat per debita media ad debitum finem;* ideo sicut infirmus cupiens peroptatum finem sanitatis recipere, debet prius sirupos, & medicinas proportionatas recipere: & similiter volens ex vinea, vel agro fructus colligere, debet prius vineam, & agrum bene cultiuare. Sic & in proposito de salute animæ, & fructu vitæ æternæ capessendo est dicendum. Præterea prævidit Deus abæterno, quòd talis dominus est habiturus victoriam de hostibus, si bene dimicauerit. Posito autem casu, quòd talis non pugnaret, nec hosti resistentiam faceret, vel inermis contra ipsum accederet, certum est, quod penitus succumberet. Et similiter dicendũ est de homine, qui si viriliter pugnauerit cum hostibus spiritualibus, secundum Dei præuisionem victoriam obtinebit, iuxta promissionem Ecclesiæ dicẽtis, in officio Apostolorum : *Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum.* Sed tamen si non pugnauerit, non recipiet coronam, di. Apostolo. 2. ad Tim. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Præterea licet Deus præuiderit filium tuum fieri bonum legistã, vel canonistam, siue medicum, ordinauit tamen quod tales scientias acquirat mediante sollicitudine studij per multos annos. Et similiter licet Deus præuiderit, & decreuerit aliquem debere saluari, ordinauit tamen, quòd potentiæ ipsius tam rationales, quàm sensitiuę sint sollicitæ ad acquirendam salutem æternam, mediantibus virtuosis operationibus. Et ideo dicitur, 2. Petri. 1. *Satagite fratres, vt per bona opera vestra certam vocationem & electionẽ vestram faciatis.*

Quicquid in suo genere est imperfectum, appetit perfectionem, & ex hoc fundamento prædicta confirmantur.

PRædicta etiam probari possunt ratione, quæ dicitur perfectionis. Cuius fundamentum ponit philosophus. 1. Phydi. *Vnaquæque res hunc ordinem sumpsit à natura, vt quicquid imperfectum est, in suo genere appetat perfici.* Et in eodem lib. etiam ait: *Materia quamuis vna forma informata sit, semper tamen in aliam tendit perfectionem, & appetit eam non propter corruptionem formæ sub qua est, sed vt magis perficiatur.* Vnde quando est sub forma embryonis, vlterius aliam formam appetit, & sic successiue. Et sic appetitus est ratione maioris perfectionis. Hoc etiam patet de intellectu humano, quia cum est informatus vna veritate, & vno habitu scientiæ, naturaliter appetit perfici alia scientia perfectiori, & non quiescit sub vna speculatione, sed vlterius tendit ad alias speculationes vt magis perficiatur: & ideo concludendum est, quòd à fortiori hic appetitus debet esse in anima rationali, & præcipue à Deo electa respectu virtutum. Nam vt dicitur. 2. Ethicor. *Virtus est quidam habitus, seu bona qualitas mentis, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit,* & ideo quilibet debet semper procedere de bono in melius,

Digitized by Google

lius, & multiplicare in virtutibus. Iuxta illud, Psalm. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.* Vnde Prouerb. 5. dicitur: *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Quanto enim quisque plura bona opera fecerit, tãto in cælesti palatio maiori gloria fulgebit, dicente Gregor. *Sicut in electis in hac vita fuit discretio operum, ita in alia vita proculdubio erit discretio præmiorum. Et sicut hic alius alium virtuosa operatione transcendit, ita illis alius alium glorificatione præcedit.*

Peccator si pœniteat, et vsque in finem in bonis operib. perseueret, saluabitur.

PRo conclusione autem huius partis dico, quod si quis semper peccasset, & nunquam aliquid boni fecisset, si incipit bene agere, & pœnitere, vt vsq; in finem in bonis operibus perseueret, saluabitur, & in libro vitæ scribetur, à quo fuerat per peccatum deletus, quia Ezechiel. 33. inquit, *Deus: Si dixero impio, morte morieris, ille autem egerit pœnitentiam de peccato suo, feceritque iudicium, & iustitiam, vita vivet, & non morietur, & omnia peccata, quæ fecit, nõ imputabuntur ei.* Et ideo Salomon Prou. 3. hortatur dicens: *Bene fac semper, & inuenies gratiam, & gloriam coram Deo.*

PARS TERTIA, DE fructificatione bonorum operum.

Vtile est, semper aliquid boni facere.

TErtio videndum est de bonorum operum fructificatione. Quantum enim sit vtile semper aliquid boni facere, patet discurrendo dicta sanctorum. Per hoc enim quis acquirit gratiam Dei, vnde Act. 14. dicitur: *Acceptus est Deo quicunque iustitiam operatur.* Per hoc vitia carnis debellantur, vnde Isidorus, in Synonyma, ait: *Cedet autem libido rebus, cedet operi, cedet industriæ, & labori,* & Ouidius, in 2. de remedio amoris: *Otia si tollas, periêre cupidinis arcus.* Ideo Augustin. ad eremitas, dicit: *Vos fratres, meos semper occupatos esse desidero, vt bravium salutis per gratiam Dei recipere mereamini,* & idem Augst. ait: *Non facile mẽs capitur à tentatione, quæ semper bono vacat exercitio,* & Prouer. 12. ait Sapiens: *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus,* & Hieronym. super Esaiam, dicit: *Sudore enim & labore nimio ad vbertatem fructuum peruenimus.* Non solùm autem spiritualem fructum affert boni operis exercitatio, sed etiam corporalem, vnde Fulgentius ait, quia quidam Sapiens interrogatus sic respondit: *Honestus labor humanæ vitæ fida est custodia, dormientis naturæ stimulus, sopiti caloris lima, superfluitatis consumptio, vitiorum fuga, morborum mors, languoris medicina, lucrum operis, inuentutis debitum, adolescentiæ disciplina, senectutis gaudium, salutis adiutorium, nutricis omnium malorum, otij est inimicus. Ille autem solus ab exercitio se subtrahit, qui felicitatis gaudio carere desiderat.*

Nullus debet à bonis operibus desicere, licet sit in peccato mortali, propter multas vtilitates quarum prima dicitur delectationis.

SCiendum tamen quod ad vitam æternam consequendam non prosunt opera facta in peccato mortali, cum sit sine charitate, vt inquit Greg. in quadam homilia. & melius Paulus 1. Cor. 13. Et ad hoc facit textus in cap. vide. & in c. teneamus 1. q. 1. Verumtamen quia inquit Augst. in libr. de libero arbitrio: *Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum.* Ideo licet quis sit in peccato mortali, & sciret, se esse damnandum, non debet cessare à bonis operibus, vt ieiunare, orare, visitare Ecclesias, facere eleemosynas, & huiusmodi. Non enim quisquam laborabit benefaciẽdo, etiam in peccato mortali, qui non recipiat mercedem suam. Assignat autem Alexand. de Ales, in 4. parte summæ, nouem vtilitates boni facti, etiam in peccato mortali. Prima dicitur delectationis, & iucunditatis mentis. Ait enim Aristo. 4. Ethic. *Nullus est qui non gaudeat bonis operationibus,* & 2. Rhetor. *Benefacere, & bene pati delectabilissimum est secundum naturam,* & 9. Ethi. *Boni operatio studiosa delectabilis est secundum seipsam,* & Tullius in libr. de senectute, ait: *Conscientia bene actæ vitæ, multorumque beneficiorum recordatio iucundissima est.* Seneca quoque ad Lucillum, scribit: *Rerum beneficiarum pretium in ipsis est, quod est mentis lætitia,* & Bern. ait: *Delectationes non perdimus cum honestè viuimus, sed mutamus à corpore ad animam, & à sensibus ad conscientiam.* Et Augst. dicit:

Digitized by Google

dium virtutis est, velut fons gaudij in domo pro-[creatione] nascens. Econtra vero est de mala operatione, vt enim inquit Philoso. 5. Polit. *Oppositorum appositi sunt effectus.* Et ideo sicut mulier pariens filium pulchrum, cum integritate membrorũ, cum videt eum natũ, gaudet, *& non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Ioann. 16. Quando verò parit horribilem, & monstruosum, fœdum, vt bustonem, seu massam carnis, magnam tristitiam sumit. Sic à fortiori quælibet anima parturiens actum virtuosum, ineffabilem lætitiam suscipit. Et de hoc exponi potest illud, Cant. 4. *Hortus conclusus*, scilicet conscientiæ, *emissiones tuæ paradisus.* E contra autem parturiens malum actum peccati, contristatur, vnde Boetius inquit: *Nunquam sine pœna sunt vitia, nunquam sine gaudio, & præmio sunt virtutes*, & Philosophus. 9. Ethi. dicit: *Virtuosus his, quæ sunt secundum virtutem, actionibus suis gaudet; his autem quæ sunt secundum malitiam contristatur, sicut musicus in bonis melodijs delectatur, in pravis autem contristatur.* Et 10. Ethi. de bona operatione ait: *Delectatio naturaliter sequitur operationem, & ad invicem videntur coniungi, & separationem non recipere.* De mala verò inquit 9. Meta. *Malum semper subsequitur pœna.* Bern. autem dicit: *Sicut gladius, & sagitta humano corpori infixa cõtinuum dolorem exhibent, sic peccatum infixum humano cordi iugiter illud excruciat.* Et ideo Hierem. 9. ait Deus: *Cibabo populũ istum absinthio, quia peccauit in me, & dabo ei potum aquam fellis.* Sicut igitur pictor de turpi imagine à se facta contristatur, & è contrario gaudet de formosa: Sic homo cõtristatur de operatione vitiosa, turpi & abominabili, & lætatur de virtuosa & bona,

2. *Vtilitas non cessantis à bono opere.*

SEcunda vtilitas dicitur satisfactionis. Propter opus enim bonum, etiam in mortali peccato factum satisfit præceptis Dei, & Ecclesiæ, & inobedientiæ peccatũ vitatur. Nam si quis in peccato mortali existens tenetur officium diuinũ dicere, si illud omittit, aliud mortale peccatum cõmittit, si verò persoluit, satisfacit præcepto. Et idem est de laicis obligatis audire missam diebus festiuis, & sic de similibus, secundum Thom. in 4. dist. 15.

3. *Vtilitas.*

TErtia vtilitas dicitur diminutionis. Merentur enim peccatores quandoq; non solùm puniri æternaliter, sed etiam temporaliter flagellari, sed propter bona, quæ faciunt Deus temporalis pœnæ mitigat seueritatem Quid enim putamus facturum Deum Sodomitis, vsurarijs, & sacrilegis, homicidis, blasphemis, & cæteris sceleratissimis hominibus, nisi facerent aliqua bona? Profecto exterminaret eos de terra potentissimus Deus, sed eos suffert, eos tolerat, eisq; multa mala, quæ in præsenti vita merentur, suspendit. Ideo quãtò magis quis est in peccatis inuolutus, tanto magis debet semper facere aliquod bonum, vt sic saltem vitare possit terribilia Dei iudicia. Ait enim Deus. Leuit. 26. *Si non audieritis me, scilicet aliquod bonum facièdo, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos incedam, & percutiam septies propter peccata vestra, & ad paucitatem cuncta redigam. Desertæque sient omnes viæ vestræ*, hoc autem postea adimpleuit. Vnde, Psalm. 106. Propheta: *Posuit terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea.* Econtra vero bona operatio præseruat à malis, dicente Augustin. *Sicut modicum lumen in nocte præseruat hominem à multis præcipitijs; sic modicũ bonum in nocte peccati perpetratum, à ruina multorum malorum præseruabit.* Ait etiam Philosophus: *Remedia adhibita, à multis nocumis præseruant.* Habemus autẽ exemplum de Niniuitis, qui bonis operibus euitarunt subuersionem suæ ciuitatis, Ionæ. 3. *Vidit Deus opera eorum, & misertus est populo suo.*

4. *Vtilitas.*

QVarta vtilitas dicitur augmentationis. Augmentat enim Deus propter bona quæ facimus, tẽporales diuitias, dat salubrem aerem, fertiles agros, armenta fœcũda, vberes fructus, lætam familiam, amicorum copiam, sanitatis lętitiam, honoris excellẽtiam, Idcirco Isai. 1. dicit Deus: *Si volueritis benefacere, bona terræ comedetis.*

5. *Vtilitas propter quã te dia-*

QVinta vtilitas dicitur liberationis. Liberant enim bona opera à potesta-

Digitized by Google

quis licet sit in peccato mortali, nõ debet à bono desistere.

te diabolica. Quanto enim quis magis abundat peccatis, tanto maiorem auctoritatẽ sumit diabolus contra eum, vexando animam, & corpus. Sed cum inter tot peccata interseritur aliquod bonum opus, pijssimus Deus restringit audaciam eius, tãquè magna est boni operis vis, etiam in peccatoribus, vt non solùm resistere diabolo, sed illum vincere valeat, & expugnare. Vnde tali bene operanti inquit Propheta, Psalm. 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*, & Ecclesiast. 29. dicitur de elemosyna: *Super scutum potentis, & lanceam impugnabit pro te inimicos tuos.* Et intelligitur nò solùm de inimicis temporalibus, sed etiam de spiritualibus, id est, dęmonibus. Et de hoc habetur exemplum quod recitat Greg. 3. lib. Dialogorum, de illo Iudæo non baptizato, qui nocturno tempore existens in quodam templo antiquo in eremo idolis dedicato, signo crucis tantum munitus, dæmones oẽs, qui in illud conuenerant, terruit, atque fugauit. Cui dæmones ipsi propter signũ crucis tantum, nullam molestiam inferre potuerunt.

6. Vtilitas.

SExta vtilitas dicitur dispositionis. Valet enim bonum factũ in peccato mortali ad disponendum peccatores ad pœnitentiam. Vnde de eo qui non est paratus peccata dimittere, Gregor. ait, de pœ. di. 5. c. falsas: *Nec tamẽ desperet, & interim quicquid poterit boni facere, hortamur vt faciat, vt omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.* Hinc Alex. de Ales, in 4. par. summæ, consulit his, qui non sunt parati sua peccata relinquere, vt semel in anno secundũ Ecclesiæ statutum sacerdoti se pœniteant, eiq; dicant singuli: Ora pro me Deum Pater, quia tale peccatũ habeo, quod dimittere nõ propono. Ex hoc, inquit ipse, possibile est, vt qui credebat propositum malum mutare non posse, tantam à Deo consequatur gratiam, vt mutetur in alterum virum, & de non contrito fiat contritus. Sic & Ric. in 4. di. 20. quęrit an valeant indulgentiæ existentibus in mortali, & respondit: *Quod quamuis non possit fieri, remissio pœnæ manente culpa, & ex consequenti existente: in mortali indulgentiã non consequantur, tamẽ si faciũt illud, quod cõtinetur in forma indulgentiæ prudẽter faciunt, quia bona facta in mortali peccato, peccatorẽ de congruo disponunt ad pœnitentiã, & illa mediante ad susceptionem gratiæ, & remissionis peccatorum per diuinam misericordiam*, hæc Ric. Et ad prædicti facit exemplum, quod legitur in vitis patrum vbi dicitur, quod quædam meretrix Alexandrina, nomine Maria, quæ appellatur Maria Aegyptiaca, ppter pœnitentiam quam fecit in Aegypto, decem & septem annis libidini publicę deseruit in Alexandria. Hæc videns multos de ciuitate prędicta ire Hierosolymã ad adorandam crucem Christi, perrexit cum eis non eo proposito, vt à turpitudine sua desisteret, sed tãtum vt modicum illud bonum ipsa cum eis operaretur. In itinere autem nauigando, nautis corpus suũ prostituit. Cum vero Hierosolymã aduenissent, volens ingredi templum, tanquã meretrix ter repulsum passa est à Domino, ita quod nullo modo intrare poterat. Cognoscẽs ergo hoc prouenire propter sua scelera, cõtrita flere cœpit cum dolore. Et quia deuota erat, ad Virginem beatam se ad eius auxilium postulandum, conuertit dicens: Succurre mihi ô clementissima Dei genitrix, ecce iã tertio ingredi volui Ecclesiam, vt adorarem crucem filij tui, in qua pependit pro me peccatrice, & viriliter vt mereor eiecta sum. Succurre ergo mihi ô fons pietatis, ô mater gratię, ô misericordię speculum. Quę verba cum diceret cum lachrymis, audiuit vocem de cœlo dicentem sibi: Si transieris Iordanẽ, salua eris. Qua voce confortata, iterum ad Ecclesiam accessit, ac eam libere intrauit absq; contradictione, & cum lachrymis, & compunctione cordis; deoculata cruce, foras prodijt, affuitque ei persona quædam venerabilis, tres nummos illi afferens, quod ad tres panes emendos sufficere potuere. Quibus emptis perrexit trans Iordanem petijt, ac ibi [illegible], & septem annis contemplationi [illegible] ni, & deuotioni insistens, tres [illegible] illos panes consumpsit. Multiplicabatur

Indulgẽtiæ an valeãt in peccato mortali existenti.

Exemplo dicta confirmantur

Digitized by Google

siquidem annis ille ex miraculo Dei, ita quod toto illo tempore illam cibauit. Ibi etiam decem, & septem alijs annis superuixit sine cibo, & potu materiali, gratia Dei, & cibo cælesti recreata. Cum ergo Abbas Zozimas deserta percurreret in contemplatione, illa Spiritu prophetico eum cognoscens, nomine proprio vocauit, benedictionemque poposcit, & vitam suam illi reuelauit. Postulauitque vt in sancto Dominicæ resurrectionis die, ad ripam Iordanis sanctissimum Sacramentum Domini ferret, ibique illam expectaret. Distabat autem locus ille à Iordanis flumine per dietas triginta. Recessit ergo Zozimas, fecitque sicut Maria postulauerat. Et ipse die Paschæ stans in ripa Iordanis vidit illam venientem, quę sancto signo Crucis super aquam siccis pedibus ambulauit. Et transito Iordane cum peruenisset ad eum, reuerentissime, communione suscepta, per eandem viam redijt ad locum vnde recesserat. Eadem enim die per Angelos deportata fuit per omne spatium illud quo distabat locus ad quem redijt à Iordane. Sequenti vero anno ad locum illum Zozimas peruenit: Viditque in terra Mariam iacentem, corpusque exanime. Ad caput vero illius scripturam dicentem: Sepeli Zozima Mariæ corpusculum, quæ die Paschæ, qua à te sacramentum venerabile suscepit, migrauit ad Dominum. Intellexitque Zozimas, quòd per mysterium Angelorum in vna die deportata fuerat per spatium triginta dietarum. Cum ergo de sepultura illius sollicitus Zozimas cogitaret, nec haberet modum fodiendi terram, vidit leonem ferocissimum ad se gradientem, qui fortiter cœpit fodere, sepulturæque locum conuenientissime præparauit. In qua recondito corpore sanctæ, leo viam suam tenuit, & Zozimas ad suam cellam redijt in Domino consolatus. Hæc ergo meretrix propter illud bonum, quod facere intendebat etiam in peccato mortali, scilicet adorare crucem Domini, disposita fuit ad pœnitentiam.

7. Vtilitas.

SEptima vtilitas dicitur continuationis, valet enim bonum etiam in mortali peccato factum ad continuandum, & perseuerandum in bona vita. Facilius enim potest perseuerare in bono qui benefacere consueuit, quàm qui benefacere nunquam didicit. Vnde Prouerb. 22. dicitur: *Adolescent iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea*, & Ecclesiast. 12. scriptum est: *Non erit ei bene qui assiduus est in malo*: E contra vero de consuetudine ait Ouidius: *Fac tibi consuescat, nil consuetudine maius.*

8. Vtilitas.

OCtaua vtilitas dicitur alleuiationis. Posito enim quod quis in peccato mortali faciens bonum, propter suam impœnitentiam esset damnatus, virtute illius boni, pœnam fortius sustineret, leuiorque ei fieret. Vnde inquit sanctus Bonauent. in 4. distinct. 15. artic. 1. quæst. 6. quod tali quadrupliciter diminuitur pœna in inferno debita. Primo, quia inquantum talis facit bonum, non facit malum, & pro tunc voluntas non est ita intensa ad malum, sicut si non faceret illud bonum. Secundo, quia cum bonum sit contrarium malo, præseruat hominé à multis peccatis quæ faceret, pro quibus adaucta sibi fuisset pœna, quia tale additum tali facit magis tale. 6. Topi. Tertio, quia bonum quod facit, attrahit ad se multa alia bona, præcipuè cum illud bonum facit ex præcepto Dei, vel Ecclesiæ. Et insuper quia bonum generat bonum, & malum generat malum. Sicut enim peccatum suo pondere ad aliud trahit, secundum Gregorium, sic bonum, siue virtus ex pondere bonitatis suæ hominem à peccatis præseruat, & ad alia bona attrahit. Vnde Ecclesiastic. 3. dicitur: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Et sicut cibus materialis fortificat corpus hominis infirmi, ne infirmitas, & futura mors præualeat, sic bonum opus animam peccatoris fortificat contra peccatum. Et ideo de núquam bene operantibus inquit Deus per psalmistam. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.*

Quarto,

Digitized by Google

Quartò, ex bono quod quis facit in peccato mortali, diminuitur peccatum ingratitudinis, & ex cõſequenti etiam pœna. Et propter prædicta omnia inquit Aug. in l. Enchi. *Tale bonum facit, vt tolerabilior ſit damnatio.*

9. Vtilitas. NOna vtilitas dicitur glorificationis. Nam ſi peccator per pœnitentiam moriatur in ſtatu ſalutis, & per illam obtineat vnum tantum gradum beatitudinis, in illo gradu erit cum ampliori gaudio accidentali propter bonum quod in mortali peccato fecit, quàm ſi illud omiſiſſet, ſecundùm Rich. in 4. diſt. 49. ar. 5. quæſt. 7. declarando vt ibi. Animentur ergò omnes, & iuſti, & peccatores ad bona opera, maximè autem ea ſtudeatis facere in ſtatu gratiæ propter maximam remunerationem, quam expectatis. Legitur enim in conformitatibus B. Francilci, quòd beatus frater Bernardus de Quintaualle, dum ſtaret in choro ad miſſam, & leuaretur corpus Chriſti, cecidit in extaſim vſque ad nonam. Denique conſurgens clamauit ad fratres: O fratres mei, agamus bonum. Et ſic pluries dixit, nec poterat iſta dicens ſaturari, & poſt hæc reddens rationem ſubiungebat. O quanta gloria, ô quanta beatitudo, ô quanta iucunditas benè operãtibus præparata eſt. Agamus ergò bonum, quia cætera omnia amittimus, ſola bona opera nobiſcum portamus. Vt enim dicitur.

Apoc. 14. *Opera illorum ſequuntur illos.*

Quod nobis facere concedat miſericors Deus.

FERIA V. POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE TRIBVLATIONIBUS & aduerſitatibus patienter portandis.

SERMO XXXVIII.

ANIMA *eius in amaritudine eſt*, 4. Reg. 4. & in Epiſtola occurrentis feriæ. Sicut Sol agens naturale, licet vniformiter ſe habeat, tamen propter diuerſas materiæ diſpoſitiones varios effectus producit. Vt habetur 2. Phyſic. Aliqua enim indurare facit & ſiccari. Alia verò liquefieri, & molleſcere. Sic tribulatio propter varias hominum qualitates, diuerſimodè operatur in eis. Circa malos enim incorrigibiles operatur æternam damnationem, & eis eſt principium quodammodo inferni. Iuxta illud Saluatoris noſtri. Matth. 24. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum, & Gregor. ſuper Luc. 21. dic. *Vltima tribulatio, multis tribulationibus peruenitur; & per crebra mala, quæ præueniunt, indicantur mala perpetua, quæ ſubſequuntur. At contra: Iuſtis proficit ad ſalutem, & magnam vtilitatem aduerſitas.* Vnde de ipſis dicitur, Sapien. 3. *In paucis vexati, in multis benè diſponẽtur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.* Et ideò Angelus dixit Tobiæ, vt habetur Tobiæ duodecimo. *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.* Scriptum eſt enim Eccleſiaſtic. 27. *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.*

Tribulatio malis eſt principium inferni, bonis aũt multa vtilitatis eſt.

Digitized by Google

Deus circa prosperitates, & tribulationes facit sicut sol.

ET facit ad hoc dictum Aristo. 2. de generatione di. quod motus solis in obliquo circulo est causa generationis, & corruptionis. Cuius ratio est quia si directe semper lucere t super hemisphærium nostrum, suo feruore terram tantùm desiccaret, quòd sterilis efficeretur. Quare ad viuentium conseruationem, necessarium est, vt quandoque sol obliquè resplendeat. Sic spiritualiter, Deus qui est sol iustitiæ, si semper lumen prosperitatis emitteret, multis esset causa sterilitatis, & infructuositatis, ita quòd opera virtutum non facerent. Deus ergò nonnũquam bonos, & iustos oblique per subtractionem prosperitatis respicit, & in tenebris tribulationum ad tempus stare permittit, vt ampliorem eis gratiam, & gloriam tribuat, & eos per patientiam meliores reddat. Ideò tribulato dicit Dominus Elaiæ 54. *In modico dereliqui te, & in magnis miserationibus congregabo te. In momento indignationis meæ abscondi faciem meam paulisper, & in misericordia sempiterna miserius sum tui.* Quapropter hortatur nos Apostolus, ad Ephe. 3. di. *Obsecro vos vt non deficiatis in tribulationibus.* De quibus tractaturi, tres considerationes faciemus. Prima dicetur fructificationis. Secunda necessitationis. Tertia distinctionis.

PARS PRIMA, DE fructificatione, & vtilitate tribulationum.

Tribulationis prima vtilitas est, quia vna liberat ab alia, quod exemplo ostenditur.

LIcet innumeræ sint vtilitates, quas cõsequimur ex tribulationibus patienter toleratis, tamen breuitatis causa tolùm tres enodabimus. Quarum prima dicetur liberationis. Vna enim tribulatio plerumque liberat ab alia. Vnde verificatur illa sententia Catonis: *Dolor est medicina doloris.* Maximè autem tribulationes liberant à tentationibus carnalibus. Sicut legitur in vitis patrum de illo sancto patre, cuius discipulus grauiter tentationib. carnalibus vexabatur, quem ille prudenter fecit à fratribus alijs quotidie tribulare. Vnde vnus vno die cum de aliquo crimine coràm suo Abbate accusabat, & alia die accusabatur de alio, & sic continuas tribulationes sustinebat. In fine autem anni, interrogatus ab Abbate, quomodo faceret cum tentationib. carnalibus, respondit: Non datur mihi viuere cum fratribus, & sum plenus tribulationibus, quomodo possum attendere cogitationibus carnalibus? & sic liberatus fuit virtute tribulationis à carnali tentatione. De hac autem vtilitate tribulationis dicitur, Eccle. 11. *Malitia, siue afflictio vnius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ.* Secunda vtilitas tribulationis dicitur cognitionis. Procuius declaratione videbim⁹ primò, quos effectus parturiat prosperitas mundana, vt oppositio intelligamus effectus aduersitatis, & tribulationis. Contrariarum enim causarum contrarij sunt effectus. 2. de generatione, & 2. Phy. Et si vnum est causa alicuius, oppositum est causa oppositi. 1. Post. & 9 Met. Dico igitur, quod ex prosperitate quis obliuiscitur conditionis suæ, dicente Dauid. Psalm. 48. *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Et Seneca in prouerbijs ait: *Fortuna, quem nimis fouet, stultum facit.* Item ex prosperitate nascitur obliuio Dei, dicente Dauid, Ps. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Ex quibus obliuionibus homo efficitur superbus. Vnde scriptum est, Ps. 77. *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua.* Facit ad hoc illud Virgilij. 10. AEneid. circa medium, dicentis: *Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ, Et seruare modum, rebus sublata secundis.* Et Lucanus in 1. dicit: *Mores rebus cessere secundis.* Et Ouidius, lib 2. de arte amandi. di. *Luxuriant animi rebus plerumque secundis; Nec facilè est æqua, commoda mente pati.* Si ergò prosperitas est causa horum malorum, ergò tribulatio eius contraria erit causa contrariorum bonorum, & sic faciet hominem habere cognitionem suæ miseriæ, & infinitę bonitatis di-

Digitized by Google

tis diuinæ, à qua omne bonum procedit, & sine qua nihil valemus boni agere, & per consequens eum faciet humilem, ac Dei timoratum, & in eo totam spem suam ponentem.

Tribulatio. facit hominem sui ipsius cognitionem habere.

QVod autem tribulatio det homini cognitionem sui ipsius, habetur Eccle.7. vbi dicitur: *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.* In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, ac viuens cogitat quid futurum sit. Et Hierem.31. dicitur. *Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.* Ideò inquit Boetius, in lib.2. de conso. c.15. *Plus hominibus rerum aduersam, quàm prosperam prodesse fortunam.* Quòd autem tribulatio det cognitionem Dei, habetur Psalm. 72. vbi dicitur: *Cùm occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et memorati sunt, quia Deus adiutor eorum, & Dominus excelsus redemptor eorum est.* Gregor. quoque in moralibus, dicit: *Nisi tribulationes essent, homines ad limina cordis Dei tribulationes, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.* Nam sicut equus, vel asinus dum extra viam est; vel incedit lente à domino suo pungitur, vt ad viam redeat, vel velocius incedat, sic ut legitur fecit Balaam suæ asinæ, dum ambularet extra viam. Numeri 22. sic etiam Deus peccatorem pungit per tribulationem, vel aliquam aduersitatem, vt ipse qui extra viam charitatis ambulat per peccata, ad viam rectam reuertatur per bonas operationes, & in gratia, & virtutibus proficiat, & procedat. Et secundùm voluntatem diuinam ambulet per semitam mandatorum eius. De hoc autem figuram habemus, Gen.16. in Agar ancilla Saræ, quæ dominam suam despexerat, & recedens ab ea fugerat in locum desertum. Cui Angelus apparens præcepit dicens: *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manibus ipsius.* Quam figuram beatus Augusti. super Ioannem tractans, vt etiã habetur 23.q.4.c quando, ait: *Ad hoc ancilla affligitur, vt reuertatur, quia proles eius sicut proles Iacob cum fratrib. hæreditatem obtinebit.* Lin regno cœlorum, propter quod Dominus inquit, Oseæ 6. *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* Idem quoque August. super Psalm. ait: *Flagellum interius, vel exterius glorificat creatorem, compellit nolentem, erudit ignorantem, custodit virtutem, expellit infirmitatem, excitat torporem, humiliat superbientem, purgat pœnitentem, cruciat nocentem, nunciatque mortem superuenientem.* Vnde Antiochus rex, qui dum esset sanus, & in prosperitate, ita erat superbus, quòd dicebat se velle facere Hierosolymam congeriem sepulchri Iudæorum, posteà percussus à Deo plaga insanabili humiliatus est dicens. 2. Mach. 9. *Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Dicit etiam Greg. 9. moral. c.36. *Superna dispensatio idcircò nos tota sibi intentione feruentes, carnis nostræ permittit tentationibus concuti, ne mens nostra audeat in superbiam præsumptione securitatis elenari. Vt dum pulsata trepidat, in solo auctoris adiutorio fidem robustius ponat,* hæc ille, Econtrà verò est de homine prosperitatibus excæcato, qui de Deo non curat. Hoc autem ego vidi per experientiam in quodam iuuene pulchro, atque prosperitatibus pleno, qui dixit mihi cùm adhuc essem secularis. Teneat Deus paradisum suum. Ego enim nescio pulchriorem paradisum isto mundo. O stulte, quis te ad tantam insaniam perduxit, nisi prosperitas? Cùm ergò quis est in prosperitate, vt plurimum non recordatur Dei, nec sanctorum. Cùm verò est tribulatus, statim ad Ecclesiam pergit, dicit officium, candelis illuminat imagines sanctorum, facit eleemosynas, se recommendant seruis Dei, & omnia bona facere disponit. Ideò Esaiæ 26. dicitur: *Domine in angustia exquisierunt te,* & de vtraque cognitione simul habetur Prouerbiorum 29. vbi inquit Salomon: *Virga, atque correctio, tribuit intellectum, & sapientiam.* Quæ sapientia consistit in cognitione sui, & Dei. Quod autem tribulatio defendat hominem à superbis, & faciat stare in humilitate, habetur Iob.10. vbi scriptum est: *Si iustus fuero, non leuabo caput superbiendo, saturatus afflictione & miseria,* & 2. Corint. 12. ait Paulus: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis*

mea

me Angelus satanæ, qui me colaphizet. Et Psal. 43. inquit Dauid, *Humiliasti nos in loco afflictionis.*

EXemplum huius habemus in filijs Israel, qui in prosperitate superbientes, ac in Deum peccantes, postea tribulati peccata sua cognouerũt, & ad Deum conuersi sunt. Num. 21. Similiter in Dauid in prosperis superbiente, ac populum per fastum numerari faciente, qui propter plagam à Domino factam in suo exercitu, mirum in modum humiliatus est, 2. Regum 24. Vnde primò cognouit miseriam suam, cùm dixit. Psal. 21. *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Deinde potentiam diuinam cùm dixit. Psalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.* Et Psalm. 46. *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Quoniam Dominus excelsus, terribilis rex magnus super omnem terram.* Quibus cognitis statim ad Deum cucurrit. Vnde dixit. Psalm. 119. *Ad Dominum cùm tribularer, clamaui.* Et Psalm. 114. *Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui.* Sicque totam spem in eo posuit. Vnde canit, Psalmo. 120. *Leuaui oculos meos ad montes, vnde ven et auxilium mihi? Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum, & terram.* Et Psal. 122. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereretur nostri.*

3. *Vtilitas ex tribulatione proueniens.*

TErtia fructificatio ex tribulatione proueniens dicitur purgationis. Fundamentum cuius colligitur in l. seruus. ff. de manumiss. vbi dicitur, quòd Dominus nõ potest manutenere seruum suum alteri obligatum, donec satisfecerit illi obligationi, & debito. Quo præsupposito, dico, quod licèt omnes simus serui Dei, cui inquit Dauid Psalm. 128. *Omnia seruiunt tibi*, tamen sumus obligati alijs, quia vera est illa sententia, 1. Ioannis 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et 3. Regum 8. *Non est homo qui non peccet.* & Prouerbior. 24. *Septies in die cadit. iustus.* Et in capitul. licet. 45. distin. scriptum est: *Sine peccato nullus vixit.* Si ergo omnes sumus peccatores, sequitur quòd sumus obligati ad faciendã pœnitentiam ipsorum peccatorum, quia peccatum est obligatio quædã, per quam tenemur tolerare pœnã secundùm qualitatem delicti. Vnde inquit Dauid Psal. 124. *Declinantes autem in obligationes*, id est, in peccata, secundum gloss. Et hoc est quod inquit Saluator Ioannis 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*, transumptiue in 2. senten. dist. 25. Cùm ergò simus omnes debitores multorum peccatorũ, non conuenit Deo Domino nostro, nos seruos suos manumittere, id est, à seruitute præsentis vitæ liberare, & ad libertatem vitæ æternæ perducere, donec satisfecerimus obligationi, quam cum peccatis nostris habemus, & donec fuerimus purgati, & mundati ab omnibus nostris peccatis & defectibus. Inquit enim Richardus, in 4. distinctio. 21. articul. 1. quæst. 1. quòd nullus potest habere gaudium vitæ æternæ, donec alicui pœnæ obligatus est. Necesse est ergò peccata nostra per punitionem purgari, quia Deus iustus est, & vult iustitiam exercere dicente Dauid Psalm. 10. *Iustus Dominus, & iustitias dilexit.* Iustitia autem vult delicta puniri. l. si longius. ff. de iudi. cum similibus. Si ergò volumus ascendere in Cœlum, necesse est purgari nostra delicta, quia nihil inquinatum in illud. Apoc. vltimo. Sed solùm ille, *qui ingreditur sine macula.* Psalm. 14. *Et innocens manibus, ac mundo corde.* Psalm. 23. Si autem ista purgatio non fiat in hoc mundo, necesse est vt fiat in alio, dicente Bern. in quodam sermone: *Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in alio torquebitur.* Cùm igitur purgationes alterius seculi sint asperiores, quàm præsentis, melius est, quòd hic purgemur de omnibus peccatis nostris. Hæc autem purgatio non potest fieri nisi mediante afflictione, & tribulatione. Quia vt inquit philosophus 2. Ethic. 10. Meta. & 8. Physic. *Contraria contrarijs curantur.* Sicut patet de frigido quod

eijci-

Digitized by Google

eijcitur à calido. Et econtrà. Cùm igitur peccatum intrauerit, & intret in anima noſtra mediante delectatione, vt dicitur in c.non eſt.coniuncta gl.15.q.1. neceſſarium eſt,quòd eijciatur per ſuum contrarium,id eſt,per afflictionem, & tribulationem. Quia vt inquit Greg. ſuper Iob. 23.c.*Sicut aurum per ignem purgatur ab omni rubigine,& macula corporali, ita anima noſtra aduerſitate,tribulatione,& afflictione purgatur ab omni vitio,& defectu ſpirituali.* Ideò Iob 23.c.ſui libri inquit:*Probabit me ſicut aurum per ignem, quod per ignem tranſit.* Vnde Greg.ait: *Quod lima ferro, & fornax auro,& tribulatio grauo, hoc facit tribulatio homini iuſto.* Scriptum eſt etiam Tobiæ 3. *In tempore tribulationis peccata dimittuntur.* Magna eſt ergò vtilitas hominis tribulati. Quia vt inquit Iſid. in libr. de ſummo bono. Ideò hic flagellis atterimur,vt in iudicio purgati inueniamur. Quod ſciēs Dauid inquit Pſalm.17. *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Signum eſt ergò malum, quando quis nunquam habet tribulationem. Vnde legitur in legenda Ambroſij, quòd cùm prædictus S. Romam pergeret in quadā villa Tuſciæ, apud quendam diuitem hoſpitatus eſt, eumque de ſtatu ſuo requiſiuit. Cui ille reſpondit:Status meus Domine, ſemper fuit fœlix,& glorioſus. Nam diuitias, ſeruos,& ancillas,filios, & filias habeo, & omnia ad votum ſemper habui,nec adhuc quicquam aduerſi mihi euenit. Quo audito B.Amb.vehementer obſtupuit, & ſocijs ſuis dixit: *Surgite eamus, quia Dominus non eſt in loco iſto.Feſtinate,ne nos diuina vltio hic apprehendat.* Cùm igitur aliquantulum proceſſiſſent, ſubitò terra ſe aperuit, & hominem illum cum vniuerſis ad ſe pertinentibus ita abſorbuit, vt nullum inde veſtigium remaneret.Quod cernens beatus Ambroſius,dixit: *Quàm periculoſa eſt proſperitas mundana.* Quod ſciens B. Auguſtin. inquit in quodam ſermone: *Euidentiſſimum eſt reprobationis ſignum, habere omnia ad votum.* Sanctus quoqu Gregor. in 5. moralium hoc declarat per ſimilitudinem di. *Quod medicus infirmum, de cuius infirmitate deſperat, permittit comedere,& bibere ad libitum, & cetera facere que illi placent. Eum verò,quem ſanandum credit,non permittit viuere ad libitum, ſed dat ei ſirupos,& medicinas, multaque alia ſenſualitati contraria,quibus ſanitas recuperatur. Sic etiam facit Deus peccatoribus obſtinatis, quos videt ad mortem æternam properare, nec velle liberari pœnitentia. Permittit enim eos in hoc mundo proſperari,& habere multa ad votum pro remuneratione bonorum,que faciunt in peccato mortali. Non enim eis dare vult vitam æternam. At contra bonis & iuſtis quibus vitam perpetuam dare intendit, multa aduerſa infligit,vt à peccatorum vulneribus talibus medicinis ſanentur.* Sunt enim tribulationes mordaciſſima medicamenta animarum ſanatiua.c.non omnis.5. quæſt.5. Et ideò ſanctus Tobias de tribulatione habita gratias Deo referebat ſui libri. c.11. dic.*Benedico te Domine Deus Iſrael,quia tu caſtigaſti me,& ſaluaſti me.* Et 12.c,etiam dicebat. *Magnus es Domine in æternum, quoniā in flagellas ſaluas,&c.* Et propter hāc vtilitatem Deus diſpoſuit, vt nulla dies ſine dolore tranſeat; vt dicit Senec.in lib.de prouidentia, ſicut etiam quemlibet diem ſequitur ſua nox immediate. Quòd cùm quidam rex à quodam philoſopho audiret,& non crederet,velletque experiri contrarium, fecit omnia genera ſolatiorum apponi vna die, præcipiens ſub pœna capitis,vt illa die nihil triſte diceretur, aut fieret coràm eo. Cùm autem eſſet in palatio ſuo in magna gloria,& lætitia,ecce quod ſubitò deſuper vna hirūdo in oculū regis ſtercus calidum proiecit, & eum viſu priuauit.Deus enim noluit lex vt ſua frāgeretur, qua diſpoſuit homines tribulationibus ſubdere in hoc mundo, ne poſteà crucientur in futuro. Et ideò illos non diligit, quibus nullas vnquam tribulationes immittit. Faciunt quoque nobiles bobus ſuis ſimiliter.Nam quando bos præparatur ad occidendum, permittitur viuere in pace cuis ſine aliquo onere, & labore,vt melius impinguetur. Cùm verò pinguis fuerit, ad macellum perducitur occidendus. Bonum verò vtilem,& fortem ſemper laborib. detinent.Et ſic facit Deus peccatori inutili, & infructuoſo.

Exemplum de non habentib. tribulationem

De Rege nō credente diem nullā ſine dolore tranſire poſſe.

Digitized by Google

Permittit enim eum incrassari diuitijs & prosperitatib. deinde in momento eum ad mortem æternam transmittit. Illum verò, qui vtilis est huic mundo, & tribulationibus continue detinet, quia sicut medicinæ, & aliæ res contrariæ sensualitati, purgant corpus ab infirmitatibus corporalibus; ita aduersitates, & tribulationes mundant animam à vitijs, & infirmitatibus spiritualibus. Ideò necesse est, vt boni homines multas tribulationes patiantur, ne postea in purgatorio torqueantur pro peccatis commissis. Vnde scriptum est, Psal. 33. *Multæ tribulationes iustorum.* Facere enim bonum, & pati malum, recta & infallibilis est via perducens ad cœlum. Quapropter B. Agatha exultabat in tribulationibus sciés, quòd per illa ad cœlestia regna migraret. Vnde in eius legenda legitur: *Agatha lætissime & gloriantèr ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata agonem suum Domino commendabat. Cumque proconsul Quintianus eã faceret tormentis cruciari, illa dixit: Sicut qui videt, quem diu desiderauit, aut sicut qui inuenit thesauros multos, ita & ego delector in his pœnis corporalibus posita. Et sicut non potest triticum in horreum reponi, nisi theca eius fuerit fortiter conculcata in palea, ita & anima mea non potest in Paradisum Dei cum palma intrare martyrij, nisi diligenter feceris corpus meum à carnificibus tuis attractari*, hæc illa.

OMnes ergò tribulati, si patienter tolerauerint aduersitates, maximè quas patiuntur pro iustitia, in vitam æternam remunerabuntur. Vnde canitur in hymno dedicationis Ecclesiæ: *Et virtute meritorum illuc introducitur, omnis qui ob Christi nomen hic in mundo premitur. Tunsionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis per manum artificis, disponuntur permansuri sacris ædificijs.* Licet autem dicat Hieronym. quod impossibile est ipsam innocẽtiam non turbari, id est non dolere, tamen si non perturbetur, non perdit mercedem suam, quæ est maxima. Et ideò inquit Saluator, Matt. 5. *Beati eritis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùm vos, mentientes propter me, Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Et ibidem etiam ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Et Psalm 9. dicit Deus, *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et Sap. 3. dicitur de iustis: *Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.* Facit ad hoc l. eum qui ff. de iureiur. vbi dicitur, quod qui in vno grauatur, in alio debet subleuari. Quanto ergò quis est magis tribulatus pro veritate, & bono opere, tanto magis debet credere se esse Deo gratum. Et idem dico de tentationibus. Vt inquit B. Franciscus cuidam fratri tentato. Vnde dicitur Gen. 23. *Tentauit Deus Abraham*, scilicet propter prædictas vtilitates. Sicut enim pater carnalis filium, quem magis diligit, plus corrigit, vt benè disciplinatus hæreditatem iustè possideat, iuxta illud, 23. q. 5. c. non putes: *Filius non diligitur, qui non disciplinatur.* Sic Deus pater cœlestis hic aduersitatibus filios suos corrigit, vt exerceantur in virtutibus, & tandem habeant hæreditatem æternam. Vnde Isidor. in libr. de summo bono, ait: *Tunc iustis præmia disponuntur æterna, cùm in præsenti tribulatione probantur*, & August. 5. q. 5. c. non omnis inquit: *Quis nos amplius potest amare quàm Deus? Et tamen nos non solùm ducere suauiter, verum etiam salubriter terrere non cessat.* Et propter hoc Seneca ad Lucillum scribẽs epist. 76. inquit: *Vir bonus quicquid ei acciderit, æquo animo sustinebit.* Sciet enim illud accidisse lege diuina, à qua vniuersa procedũt. Et ideò quidã deuotus Christianus in omnib. quæ sibi accedebant, semper dicebat: Omnia pro meliori. Quidam autem dux, qui faciebat homines comedi a canibus, hoc audiens dixit: Ego faciam eum à canibus meis deuorari. Et videbit, si hoc erit pro meliori. Misit ergò ad illum vnũ nuncium, præcipiens ei, vt ad se veniret. Quo adueniente dixit ei princeps prædictus: Vadas cum illis curialibus meis. Ille verò vadens, cùm descenderet quadã de scala lapidea, fregit tibia cadendo super lapides. Et statim dixit: Omnia pro meliori. Curiales verò ei compatientes, cucurrerunt ad principem, ei nunciantes casum

Digitized by Google

casum illius. Et ipse interrogauit quid dixerat, cùm tibiã fregisset. Et auditis verbis eius dixit: Or, dimittat eum. Quia fuit pro suo meliori pòtius frãgi tibiam, quam à canibus deuorari. Eccle. etiam 11. dicitur: *Bona, & mala vita, & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt.* Et ideò cum ea, quæ dantur ab amicis, soleant esse chara, tribulationes à Deo missas, debemus gloriosè suscipere, & dicere cum Saluatore nostro sensualitate renitente: *Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* Ioan. 18. Non est igitur timenda potio tribulationis, *quia fidelis est Dominus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* 1. ad Cor. 10. Et propterea dicit Hieron. super psalmistam, *Veniant plagæ, veniant omnia genera malorum, dum post plagas Christus adueniat.* Studeat ergò vnusquisque tribulatus esse patiens, quia in hoc consistit vera sapientia secundùm Platonem. Vnde Ouidius. 4. de Tristibus, ait: *Fert sapiens omnes casus patienter amaros, Frena nec indomiti more recusat equi.* Sicut enim aurum nobilissimum inter omnia metalla minus sonat sub malleo, & quàto est dulcius, tanto est melius: Sic vir bonus contra iugum Dei non recalcitrat, sed quanto plus aduersitatibus malleatur, & percutitur, tanto magis in laudem & honorem omnipotentis Dei concitatur. Vnde de Tobia dicitur, sui lib. 2. c. *Nõ est contristatus contra Dominum, quòd plaga cæcitatis non euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, gratias agens Deo omnib. diebus vitæ suæ.* Sciebat namque, quàm viles sunt tribulationes. Scriptum est enim in Psalm. 15. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt,* scilicet ad regna cœlestia. Ideò multis prosperitates à Deo petentibus, siue sanitatem corporis, vel diuitias, aut filios, aut dignitates, & officia, quæ aliquando eis essent causa dãnationis, Deus respondit illud, Matth. 20. *Nescitis quid petatis.* Pro vna enim hora tribulationis, Deus dat etiam in hac vita quadraginta horas consolationis, & pro vno die tristitiæ, dat vnum annum lætitiæ, vt inquit Alexander de Ales, in 3. parte summæ in tract. de ascensione Christi. quæst. 5. Ideò quando erimus in paradiso, habebimus maximã consolationem de recordatione tribulationum, per quas consecuti erimus regna cœlorum, iuxta illud dictum Æneæ, quod recitat Virgilius in primo Æneid. *Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.* Sancti igitur in cœlo dicunt Deo illud Ps. 65. *Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Ad confirmationem etiam prædictorum adduci potest, quod aqua salsa minus submergit, quàm dulcis. Vnde ouum in dulci aqua profundatur, sed in amara, ac salsa supernatat, & similiter multi in aquis dulcibus prosperitatum pereunt, qui in amaris, & salsis aquis tribulationum saluantur. Patet quoque vtilitas tribulationis exemplo filiorum Israel, qui oppressi, & angustiati in Ægypto, vt habetur Exodi 1. postea valdè multiplicati sunt, & exaltati. Similiter Ioseph venditus à fratribus, & tribulatus in carcere, postea mirabiliter exaltatus est, Gen. 41. Gaudere igitur debemus in tribulationibus nostris: Apostolos imitantes, de quibus dicitur, Act. 15. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Nec vnquam propter tribulationes quantumcunq; maximas desperare debemus, sed dicere cum B. Iob, sui libri. 13. capitulo: *Et si me occiderit, in ipso sperabo.* Debemus quoque imitari Romanos, de quibus legitur, quod non solùm faciebant sacrificia Dijs suis, quando victorias de hostibus, & prosperitates habebant, reputantes eas recepisse illorum gratia, sed etiam quando eis eueniebant aduersitates, statim eis sacrificabant. Primò, vt eorum iram mitigarent, quam se incurrisse timebant propter aliquod peccatum, & propterea tali plaga fuisse flagellatos arbitrabantur. Secundò, vt eis gratias referrent de illa aduersitate, quam illos putabant sibi immisisse pro minori malo. & ideò multo magis nos Christiani debemus Deo gra-

Exhortatio ad patiẽter tolerandas tribulationes.

tias agere, de tribulationibus, quas nobis euenire permittit. In hoc enim cognoscimus nos à Deo amari cùm tribulamur, dicente Domino, Apoc. 3. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Per patientiam quoque, & tribulationem animas nostras saluamus. Vnde ait Saluator, Lucæ 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Dicamus ergò, quando tribulati sumus, cum Paulo, ad Rom. 8. *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*

PARS SECVNDA, huius sermonis de tribulationum necessitate.

Tribulationes tolerare debemus duplici ex causa.

SEcundo in hoc sermone probandum est, quod necesse est nos tribulationes tolerare in hoc mundo, si volumus ad vitam æternam peruenire. Et hoc duplici ratione.

PRima dicitur, comparationis. Fundamentum cuius ponit Philosophus. 2. Topicorum, & in 8. Physicorum, & Boetius in Topicis suis, lib. 2. di. *Si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergò nec de quo minus.* Quæ regula est trita, & famosa etiã inter legistas. Et notatur, in l. nec ex vera. C. de acqui. pos. & in. l. relegato. §. constit. ff. de inter. & re. & inter Canonistas, in c. si Paulus, circa medium, cùm ibi no. 32. q. 5. & in c. si Roman. 19. di. Hæc etiam regula notatur per Theologos. 2. s. n. di. vltima, quam possumus exemplificare sic, & declarare, videlicet, quòd si ille, qui habet maiorem euidentiam aliquid faciendi, & tamen illud facere non potest, multò minùs illud facere poterit ille, qui habet minorem euidentiam. Exempli gratia, vt omnes intelligant: Si vnus homo sanus, robustus, & fortis non posset ire ab hac ciuitate vsque ad Romam, nisi equitaret: multo minùs poterit ire vnus infirmus, debilis, & conditionatus. Facto ergò hoc fundamento, dico quòd noster redemptor Iesus Christus filius Dei, sine vlla macula, & peccato, totus plenus virtutibus, licet haberet omnem euidẽtiam intrandi in gloriam vitæ æternæ, tamen in illam intrare non potuit quantum ad humanitatem, nisi mediante via tribulationis. Iuxta illud Luc. 24. vbi ipsemet dixit: *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam,* quod qualiter intelligatur, non est præsentis speculationis. Ergò nos, qui sumus peccatores, & pleni defectibus, qui paucam, aut nullam euidentiam habemus intrãdi in gloriam paradisi, multo minùs intrare poterimus, nisi per viam tribulationum transierimus. Et hoc est quod inquit Bernard. in quodam sermone. dicens: *Si oportuit Christum pati, & ita fuit eum intrare in regnum suum, quomodo nos miseri intrabimus in regnum non nostrum, nisi prius patiamur?* quasi dicat. Non poterimus intrare aliter; Ideò dicitur, 1. Petri 2. *Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Et 4. c. eiusdem epistolæ, etiam dicitur: *Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Vt enim Ber. ait: *Non decet membrum delicatum sub capite spinato esse.* Tribulatio ergo est porta, per quam peruenitur ad cœlum. Vnde Dauid Psal. 117. ait: *Hæc est porta Domini, & iusti intrabunt per eam.* Non solùm autem Saluator noster per viam tribulationis perrexit, sed etiam omnes sancti, & sanctæ Dei. Primò beata virgo Maria maximè in passione filij. Iuxta illud dictum Simeonis, Lucæ 2. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Ioannes quoque Baptista decollatus est. Matthæi 14. & Mar. 6. Stephanus lapidatus. Actuum 7. Petrus crucifixus, & Andreas frater eius. Paulus decapitatus, Bartholomæus decoriatus, Laurentius assatus, Iob iustus mirabiliter afflictus, Tobias tecatus. Et breuiter loquendo, omnes amici Dei in hac vita tribulationem perpessi

Si Christo tribulationes necessariæ fuerunt vt in gloriã suam intraret, nobis ergò necessariæ erunt intrare in regnum suum.

Digitized by Google

peſſi ſunt. Hoc autem non permiſiſſet Deus noſter, qui eos ſummopere diligebat, niſi tribulationes valde eſſent vtiles, & neceſſariæ ad ſalutem, ideo Paulus Apoſtolus, ad Heb. ii. de ſanctis loquēs ait: *Alij diſtenti ſunt, alij vero ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ.* Quaſi dicat Apoſtolus. Neceſſe eſt vt alij, qui volunt ad vitam æternam peruenire, & ipſi pergant per viam tribulationum. Et ad prædicta adduci poteſt illud quod habetur Iudith. 8. vbi dicitur, quod quando filij Itrael erāt in perſecutione Holofernis, vocauit Iudith presbyteros, & ait eis: *Vos fratres, qui presbyteri eſtis in populo Dei, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite, vt memores ſint, quomodo à Deo tentati ſint patres noſtri, vt probarentur ſi vere colerent Deum ſuum. Memores eſſe debent, quomodo pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles.* Et ideo dicitur Iacob. 5. *Exemplum accipite fratres laboris, & patientiæ Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis.* Beatus autem Gregor. in 3. Moralium, dicit: *Dum Beati Iob vulnera, cruciatuſque conſidero, repente mentis oculos ad Ioannem deduco, & non ſine grandiſſima admiratione perpendo, quod ille propheticæ Spiritu intra matris vterum repletus, atque vt ita dixerim, priuſquam naſceretur, renatus. Ille amicus ſponſi: Ille quo inter natos mulierum maior nemo ſurrexit. Ille tantus Propheta, & priuſquam propheta, ab iniquis in carcerē mittitur, & propter ſaltu, capite truncatur. Et vir tantæ ſanctitatis pro riſu turpium moritur. Quando autem vel in cibo peccauit, qui locuſtas ſolummodo, & mel ſilueſtre edebat? Quid in qualitate ſui veſtimenti deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Quid in conuerſatione ſua offendere potuit, qui de eremo non receſſit? Quid illum loquacitatis reatus pollut, qui à ſanctis ab hominibus fuit? Quando illum vel ſilentij culpa notauit, qui ad ſe venientes tam vehementer increpauit? dic. Genimina viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ventura ira? Quid eſt ergo quod Iob Dei teſtimonio commendatur, & tamen plagis vſque ad ſterquilinium ſternitur? Quid eſt quòd Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulentis verbis in ſaltationis præmio moritur? Quid eſt quod omnipotens Deus ſic vehementer in hoc ſeculo deſpicit, quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit? Niſi hoc quod pietatis fidelium patet, quoniā idcirco ſic eos premit in infimis, quos videt quando remuneret in ſummis. Et foras vſque ad deſpecta deiicit, quos intus vſque ad incorruptibilia perducit. Hinc ergo vnuſquiſque colligat, quid illic ſint paſſuri quos reprobat, ſi hic cruciat quos amat. Aut quomodo ferentur, qui in iudicio arguendi ſunt, ſi ſic eorum vita premitur, qui ipſo iudice teſte laudantur,* hæc ille. Apoſtolus quoque Paulus 2. ad Timoth. 3. inquit: *Omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur.* De quibus ipſi fideles Chriſtiani debent gloriari, quia per eas aſſimulantur Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui licet peccatum non fecerit, nec inuentus ſit dolus in ore eius. 1. Petri 2. tamen multas perſecutiones paſſus eſt. Et ideo fidelibus ſuis dixit, Ioannis 15. *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Verum quia ſecundū Greg. *conſideratio præmij minuit vim flagelli.* Et vt ait Iſidor. *Qui futuræ vitæ præmia diligenter excogitat, præſentis vitæ mala æquanimiter portat.* Ideo Apoſtolus nos hortatur ad tolerādas tribulationes cum Chriſto ex conſideratione retributionis, dicens. 2. ad Corinth. 1. *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundabit conſolatio noſtra; & ſicut ſumus ſocij paſſionum, ſic eritis, & conſolationum. Non ſunt autem condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis,* ad Roman. 8.

SEcunda ratio hoc probans dicitur meritationis, ſiue præmiationis. Quam rationem ponit Grego. in moralibus, & Seraphicus Doctor Iacobus Bonauent. in 2. ſententiarum di. 33. art. 1. quæſt. 2. Et poſſumus arguere ſic. Si nulla eſſet pugna, nulla eſſet victoria, ergo nulla corona. Inquit enim ſanctus Maximus, in ſermone vnius martyris: *Corona victoriam datur. Si ergo ho-*

2. Cauſa, quare tribulationes tolerare debemus.

Digitized by Google

go homo nō esset tribulatus in hoc mundo, & non pugnaret contra tentationes, non posset victoriam patientiæ reportare, & per consequens triumphum vitæ æternæ. Et propter hoc benignissimus Dominus noster permisit, quod vita hominis sit continua militia super terram. Iob 7. Vnde inquit beatus Bernar. in quodam sermone: *Mundus, caro, dæmon, diuersa mouent prælia. Contra quæ oportet nos viriliter pugnare, vt coronam victoriæ consequamur.*

QVamuis ergo omnipotens Deus de potentia absoluta possit nobis dare coronam vitæ æternæ sine aliquo nostro merito, hoc tamen facere non intendit, sed vult quod eam bonis operibus acquiramus. Vt inquit sanctus Bonauent. in 2. dist. 12. artic. 1. quæst. 2. ideo inquit Paulus 2. ad Timoth. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit*, scilicet contra tentationes, aduersitates, & tribulationes mundi, & diaboli. Necesse est ergo in hac vita nos aduersa tolerare, si volumus prosperitatem æternam promereri. Vt etiam inquit Magister sententiarum, in 2. distinct. 29. & sanctus Bonauent. eiusdem libri dist. 30. ar. 1. quæst. 1. Ideo scriptum est; Actuum 14. & fuerunt verba Pauli, quæ ibi recitat sanctus Lucas: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum.* Idcirco ad Eremitas Augustin. inquit: *Qui exceptus fuerit à passione flagellorum, excepta erit à numero glorificatorum*, & Hieronym. ad Iulianum ait: *Difficile, imò impossibile est, vt præsentibus, & futuris quis fruatur bonis, vt hic ventrem, & illic mētem impleat, vt de delicijs transeat ad delicias, vt in vtroque seculo primus sit, vt in cœlo, & in terra gloriosus appareat.* Isidorus quoque, in libro de summo bono, dicit: *Si dulcia quærimus, necesse est vt prius amara toleremus.* Ideo inquit Paulus, ad Hebræ. 12. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.*

Et hoc sufficiat pro secunda parte sermonis

PARS TERTIA, DE distinctio. patientiæ.

PAtientiam diffinit Lactantius, in 5. diuinarum institutionum aduersus gentes, dic. *Patientia est malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, æquanimitate perlatio:* & Tullius in Rethorica, idem in substantia dicit, licet alijs verbis. Reperitur autem diuersa patientia. Prima est remissorum, id est, eorum, quibus ex officio incumbit reprehendere, corrigere, vel punire aliena peccata, & tamen illa tolerant. Contra quos est cap. faciens. 86. di. vbi dicitur, *Faciens procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare*, & in cap. error. 83. di. scriptum est: *Error cui non resistitur, approbatur, & veritas cū minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis, perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare*, & in cap. quid enim, ibidem dicitur: *Quid enim prodest illi suo errore non pōlui, qui consensum præstat errenti?* & in cap. consentire, ea. dist. scriptum est: *Consentire videtur errati, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit.* 1. Patientiæ genus.

SEcunda pātientia est mundanorum, id est, eorum, qui propter mundum quosque labores strenue tolerant, & in paruo bono opere sunt impatientes. De quibus 47. distinct. in cap. omnes, Gregor. ait: *Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus autem debiles. Nam pro temporali gloria defudare vsque ad mortem appetunt, & pro æterna, nec parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris iniurias quaslibet tolerant, & pro cœlesti mercede, vel tenuissimi verbi contumelias ferre recusant. Terrena iudici toto etiam die assistere fortes sunt. In oratione vero coram Domino, vel vnius horæ momento lassantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famemque pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant. Superna autem laboriosa quærere tanto magis dissimulant, quanto ea tribui tardius putant.*

Tertia

Digitized by Google

TErtia eſt patinetia ſtultorum, id eſt eorum, qui ſciunt quòd peccando mortaliter ſeruiunt diabolo, & tamen permittunt ſe trahi ab illo de peccato in peccatum. Quibus dicit Paulus, 2. ad Cor. 11. *Libenter ſufferis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis.n. ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit.* Et in hac patientia ſtulta ſunt multoties vxores, quæ viris ſuis in peccatis conſentiunt. Et econtra viri vxoribus, & ſimiliter ſerui Dominis, ne eos turbari faciant. hæc autem patientia eſt paſſiua, & ſupportatio iniqua.

QVarta patientia eſt hypocrytarum. De quibus dicitur, Matthæ. 6. *Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.*

QVinta patientia eſt virtuoſorum. De qua modicum hodie reperitur. Aſſimilatur.n. hinnulæ, quæ cum ſit calidiſſima, & conſequenter non bona in æſtate, tunc emittit folia latiſſima. Sed in hyeme quando eſſet bona, abſcondita latet ſub terra. De qua virtute Auguſt. inquit in lib. de patientia: *Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum donum Dei eſt, vt eiusm ipſius, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur,* & Iac. 1. c. ſcriptum eſt; *Patientia opus perfectum habet.* Et 2. ad Cor. 6. dicit Paulus. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia.* Et ad Epheſ. 4. ait: *Cum patientia ſupportãtes inuicem.* Et ad Heb. 10. *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis repromiſſionem.* Hanc autem patientiam debemus à Deo impetrare, & dicere cum pſalmiſta: *Ab ipſo enim patientia mea.* Et iterum. *Tu es patientia mea.* In quinque autem debet homo eſſe patiens, primo in charorum amiſſione. Nam multi ſunt, qui propter mortem amicorum indignantur DEO, & ſeipſos committunt conſumendos dolori. Contra quos inquit Seneca de conſolatione ad Paulinum: *Quid tam humile, ac muliebre eſt, quam conſumendum ſe dolori committere?*

In quinque debet homo eſſe patiẽs.

Ideo Paulus prim. ad Theſſalonic. quart. ait: *Non contriſtemini ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Tales enim videntur non habere ſpem de reſurrectione futura, capitulo quam eſt præpoſterum, decimatert. quæſtio. ſecund. Sciendum tamen, quòd aliud eſt afflictionem non ſentire in aduerſis, aliud eſt non ſufferre. Vnde Seneca, vbi ſupra ait: *Non ſentire mala ſua, nõ eſt hominis, non ferre non eſt viri.*

Licet.n. dolorẽ ſentire, nec præ dicte auctoritates ſunt contra hos, ſed bene cõtra non ſufferentes.

SEcundo debemus eſſe patientes in perditione temporalium bonorum. Vnde, vt habetur in libr. de moribus philoſophorum: laudatur Anaxagoras, qui non eſt contriſtatus, quando in patriam rediens poſſeſſiones ſuas deſertas, & diſſipatas inuenit. Et ideo Tullius. in 2. de oratore dicit: *Magna laus, & admirabilis videri ſolet, tuliſſe caſus ſapientis aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.* Ideo laudatur Iob, qui audiens omnes filios ſuos mortuos, & omnem ſubſtantiam ſuam ſibi ereptam, non eſt deſperatus, ſed ait vt habetur ſui libri. 1. cap. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.*

2. Temporalium amiſſionem patienter tolerare debemus.

TErtio debet eſſe quis patiens in corporis flagellatione, cum, ſcilicet, corpus ægritudinibus, & infirmitatibus aggrauatur. Sicut de beato Franciſco legitur: De quo ſanctus Bonauentura in legenda maiori inquit: *Cum duris corporis angeretur doloribus, illas ſuas anguſtias non pœnarum nomine appellabat, ſed ſororum. Dum autem ſemel grauius ſolito doloruns vrgeretur acutes: quidam frater ſimplex dixit ad eum: Pater ora Dominum, vt mitius tecum agat, manum enim ſuam plus debito ſuper te aggrauare videtur. Quo audito, vir ſanctus cum gemitu exclamans ait: Niſi noſcerem in te ſimplicem puritatem, tuum ex nunc abhorrerem conſortium, qui auſus fueris circa me diuina iudicia reprehenſibilia iudicare. Et licet eſſet totus attritus graui prolixitate languoris, projciens ſe in terram, oſſa debilia duracaſu colliſit, & deoſculans humum, gratias tibi, inquit, ago Domine Deus de omnib. his doloribus meis, teq; mi Domine rogo, vt cenſuplum, ſi tibi placuerit, addas, cum tua ſanctæ*

3. In corporis flagellatione.

Digitized by Google

sancti e voluntatis adimpletio, fit mihi consolatio super plena. Et ideo etiam nos debemus patienter infirmitates tolerare. *Quia virtus in infirmitate perficitur*, secund. ad Corinth. duodecimo.

4 In tentationib. patientia est exercenda.

QVartò debet esse patiens quilibet, & non desperare de tentationibus, sed viriliter resistere. Nam vt ait beatus Bonauentura. in 2. distinctio. 23. articul. 1. *Ideo Deus permittit hominem tentari, vt fortiter, & viriliter agens maiorem inde gloriam consequatur.* Scriptum est enim Iacob. 1. *Beatus vir, qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Et ibidem etiam dicitur: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.* Has enim tentationes sæpe permittit Deus pro nostra vtilitate, vnde Iob 5. scriptū est, *Beatus homo, qui corripitur à Domino, increpationem ergo eius ne reprobes.* Quando ergo es tentatus, siue tribulatus, recorderis illius sententiæ, quæ habetur Ecclesiastic. 3. vbi dicitur: *Disciplinam Domini ne abijcias, ne deficias, cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Debes etiam recordari, quod dicitur Psalm. 33. *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Et de hoc est exemplum magni Antonij, qui dū post multas tentationes, & verbera, quæ à dæmonibus fuerat passus, vidisset in splendore quodam mirabili, Dominum Iesum Christum, dixit ad eum: Vbi eras bone Iesu? Iesu bone vbi eras? Quare non fuisti à principio, vt me adiuuares à dæmonibus? Cui D. ait. Antoni hic aderam, intuēs quomodo pugnares, & meo auxilio certamen superasti. Amodo autem quia viriliter pugnasti, in toto orbe te faciam nominari. Recordare etiam ô tribulate, & tentate, quòd multo plures tribulationes passus est Christus pro amore tuo, quare conueniens est, vt tu etiam aliquid patiaris amore eius. Vnde inquit Paulus ad Heb. 12. *Recogitate eum, qui sustinuit talem à peccatoribus persecutionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.* Vnde Greg. in moralibus inquit: *Si passio Dominica ad memoriam reuocetur, nihil est adeo durum, quod non æquo animo toleretur.*

5. In sufferendis iniurijs patientia est necessaria.

QVinto debet quis esse patiens in tolerandis iniurijs, & infamijs impositis, sciens quod mendacia habent breues pedes, & veritas omnibus falsitatibus superminens erit. Ad quod sunt quatuor remedia secundum Senecam. Primum est, ipsas iniurias obliuioni tradere, sicut faciebat Iulius Cæsar, vt refert Tullius. Vnde idem Senec. ait: *Iniuriarum remedium est oblivio.* Secundum est, non reputare se iniuriam recepisse. Vnde idem Seneca ait: *Sapiens colaphis percussus dicit: Sicut debuit facere, sic fecit.* Et de hoc laudatur Cato, qui cum à quodam fuisset in ore percussus, negauit se ab illo iniuriam recepisse. Tertium est, quòd debet dissimulare, se multa non videre, nec audire. Vnde idem Senec. ait: *Non expedit omnia audire, vel videre. Multæ enim iniuriæ nos transeunt, ex quibus pleraſque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus, non fis curiosus.* Quartum remedium est, in ludum, & solatium iniurias conuertere. Vnde idem Seneca narrat, quod cum Diogenes Philosophus quandam causam cum Lentulo habuisset: Lentulus attracta pingui saliua, in faciem eius expuit. Ille autem faciem extergēs in lusum conuertit, dicens: Affirmabo amodo ô Lentule, falli omnes, qui negant te os habere. Omnes ergo Christiani tenentur patienter sibillatas iniurias ferre. Nam aliter quis nō est bonus nisi sciat tolerare malos. 22. quæst. 4. capit. tolerandi, & cap. qui secundum carnem, vnde in cap. hæc autem vita, ea. q. & causa, dicit Gregor. *quisquis non tolerat malos, ipse sibi per impatientiam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.* Debent ergo boni infamationes malorum æquanimiter ferre, quia potius redundat ad eorum commēdationem, quàm vituperationem. Imò esset nobis vituperium, si à turpibus, & sceleratis laudaremur, dicente Seneca, in libr. de quatuor virtutibus: *Paria sunt, laudari à turpibus, & laudari ob turpia.* Nos vero dicere possumus, quod paria sunt vituperari à turpib, & laudari ob virtuosa. idem quoque Seneca inquit: *Nimia dementia est vereri, ne ab infamibus infameris*, & Gregor. super Ezechielem

Iniuriarum remedium est oblivio. Quatuor remedia ad tolerandas iniurias, et infamias.

Digitized by Google

Ezechielem ait : *Peruersorum derogatio, vitæ noſtræ eſt approbatio.* Quia iam oſtendimus iuſtitiæ aliquid nos habere, ſi illis diſplicere incipimus, qui non placent Deo. Et hoc oſtendi poteſt quadruplici exemplo.

Quadruplici exemplo vel ſimilitudine oſtenditur iuſtis nil derogare detractionē ab iniuſtis factam.

Primo lucis, cui non eſt derogatio, ſed commendatio, ſi eam fugiunt, & odiunt veſpertiliones. Sancti etenim viri ſunt lux, quia habent lucidā famam. 1. ad Theſ. 5. *Omnes vos filij lucis eſtis & filij Dei.* Peccatores autem ſunt tanquam veſpertiliones, quia diligunt opera tenebrarum, & odiunt opera virtutum. Et ideo cum viris lucidis conuenire non poſſunt, & 2. ad Corinth. 6. *Quæ ſocietas lucis ad tenebras?* Non eſt ergo derogatio viris lucidis, ſi infamantur ab hominibus tenebroſis. Vnde cum quidam amicus Diogenis philoſophi dixiſſet ei : Omnes vituperant te, ille ait: *Oportet ſapientiam ab inſipientibus feriri.*

2. Similitudo.

Secundo hoc oſtenditur exemplo odoris. Cui non eſt derogatio ſed commendatio, ſi eum fugiunt ſerpentes. Serui enim Dei ſunt odoriferi fama. 2. ad Corin. 2. *Odorē notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.* Peccatores aūt ſunt ſerpētini, quia virus detractionis ſemper portant, & venenū in lingua, dicente Pſalmiſta: *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Sicut autem odor virtutum bonos recreat, ſic malos conturbat. 2. ad Corinth. 2. *Alijs ſumus odor mortis in mortem. Alijs vero odor vitæ ad vitam.* Non eſt ergo derogatio viris odoriferis, ſi infamantur ab hominibus fœtidis. vnde Ariſtot. cum ei quidam diceret, homines te contemnunt, reſpōdit : Et illos aſini. Et ideo ſicut illi non curant de contemptu aſinorum, ita nec ego de contemptu malorum.

3. Similitudo.

Tertio oſtēditur exemplo coloris, cui non eſt derogatio, ſed commendatio, ſi cæci de illo falſa iudicant, quem nunquā viderūt. Sancti etenim viri colorati ſunt, albo colore puritatis, nigro humilitatis, rubeo charitatis, aëreo cœleſtis contemplationis, & viridi amabilis cōuerſationis. Peccatores autem ſunt cæci. Sap. 2. *Excæcauit eos malitia eorum.* Non eſt ergo bonorum derogatio, ſi peccatores cæci de coloribus ſuarum virtutū male iudicāt. Imo à talibus laudari, & diligi eſt vituperatio, & odiri eſt commendatio. Vnde cum quidam iuuenis ſpecioſus diceret Demoſtheni Philoſopho: Si homines me odirent ſicut te, ſuſpendio me perimerē. Ille reſpondit : Et ego me perimerem, ſi me quemadmodum te amarent. Quod oſtenditur exemplo medici, cui non eſt derogatio, ſed commendatio, ſi phrenetici eum cōtemnunt. Medici enim ſunt ſerui Dei ab hominibus honorandi. Eccl. 38. *Honora medicum.* &c. Phrenetici autem ſunt peccatores, qui manus ſibi injiciunt. Sap. 16. *Homo per malitiam occidit animam ſuam.* Si igitur phrenetici peccatores infamāt ſeruos Dei, non debent curare, ſed eorū blaſphemiam deridere. Vnde legitur de Veſpaſiano Imperatore, quòd cum quidā vellet ei improperare, quod eſſet auarus, & ſenex ſibi dixit: Vulpem poſſe pellem mutare, non animum. Ille autem reſpondit: Huiuſmodi hominibus debemus riſum, nobis correctionem, pœnam vero criminoſis. Et in hoc oſtendit generoſitatem animi ſui. Nā vt inquit Sene. in lib. de clementia: *Magni animi proprium eſt iniurias, atque offenſiones ſpernere.* Et idem in libro de prouidentia, inquit: *Marce: fine aduerſario virtus,* & Prou. 16. di. Salomon: *Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur, animo ſuo, quam expugnator vrbium,* & ad Lucillum inquit Sene. *Æquo animo audienda ſunt imperitorum conuitia,* ait enim Cato ſui libri. 4. c. *Cum recte viuas, ne cures verba malorum : Arburij noſtri non eſt, quod quiſque loquatur.* Nam ſicut canes contra nos latrantes non poſſunt per hoc facere, quod homines rationales non ſimus, & quod ipſi beſtiæ nō ſint; ita beſtialium opprobria nō poſſunt efficere, quin ſimus Deo grati, & virtuoſi, & quod ipſi non ſint diabolici, & à Deo maledicti. Ea propter Iſidor. libr. 2. ſoliloquiorum. ca. 12. aic: *Iniurijs non reſpōdeas, conuitium ne retorqueas, cum ſilentij patientia tacendo cito vinces, maledicenti benedictionem appone. Irascentem patientia*

Veſpa nus enti datus.

entia demolire, blandam in eo iracundiam furentis dissolue. Vince aequitiam mansuetudine, vince malitiam bonitate. Ber. quoque in lib. de improbatione vitiorum. c. 4. ait: *Nobis eruperat duras patientia linguas*, vnde Ioānes Solobriensis Anglicus in Polycratone libro 4. laudat Octauianum Augustum, qui cum per ciuitatem Romam pergeret, quidam desperatus, & vilis homo, ei dixit: O tyranne. Cui ille respondit, pacifica voce: Si essem, non diceres, & non amplius de verbis eius curauit. Laudat quoque Suetonius. lib. 3 de duodecim Cæsaribus, Tiberium Cæsarem: qui neminem de se maledicentem, vel sibi conuitia inferentem, puniri volebat dicens: In ciuitate libera, linguam mentemque liberam esse debere. Laudatur etiā Iustinianus Imperator, qui in l. vnica. C. si quis Imperatori male. inquit: *Si quis modestiae nescius, & pudoris ignarus, improperantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obiectator fuerit temporum nostrorum, eum paene nolumus subiacere, neque durum aliquid, vel asperum sustinere. Quoniam si ex lenitate processit, contemnendum est, si ex infamia, miseratione dignum, si ab iniuria, remittendum.* In lib. etiam de Nugis philosophorum laudatur Aristippus philosophus, qui cuidam sibi improperia dicenti respōdit: *Vtinam ita tu tuae linguae, sicut ego aurium earum Dominus sum.* Ibidem etiam laudatur Xenophon, qui maledicēti sibi respondit: *Tu didicisti maledicere, & ego didici maledicta cō emere.* Quorum exempla, & nos sectari debemus, nec de malorum iniurijs aut persecutionibus curare, quæ si non haberemus, non essemus boni. Cū scriptum sit Eccle. 33. *Contra malum bonum est, & sic cōtra mortē vita:* & sic contra virum iustū peccator. Cōsiderat enim peccator iustum, & quærit mortificare eū, vt ait psalmista. Concludo ergo, quòd quilibet debet esse patiēs in omnibus aduersitatibus, quantumcunque asperis. Tunc enim maior est virtus, quanto maior tribulatio æquanimiter toleratur, dicente Lucano, libro 9. *Gaudet patientia duris.* Ideo Virgilius. 5. Aeneidos prope finem inquit: *Superā-*

tioni ob ientiam tumijs latur.

da omnis fortuna ferenda est. S. Prudentius de Psychomachia. c. . ait: *O verum vera comes virtutibus esse parata, cui dantur saeua fortis patientia misceri? Virtus tum vincta est, quam non patientia firmat.* Et Cato sui libri. c. 2. ait: *Magna etenim merces semper patientia virtus.* Maxime autem debemus esse patientes de his quę meremur. Ait enim Cato capit. 4. *Quod merito pateris, patienter ferre memento: Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.* Ideo Micheę. 8. dicit propheta in persona talium: *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.* Ad patientiam quoque hortatur Cassiod. Epistolarum libr. 10. epistola. 11. dicens. *Sustinendo potius, quam vindicando laudaberis,* & Isidor. Soliloquiorum. lib. 1. cap. 4. ait: *Qui aduersa patienter tolerat, Deum sibi citius placat,* & Ber. in lib. de improbitate vitiorum, cap. 4. dicit: *Nullum aduersi patiens terrore mouetur: Et sua vir patiens vota videbit ouans.* Matth. quoque poēta in poētria sua parte 1. cap. 16. ait. *Patientia est cōseruatiua virtutis.* Vt autē possimus esse patientes, debemus seruare consilium Isidori, vbi supra. cap. 10. dicētis: *Patienter leuiora portabis, si grauiorum fueris recordatus.* Recordare ergo, ô tribulate, afflicte, & angustiate, quòd multo maiores sunt, & grauiores afflictiones inferni, quàm istius sæculi, à quibus liberaberis, si patienter istas toleraueris. Quod tibi concedat, & nobis omnibus, scilicet, in in tribulationibus gaudere, & non desperare, tribulatorum consolator

Iesus Christus, cui est honor,
& gloria in sæcula
sæculorum.
Amen.

FERIA

FERIA VI. POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE MARTYRIO.

SERMO XXXIX.

EAMVS & nos, & moriamur cum eo. Ioannis 11. & in Euangelio occurrētis feriæ. Vt tradunt naturales philosophi : Sanguis humanus fœcundat lignum aridum, quia si lignum fuerit arefactum, optimum remedium est statim in principio arefactionis apponere ad radices sanguinem humanum. Vnde narrat Hermes Aegyptius, quòd Rosarium plantatum in terra commista cum sanguine, ad calorē modicum ignis, omni tempore anni producit rosas. Et similiter homines qui dicuntur arbores, iuxta illud Marci. 8. *Video homines quasi arbores*, quando sunt arescentes per peccatum, & concupiscentiam carnalium delectationum, eis sic arefactis per defectum deuotionis, & nullum fructum boni operis facientibus, non est melius remedium quàm ad radicem cordis eorum apponere calidum sanguinem Christi ob illorum salutē effusum. quia sicut elephas viso sanguine, animatur ad prælium, ita ipsi ex meditatione passionis Christi accendentur ad amorem, qui est calor naturalis animæ, & facient fructum aggrediendo pro eius amore quæcunque ardua, & difficilia, ac etiam martyrium: dicentes intra se verba thematis nostri. Et propterea Christus facit more falcarij, qui volens euolatum reuocare falconem ascendit arborem, vel alium locum eminentem, & ostendit illi carnem sanguinolentam. Ipse enim Dei filius volens hominem perditum, & euolatum de manibus suis ad se reuocare, ascendit arborem sanctæ Crucis in monte Caluariæ, & ostendit ei totum corpus suum vulneratum propter iniquitates eius, voce magna, & clamore valido ipsum euocans. Sed multi nolunt eius vocem audire. Vnde ipse conqueritur Iob 19. dic. *Seruum meum vocaui, & non respondit mihi.* Ille autem non respondet Christo, qui eius passioni non compatitur, & pro ipso, pro se mortuo, non est paratus mortem subire. Sed hic quærunt doctores, vtrum sustinere martyrium propter Christum, sit in præcepto? Et respondet B. Thomas in 4 suo quolibet. q. 3. quod aliquid esse sub præcepto, potest intelligi duobus modis, vno modo cōditionate, quo ad animum, sicut sub præcepto est, vt Augustin. exponit illud Matthæi 5. *Si quis percusserit te in vnā maxillā, præbe ei & alteram.* Quod intelligitur secundum præparationem animi, scilicet, vt homo habeat animum præparatum, si opus esset, & salus aliorum exigeret, quod & patienter se percuti in alia maxilla sustineret. Et per hunc modum sustinere martyrium propter Christum, cadit sub præcepto, quia homo debet habere animum præparatum, ita quòd potius permitteret se occidi, quàm Christum negare, vel mortaliter peccare. Alio modo, aliquid cadit sub præcepto absolute, tanquam debitum simpliciter. Sicut amare Deum, honorare parētes, & huiusmodi. Et hoc modo sustinere martyrium nō est sub præcepto. Non enim tenetur quis se ingerere martyrio, quod sic probari potest. Minus videtur quòd homo sua tribuat, quàm quod proprium corpus exponat, vt inquit Gregorius in homilia super illud Lucæ. 10. *Ego sum pastor bonus*, &c. Sed dimittere omnia sua propter Christum non cadit absolute sub præcepto, sed sub consilio: ergo multo minus exponere morti corpus proprium ad sustinēdum martyrium, est absolute sub præcepto. De quo martyrio tres considerationes faciemus. Prima dicetur commendationis, Secunda conditionis, Tertia variationis.

An martyrium pro Christo sustinere sit de præcepto.

Sermo diuisio.

Digitized by Google

PARS PRIMA, De Martyrij commendatione.

Martyrium subire est actus quatuor virtutum.

VT inquit B. Tho. 2. 2. q. 124. art. 1. Subire martyrium propter Christum est actus quatuor virtutum. Primo charitatis vt imperãtis. Vnde S. Maximus in sermone martyrum dicit: *Charitas Christi in martyribus suis vicit.* Ex charitate enim sola habet martyrium, quòd sit meritorium, dicente Paulo 1. ad Corint. 13. *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mi hi prodest.* Secundo, subire martyrium est actus fortitudinis vt actum elicientis, & timorem excludentis. Et ideo de martyribus inquit Paulus ad Hebr. 11. *Fortes facti sunt in bello.* De quibus canit Ecclesia: *Sanctorum meritis inclyta gaudia: Pangamus socij, gestaque fortia.* Tertio, est actus fidei, vt in Deo tanquam in vltimo fine confirmantis, & intellectum eorum ad credendam alterius vitæ gloriam illuminantis. Vnde B. Maximus. vbi supra, dicit de martyribus: *Nunquam enim hanc vitam sic constanter expenderent, nisi esse aliam incomparabiliter beatiorem perfecta diffinitione sentirent.* Quarto est actus patientiæ vt sustinentis, vnde de martyribus canit Ecclesia: Cædũtur gladijs more bidentiũ: Non murmur resonat, non querimonia: sed corde tacito, mens bene conscia: Conseruant patientiam.

Martyrium sufferre esse actum perfectissimũ ostenditur.

EX quibus concludere possumus, quòd sufferre martyrium est actus maximæ perfectionis. Et potest probari secundũ Thom. 2. 2. q. 124. art. 3. sic. Tanto magis aliquis ostenditur esse perfectus, & ardentius amare Deum, quanto pro eius amore rem magis dilectam contemnit, & magis odiosam eligit. Cum igitur inter omnia bona sua, maxime amet homo vitam suam: Sicut scriptum est, Iob 2. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ possidet, dabit homo pro anima sua*, id est pro vita cõseruanda. Econtrario verò inter omnia odibilia, maxime abhorreat mortem, sicut etiam omne aliud animal facit, vt inquit Boëtius 3. de consola. Ergo sequitur, quòd martyr qui pro Christi amore vitam contemnit, & mortem sustinet, est summæ perfectionis, & charitatis. Et hoc est quod Saluator inquit, Ioan. 15. *Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Sed contra arguitur sic: Nobilius, & perfectius est propter Christum dare animam, quàm corpus, quia anima multo nobilior est corpore. 24. quæstione 3. cap. si habes. & l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. Sed per martyrium homo propter Christum dat corpus, per obedientiam verò animam, & propriam voluntatem Deo sacrificat. cap. sciendum. 8. quæstione 1. Ergo obedientia perfectior est martyrio Respõdet B. Thomas vbi supra, quòd martyrium complectitur illud, sine quo obedientia esse non potest, scilicet, vt aliquis sit obediens vsque ad mortem, & ideo martyrium est perfectius obedientia, quam in se includit.

SEcunda sic arguitur. melius est bonum, quod prodest multis, quàm quod vni soli 1. Ethic. & c. licet quibusdam. de reg. Sed actus gubernãdi, & docendi, prodest multis, actus autem martyrij illi soli, qui patitur, ergo docere, & præsidere est perfectius martyrio. Respondet Thomas vbi supra, quòd martyrium nõ solùm patienti prodest, sed etia multis alijs, vnde Ambrosius, in quadam epistol. ait: *Martyr cum patitur, non solùm sibi patitur, sed etiã cuilibet. Sibi enim patitur ad præmium, cuilibet ad exemplum, sibi ad requiem, cuilibet ad sanitatem. Exemplo enim eius didicimus in Christum credere, & mortem non timere*, hæc ille.

Martyres doctoribus, ac virginibus sunt perfectiores.

EX quibus patet, quod martyres sunt perfectiores Doctoribus, quia ipsi docent non solùm verbo, sed etiam facto, & exemplo. Sunt etiam perfectiores virginibus, vnde Aug. in lib. de virginitate facit comparationem inter perfectionem martyrij, & Virginitatis. Et tandem concludit, quòd cæteris paribus, perfectio martyrij est excellẽtior perfectione virginitatis.

Digitized by Google

ginitatis. Beatus quoque Thom. in 4. distinct. 49. inquit: quod licet vna aureola sit maior altera secundum quid, simpliciter tamen loquendo, aureola martyrum est potior aureola doctorum, & virginũ; quia cum in martyrio sit pugna difficilior, & victoria maior, debet etiam esse excellentior aureola, quæ martyribus datur: vnde gloss. super illud Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur.* &c. dicit, quod omnes aliæ beatitudines perficiuntur in ista. Ecclesia quoque in commemoratione sanctorum martyres præordinat, & præponit doctoribus, & virginibus, ad ostendendum prœeminentiam eorum respectu doctorum, & virginum. Quorum martyrum gloriam admirans sancta Mater Ecclesia inquit Deo: *Quæ vox, quæ poterit lingua retexere, Quæ in martyribus munera præparasti?* quasi dicat nulla. Ideo canit Dauid propheta Psal. 115. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* id est secundum Alexandrum de Ales ibi. Chara, & grata est Deo mors martyrum. Cum enim ipsi ostenderint operibus arduis, quod super alios Deum dilexerunt, dicente Greg. in quadam homilia Paschali: Quod probatio dilectionis, exhibitio est operis: Credendum est quod Deus in cœlesti curia illis præcipui amoris signa ostenderet, eos singulari gloria decorando.

PARS SECVNDA, Huius sermonis, de martyrij conditione.

Tres martyrij conditiones.

SEcundo sciendum est secundum Franciscũ de May. in tractatu de martyrio, quod ad verum martyrium tres conditiones requiruntur. Prima dicitur personæ discretio, scilicet quod sit persona discreta, ne seipsum quis interficiat. Deus enim non vult aliquem seipsum interimere, vt martyr fiat, quia si præcipit, ne proximũ quis interficiat. Exod. 20. à fortiori inhibet occidere seipsum. Et ideo qui se occidit, crudelior est eo qui alium interemit. ff. de bonis eorum. qui. mor. si. consci. l. fi. & ibidem dicitur, quod qui sibi non parcit, multo minus alijs parcet, de quo loquens August. super illud Ioan. 20. *Qui odit animam suam.* &c. inquit: *Vide ne tibi surrepat, vt te ipsum velis interimere, sic intelligendo, quod debeas in hoc mundo odisse animam tuam. Hinc enim quidam maligni homines atque peruersi, in seipsos crudeliores, & sceleratiores homicidæ, flammis se donant, ac præfocant, præcipitio se collidunt, & pereunt. hoc Dominus non præcipit. Imo diabolo præcipitium suggerenti respondit, Vade retro satana. Scriptum est enim. Non tentabis Dominum Deũ tuum. Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas quo volebas, cum autem senueris, alius cinget te, & feret quo tu non vis: vbi satis expressit, non à seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi,* hæc ille.

PRopter defectum huius causæ, non fuit martyr Ragias, qui seipsum præcipitauit, & gladio vulnerauit, eligens magis nobiliter mori, quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos, indignis iniurijs agi, vt dicitur 1. Mach. 14. Sed contra hoc argui potest, de illis qui tempore persecutionis Christianorũ se occiderunt, de quibus dicendum est secundum Augustinum. 1. de ciuit. Dei c. 2. quod illud fecerunt diuina inspiratione, sicut de illis mulieribus, quæ ne pudicitiam perderent, & ab insectatoribus corrumperentur, se in flumine præcipitarunt, quarum Ecclesia memoriam veneratur in catalogo sanctorum. Similiter & de Samsone credendum est, qui seipsum interemit, illud Iudicum. 16. dicens: *Moriatur anima mea cum Philistæis.* Fuit enim figura Domini nostri Iesu Christi: vnde de ipso dicitur ibidẽ, quòd *multo plures interfecit moriens, quos ante viuus occiderat.*

SEcunda conditio martyrij dicitur intentionis rectificatio, vt scilicet non propter aliquam mundanam, & temporalem gloriam, seu vtilitatem mortem *2. Martyrij conditio.*

Digitized by Google

quis subeat, sed propter Deum, & vitam æternam habendam. Cuius ratio est, quia secundum Philosophum 2. de anima, *Omnia iuste denominantur à fine.* Et secundum Ambrosium, in libro de officijs. *Intentio tua, operi tuo nomen imponit.* Licet ergo aliquod opus bonum sit in se, potest tamen denominari malum ratione malæ intentionis, vt patet de ieiunante, vel faciente eleemosynam propter pompam, aut fauorem humanum. Deus enim cor interrogat, non manum, 14. quæstio. 5. ca. si quid. & 15. quæsti. 6. c. si à sacerdotibus. Et propter defectum huius circumstantiæ, non fuit martyr Iudas Machabæus, quia propter humanam reuerentiam fuit interfectus. noluit enim fugere hostes, cum posset mortem sic euitare, dicens: *Absit rem istam facere vt fugiamus eos, & imponamus crimen gloriæ nostræ.* vt dicitur, 1. Mach. 9. Ex prædictis etiam patet, quod ad martyrium perfectum requiritur, vt libenter non inuitus quis moriatur. Quia nullum bonum nisi voluntarium. c. præsens clericus. 20. quæstion. tertia. Et nemo inuitus bene agit, etiam si bonum est quod facit, vt inquit Augustin. in primo confessionum.

Iudas Machabæus quare non fuit martyr

TErtia martyrij conditio dicitur causæ iustificatio, vt scilicet pro aliqua iusta causa quis moriatur, non pro culpa sua. Nam quando propter furtum aliquis suspenditur, nunquid martyr vocari potest? Certe non. Hinc 1. Petri. 2. dicitur: *Quæ enim est gratia, si peccantes colaphizati fueritis? Sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.*

3. Martyrij conditio.

QVapropter Augustin. in sermone de innocentibus inquit: *Quoties cunque sanctorum martyria celebramus, toties laudes saluatoris edicimus. Quoties asserimus martyrum passiones, toties Christi gloriam prædicamus. Non enim suscepimus quod passi sunt, sed propter quem passi sunt, admiramur. Igitur non pœna in laude, sed fides est in honore, magnificamus modo, nõ quia grauioribus subiacuere supplicijs, sed quia iustitiæ causa grauiora tolerauere supplicia. Nam plures sceleratorum pœnas vidimus esse perpessos, sed nihil eis prosunt, quia martyres causa iustificat, sceleratos conscientia sua damnat.* Et idem super Psalm. 34. sermone secundo, ait: *Martyrem non facit pœna, sed causa. Nam si pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent, omnes catenæ martyres traherent. Omnes qui gladio feriuntur, canonizarentur. Ergo discernatur causa. Nemo dicat, quia patior, iustus sum, quia ipse, qui primo passus est, pro iustitia passus est, ideo vltra exceptione addidit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,* hæc ille. Qui etiam in sermone. 6. de martyribus, dicit: *Nemo se extollat, & glorietur de passione. Nam si attendamus solas passiones, coronãtur & latrones. Si de passione gloriandum est, potest & ipse diabolus gloriari, cuius vbique templa euertuntur, vbique idola franguntur. Nunquid potest dicere, & ego martyr sum, quia tanta patior? Ergo homo Dei primo eligat causam, & sic securus accedat ad pœnam, quia post pœnam accipiet coronam,* hæc ille.

ET ideo Tho. 2. 2. q. 124. art. 9. dicit, quod ad martyrium propriè sumptum, requiritur, quod quis mortẽ sustineat pro Christo, iustis de causis, quæ sunt septem, secundum Franciscum de May. vbi supra, & fratrem Aluarum Hispanum, in lib. de planctu Ecclesiæ. Prima causa dicitur iustitia, qua suscepit martyrium Abel, de quo Matth. 23. dicitur: *A sanguine Abel iusti, &c.* vbi Augustin. dicit quod in Abel triplex perfectio fuit. s. virginitatis, sacerdotij, & martyrij. de isto martyrio habetur. 23. q. 4. c. nimium &c. qui peccat. & c. si Ecclesia, & 1. Petri. 3. vbi dicitur: *Si quid patimini propter iustitiam, beati eritis,* & Matt. 5. inquit Saluator: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum,* vbi Chrysost. ait: quod hic accipitur iustitia pro omni virtute, sicut etiam accipitur ab Aristotele, 5. Ethicorum. Et ideo quando quis occiditur propter aliquod bonum opus, factum amore Dei, martyr est.

SEcunda causa est pati pro lege obseruanda, sicut fecerunt Machabæi, secundi Mach. 7. de quibus Ecclesia celebrat festum *2. Causa.*

Digitized by Google

ſtum, quia licet ante Chriſti incarnationem fuerint martyrizati, tamē (vt inquit Bernardus) *Quod negauit eis tempus, conceſſit martyrij forma, quia eo modo paſſi ſunt, quo & martyres noui teſtamenti. Paſſi enim ſunt, ne tranſgrederentur legem Dei. Sicut & iſti, ne fidem Euāgelicam negarent.*

3. *Martyrij cauſa.* TErtia cauſa martyrij eſt, pati loco Chriſti, ſic ut fecerunt innocentes, in quorum ſingulis putabatur occidi Chriſtus, de quibus dicit B. Thom. vbi ſupra ar. 1. quod martyrij gloriam quam in alijs propria voluntas meretur, illi pro Chriſto occiſi per Dei miſericordiam ſunt aſſecuti. Nam effuſio ſanguinis pro Chriſto, vicem gerit martyrij. vnde ſicut pueris baptizatis per gratiam baptiſmalem, meritum Chriſti operatur ad gloriam obtinendam, ita in occiſis propter Chriſtum meritum martyrij.

4. *Martyrij cauſa.* QVarta martyrij cauſa eſt, cum quis patitur pro libertate Eccleſiæ, ſicut Beatus Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis. Et de hoc martyrio habetur 32. quæſtio. 8. capit. conuenientior. vbi diuus Ambroſius inquit Imperatori: *Si rapis, ſi deuoras, ſi acceperis, ſuſtinebo. Si autem extenderis manum tuam ad ſanctuarium Dei, ibi me ſacerdotem inuenies.*

5. *Martyrij cauſa.* QVinta martyrij cauſa eſt pati propter aſſertionem veritatis, ſicut fecerunt Eſaias, & Hieremias ac Ioannes Baptiſta, de quo martyrio habetur 23. quæſtion. 4. capit. vnuſquiſque. Et ideo. 11. quæſt. 3. c. nemo, dicitur: *Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium.* De hoc etiam loquens Auguſt. in ſermone de decollatione beati Ioannis Baptiſtæ, ait: *Diſcernendum eſt, qui, & pro quo patiantur, & erunt martyres Dei, ſi pro veritate, qui Chriſtus eſt, patiantur, & legitime coronentur.*

6. *Martyrij cauſa.* SExta martyrij cauſa eſt pati pro charitate, & ſalute alicuius, ſicut Chriſtus pro humani generis redemptione paſſus eſt, vt dicitur primæ Petri ſecund. Sed hic quæritur, nunquid teneatur quis corpus ſuum morti exponere pro ſalute animæ proximi ſui? Et reſpondit Alexander de Ales, in tertia parte ſummę, in tractatu de charitate, & Bonauentura in 3. di. 30. art. 1. quæſt. 1. & Thom. 2. 2. quæſt. 4. ar. 2. in corpore quęſtionis, quod ſic: quod probatur auctoritatibus, & rationibus. Prima auctoritas habetur. 1. Ioannis. 3. vbi dicitur: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ipſe poſuit animam ſuam pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere,* vbi dicit glo. *Debet quiſque pro fratribus, non animam ponere; ſed corporis vitam, quæ ex anima procedit.* Item, Ioannis 10. inquit Saluator. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis,* vbi glo. ait: *Quiſque enim naturaliter eſt paſtor animarum proximorum ſuorum. Vnde & quiſque pro animabus eorum, vitam ſuā debet dare.* Alia auctoritas eſt Chryſoſtomi dicentis, ſuper Matthæum: *Proximum ſuum non diligit, nec præceptum implet charitatis, qui pro ſalute proximi, vitam corporalem non exponit.* Rationibus quoque idem probatur: Prima dicitur bonitatis, cuius fundamentum ponit Ariſtoteles. quinto Topi. dic. *Sicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime.* Cum igitur omne bonum naturaliter ſit diligibile, primo Ethi. Ergo magis bonum eſt magis amabile, & maxime bonum maxime diligibile. Cum itaque in hoc mundo, reperiantur tria bona, ſcilicet bonū exterius aduenies, quod eſt bonum ſimpliciter; bonum corporis, quod eſt magis bonum; & bonum animæ, quod eſt maxime bonum, vt idem Phi. ait ſexto Ethico. Si homo amat bona temporalia, quia bona ſimpliciter, magis debet amare bona corporalia, quia magis bona. Et maxime bona animæ, quæ omnibus alijs bonis meliora ſunt, vt ait Ariſtoteles. 6. Politicorum. Et ideo cum maior ſit bonitas in anima proximorum, quam ſit in omni ſubſtantia temporali, & quam in propria vita corporis, magis tenetur quis diligere animam ſui proximi, quam omnia bona ſua temporalia, & quam corpus proprium, & per conſequens obligatur corpus ſuum morti exponere, pro ſalute animæ

Digitized by Google

mæ proximi sui. Secunda ratio dicitur qualitatis. Cuius fundamentum ponitur à Philosopho 9. Ethicor. dicente: *Amicus se debet habere per omnia ad amicum, sicut ad se ipsum, eo quod amicus est alter ipse.* Quod etiam Dominus præcipit Deutero. 22. & Matth. 6. di. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quo præsuppositio certum est, secundum Bonauentur. in 3. dist. 29. art. 1. q. 3. in solutione secundi ar. quod istud aduerbium sicut accipitur dupliciter. Primo pro quadam quantitate, & commensurabilitate amoris intensi. Et hoc modo nullus tenetur diligere proximum sicut seipsum. Secundo modo accipitur pro similitudine ad eundem finem, & bonum. Et hoc modo quilibet tenetur diligere proximum sicut seipsum, id est ad illum finem ad quem se diligit. Quod si sic est, cum quilibet teneatur præponere salutem animæ suæ, saluti corporis sui, ergo pari ratione tenetur exponere corpus suum pro salute proximi, aliter transgreditur præceptum de diligendo proximum sicut seipsum. Sed iterum quæritur, nunquid ille sit martyr, qui mortem sustinet pro liberatione patriæ, & rei publicæ, & respondet B. Tho. 2.2. quæst. 124. ar. 5. quod causa martyrij est bonum diuinum, non humanum, sed si bonum humanum pro quo quis moritur referatur in diuinum, siue in ciuitate moriatur, siue in bello, potest martyr appellari, & coronam recipiet martyrij. De taliter morientibus dicitur in §. filij autem Insti. de excu. tuto. *Qui autem pro republica occiderunt, intelliguntur in perpetuum viuere per gloriam.* Ad hoc etiam potest applicari illud Patriarchæ in triũphis.

7. Causa qua quis iuste martyrium pro Christo subire potest

Septima causa martyrij est pati pro fide, sicut fecit Stephanus, Actuum 7. & alij martyres noui testamenti, qui proprie martyres dicuntur, quia passi sunt propter testimonium quod pro fide Christi dederunt. Martyr enim græce, idẽ est, quod testis Latine, vt ait Augustinus, in sermone. 5. de Beat. Laurentio, & Isidorus 9. Etymo. Licet autem Apostolus dicat ad Romanos decimo. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, ex quo videtur innuere, quod quis non sit in statu salutis, nisi aperte confiteatur fidem Christi, etiam vbi est periculum mortis; tamen secundum quod inquit, B. Thom. 2.2. q. 3. ar. 2. hoc non intelligitur esse de necessitate salutis, nisi pro loco, & tempore, & secundum alias debitas circumstantias, quando scilicet propter subtractionẽ huius confessionis, & testificationis subtraheretur honor Deo debitus; vel salus proximi impediretur, vt si quis interrogaretur de fide, & taceret, & ex hoc crederetur, quod non haberet fidem, vel quod fides non esset bona, vel alij propter taciturnitatem auerterentur à fide. In huiusmodi enim casibus tenetur quis ad apertam fidei confessionem, non obstante mortis periculo, quia potius quis tenetur mortem subire, & omnia mala tolerare, quam fidem negare, vel alteri peccato consentire c. ita ne. 32. q. 5. & 22. quæst. 2. c. ne quis, & 23. quæst. 8. cap. conuenior. & c. quisquis. 11. quæst. 3. ar. ca. sacris. extra quod metus cau. cum similibus. Facit ad hoc quod inquit Aristot. 1. Ethicor. dic. *Melius est mori, quam agere contra bonam virtutem.* Et in lib. de secretis secretorum, ad Alexandrum iterum ait: *Prius eligenda est mors, quam offensio præclarissimæ virtutis.* Et eandem sententiam scribit Seneca, ad Lucillum & Tullius in 1. de officijs. Quapropter inquit glossa super illud Ioannis. 4. *Timor non est in charitate. Qui charitatem Christi habet non timet mortem suscipere pro Christo. Qui timet pro Christo suscipere mortem, minime charitas Christi in eo est.* Non est ergo timenda occisio propter Christum quadruplici ratione. Primo quia miles non timet exponere morti rõcinum pigrum, quando sperat accipere à rege dextrerium velocem. Piger roncinus est corpus nostrum ad omne bonum opus tardum, & pigrum, post cuius mortem accipiemus dextrerium velocem, id est ipsum corpus glorioſum velocissimumque per dotem agilitatis Sapient. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquã scintillæ in arundineto discurrent.* & Esaiæ. 40.

Qui

Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient. Secunda ratio est, quia libenter sustinet quis rationem grossi sacci, vt habeat indumentum byssini subtilissimi. Saccus grossus est corpus nostrum, post cuius laceratione induemur vestimento byssino, id est ipso corpore glorificato, per dotem subtilitatis. Apocalypsis. 19. *Datum est ei, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido.* Tertia ratio est, quia libenter permittit homo frangi carcerem tenebrosum, quãdo sperat venire ad palatium lucidum. carcer tenebrosus animæ est corpus nostrum, post cuius fractionem recipiemus palatium lucidum, id est, ipsum corpus glorificatum per dotem charitatis. Matt. 13. *Tunc fulgebunt iusti, sicut sol, in regno patris eorum.* Quarta ratio est, quia libenter permittit homo destrui domum luteam, & casuram, vt possit recuperare domum lauream, & æternam. Domus lutea, & casura est corpus nostrum, de luto factum, & morti addictum. Post cuius destructionem recipiemus domum æternam, id est ipsum corpus glorificatum per dotem immortalitatis. 2. ad Corint. 5. *Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, sed æternam in cælis.* Et ideo omnes Christiani debent se præparare ad tolerandam mortem pro defensione fidei Christi in persecutione Antichristi in proximo imminente. Nam taliter morientes potius, quam fidem negãtes, gloriosam assequentur martyrij palmam. Vnde Seneca, ad Lucillum, inquit: *Fortiter pro virtute mori, gloriosum est.*

PARS TERTIA HVius sermonis de martyrij variatione.

QVo ad tertiam partem nostri sermonis, sciendum est, secundum Franciscum de Mayrone vbi supra, quod tria reperiuntur martyrij genera. Primum est, cuius passio in anima, & corpore redundat. Sicut fuit martyrium Christi, qui in anima, & corpore ineffabiliter afflictus fuit. vnde in eius persona exclamat Hieremias. Threnorum 1. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor meus.* Sed hic quæri potest, quare Dominus noster martyriũ suum voluit pati in cruce? Et respondetur, secundum Thomã in tertia parte summæ, q. 46. ar. 4. & magistrum Bartholomæum de Pisis in conformitatib⁹ B. Francisci, lib. 3. quod multis de causis. Primo ratione satisfactionis, vt sicut in ligno scientiæ boni, & mali facta est humani generis perditio, Adam, & Eua, de ipso sumendo; sic in ligno crucis fieret eius reparatio & redemptio. vnde de Deo canit Ecclesia: *Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti, vt vnde mors oriebatur, inde vita resugeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, per Christum Dominum nostrũ.* Et idcò de ipso dici potest illud Sap. 14. *Benedictum lignum per quod fit iustitia.* voluit ergo Christus ligno crucis affigi, quasi restituens quod Adam sumpserat, vnde potest dicere cum Psalmista: *Quæ non rapui, tunc exolvebam*, de quo Augustinus, in quodam sermone de passione, ait: *Contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum. Sed quicquid Adam perdidit: Christus in cruce invenit*, hæc ille. Vnde ipse inquit homini illud, Cantic. 8. *Sub arbore malo suscitavi te. Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Sicut ergo primi parẽtes multipliciter peccauerunt, sic Christ⁹ in passione sua multimode satisfecit. Nam primo contra peccatum oculorum, quando curiose nimis conspexerunt lignum, videntes quod esset pulchrum visu, &c. Gen. 3. ipse fuit velatus in facie. Marc. 14. Sicut prædixerat ei pater æternus. Ezec. 12. dic. *Faciem tuam velabis.* i. velari permittes, *& non videbis terrã, quia portentum dedi te domui Israel.* Secundo contra peccatum manuum in attrectando, & arripiendo pomũ, fuit in manibus suis clauis asperrimus perforatus. Quas plagas videntes Angeli, cum ascendisset in cœlum cum stigmatibus, interrogauerunt eum, dic. illud Zach. 13. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Et ipse respondet: *His plagis plagatus sum in domo eorum qui me dilige-*

Tria sunt martyrij genera.

Christus quare pati voluit in cruce.

Christus omnibus peccatis Adæ satisfecit.

diligebant, id est in terra Iudæorum, qui me diligere debebant, tanquam eorum Messiam, & regem, ac illorum stirpe natum. Tertio contra peccatum pedum, quibus ad pomum vetitum perrexerant, fuit in pedibus suis vulneratus, vt merito dicere potuerit illud, Iob. 30. *Pedes meos subuerterunt, & oppresserunt.* Quarto contra peccatum gustus, quo pomum prohibitum comederunt, fuit felle, & aceto potatus. vnde inquit illud, Psal. 68. *Dederũt in escam meã fel, & in sitim meã potauerunt me aceto.* Quinto contra peccatum narium, quo pomi fragrantiam odorauerunt, ipse in mõte Calvariæ fuit crucifixus, vbi immunditiæ ciuitatis portabantur, ex quibus eius odoratus fuit afflictus, & verificatum fuit illud Esa. 3. *Et erit pro suaui odore fœtor.* Sexto cõtra peccatum aurium, quibus suggestionem diaboli per serpentem audierunt, fuit verbis derisorijs blasphematus, iuxta illud Luc. 23. *Stabat populus expectans, & deridebant eum principes cum eis, &c.* Vnde dicere poterat illud Iob. 30. *Nunc dicunt me iuniores tempore, quorum patres nõ dignabar ponere cum canibus gregis mei.* Septimo cõtra peccatum cordis, quo minus auide pomum cõcupierunt, fuit latere lanceatus: Ioan. 19. Et verificatum fuit illud, quod in persona eius prædictum fuerat, Iob. 16. *Circũdederunt me lanceæ suæ, quorum vnus concidit me vulnere super vulnus irruens in me, sicut gigas.* De hac autem satisfactione inquit Aug in li. de symbolo, tract. 3. *His gradibus, quibus perierat humana natura, à Christo reparata est. Adam superbus, humilis Christus; per fœminam mors, per fœminam vita, per Euam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta, facta est sed ut esset, hæc integra peperit saluatorem, &c.*

2. Ratio quare Christus in cruce passus est.

SEcunda ratio quare Christus in cruce passus est martyrium suũ, dicitur purgationis, siue mundationis, de qua Chrys. in sermone de passione, & super illud Ioan. 3. *Oportet exaltari filium hominis*, ait: *Exaltari audiens, suspensum intelligas in altum, vt sanctificaret terram ambulando super eam, iuxta illud Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, sive quæ in cœlis sunt, sive quæ in terris*, & Aug. in sermone de passione, dicit: *Idem non sub tecto, sed sub cœlo crucifixus est, vt aerem mundaret. Aer enim mundabatur, cum in altitudine crucis, onus immolabatur. Terra etiam purgebatur, quia stillabat sanguis de latere Domini super eam*, hæc ille. Quia ergo Christus terram sanctificauerat in ea nascendo, & conuersando, & aqua in ea se baptizari faciendo, & super mare gradiendo. Ignem vero sanctificaturus erat, spiritum sanctum in specie ignis suis fidelibus transmittendo, ideo ad sanctificationem, & purgationem omnium elementorum conueniebat, vt aërem purgaret, & sanctificaret in eo moriendo.

3. Ratio quare Christus in Cruce mori uoluit.

TErtia ratio dicitur communicationis. Nam quia aër est magis commune elementum, quam alia, potest enim homo habere propriam terram, aquamq; propriam, & ignem proprium, sed non est proprium aerem, ideo Christus voluit in aere crucifigi, vt ostenderet, quod sicut aër omnib. est communis, ita & passio sua fuit communis omnibus, scilicet illis, qui sunt in cœlo eos reparando, illis, qui sunt in mundo eos saluando, existentib. vero in purgatorio, & limbo, eos liberãdo. Et ideo in cruce poterat dicere: *Accepit cõmunem aerem*, Sap. 7. Omnem sollicitudinem faciens de communi vestra salute.

QVarta ratio dicitur mediationis. Sicut enim aër est medius inter cœlum, & terram, sic Christus fuit mediator inter Deum & hominem, ad Gal. 4. Mediator non vnius est naturæ, sed duplicis, scilicet diuinæ, & humanæ. Et ideo sicut aër ex parte superiori habet puritatem, per quam conuenit cum cœlo, & ex parte inferiori habet quandam grossitiem, per quam conuenit cum terra, sic etiam Christus cum Deo conuenit, ratione diuinæ naturæ, cum homine vero ratione humanitatis assumptæ, & ideo ascendit in aere super crucem, vt ostenderet se esse verum mediatorem, qui ad perfectam reconciliationem faciendam inter Deum, & hominem posset mittere manum suam in ambobus. Iob. 9.

QVinta ratio dicitur attractionis. Quia enim homo in terra iacebat, & surtum ascendere nõ poterat, ideo Chri-

stus

ſtus ad terras venit, vt aſcēſum hominum prępararet,& humanum genus ad cælum per ipſum aſcendere poſſet.Si enim Chriſtus ſemper māſiſſet in cælo,fuiſſet in loco nimis alto, nec homo ad ipſum ſe erigere potuiſſet, quod ſi in terra ſtetiſſet fuiſſet in loco nimis depreſſo. Et ideo voluit pati in loco medio, id eſt in aere, vt homo ad ipſum poſſet ad cælū aſcēdere, & propter hoc dicebat Iudæis. Ioannis 8. *Cum exaltaueritis filium hominis*, ſcilicet in aere ipſum crucifigendo, *tunc cognoſcetis quia ego ſum*,ſcilicet qui vos ad cœlum perduco, & traho, vnde etiam dicebat Ioannis 12. *Si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipſum.* Traxit namque cæleſtia, patrem recōciliando.Item terreſtria gētilem populum ad fidem deducendo. Et infernalia, ſanctos Patres,qui erant in limbo,extrahendo. Et ideo voluit in cruce exaltari, vt per caput ſurſum, nos Deo reconciliaret, per pedes deorſum infernum conculcaret,iuxta illud Eſa. 54. qui dicit profundo:*deſolare*,per manum dextrā ad aquilonem extenſam, gentes in frigore infidelitatis poſitas attraheret, per manum ſiniſtram ad auſtrum expanſam, Iudæos, in quibus aliquando calor fidei viguerat, cæcitatis ſuæ merito reprobaret. Dicit quoque Gregor. Nazianzenus,quod figura crucis à medio contactu in quatuor extrema partita,ſignificat virtutem, & prouidentiam eius, qui in ea pependit,diffuſam in toto orbe terrarum. & Chryſoſt. ait,quodChriſtus in cruce expanſis manibus moritur, vt altera manu veterem populum, altera vero eos,qui ſunt ex gentibus trahat,vel oſtēderet ſe iuxta quatuor partes crucis feciſſe hominū redemptionem, Angelorum reſtaurationem,diabolicæ potentiæ ſubiugationem, & à limbo patrum liberationem.Lactant.vero,in 4. diui. inſti. inquit: *Illa etiam præcipua fuit cauſa, cur Deus crucem maluerit, & illum in cruce exaltari fuit neceſſitatis; vt omnibus gentibus paſſio eius innoteſceret. Nam quoniam is, qui in patibulo ſuſpenditur, conſpicuus eſt omnibus, & ceteris altior, crux potius, electa eſt, quæ ſignificaret illum tam cōſpicuum, tamque ſublimem futurum, vt ad eum cognoſcendum pariter & colendum cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Denique nulla gens tam inhumana eſt, nulla regio tam remota, cui ani paſſio eius aut ſublimitas maieſtatis ignota ſit. Extendit ergo in paſſione manus ſuas, orbemque dimenſus eſt, vt iam tunc oſtenderet ab ortu ſolis vſque ad occaſum,magnum populum ex omnibus linguis,& tribubus congregandum,& ſub alas ſuas eſſe venturum, ſignumque illud maximum, atque ſublime frontibus ſuis ſuſcepturum. Cuius rei figuram Iudæi etiam nunc exhibent,cum limina ſua de cruore agni notant*, hæc ille. Crucifixus autem noſter per ſex modos peccatores ad ſe trahit.Primo per capitis inclinationem, ſicut amicus nutu capitis amicū vocat, vt det ſibi oſculum. Quod quidem oſculum valde deſiderabat humanum genus, dicens Cant.5. *Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,& deoſculer te?* Tenet ergo Chriſtus in cruce caput inclinatum triplici ex cauſa. Primo ratione reconciliationis; ſolet enim, qui alium ſibi vult recōciliare,caput inclinare,& oſculum ſibi dare,& ideo ipſe caput inclinat, vt oſculum nobis porrigat,& reconciliationem faciat, quod oſculum deſiderabat ſponſa Can.1. dic.*Oſculetur me oſculo oris ſui.*Secundo ratione eleuationis, ſolet. n.qui aliū vult erigere,ſeipſum inclinare, & illū ad alta eleuare. Et ideo Chriſtus caput ſuū inclinauit & de collo ſcalā fecit,ac nos ad patriam eleuauit. Ioan.15. *Nemo venit ad patrē, niſi per me,etc.* Tertio ratione exauditionis, ſolet.n. homo libenter aurē inclinare ei, quē vult benigne exaudire, Chriſt⁹ ergo caput inclinans,aurē dextram nobis porrigit. Et ſiniſtrā à nobis auertit. Auris aūt dextra,eſt eius miſericordia,quam modo nobis libenter impendit,ſiniſtra verò eſt eius iuſtitia, quam modo à nobis libēter auertit. Dicere quoq; poſſumus, ꝙ Chriſtusin cruce caput inclinatū ad dexteram tenuit, ſiue vt per hoc ſignificaret quod patiebatur propter peccatum,quod fecerant primi parentes cum dextera, ſiue vt per hoc innueret, ꝙ non vocat hominem ad læuam.i.ad vitam temporalem, ſed ad dexteram.i.ad cæleſtem vitam,ſiue vt per hoc oſtenderet,quod in his quæ facimus,

Chriſtus ſex modis peccatores ad ſe trahit.

Chriſtus tenet in cruce caput inclinatum triplici ex cauſa.

Digitized by Google

non ſiniſtram ; ſed rectam intentionem habere debemus, iuxta illud Matt. 5. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.*

Secundo trahit ad ſe per brachiorum extenſionem, ſicut mater trahit ad ſe puerum brachia aperiẽdo, quorum apertione veniendi fiduciam ei præbet. Deus aũt habet duo brachia, ſ. gratiã, & gloriã, quę ambo olim clauſa tenebat, quia nulli pœnæ dabat gratiã ſuam, & nemine m recipiebat ad ſuam gloriam. Tandẽ aperuit brachium ſiniſtrum ſuæ gratiæ, recipiens in gratia ſua populum Iſrael, ſed tamen dextrum brachiũ clauſum tenebat, quia nullum ad ſuam gloriam admittebat. Modo aũt ambo brachia habet aperta, & extẽſa, quia omnes ad ſuam gratiam paratus eſt recipere, & ad gloriam introducere: Et ideo quilibet fidelis poteſt illud dicere illud Can. 2. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et quilibet beatus dicere põt Deo cũ pſalmiſta: *Tenuiſti manũ meã, & in voluntate tua deduxiſti me*, quantum ad primum, brachio gratiæ; & cum gloria ſuſcepiſti, quantum ad ſecundum.

Tertio trahit per manuum perforationem, ſicut liberalis trahit egenum aduenien dum ad ſe. Chriſtus enim in cruce habuit manus apertas, confixas, & perforatas. Apertas ad innuẽdũ, quod dat omnib. facilit r, & liberaliter gratiam ſuam. Vnde illi inquit Pſal. *Aperis tu manum tuã, & imples omne animal benedictione*, & ad Heb. 12. ait Apoſtol⁹, *Tanquam filijs offert ſe Deus*, & Sap. 6. dicitur: *Præoccupat qui ſe concupiſcunt.* habuit ẽt manus confixas, ad innuẽdum quod dat immutabiliter, & perſeueranter, Eccle. 2. *Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino, & cõfusus e ſt, & p rmanſit in mandatis eius, & derelictus eſt.* Pauci aũtẽ ſunt, qui habeant iſtam immutabilitatẽ, & perſeuerantiam ſeruiendi, & benefaciendi. Nam de multis dici poteſt illud Pſa. *Confitebitur tibi, cum benefeceris illi.* Et Eccl. 6. di. *Eſt amicus ſocius menſæ, qui non permanebit in die neceſſitatis.* Ipſe vero Dominus Chriſtus non ſolum bonis, qui ei ſeruiunt, ſed ẽt malis, qui eũ offendunt, tribuit ſua beneficia, iuxta illud Matt. 5. *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* habuit ẽt manus perforatas, quia omnib. dat largiter, & abundanter. Sicut n. vas perforatum largiter effundit, ſic Chriſtus largiter tribuit 1. ad Ti. 6. *Qui præſtat nobis abunde*, & Iaco. 1. *Qui dat omnib. affluenter, & non improperat.* Non ſolum aũt eſt liberalis, ſed quodãmodo prodigus, quia habet manus perforatas. Sicut dicitur de aliquo prodigo, qui nihil ſibi ſcit retinere. Iſte habet man⁹ perforatas, vas. n. perforatum nihil retinere põt. Nõne prodigus eſſet, qui pro potu patrimonium ſuum daret ? Chriſtus autem pro potu aquæ frigidæ, dat patrimoniũ cæleſtis gloriæ, Matt. 10 *Quicunque dederit potũ uni ex minimis illis calicem aquæ frigidæ, amẽ dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* Licet ergo Chriſtus ſemper in vita ſua fuerit liberaliſſimus, quia multa, & innumera beneficia humano generi exhibuit, tamen in fine vitæ ſuæ quodãmodo fuit prodigus, quia nihil ſibi retinuit, ſed omnia alijs donauit. Nã Petro dedit Eccleſiam: Ioanni matrẽ ſuam chariſſimam, patri dedit animã ſuã precioſiſſimam, latroni dedit paradiſum, Nicodemo, & Ioſeph dedit corpus propriũ: nobis omnib. dedit ſuam carnẽ ſacratiſſimam, & ſanguinem precioſiſſimum in cibum & potum, crucifixorib. veſtimenta, & lanceatori reſtituit viſum.

Quarto trahit per lateris apertionem, vt ſuum amorẽ oſtendat. Amor. n. aliquãdo oſtenditur ex ſermone, quia quando cor abundat in amore, os ẽt abundat in ſermone. Matt. 12. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Aliquando aũt amor manifeſtatur in opere, quia ſecundum Greg. in homilia Pentecoſt. *Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis.* Iſte vero amorẽ maiorẽ priore, & ideo 1. Ioan. 3. dic. *Non diligamus verbo, neque lingua.* ſ. tantum modo, *ſed opere, & veritate.* Aliquando autem amor radicatur in corde, de quo dicitur Deut. 6. & Matt. 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* & iſte amor cordialis eſt perfectiſſimus, ſine quo alij amores, nihil valent. Primum amorem Chriſtus nobis oſtenderat in ſua ſalubri eruditione, & doctrina : ſecundum etiam oſtenderat in multiplici bene-

Digitized by Google

beneficiorum largitione; sed tertium. s. cordialem amorem, nobis ostendit in lateris apertione, per quã manifestauit, quantum nos dilexit, qualiter, & propter quid. Quantum, quia plusquam cor suum, iuxta quod pro nobis voluit vulnerari. Sic enim loquitur mater filio: Fili tu es cor meum. Plus te diligo corde meo. Qualiter autem, quia ex intimo amore cordis, vt. s. cor eius videamus, & quod ex amore cordiali nos diligat, certi simus. Sic enim loquitur amicus cum amico, vtinam videres cor meum. Et ideo Bernard. inquit: *Clauum penetrans, clauum referans factus est mihi, quid nisi vt videam per foramen?* &c. propter quid, vt adinstar columbæ ab insidijs dæmonum in ipso foramine abscondamur. Can. 5. *Veni columba mea in foraminibus petræ.*

4. Quo trahit Christus peccatorẽ.

Quinto trahit per pedum affixionem, sicut amicus positus in carcere trahit amicum ad se visitandum, Christus namq; propter nos se incarcerari fecit, quando pro nostra salute in cruce affigi voluit. Debemus ergo ad eius pedes currere, quia sicut dicitur Deuter. 33. *Qui appropinquat pedibus eius, accipiet de doctrina illius.* Ad pedes igitur currant peccatores, & tribulati. Nã vnus pes eius est vnctus oleo, id est, eius misericordia viscerosa. Deute. 33. *Tingat in oleo pedem suum*, peccator ergo ad istum pedem accedat, & medelam, ac sanationem inueniet. Ipse enim ait Esa. 16. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me vt mederer contritos corde.* Secundus pes est vnctus sanguine, & iste est, passio eius gloriosa, de quo pede ait Psalm. *Intingatur pes tuus in sanguine &c.* & ad istum pedem debent accedere tribulati, & inuenient cõsolationem, quia vt ait Gregor. *Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil est adeo durum, quod non æquo animo toleretur.* Amplexari igitur debemus pedes Domini confixos in cruce, vt nobiscum permaneat. Signum namque esset perfecti amoris, si amicus cum amico se faceret compediri vt secum maneret. Christus autem in hoc exilio veniens ad nos, voluit in pedibus configi tanquam compeditus, vt ostenderet quod nobiscum manet libenter. Prouerb. 8. *Deliciæ meæ, esse cum filijs hominũ.* Item manet vtiliter: vnde ipsa sapientia diuina dicit Sapientiæ. 7. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.* Manet quoq; perseueranter. Vnde ait Matthæi vltimo: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

6. Quo trahitur peccator à Christo.

Sexto ad se trahit per sui corporis extensionem, postquam enim pro nobis taliter se extẽdit, debemus & nos ad ipsum extendi, & ab ipso trahi. Nam extendit se pro nobis de cœlo vsque ad virginis vterum, de vtero in præsepium, de præsepio in mundi exilium. In quo semper se extendit in nostrum obsequium. Primo ab infantia, vsque ad pueritiam, quia in infantia, in circumcisione sanguinem suũ fudit. In pueritia verò sub parẽtum obedientia se extẽdit. Lucæ. 2. Secundo à pueritia vsque ad iuuentutem, quia in sua iuuentute nos instruxit, miracula fecit, & beneficia multa impendit. A iuuentute etiam sua se extendit vsque ad finem vitæ suæ, quia crucem ascendit, & per passionem nos redemit, & sic extendit se de mundo vsque ad patibulum, post mortẽ verò se extendit vsque ad limbum, & inde sanctos patres eduxit. De limbo autem iterum se extendit vsque ad mundum, quando gloriosè resurrexit. Postmodum vsque ad cœlum, quando mirabiliter ascendit. Tandem extendit se vsque ad iudicium, quando veniet iudicare viuos, & mortuos. Extendamus ergo nos ad ipsum per opera bona, vt ipse ad nos se extendat per sua beneficia, de quo dicitur Psalm. 54. *Extendit manum suam in retribuendo.* Notandum est autem, quòd quatuor sunt, quæ naturaliter attrahunt, scilicet simile, sicut videmus in animalibus, & maxime in hominibus. Ecclesiastici. 13. *Omne animal diligit simile sibi, & omnis homo simili sibi sociabitur*: de auibus quoque dicitur, Eccle. 17. *Volatilia ad sibi similia conueniunt.* Item vacuum attrahit, sicut patet in ventosa, quæ quam cito stupa per ignem euacuatur, si aëre non impletur, sanguinem ad se trahit. Item calidum, sicut patet in calore

Digitized by Google

radiorum solarium, cuius virtute attrahuntur vapores. Insuper quædam proprietates naturales rerum attrahunt, sicut patet in celamita attrahente acum ex virtute proprietatis cuiusdã naturalis. Christus ergo nos ad se attrahit. Primo per similitudinẽ nostræ humanitatis. ad Philip. 2. *In similitudinem hominum factus* &c. & ad Hebræos, 2. *Debuit per omnia fratribus assimilari*, &c. Nos igitur, qui ad similitudinem eius creati sumus, Gen. 1. debemus ab ipso trahi, & ad illũ ire per imitationem, iuxta illud ad Eph. 5. *Imitatores Dei estote, sicut filij charissimi.* Secundo nos ad se trahit per vacuum paupertatis. Fuit enim vacuus in natiuitate, in vita, & in morte. In natiuitate fuit vacuus, & ab omnibus rebus necessarijs. Non enim habuit lectum vbi requiesceret, sed in præsepio fuit reclinatus, non pannos, quibus inuolueretur sicut merebatur, sed viles tantum panniculos; non seruientes, qui astarent, sed bouem, & asinum, &c. Secundo fuit vacuus in vita, quia non habuuit domum ad habitandum. Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet*, non etiam habuit diuitias ad possidendum. 2. ad Corinth. 8. *Propter nos egenus factus est, cum esset diues*, non cibos ad comedendum, quia sæpe eluxit, iuxta illud Matth. 21. *Mane reuertẽs ad ciuitatem esuriuit.* Tertio fuit vacuus in morte, eius enim corpus fuit vacuum & euacuatũ sanguine, ita quòd remansit in cruce aridum sicut lignum. Vnde ipse Dominus inquit per Psalmistam: *Aruit tanquam testa virtus mea*, & anima eius fuit vacua omni consolatione, & plena tristitia & dolore Matth. 26. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Eius quoque familia fuit euacuata fide, quia omnes Apostoli fidẽ perdiderunt. Eius etiam passio fuit vacua vtilitate, & valore, quia illa die tantum vnum latronem est lucratus. vnde dicere poterat, Esa. 49. *In vacuum laboraui, & vanè fortitudinem meam consumpsi.* Tertio trahit nos per calidum charitatis, de qua Ioannis 15. ipse ait: *Maiorem hac dilectionem nemo habet*, &c. Ipse enim Dominus Christus in passione sua fuit totus calidus igne amoris, quod per quatuor signa ostendi potest, quæ sunt signa in aliquo, vehementis caloris. Primum est, quia valde sudauit. Quando enim quis sudat in facie, & in toto corpore, signum est intensi caloris. Christus autem sudorem tantum emisit, quod in terram defluebat, Luc. 22. Ex quo patuit, quod tantum habebat calorem in corpore, quòd humorem phlegmaticum in sanguinem conuertebat, & in tanta abundantia, quòd ex poris totius corporis in modicum sudoris sanguinei exibat. Secundum signum est, quòd vestes ferre non potuit, sed nudus in Cruce ascendit, ac si ipso facto diceret: Tanto igne ardeo, quod vestes ferre non valeo. Et hoc figuratum fuit secundi Regum 6. vbi dicitur, quòd Dauid nudus ludebat ante arcã Domini. Arca enim Domini figurabat Crucem Christi, in qua profunda Dei mysteria continentur, vbi Christus nudus lusit, quia nudus, & gaudens Crucem ascendit. Tertium signum est, quia sitiuit, & potum petijt, dicens, *Sitio*, Ioannis 19. quod indicium fuit magni caloris, vnde Bernardus ait: *Sitio, non doleo, inquit Christus. O Domine quid sitis? Fidem vestram, salutem vestram, salutem vestram, & gaudium vestrum, plus animarum vestrarum, quam corporis mei, me tenet cruciatus, & ideo si non mei, saltẽ vestri miseremini.* Quartum signum est, quia totus in Cruce rubicundus fuit. Homo enim, qui stat ad ignem, efficitur rubicundus in facie. Christus autem ad ignẽ charitatis non solum steterat, sed ipso totus inflammatus erat, & ipsum secum semper habebat, de quo Lucæ duodecimo, dixit: *Ignem veni mittere in terram*, & adeo isto igne ardebat, quod propter nostrum amorem de cœlesti habitatione descendit, & se ipsum in mortem dedit, iuxta illud Hiere. 1. *Reliqui domũ meam. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum meorum.* Quia autem totus ardebat in corde, ideo calorem suum demonstrauit facie rubicunda, & totius corporis rubore. Fuit enim totus cruentatus in Cruce, iuxta illud Esa. 63. *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in*

Per quatuor signa ostenditur Christum in passione sua calidè fuisse igne amoris.

Digitized by Google

tium in torculari? & Can.5. ait eius ſponſa: *Dilectus meus candidus eſt*, ſcilicet per puritatē, *& rubicundus*, per charitatis feruorem, & calorem, & ideo iſto calore omnes ad ſe trahere debet. Quarto nos ad ſe trahit per proprietatem naturalem pietatis, quia ei proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Sicut enim adamas naturaliter attrahit ferrum, ſic & Chriſti pietas ad ſe trahit omne cor durum, iuxta illud Iob. 21. *Poſt ſe omnem hominem trahit*, quod exponi debet ſicut etiam exponitur illud, *Omnia trahã ad me ipſum*, id eſt, de omni genere, vt ſit diſtributio, non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum: omnes ergo homines, id eſt, de omnibus hominum conditionibus ad ſe trahit, vel omnia ad ſe trahit, id eſt cuncta naturam humanam integrantia, ſecũdum Auguſt. ſ. corpus, & animam. Rogo ergo te bone Ieſu Crucifixe, vt corpus & animam meam ad te trahas, dicens illud, Cant.1. *Trahe me poſt te.*

6. Ratio, quare voluit pati Chriſtus crucis martyrium.

SExta ratio quare Chriſtus voluit pati martyrium Crucis, & ſuper omnia exaltari eam, dicitur ſaluationis, de qua ipſe Saluator ait, Ioannis 2. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, habeat vitam æternam*, & ideo Ber. prædicta confirmans in ſermone de paſſione Domini inquit: *Quis non rapiatur ad ſpem ſalutis impetrãdæ, dum eius in Cruce conſiderat corporis diſpoſitionem, videlicet caput inclinatum ad oſculandũ, brachia extenſa ad amplexandum, manus apertas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedes clauis affixos ad nobiſcum commanendum, totiuſque corporis extenſionem, ad ſe totum nobis impendendum?* hæc ille. Prædictam autẽ ſimilitudinem ſerpentis poſuit Saluator, vt oſtenderet, quod ſicut aſpicientes illum ſerpentem æneum in altum exaltatum, qui ſerpẽs nullum habebat venenum, ſed figura erat ſerpentis, ſcilicet peccati, ſanabantur à veneno, & à morte liberabantur, ſic illi, qui aſpiciunt per fidem, & deuotionẽ ad ipſum Dominũ in Cruce exaltatũ, non pro peccatis ſuis, quæ nunquã habuit, ſed pro alienis, iuxta illud ad Ro. 8. *Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.* &c. ſaluantur à veneno peccati, & à morte æterna, vt inquit Aug. in lib. de baptiſmo paruulorum.

7. Ratio quare in Cruce Chriſtum mori decuit.

SEptimo decuit Chriſtũ mori in Cruce ratione oſtenſionis, vt ſcilicet oſtẽderet nullũ genus mortis à ſuis fidelibus eſſe timendum, cũ ipſe Crucis patibulũ ſuſtinuerit, qua morte nulla eſt dolorioſior, vituperioſior, horribilior, & execrabilior, vnde Aug. in lib. 83. q & in lib. de ſymbolo tract. 1. inquit: *De Cruce Chriſti quid loquar? quid dicam? Exiret-ne genus elegit mortis, ne aliquod genus mortis eius martyres formidarent.*

8. Ratio mortis Chriſti in Cruce.

OCtauo ratione perfectionis, quia hoc genus mortis vniuerſarũ virtutum in Chriſto perfectionem demonſtrat: vnde Aug. in lib. de gratia veteris, & noui teſtamenti, dicit, quòd tale genus mortis elegit Chriſtus, vt ex longitudine, latitudine, ſublimitate, & profunditate Crucis, oſtenderet ſe eſſe magiſtrũ illius doctrinæ, quam tradit diſcipulus eius Paulus ad Epheſ. 3. di. *In charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum.* &c. Dicit quoq; ibidem Aug. quòd per latitudinem Crucis, quæ ex ligno tranſuerſo conſurgit, in quo extenduntur brachia, ſignificantur opera bona in charitate dilatata; per longitudinem verò Crucis, in qua corpus ſtetit, ſignificatur perſeuerantia in bono; per altitudinem autem, in qua erat caput Crucifixi, ſignificatur ſpes ſupernorum bonorum; per profunditatem verò Crucis, ſignificatur humilitas, quibus virtutibus fidelis eleuatur in Cœlum.

9. Ratio conderẽtiæ mortis Chriſti in Cruce.

NOno ratione figurationis. Crux n. in veteri Teſtamento multipliciter eſt figurata, ſcilicet in ligno vitæ in medio Paradiſi. Gene. 1. Quia in ligno Crucis pependit Chriſtus, qui eſt vita æterna. Ioan. 14. Figurata quoq; eſt in baculo Iacob, quo tranſiuit Iordanem Geneſ. 33. dicens: *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum*, quia per virtutem Crucis, & memoriam paſſionis Chri-

Digitized by Google

Christi, transimus omnem amaritudinẽ huius mundi, & ideo etiam figurata fuit in ligno, quod aquas Marathamaras fecit dulcorari, quod lignum ostendit DEVS Moysi, vt habetur Exod. 15. Figurata quoque fuit in virga aurea, quæ Hester, id est humanam naturam introduxit ad Assuerum regem, id est, Deum, sine cuius extẽsione, ad eius aspectum non poterat introire. Hester. 4. Item in virga Moysi, cuius virtute Pharao cum exercitu suo fuit demersus in mari rubro Exodi 14. Et in virga Dauid, cum qua perrexit cõtra Goliath & eum occidit. primi Regum. 17. Per virtutem enim Crucis deuictus est Lucifer, & cum exercitu suo, id est cum sua potestate, & societate in inferno demersus: Et ideo potest alia ratio assignari, quæ erit decima in ordine & dicitur triumphationis, scilicet, quòd Christus Crucem elegit, vt cum illa, & in illa de diabolo triumpharet, & eum supplantaret, vnde secundum Augustinum decepit eum tanquam murem. Ait enim: *Venit Redemptor, & victus est deceptor, & quid fecit Redemptor captiuatori nostro? tetendit muscipulam, id est Crucem suam, & posuit in ea escam, id est sanguinem suum. Ille autem effudit sanguinem non debitoris, sed Redemptoris, propter quod recessit à debitoribus.* Gregorius autem inquit, quod decepit eum tanquam piscem, quia carnẽ posuit exterius, interius autem occultauit ferreum hamum, id est diuinitatem. Diabolus autem voluit capere escam carnis, & captus est hamo diuinitatis, vnde Iob 39. dicitur: *An apprehendere poteris Leuiatan hamo, & fune ligabis linguam eius?* Secundum verò Remigium decepit eum, tanquam auem. Vnde exponens illud Iob 40. *Nunquid illudes ei quasi auí?* dicit: *Illusus est diabolus in morte Christi quasi auis. Nam Christus suæ carnis mortalitate abscondit diuinitatem, vt laqueum, quo velut auem improuidam, eum prudentia irretiuit muscipula*, hæc ille. Hæc ergo fuit vna ex causis, quare Christus in aere voluit mori in Crucc, vt aereas potestates, id est dæmones, qui in caliginoso aere dicuntur dominari, & discurrere, tanquam aues caperet, & debellaret, & ideo Christus paulo ante passionem suam ait, Ioannis 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*; scilicet mediante Cruce, quæ est baculus Dei. Esaiæ 30. *A voce Domini pauebit Assur virga percussus.* Assur, id est, diabolus. Ipsa etiam Crux dicitur virga Moysi, quæ serpentes deuorauit. Exod. 7. Quia virtus Crucis dæmones prostrauit, vnde Chrysosto. ait: *Vbicunque dæmones signum Crucis viderint, territi fugiunt, timentes baculum, quo plagam acceperunt.* Et ideo canit Ecclesia: *Per signum Crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster.* & Psalmista ait: *Fac mecum signum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur.* Est etiam Crux gladius, & ensis Dei vulnerans dæmones, vnde Origenes ait: *Tanta est virtus Crucis, quod si in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati macula poterit prævalere, sed cõtinuo ad memoriam eius totius peccati, & mortis fugit exercitus, nullus dæmonum prope stare poterit, videns gladium in quo deiectus est.* Et Chrysost. dicit: *Diabolus timet Crucem, quasi ensem, in quo letbale vulnus accepit.* Crux etiam est vexillum Imperatoris cœlestis, vnde canit Ecclesia: *Vexilla regis prodeunt, fulget Crucis mysterium*, &c. Et ideo sicut ad visionem vexilli regis solent aduersarij eius fugere, sic dæmones ad visionẽ istius vexilli fugerunt, & sanctos patres, qui erãt in limbo, dimiserunt. vnde Esa. 13. dicitur: *Super montem caliginosum*, id est, super diabolum *leuate signum*, s. Crucis, *& ingredientur portas*, scilicet ciuitatis supernæ, *Duces*, id est, sancti patres se, & alios discrete ducentes. Et ideo Esa. 15. dicitur Christo: *Nunquid non tu percussisti superbum, & vulnerasti draconem, & posuisti profundum maris, viam? vt transirent liberati.* s. sancti Patres ex limbo educti: & ad Collo. 2. dicitur de Christo: *expolians principatus, & potestates, traduxit illos confidenter, palam triumphans in semetipso.*

10. *Causa mortis Christi in Cruce.*

VNdecima ratio dicitur congregatiõnis. Sicut enim omnes milites cõgregantur sub vexillo Imperatoris sui, sic Christus apprehendit crucis brauium, vt sub ipso congregati pugnarent viriliter sui milites contra hostes Dei, vnde Esa. 11. dicitur: *Leuabit Dominus signum in nationes, &* 11. *Ratio mortis Christi in Cruce.*

nes, & congregabit dispersos Iuda. &c. vt ergo victorioſi ſimus in prælio contra dæmones, facimus nobis in fronte ſignum crucis, de quo inquit Aug. ſuper Pſal. 73. *Iam in frontibus regum pretioſius eſt ſignum crucis, quàm gemma diadematis.*

12. *Ratio conuenientiæ mortis Chriſti in cruce.* DVodecima ratio dicitur nauigationis. De qua inquit Chryſoſt. *Nauigat Eccleſia inſtructa fidei gubernaculo, felici curſu per huius ſeculi mare habens Deum gubernatorem, Angelos remiges, portus, choros omnium ſanctorum, erecta in medio ipſa ſalutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei vela ſuſpendens, Spiritu ſancto flante, ad portũ paradiſi deducitur*, hæc ille. Et ideo de cruce dicere poſſumus illud, Sapient. 14. *Exiguo ligno creduut homines animas ſuas, & tranſeuntes mare, partim liberati ſunt.*

13. *Rat. quare Chriſtus in cruce mori voluerit.* TErtiadecima ratio dicitur illuminationis, de qua Chryſoſt. exponens illud Luc. 11. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper cãdelabrum vt luceat omnibus, qui in domo ſunt*, ait; *Lucerna eſt diuina Sapientia incarnata; candelabrum eſt lignum crucis, lucerna igitur in candelabro exiſtens, Chriſtus eſt pendens in cruce, & in Eccleſiam illuminans.*

14. *Ratio.* QVartadecima ratio dicitur ſeſſionis. De qua ait Leo Papa: *O admirabilis potentia crucis, ô ineffabilis gloria poſſionis Chriſti, in qua tribunal Domini, & iudicium mũdi, & poteſtas eſt crucifixi.* In ſolio igitur, & ſede crucis Chriſtus iudicia ſua exercuit, & ius ſuum omnibus dedit, vnde Ambroſius inquit: *Auctor humani generis in cruce exiſtens, pietatis officia diuidebat, perſecutionem Apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus Iudæis, patri Spiritum, & virgini Mariæ paranymphum: Latroni paradiſum, peccatoribus infernum, crucem pœnitentiæ pœnitentibus Chriſtianis deleganit*, hæc ille. Sicut enim quando quis de morte dubitat, teſtamentum condit, & filijs propinquis, & amicis legata dimittit: Sic Chriſtus nolens inteſtatus decedere, ſedenſque in throno crucis, teſtamentum condidit, in quo prædicta legata confecit, & verificatum fuit illud, q̃ in eius perſona prædixerat Pſal. di. *Diſpoſui teſtamentum electis meis.*

15. *Cauſa mortis Chriſti in cruce.* QVintadecima ratio dicitur doctrinationis, vt ſcilicet crux eſſet cathedra magiſtralis, vnde Auguſtinus ait: *Lignum in quo fixa ſunt membra morientis, etiam cathedra fuit Chriſti docentis.* Docuit enim in titulo crucis tria genera hominum, ſcilicet peccatores, vt ſperent, & firmiter confidant per crucem ſaluari, & ideo dicitur Ieſus, id eſt, Saluator. Item bonos, vt per crucem ſperent virtutib. adornari, & ideo dicitur Nazarenus, id eſt, floridus. Item beatos, vt per crucẽ ſciãt ſe in cæleſtib. coronari, & ideo dicitur Rex Iudæorũ. Poſſumus autẽ dicere, quod Chriſtus in cruce docuit perfectionem vitæ, Sapientiæ, & ſcientiæ. Primo vitę perfectionem, per duodecim gradus ſcalæ perfectionis, qua ad cælum aſcenditur. Primus gradus eſt mundi abdicatio, quam oſtendit dum nudis in cruce pependit, quaſi diceret illud Matth. 19. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperib. & ſequere me*: quia enim impoſſibile eſt aliquid eſſe ſimul ſub duobus actibus contrarijs, oppoſita namq; non poſſunt ſimul, & ſemel ineſſe eidem ſubiecto 4. Meta. ideo nemo poteſt perfecte ſeruire ſimul Deo, & mundo. Matthæ. 6. Secundus gradus eſt abnegatio ſui, quem oſtẽdit, quia *exinaniuit ſemetipſum, &c.* ad Phi. 2. Item dixit Patri, Mathæi 26. *Fiat non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*, quaſi nos inſtrueret, dicẽs: Quia conformitas voluntatum, eſt principium dilectionis & amicitię, ſecundum Tullium in libro de amicitia, ideo vbi remanet voluntatis proprietas, dilectio eſſe non poteſt: qui ergo cupit eſſe perfectus Dei amicus, & ab eo diligi, abneget ſemetipſum. Matth. 16. & Luc. 13. Tertius gradus eſt carnis macera-
tio, quẽ docuit in totius corporis ſui macera-
tione, & clauorũ affixione, quaſi diceret: Quia contraria non congruunt contrarijs, caro autem contrariatur ſpiritui, ad Gal. 5. *Deus vero Spiritus eſt.* Ioan. 4. ideo cũ carnalis non poſſit perfecte Deo coniungi; nam qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, ad Rom. 8. *Mortificate ergo corpora veſtra.* ad Collo. 3. Quartus gradus eſt pœnitentia, quem oſtendit in lumptione myr-

Chriſtus vitæ perfectiõe per duodecim gradus ſcalæ perfectiõis qua ad cælum aſcendimus, in cruce docuit.

2. *Gradus.*

3. *Gradus.*

4. *Gradus*

Digitized by Google

myrrhę, aceti, & fellis quasi diceret: Quia peccator nō reconciliatur Deo sine pœnitētia, & consequenter remanet imperfectus, ideo pœnitentiam agite. Matth. 4. & Marc. 1. *Facite ergo dignos fructus penitentiæ.* Luc. 3. quia nisi pœnitētiā egeritis, oēs simul peribitis, Luc. 13. Quintus, gradus est patientia, quem ostendit, quia *cum malediceretur nō maledicebat*, vt dicitur. 1. Pet. 2. quasi diceret: Quia patientia opus perfectū habet. Iacob. 1. Ideo si vultis esse perfecti, patientia vobis est necessaria, ad Heb. 10. *In patientia enim vestra possidebitis animas vestras.* Lucæ 21. Et ideo dico vnicuiq; meorum fidelium illud Ecclesiast. 2. *In humilitate tua patientiam habe.* Sextus gradus est operatio virtuosa, quem ostendit, cum secundum psalmistam operatus est salutem in medio terræ, quasi diceret, quia multam malitiam docuit otiositas. Eccle. 33. ideo nemo debet otio vacare. 26. q. 7. c. non licet, sed semper aliquid boni operis agere, de consecra. dist. 5. ca. nunquid, & ideo si vultis esse perfecti, operamini opus, quod non perit, Ioannis 6. Septimus gradus est humilitatio, & istam docuit quando se humiliauit vsque ad tolerantiam mortis, vt ait Apostolus, ad Philip. 2. quasi diceret, quia Deus disperdit superbos. Luc. 1. & *cum humilib. est sermocinatio.* Prouerbiorum 3. & eis dat gratiam suum Iacob. 4. ideo, humiliamini sub potenti manu Dei, vt exaltet vos in die miserationis. Octauus gradus est obedientia, quem ostendit, quando patri factus est obediens vsque ad mortem crucis, vt ait Apostolus ad Philip. 2. quasi diceret, quia obedientia est gratior Deo quam victimæ. 1. Reg. 15. &c. sciendum. 8. q. 1. ideo ô animæ fidelis hortor, vt obedias Deo, illiq; adhæreas. Ipse enim est vita tua. Deut. 30. Nonus gradus est ornatus virtutū, quem ostendit dum omnium virtutum lorica armatus, atque in equo sanctæ Crucis roboratus, Diabolum omniū vitiorum inuentorem prostrauit. Et ideo Psalmo 23. dicitur de eo: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*, & iterum, *Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.* Dum ergo manum cō-

5. Gradus.

6. Gradus.

7. Gradus.

8. Gradus.

9. Gradus.

fixam haberet in cruce, tanquam sonipedis regens habenam in prælium, dici potuit illi id quod dicitur, 1. Paral. 29. *In manu tua virtus, & potētia.* Ipse enim in cruce eleuatus per talem ornatū virtuosum nobis dicebat: *Induimini virtute ex alto.* Luc. 24. Decimus gradus est oratio, quē ostendit cum vt ait Apostolus, ad Heb. 5. orauit cum lachrymis & exauditus est pro sua reuerentia, quasi diceret: Si vis esse perfectus, esto in oratione persistens cum lachrymis, sc. deuotionis, sicut de Tobia legitur, sui libri, c. 3. *Qui enim conservat legem, multiplicat orationem.* Eccl. 35. Vndecimus gradus est contemplatio cælestium, quē ostendit in alta subleuatiōe corporis sui in ligno crucis, quasi dicat, *contemplare in specula*, Esai. 21. & *suspice cælum, & intuere, & contemplare æthera, quod altior te sit.* Iob. 35. & sic contemplando altitudinem, & iucūditatem supernorum bonorum, despicies delectationem omnium terrenorum, & dicere poteris illud Hiere. 4. *Aspexi terrā, & ecce vacua erat*, s. omni vera cōsolatione. Duodecimus gradus est recommendatio, quem ostendit cū ait patri. Luc. 23. *Pater in manus tuas cōmendo Spiritū meum*: quasi diceret, cuilibet fideli suo: *Iacta super Dominum curā tuam, &c.* Psal. 54. & dic. ei: *Ego autem in te speraui Domine.* dixi, *Deus meus es tu, in manib. tuis sortes meæ.* Psal. 30. Qui enim sperāt in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, s. ad volandū per viam perfectionis, volabūt, & nō deficient, id est, vsq; in finem perseuerabunt. Esa. 40. Secūdo in cathedra crucis pendens Christus, qui est sapientia patris, apud quem sunt oēs thesauri Sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, ad Col. 2. legit plures lectiones ad vestram Sapientiam perducētes, & inter alias iste doctor summus, & magister excellētissimus proponit, & probat septē principales cōclusiones. Prima est, quod Deus est super omnia diligendus, quia *ipse prior dilexit nos.* 1. Ioannis 4. & *tradidit semetipsum pro nobis*, ad Ephes. 6. Secunda est, quod pro ipso, si opus fuerit, mortem subire debemus: ratio, quia ipse pro nobis passus est, per hoc relinquens exemplum, vt sequamur ve-

10. Gradus.

11. Gradus.

12. Gradus.

Christus in cruce plures legit lectiones ad vestrā eruditionem,

vestigia

stigia eius 1. Pet. 2. Tertia est, quod inimicis nostris bonum pro malo reddere debemus sicut ipse fecit, dum pro suis crucifixoribus exorauit Lucæ 23. ratio, quia sic faciens hosti suo ingeret carbones ignis, id est charitatis & amoris super caput eius, Prouer. 25. & ad Rom. 12. Quarta est, quòd ab omni peccato est abstinendũ. ratio, quia ipse vt nos à peccatis nostris lauaret, sanguinem suum fudit. Apoc. 1. Quinta est, quòd in bono incepto, etsi duro & difficili est perseuerandum, nec malis suggestionibus nos retrahere volentibus, est consentiendum; ratio, quia & ipse cùm ei suggereretur, vt de Cruce descenderet, Matt. 27. non consensit, sed in ipsa aspera Cruce voluit vitam terminare. Et propterea dicit Augustinus: *Crux lectus est, in quo Christus requieuit ad gloriæ requiem.* Qui ergò vult regnare cum ipso, debet secum requiescere in hoc lecto. Sexta est, quòd pauca loqui debemus, & prudenter, nec improperantium conuicijs, respondere debemus, sicut ipse fecit, de quo prædictũ fuerat Esa. 53. *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum*: Ratio, *quia nõ recipit stultus, verba prudentiæ*, Prou. 1. & ideò dicitur, Prou. 26. *Ne respondeas stulto secundum stultitiam eius, ne similis ei efficiaris.*

SEptima lectio est, quòd salutem proximi quantum possumus procurare debemus, & eius necessitatibus subuenire, sicut ipse fecit. Qui in Cruce humani generis indigentias, & calamitates releuauit. Homo enim erat immundus peccatis, & ipse sanguinem fudit in lauacrum, & emendationem, iuxta illud ad Hebr. 9. *Sanguis Christi emundat conscientias nostras ab operibus mortuis.* Item erat durus, & obstinatus in malis, & ipse effudit sanguinem suum in emplastrum, & mollificationem. emplastrum enim mollificatiuum fit de herbis, & floribus, & speciebus aromaticis aliquo liquore superinfuso, & melle apposito, herba autem medicinalis, fuit caro eius mortalis, iuxta illud Esaiæ 40. *Omnis caro fœnum.* Flos odoriferus est eius anima omnium virtutum odore repleta, atque valdè pulcha & amœna. Cant. 2. *Ego flos campi, &c.* Species aromatica est eius diuinitas preciosa, liquor infusus est eius spiritus humanus, de quo ipse ait; Eccles. 24. *Spiritus meus super mel dulcis.* Ex his igitur quinq; generibus confectum est illud emplastrum, quod oẽm duriciem cordis humani mollificat, maturat, & frãgit. Dicitur namq;, quod est quidã lapis adamantinus, qui frangi non põt, nec percussione, nec ignis adustione, nec antiqua inueteratione. Frangitur aũt sanguinis appositione. Et multi sunt, qui ad pœnitentiã frangi nõ possunt, nec per diuiniã comminationem, nec per adhibitã tribulationem, nec per longam senectutis cõfectionem. Franguntur aũt per Dom. passionis recordationem. Vnde in figurã legitur Nu. 20. quod Moyses virga bis silicẽ percussit, & ẽgressæ sunt aquæ largissimæ. Multi enim qui saxei videntur, sæpe ad memoriã Crucis Domnicæ ad lachrymas cõmouentur. Itẽ quia homo ex peccato erat cæcus, iuxta illud Sap. 2. *Excæcauit eos malitia eorũ*, ideo effudit sanguinem suum in collyrium suę illuminationis, & hoc figuratum fuit in collyrio ex felle piscis, quo illuminati sunt oculi Tobiæ, vt habetur 11. sui libri c. Consideratio enim istius fellis, id est, amaritudinis passionis Christi, tollit cæcitatem, & frangit duritia humanæ mentis, vnde in passiõne Domini petræ scissæ sunt: terra mota est, & monumenta aperta sunt, & mortui resurrexerunt, Matthæi 27. Illi ergo, qui ad istud collyrium non sanantur, sunt lapidibus duriores, terra insensibiliores, monumentis fœdiores, & mortuis miserabiliores. Item quia homo erat seruus & captiuus peccati, Ioannis 8. ideo Christus sanguinẽ suum fudit in precium suę redemptionis, iuxta illud ad Hebræos nono. Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Fecit autem in ista emptione, sicut liberalis mercator facere consueuit, qui inuento quem diu desiderauit lapide precioso, sacculum pecuniæ studiosè ligatum non dissoluit, sed lacerat, pecuniam non numerat, non

rat, non ponderat, non mensurat, sed venditori exponit, vt accipiat quãtum velit. Ipse. n. habuit sacculum pecuniæ, id est corpus proprium plenum precioso sanguine, vnde de ipso dici põt illud Prou. 7. *Sacculũ pecuniæ secum detulit*, non autem expectauit, vt iste saccus dissolueretur. i. cõmuni morte finiretur, sed in quinq; partibus ipsum lacerari voluit, vt thesaurus & precium humanæ redemptionis largiter effluer et, de quo dicitur. 1. Pet. 1. *Nõ corruptibili auro, vel argento redempti estis sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Iesu Christi.* Omnia quidẽ Deus fecit in numero, põdere, & mensura, vt habetur Sap. 1. excepto opere nostræ redemptionis, vbi enim non seruauit numerum, videlicet vnam, vel duas guttas sanguinis daret, cum vna sufficeret, non seruauit pondus vt vnam vnciam, vel libram effunderet. Non seruauit mensuram vt vnum calicem mẽsuraret, sed totum dedit, totumque effudit, vnde psalmista ait: *Copiosa apud eum redemptio.* Vbi Bern. inquit: *Prorsus copiosa, quia non gutta sanguinis, sed vnda fluminis per quinque partes corporis emanauit*: hanc autem dilacerationem corporis sui ipse Dominus libenter pro nostra redẽptione tolerauit. vnde in eius persona inquit psalmista Deo patri: *Conscidisti*. i. conscidi permisisti *saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Sicut. n. Mediolanum depingitur in forma cuiusdam boni hominis diuitis, habentis bursam plenam denarijs, quam tenet apertam, vt vnusquisq; capere possit quantum velit. Cumq; bursa ipsa euacuatur ab extrahẽtibus pecuniã, ipse ridet. Sic Saluator noster, qui est dies in oẽs, ad Rom. 10. bursam sui corporis voluit tenere apertam in quinque locis, vt ab omni parte extrahi posset pecunia sui precioſi sanguinis. De cuius euacuatione lætatus est, cũ dixit Ioan. 19. *Consummatum est.* Tunc. n. consummatum adeo fuit eius corpus, & consumptum, quod omnia sua ossa apparebant, & dinumerari poterant. vnde in eius persona inquit psalmista: *Dinumerauerunt omnia ossa mea*, & iterum, *ossa mea ficut frem.um arauerunt.* Si. n. ossa fuerunt igne passionis concremata, multo ma... caro, & pellis, ac nerui corporis eius. Cõsummatus quoq; fuit sanguis eius, quia tot⁹ fuit effusus. Insuper, quia homo erat peccato vulneratus, ideo Christus voluit, vt corpus suum tanquam alabastrum plenum vnguento frangeretur, vt inde vnguentũ precioſum exiret, quo vulnera hõis sanarentur, ista aũt vnguenta petebat sponsa, Cant. 1. di. *Trahe me post te. In odorem curremus vnguentorũ tuorum.* Quæ quidem vnguenta, sunt suauia, quia delectãt corda: & sunt sanatiua, quia curant peccata. Eccl. 38. *Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctionem conficiet sanitatis.* Istis aũt vnguentis sanauit Samaritanus vulneratum, infundens plagis eius vinum, & oleũ Luc. 10. Sanguis. n. Christi fuit tanquam vinũ lætificans patrem, & tanquam oleum ad misericordiã ipsum inclinans. Itẽ quia homo erat fœtidus, ideo Christus voluit corpus suum, tanquam apothecam plenam balsamo in Cruce aperiri, vt inde balsamũ effluer et, & fœtidus curaretur. Tũc n. illa apotheca aperta fuit, quando vnus militum lancea lat⁹ eius aperuit. De odore aũt huius balsami, ipse Dns ait Eccl. 24. *Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi.* Itẽ quia homo Deum offenderat, ideo disciplinari debebat. Quapropter Christus disciplinari voluit, & sic nobis Deum pacificauit, iuxta illud Esa. 53. *Disciplina pacis nostræ super eum*, olim namque pax tribus modis initiabatur, & firmabatur. s. percussione, quia ad inuicem se manibus percutiebant. Itẽ signi erectione, quia aliquam columnã, vel pilam lapideã erigebant. & de istis duob. dicitur Ios. vlt. *Percussit Iosue in die illo fœdus, & intulit lapidem pergrandem di; Lapis iste erit vobis in testimonium. &c.* Tertio aquæ effusione. Et de hoc dicitur, 1. Reg. 7. *Hauserunt aquam, & effuderũt in conspectu Domini*, per q̃ volebant innuere, quod sicut de aqua nihil remanet cum effunditur, nec substãtia, nec sapor, nec color; sic, si aliqs pacẽ non seruaret, nec de illo, nec de his, quæ ad ipsum spectabãt aliquid remaneret. Vt ergo Christus firmã pacem cũ Deo nobis acquireret, fuit disciplinatus, & percussus,

Cum pax olim tribus modis firmaretur, ideo & Christus his tribus modis pacẽ inter Deũ, & hominẽ, firmauit.

Digitized by Google

percuſſus, non ſolùm in manibus, ſed etiam in pedibus fuit perforatus, & in toto corpore flagellatus. Fuit etiam tamquam ſignum reuelatus in cruce, de quo dicitur Eſa. 11. *Erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum. &c.* Fuit inſuper ſicut aqua effuſus, ita quòd nihil ſibi remanſit, nec ſanguis, nec anima, nec vita, nec veſtis, nec familia. Vnde per pſalmiſtam ait: *Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.* &c. Inſuper quia homo erat liuidus, & infirmus, ideò Chriſtus ſuo liuore ipſum ſanare voluit, iuxta illud Eſa. 53. *Et liuore eius ſanati ſumus*, corpus enim eius fuit in morte liuidum, & nigrum, Apoc. 6. *Sol factus eſt niger, tamquam ſaccus cilicinus*, homo autem erat infirmus in capite, id eſt in intentione, quæ eſt caput animæ, quia in his quæ faciebat, non habebat ſanam intentionem: erat quoque infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias, & vanas. Item in pedibus, quia habebat affectionem immundam, aut terrenam, pes enim ſecundùm Auguſtinum dicitur affectus, & amor animæ, quia ſicut corpus vadit pedibus, ſic anima affectibus. Erat etiam infirmus in toto corpore, quia habebat totam vitam mundanã, & conuerſationem vanam. Vt igitur ſuis liuoribus eum ſanaret, voluit vulnerari in capite, vt ſanaret eius obliquas intentiones, vt omnis intentio hominis in ipſum verum Deum tenderetur, & ideò inquit Thren. 1. *Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.* Item voluit vulnerari in manibus, vt ſanaret malas & remiſſas hominis operationes; & in corde, vt ſanaret eius noxias, & vanas cogitationes. In pedibus quoque, vt ſanaret illius immundas & terrenas affectiones, & in toto corpore, vt omnium peccatorum illius infirmitates curaret. de quo inquit homini pſalmiſta. *Qui ſanat omnes infirmitates tuas.* Inſuper quia homo erat à Deo elongatus, & fugitiuus, ideò effudit ipſum ſanguinem in reclamatorium ſuæ reuocationis. Sicut enim Domini ſolent arborem aſcendere cum fruſto carnis, quando aues ab eis euolauerunt, & tunc eas vocando, & poſt eas ſibilando, ad ſe reuocant: Sic Chriſtus arborem Crucis aſcendens, & corpus ſuum cruentatum oſtendens, ad nos ſibilare non ceſſauit, iuxta illud Eſa. 5. *Leuabit Dominus ſignum in nationibus, & ſibilabit ad eum de finibus terræ.* Homo enim tamquam auis contumax à Deo euolauit. Oſeæ 9. *Ephraim quaſi auis euolauit.* Sed notandum eſt, quòd aliquæ aues ad Dominos ſuos non reuertuntur, aut quia ſunt nimis repletæ, & ſignificant auaros, iuxta illud Deut. 32. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutare ſuo*, aut venire contemnunt, quia ſunt in deuoratione prædæ & cadauerum occupatæ, & ſignificant luxurioſos, qui figurati ſunt per coruum, qui deuorationi cadauerum deditus, ad arcam non redijt. Gen. 2. Aut ideò non reuertuntur, quia non ſunt bene domeſticatæ. Sunt enim ſilueſtres, & ſignificant ſuperbos. Animalia autem domeſticantur tribus modis; aut per flagellationem, quia quando canis flagellatur, leo domeſticatur, aut per ſanguinem, quia aliquando auibus datur ſanguis, ſiue vinum ad domeſticandum eas; aut per beneficiorum collationem. Non eſt enim aliquod animal ita ſilueſtre, quod ex beneficijs non fiat manſuetum, & lene. Chriſtus igitur, qui dicitur leo, non ſolùm nobis domeſticus fuit; ſed ante nos canes, vt nos domeſticaret, flagellari voluit, & vinum ſanguinis ſui ad bibendum nobis dedit, ac beneficia continua uobis tribuit, & tamen aliqui domeſticari non poſſunt, nec ex flagellatione leonis, nec ex potu ſui ſanguinis, nec ex collatis beneficijs. Item quia homo etiam bonus erat diuerſis tribulationibus agitatus, iuxta illud Pſalmi 33. *Multæ tribulationes iuſtorum*, ideò Chriſtus tribulari voluit, vt hominem amaricatum ad dulcedinem, & conſolationem reduceret, quia vt ait Bern. *Videntes angustias Domini noſtri, leuius noſtras portabimus, imò de ipſis conſolationem ſpiritualem recipiemus.* Ad quod adduci poteſt illud quod ait Ariſt. dicẽs, quod ſi vas fiat de cera noua, & diligen-

Animalibus modis domeſticatur.

Digitized by Google

ter claudatur, ac in mari ponatur, aqua, quæ per poros eius intrabit, dulcis efficietur. Istud autem vas cereum, est corpus Dominicum. Sicut enim cera generatur ex apibus sine corruptione & commixtione, sic caro Christi fuit generata à Virgine sine corruptione. Fuit autem caro noua, quia nulla peccati vetustate vitiata. Fuit quoque clausa, quia nulla diabolica tentatione fuit aperta, pori verò eius sunt vulnera ipsius. Si igitur nostras amaritudines per recordationem, & deuotionem in vulnera eius miserimus, mox in dulcedinem conuertētur. Et ideò ait Apostolus ad Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fa igemini animis vestris deficientes.* Insuper, quia homo erat continue à dæmonibus impugnatus, *quia militia est vita hominis super terram.* Iob 7. id. ò Christus venit ad pugnādum contra ipsos dæmones pro liberanda humana natura, sicut philocaptus solet quādoque ire ad pugnandum, pro amantia sua. Et ideò ascendit super equum Crucis, calcaria fuerunt claui, lancea fuit arundo in manu sibi data, supra vestis, caro eius sanguinolenta, galea, in capite fuit corona spinea, ensis ad latus fuit plaga, quam habuit in latere, chirothecæ eius fuerūt vulnera in manibus suis. Talibus autem armis inusitatis voluit Christus cum diabolo dimicare, & pro amantia sua mortem subire, & sic moriendo hostes illius prosternere.

Quedam similitudo Christi benignitatem ostendens, occultando se ne cognoscereiur à dæmonib.

Ad quod adduci potest illud, quod refert Valerius. 1. quod Dorienses, & Athenienses, dum adinuicē certarent, Cosdrus rex Athenienſiū de euentu belli Apollinem requisiuit, qui respondit, quòd si se occidi permitteret, & gens sua victoriam obtineret. Cùm verò hostes istud oraculum audissent, præceperunt ne aliquis regem Athenienſium tangeret. Ipse verò ne cognosceretur, rusticanū habitum accipiēs, & sarmenta assumens in humeris, ad hostes processit, Ibiq; quendā militem cum falce prouocans, ab ipso est occisus. Quo cognito Dorienses memores oraculi fugerūt, & Athenienses victoriā habuerūt.

Iste autem rex figurauit Dominū Iesum Christum regem gloriæ, qui ne à dæmonibus cognosceretur, habitū serui accepit, & in humeris suis baiulauit sarmēta, id est Crucem, in qua fuerunt diuersa ligna, & sic mortuus fuit. Si enim dæmones eum cognouissent, nunquam occidi eum procurassent, nec Dominum gloriæ crucifigi fecissent 1. ad Cor. 1. Insuper quia homo erat à cælo exclusus, ideò ipse Dominus sanguinem suum effudit, cuius virtute Paradisum aperuit, & eum ad cælum reduxit. Sanguis .n. Christi, & Crux eius fuit clauis Paradisi, vt ait Hieronymus, de qua Esa. 22. ait Deus pater, *Dabo clauem Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, claudet & non erit qui aperiat.* Ista.n. clauis (secundùm gloriā) fuit Crux Christi, quā ipse super humerū suum baiulauit. Item quia homo erat adustus, & accensus igne concupiscentiæ, ideò Christus effudit aquam & sanguinem de suo latere. Io. 19. & sic ignem ipsum extinxit, & de hac aqua exponi potest illud Eccl. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua.* Insuper quia homo erat inrat incarceratus, quo ad sanctos Patres in limbo conclusos, ideò ipse sanguinē suū sparsit, cuius virtute eos de carcere eduxit. vnde illi dicitur Zach. 9. *Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu.* Item quia homo per peccatū erat spiritualiter mortuus. *Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.* Eze. 18. Ideò sciens quòd anima omnis carnis in sanguine est Leui. 18. voluit sanguinem suū effundere, vt eum posset viuificare. vnde de Christo dicebāt illi mortui, qui debebāt ab eo resuscitari, & cum eo resurgere, cùm intellexissent eū mortuum, *viuificabit nos post duos dies, tertia die suscitabit nos*, Oseæ 6. quod & factū est, & ideò Christus assimilatur pellicano, vnde ipse per Psal. ait: *Similis factus sum pellicano solitudinis.* &c. Legitur.n. quòd serpens valdè odit & persequitur pellicanū, & dum pellicanus abest, intrat nidū, & pullos eius occidit. pellicanus aūt rediens tri. dieb. plāgit pullos suos mortuos. Tertio autē die cū rostro se vulnerat, & de sanguine suo pullos suos aspergit, & sic illi resuscitantur.

Quod Esa. 22.

Similitudo inter serpētem, pellicanū, Christum, & diabolum.

Digitized by Google

tantur. Serpẽs iſte eſt diabol.qui humanũ genus occiderat,ſed Chriſtus in 5.partib. vulnerari voluit, & ſic pullos ſuos mortuos. i. homines ad vitã ſuo ſanguine reuocauit. Item quia homo priuatus erat propter ingratitudinem ſuã, hæreditate paterna cęleſtiũ bonorũ,ideò Chriſtus in morte ſua condidit teſtamentũ, quo eum hæredem inſtituit:vnde ad mortẽ iturus dixit Lu.22. *Ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno patris mei.* Quia verò omne teſtamentũ confirmatur morte teſtatoris,vt ait Paul.ad Heb.9.de quo in l.1.ff.de teſta.vbi gloſſa allegat ad hoc legem 3.ff. de adi.lega.ideò ſicut vetus teſtamentum confirmatum fuit ſanguine iuxta illud q̃ ait Paul.vbi ſuprà,di. *Lecto enim mandato legis à Moyſe vniuerſo populo.accipiens ſanguinem vitulorum,& hircorum,cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo:ipſum quoq; librum,& omnem populum aſperſit dicens,Hic eſt ſanguis teſtamenti,quod mandauit ad nos Deus.* ita teſtamentuũ ſuum nouum voluit Dominus noſter per ſanguinem ſuum confirmare, vnde ait Mat.c.4. *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis tradetur*, & Lucæ 22.iterum dixit: *Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Tertio in cathedra crucis iſte doctor ſapientiſſimus oſtẽdit nobis perfectionem omnium ſcientiarũ. Ipſe enim erat Deus omnium ſcientiarum Dominus.1.Reg.2. Et in ſignum huius velũ templi in paſſione & morte eius ſciſſum eſt,Matt.27.Scripturæ enim factæ antè erant velo obſcuritatis velatæ,quæ per crucem. & paſſionem eius fuerunt apertæ,& intellectę. In huius quoq; figuram legitur Apoc.5 quòd B.ioannes vidit librum clauſum, ſignatũ ſeptem ſigillis,quem nullus poterat aperire, ſolus autem agnus occiſus pro ſalute mũdi aperuit illum,& ſoluit ſignacula eius.

Chriſtus crucifixus liber vitæ.

POſſumus quoq; dicere, quòd Chriſtus crucifixus,eſt liber vitæ,in quo omnes tam idiotæ,quàm ſcientifici, legere poſſunt,& videre in eo legem abbreuiatam, quia ipſe Dominus in cruce perfectionẽ totius legis,& prophetias, ac promiſſiones factas ſanctis patrib. opere adimpleuit & ideò qui in hoc libro benè legit,totam bibliã, omneſq; ſcientias animæ neceſſarias addiſcit,ſicut fecit S.Bernard.& glorioſus Franciſc. qui in locis ſolitarijs orando,& in cruce meditãdo, profunditatem ſcientiarũ adepti ſunt:quòd autem Ieſus Chriſtus crucifixus ſit liber, patet. Sicut enim boni libri plerunq; fiunt de charta agni benè raſa, atq; inter duas tabulas ligata,quæ eſt ſcripta quaſi per totũ literis nigris.Sed in principalib. capitib. eſt ſcripta literis vermilijs,& rubeis, ita Chriſtus qui eſt agnus immaculatus in cruce,ſtat ad modũ libri. Sicut iſta pellis agni quando aptatur pro faciendo libro, raditur,& ſubtiliatur; ita pellis Chriſti agni benedicti raſa fuit, quia eius caput fuit depilatum cum barba, & ipſe Dominus fuit ſubtiliatus, cùm fuit veſtib.ſpoliatus,& nudus in cruce depoſitus Iſta autem pellis ſic raſa,& ſubtiliata; non fuit ligata,ſed conclauata inter duas tabulas, i.inter duo ligna crucis, & erat ſcripta: quaſi per totum vniuerſaliter litteris nigris,quia erat liuida &denigratapropter ictus flagellorum,pugnorũ,alaparum,& aliarum pœnarum,habebat autem in partibus principalib.litteras groſſas,& vermilias.i.plagas principales capitis,quod erat totum ſanguinolentum, & vulnera manuum,& pedum,& plagã lateris. Qui ergò ſcientiã iſtius libri addiſcet,ſapientiſſimus erit, quod faciebat Paul.qui ait 1.ad Cor.2. *Non me iudicaui ſcire aliquid inter vos,niſi Chriſtum Ieſum,& hunc crucifixum.* De ipſo quoq; libenter prædicabat. vnde ait eiuſdẽ epiſt.1.c.*Prædicamus Chriſtum crucifixũ*, & in cruce eius gloriabatur,di. ad Gal.6. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo*, quaſi diceret, glorientur auari in affluẽtia diuitiarum, iuxta illud Pſ.*In multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriantur.* Gloriẽtur quoq; potẽtes in potẽtia ſeculari, ſicut faciebat Arphaxad rex Medorũ, de quo dicitur Iudit.1.*Gloriabatur quaſi potens in potentia ſua,&c.* Gloriẽtur hypocritæ in ſimu-

simulata sanctitate sua, & religiositatis apparentia, iuxta illud, ad Gala. 6. *Volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur*: glorientur etiam peccatores in malorũ perpetratione, de quibus dicitur Prouerb. 2. *Qui gloriantur, cum malefecerint*, &c. Vnde cuidam scelerato ait Psal. *Quid gloriaris in malitia?* Psalm. 15. Glorientur quoque milites in armis suis, iuxte illud Iudith 9. *Gloriantur in sagittis, & lance*, ego autem in cruce Domini mei glorificabor. De qua inquit Augustinus. *Crux quæ prius erat supplicium latronum, transit ad frontes Imperatorum.* Ascendit ergò CHRISTVS crucem, vt in hoc signo esset gloriatio nostra, & de hostibus nostris victoria. Vnde Constãtinus Imperator per signum crucis, quod habebat in dextera, & in fronte sua, & militum suorum, deuicit Maxentium cum toto exercitu suo, vt legitur in officio inuentionis sanctæ Crucis. & similiter Heraclius Imperator per virtutem Crucis, cui se deuote commendauerat, deuicit filium Coshroe regis Persarum, & subiugauit eius exercitum cum toto dominio, vt legitur in officio exaltationis sanctæ Crucis.

16. Causa mortis Christi in Cruce.

ALia quoque de causa quæ est sextadecima in ordine, pati voluit Christus supplicium Crucis, & ascendere hoc patibulum, iuxta illud Iob 7. *Suspendium elegit sibi anima mea*, & dicitur inuitationis, vt scilicet omnes inuitaret ad compatiendum sibi. & ideò inquit Bernard. *Ascendit in altum, vt ab omnibus videretur. Fortiter clamauit, vt longius audiretur, & nullus excusaretur: clamori lachrymas addidit, vt hemo ei compateretur.*

17. Ratio mortis Christi in cruce.

SEptimadecima ratio dicitur prouisionis, quia enim in mari huius mundi ferè omnes periclitabantur, ideò Deus prouidit homini de triplici remedio. s. de naui, tabula, & ponte. Nauis est innocentia, in qua positus fuit Adam, sed hãc nauem ipse fregit quando peccauit. In hac autem naui fuit B. Virgo quæ seruata innocentia ad portum Paradisi peruenit. In hac etiam naui sunt baptizati, quãdiu seruant innocentiam baptismalem. Sed quia ferè omnes frangunt nauem innocentiæ, ideò parauit eis Deus tabulam pœnitentiæ, de qua Hieronym. inquit: *Pœnitentia est secunda tabula post naufragium.* Et cum hac tabula Maria Magdalena peruenit ad portam Paradisi. Ait enim Bern. *Sicut Deus non priuat bonis eos, qui ambulant in innocentia, ita nec priuat eos qui ambulant in pœnitentia.* Quia verò sunt multi, qui proiecũt tabulam, ideò Deus parauit sibi tertium remedium, scilicet passionis suæ meritum. Et propterea Christus appellatur Pontifex ad Hebræos 5. 6. 7. & 8. Pontifex autem interpretatur pontem faciens. Tunc enim Christus pons factus est nobis, quando super lignum Crucis extensus fuit. Ad constructionem autem istius pontis quatuor diuersa ligna fuerunt compaginata, quia Crux quo ad truncum, siue pedem qui in terra fixus est, fuit de cedro. Stipes verò, qui in altum eleuatus est, fuit de cypresso, brachia, siue lignum transuersale de palma. Tabula autem superposita. Super has verò trabes strata fuit tabula, id est, caro Christi immaculata, quæ tribus clauis, vel quatuor secundum aliquos Doctores, fuit ibi conclauata, & ideò non restat nisi vt homo super hunc pontem ascendat, & ad patriam pergat. Per prædicta autem quatuor ligna, significatur quadruplex Crucis efficacia. Prima est, quia malas cogitationes fugat, quod significatur per cedrum, cuius odor fugat serpentes. Secunda, quia in tribulatione constantiam præstat, quod significatur per cypressum, quæ nullius venti impulsu comam amittit. Tertia est, quia de hoste triumphat, quod significatur per palmam, qua victores coronabantur. Quarta est, quia amaritudinem pœnitentiæ temperat, quod significatur per oliuam, cuius liquor dolorem vulnerum mitigat. In his ergò quatuor casibus debemus nos maximè Crucis signaculo cõmunire, vel cùm aliqua mala, aut turpis cogitatio se ingerit, vel cùm aliquod periculum subitò nobis emergit, vel

Quid per 4. ligna quæ fuerunt in Cruce Christi significatur.

Digitized by Google

vel cùm aliquod phantaſma diabolicum noſtris ſenſibus obijcit, aut cùm aliquis dolor, vel timor nos arripit & inuadit. Poſſumus quoque dicere, quòd hæc quatuor ligna ad compoſitionem Crucis ſunt coniuncta, ad oſtendendum, quæ per Chriſtum in Cruce ſunt acta. Pax enim eſt facta inter Deum & hominem, quod ſignificatur per oliuam, victoria de diabolo habita, quod ſignificatur per palmam; per cypreſſum verò ſignificatur amaritudo paſſionis Chriſti, & per cedrũ dulcedo, quæ à Chriſto omnibus fidelibus per paſſionem ſuam eſt propinata.

18. Ratio mortis Chriſti in cruce.

DEcimaoctaua ratio, dicitur conſignationis, omnes enim Domini ſolent donare arma, ſiue inſignia ſua ſuis fidelibus ſeruitoribus, vt videntes eos ſic inſignitos reuereantur, & non offendant ipſos, & ideò Chriſtus elegit ſibi martyriũ Crucis, vt hoc inſigne donaret ſuis fidelibus, præcipiens dæmonibus illud Ezechiæ 9. *ſuper quem videritis thau*, quod ſcilicet habet formam Crucis, *ne occidatis eum.* Et prædicta ſufficiant, quo ad primum genus martyrij.

2. Martyrij genus.

SEcundum martyrij genus eſt, cuius paſſio principaliter eſt in anima, ſicut fuit martyrium glorioſæ Virginis, quæ, vt inquit Hieronymus ad Euſtochium, *Ex dolore, quem habuit de morte filij, fuit plus quàm martyr*, vt etiam ait Richard. in 3. diſt. 33. ar. 7. q. 4. Fuit enim verificatum in ea illud Simeonis dictum Luc. 2. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.*

3. Martyrij genus.

TErtium martyrij genus eſt, cuius paſſio principaliter eſt in corpore, ſicut fuit martyrium B. Stephani, qui cùm lapidaretur, & corporaliter affligeretur, conſolabatur anima eius, videndo Cęlos apertos Act. 7. Similiter & alij multi martyres inter afflictiones corporales recipiebant diuinam conſolationem. Vnde B. Lauren. dicebat Decio: *Diſce miſer, quia carbones tui mihi refrigerium præſtant.* Licet autem aliquod martyrium dicatur eſſe in anima, tamen intelligendum eſt, quòd etiam corpus patitur. Et ſimiliter dicendum eſt de martyrio, quod in corpore eſſe prohibetur, quia vt inquit Ariſt. 1. de anima: *Omnes paſſiones, & operationes non ſunt ſolius animæ, vel ſolius corporis, ſed totius coniuncti.* Vnde ſi quis dixerit animam per ſe intelligere, dicit etiam eam filare, & texere. Ideò autem dicitur martyrium animæ, quia principalius redundat in ea. Et ſimiliter eſt de martyrio corporis. Sciendum quoque eſt, quod ſolùm tribus ſanctorum generibus datur aureola. ſ. martyribus, Virginibus, & Doctoribus. Quæ aureola eſt quoddam præmium accidentale, principaliter in anima conſiſtens, ex quo reſultat ſpecialis decor in corpore. Quæ gloria eis datur, propter excellentem victoriam, quam habuerunt contra mundum, carnem, & diabolum, vt dicunt Theologi in 4. diſt. 49. Sicut autem aureola virginitatis non datur, niſi his, qui perſeuerauerint in virginitate vſque ad mortem; & aureola doctrinæ non datur niſi his, qui actu docuerint: Ita aureola martyrij, non datur niſi his, qui occiſi fuerunt propter Chriſtum, aut ſaltem eorum paſſiones, & afflictiones perſeuerauerint & continuauerint vſque ad mortem, vt inquit B. Tho. in 4. di. 49.

Tribus ſanctorum generibus datur tantum aureola.

SEd licet aureola non detur, niſi his qui actualiter martyrizati ſunt, tamen ſunt alij, qui præmium eſſentiale martyrij conſequentur. Eſt enim aliud genus martyrij, cuius paſſio non eſt carnem occidens, neque animam ſeparans, quod non priuatur præmio eſſentiali. Cuius quidem martyrij multæ ſunt ſpecies, quas enumerat frater Aluarus in lib. de plãctu Eccleſiæ, nos verò octo poſſumus aſſignare.

PRima dicitur appetitionis ſ. quando quis ardet deſiderio martyrij, & per eum non ſtat, quin illud toleret, ſi facultas adeſſet. Et iſto modo fuit martyr B. Franciſcus, qui ter ad partes infidelium per-

Digitized by Google

perrexit, vt pro conuersione eorum, & prædicatione fidei Christianæ martyrium pateretur. Et idò de illo canit Ecclesia: *O martyr desiderio Francisce.* Et similiter est de B. Antonio de Padua, qui & ipse ardebat desiderio martyrij, vnde de ipso canitur: *Sed hoc desiderium suum non implevit, de quo rex regnantium aliud decrevit.* De B. quoque Martino canit Ecclesia, *O gloriosa anima, quam & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit.* Et ratio est, quia apud Deum voluntas pro facto reputatur, quando per nos non stetit, quin eam opere compleremus. c. omnis, cum simili. de pœni. di. 1.

SEcunda huius martyrij species dicitur mortificationis. Et hoc modo martyrizatus fuit Ioan. Euangelista, cui dixit Dominus, & fratri suo Iacobo, Matth. 2. *Calicem quidem meum bibetis.* Calicem autem passionem solet appellare, vt Grego. inquit: Fuit ergò martyr S. Ioan Euãgelista, quia in carne fuit mortificatus amore Christi, non solùm quando in feruentis olei dolium mersus est, & postea in insula Pathmos exul afflictus est, sed etiam quia in pœnitentia, & austeritate corpus suum afflixit. vt enim inquit Bern. super canticum sermo. 30. *Genus martyrij est sæua carnis mortificare.*

TErtia martyrij species dicitur abnegationis. s. propriæ voluntatis, sicut faciunt boni religiosi abnegantes seipsos & suas voluntates, hoc enim est opus valdè arduum, vt inquit Aug. in quodam sermone; de quo martyrio loquitur Saluator Matth. 16. di. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me,* quasi diceret, quòd abnegare seipsum est quædam Crux continua, si quam portauerimus vsq; ad mortem, sequemur ipsum in gloria cœlesti.

QVarta huius martyrij species dicitur obseruationis. s. castitatis in adolescentia, & iuuẽtute, in qua ætate maximè viget calor, & incendium voluptatis, vnde inquit Ambr. in quodam sermon. *Martyrium est in iuuenibus castitatis obseruatio.* Sed dolendum est plurimum, quòd hodiernis temporibus non solùm non inuenitur castitas in iuuenibus, sed neq; in multis senibus impudicis, qui meritò inueterati dierum malorum appellari possunt. Dan. 13. & extra de præsump. c. cùm in iuuentute. Cùm enim deficiente calore naturali deberẽt esse cõtinentiores, & quãto sunt morti viciniores, magis deberẽt timere. 86. di. c. tanta. Ipsi senes decrepiti iam pedem in foueam habentes, magis sunt libidinosi, quàm iuuenes multi. Vnde cùm eorum senectus deberet esse venerabilis. Sap. 14. & 44. dist. c. porrò. & l. semper. ff. de iure immu. propter ipsorum luxuriam sunt abominabiles apud Deum & homines, ita vt maledicti pueri centum annorum, increpatione prophetica nuncupentur. Esa. 65. & c. Paul. 2. q. 7. Contra quorum luxuriam inquit Tullius in 1. de officijs. *Luxuria cum omni ætate turpis sit, senibus tamen est fœdissima.* Sapiens quoq; Eccle. sui libri. 25. c. di. *Tres species odit anima mea, pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum, non sensatum.*

QVinta huius martyrij species est tolerationis. s. paupertatis, & egestatis. vnde Chrys. in quodam sermone ait: *Habet paupertas martyrium suum, & egestas, si benè tolerata fuerit. Facit enim martyrem egestas, propter Christum, non propter necessitatem.* Bernard. quoq; in quodam sermone inquit: *Quid martyrium grauius est, quàm inter epulas ejurire: inter vestes multas & pretiosa vestimenta algere; inter diuitias, paupertate opprimi.* Ex quib. concluditur, quòd ille potest dici martyr, qui diuitijs affluens, pro Christi amore facit se pauperem, sua tribuens pauperibus, & qui delicijs abundare valens, & preciosis indui vestimentis, parcam in potu & cibo, atque indumẽto, vitam ducit. Ait enim Aug. in quodam sermone: *Non sine violentia fieri potest, vt de abundantia, & delicijs ad famem, & sitim, ad abstinentiam, & Crucem*

Digitized by Google

Crucem transeat, & somno prius atque ocio amicam carnem contritione vigiliisque conficiat, & iracundiam patientia, superbiamque humilitate commutet, ac amore paupertatis affluentiam superet, vinolentiam sobrietate, & luxuriam castitate condemnet, & homo subito in virum transformetur perfectum, ac quodammodo aliter reddatur ex altero.

SExta huius martyrij ſpecies dicitur dilectionis, ſcilicet inimicorum, vt non ſolùm faciamus contra eos vindictam, ſed illos diligamus, eiſq; benefaciamus, atque illorum iniuriam patienter toleremus. De quo martyrio Greg. in moral. inquit: *Martyres ſine ferro eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo veraciter cuſtodimus. Ferre namq; contumelias, & inimicos diligere, martyrium eſt in occultata cogitatione.*

SEptima huius martyrij ſpecies, dicitur compaſſionis, ſcilicet ad afflictos, & tribulatos, de qua Greg. vbi ſuprà ait: *Qui dolorem exhibet in proximi neceſſitate, profectò martyrium noſcitur ſuſtinere.* Sed contra hæc faciunt multi, qui non ſolùm non conſolantur afflictos, ſed eos magis affligunt verbis, & contumelijs, contra illud quod ſcriptum eſt in l. diuus. ff. de officio præſi. quòd nõ debet dari afflictio afflicto. Qui igitur dolet de paſſione Chriſti, & ei cõpatitur, huius ſpeciei martyrij præmium conſequitur.

OCtaua huius martyrij ſpecies dicitur impletionis, ſcilicet diuinorum præceptorum, & legis Euangelicæ conſiliorum ſtatutis. Etenim mater Eccleſia in officio omnium ſanctorum de confeſſoribus ſanctis inquit: *Licet perſecutorum non ſenſerint gladium, tamen per vitæ meritum Deo digni martyrio non priuantur; quia martyrium non tantũ effuſione ſanguinis, ſed abſtinentia peccatorum, & exercitatione Dei præceptorum perficitur.* Auguſtinus quoque in ſermone de B. Laurentio ait: *Crux Domini non tantùm illa dicitur, quæ paſſionis tempore ligni confixione conſtruitur, ſed etiam illa, quæ totius vitæ curriculis cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur. Tota igitur vita hominis Chriſtiani, ſi ſecundùm Euangelium vivat, Crux atque martyrium eſt.* Idem quoque Auguſt. in ſerm. Ioannis Baptiſtæ inquit: *Duo ſunt abſtinentiæ, & Crucis genera, vnum corporale, & aliud ſpirituale, vnum eſt à potu, & epulis temperare appetitum gulæ, à delectationibus, & molliſſimis ſenſualitatibus coercere, ab his quæ tactu, & guſtu, viſuque decipiunt ſenſum, viriliter removere, ac violenter abſtrahere. Alterum abſtinentiæ, & Crucis genus eſt preciſius, atque ſublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modeſtiæ tranquillitate placare, iræ ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrenare, litigare quotidie contra vitia, increpare ſe quadam cenſura, & auſteritate virtutis, & rixam quodammodo cum homine interiore conſerere: pretioſa hæc in conſpectu Domini, & glorioſa Crux, cogitationes malas in poteſtate redigere, voluntates proprias abnegare, eaſq; interiori examinatione diſcutere, & regentis imperio ſubiugare, à ſermone quo anima læditur, tanquam à cibis noxijs abſtinere, & ſenſum ab his, quæ contraria ſunt, ſpirituali temperantia ſobrium cuſtodire. hæc qui facit, præruptio paſſionis muro, violenter ad cælorum regna conſcendit, vimque ſibi facturæ eſt anima, vt palmam laborum, quam ſibi ſubtrahi, multis inimicis aduerſantibus ſentit, viribus contendat eripere. Neceſſe eſt ergò cum ſummo labore ex hoc mundo rapere palmam ſalutis, & quaſi exeuntibus, & circumiectis hoſtibus obſeſſos fructus pernigili intentione decipere, & prædam ad theſauros vitæ, velut de medio ſeculi huius incendio arreptam reportare,* hæc ille. O igitur deuoti Chriſtiani, ſi nõ vultis, vel non poteſtis eſſe martyres effuſione ſanguinis veſtri, ſaltem accipite aliquam Crucem de prædictis, & non eritis ſine eſſentiali præmio martyrij. Ad æternam etenim Chriſti ſocietatem, & gloriam non poterit peruenire, qui aliqua de præfatis crucibus, ſeu ſpecieb. martyrij noluerit acceptare, ipſo dicente Domino, Matth. 10. *Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*, & idem habetur Lucæ 14. Quam quidem martyrij palmam nobis concedat, qui in ſeculum ſeculi viuit, & regnat. Amen.

SABBATO POST QVARTAM DOMINICAM IN QVADRAGESIMA.

DE PESTILENTIÆ signis, causis, & remedijs.

SERMO XL.

DERELIQVIT *me Dominus.* Esa. 49. & in epistola occurrentis feriæ. Sunt quidã, qui statim vt à Deo flagellantur, putant se ab ipso derelictos, verba pro themate nostro assumpta singuli dicentes, qui tamen sæpè fallũtur; quia non semper Deus flagellat hominem, quia eum non amet, imò sæpè ei tribulationes immittit, & infirmitates, vt habeant maius meritum, vel alius multis de causis, quas ponit Magister sent. in 4. dist. 15. c. 1. Aliquando enim mittit, vt merita augeantur flagellato patienter toleranti, vt Iob libri eius. 1. c. vel per patientiam eis detur exemplum alijs, sicut Tobiæ, vt dicitur libri eius, &c. vel ad custodiam virtutum, vt in humilitate persistat, vt Paulo 2. Cor. 12. vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra, Numer. 12. vel ad gloriam Dei, vt cœco nato, Ioan. 9. vel ad initium pœnæ, vt Herodi Act. 12. Antiocho 2. Machab. 9. quatenus hic videatur quid in inferno sequatur. Et ideò non possumus benè scire, qua ex causa Deus mittat flagella sua, ideò dicit Dauid Psalm. 35. *Iudicia Dei, abyssus multa.* Et vas electionis Paulus ad Rom. 11. inquit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius,* ex quibus verbis quidam voluerunt dicere, quod de iudicijs Dei futuris nullam possumus habere cognitionem. Quod verum est de cognitione demonstratiua, & certa; possumus tamen coniecturare ex aliquibus indicijs, quando Deus velit mittere flagella sua in hoc mundo. Imò & de die iudicij futuro signa aliqua nobis Deus priùs demonstrabit, iuxta illud Saluatoris, Lucæ 21. *Erunt signa in Sole, Luna, & Stellis.* Sed contra arguunt quidam per illud Hierem. 10. *A signis cæli noli timere, quæ gentes timent.* Sed respondet Nicolaus de Lyra super dictum capitulum, quod superstitiosum est, & hæreticum credere, quòd constellationes, & signa cœlestia habeant arctare animam rationalem ad aliquod malum, vt probat Beatus Thom. in summa contra gentiles libro tertio, Tamen ex constellationibus, & cursu syderum causantur ea, quæ secundùm naturam fiunt in corporibus humanis, vt siccitas, pluuia, ventus, & sterilitas, infirmitatesque, ac pestilentiæ. Quamobrem licet de futuris contingentibus non sit determinata veritas, vt dicit Arist. 1. Perier. tamen ex signis cœli possumus prænosticare ea, quæ fienda sunt in posterum, quæ causantur a cursu syderum, vel a temporis qualitate, vt inquit Ptolomæus Ægyptius in suo centiloquio, & Messala in libro de temporum varietate: & ideò possumus timere de pestilentia, quando videmus signa naturalia, ex quibus causatur. De qua in præsentiarum tractaturi, tres considerationes faciemus. Prima erit de signis, Secunda de causis, Tertia de remedijs.

Tribus de causis Deus quas dicit, tribulationes mittit.

Quomodo de futuris contingentibus possumus habere aliquã cognitionem per signa cœlestia.

PARS

PARS PRIMA, IN QVA PONUNTUR ſigna, ex quibus poſſumus cognoſcere peſtilentiam debere venire in breui.

Peſtilentia quid ſit.

PRO expeditione primæ partis ſciendum eſt, quod peſtilentiam, quæ etiam epidemia appellatur, diffinit Aliabas 5. theoricæ ſuæ ſic. Epidemia, ſiue peſtilentia eſt mutatio aeris in putredinem, vel peſſimam qualitatem vniuerſaliter, & multis peſtiferam. Quę quando debeat euenire, nullus licet ſcire poſſit pro certo, quia hoc ſtat in diſpoſitione Dei, & ipſe poteſt eam mittere in inſtanti, ad ſuum libitum nullis indicijs præcedentibus, tamen quando venit ex cauſis naturalibus, maxime corporum cœleſtium, & aeris, poſſumus per aliqua ſigna cognoſcere quando debeat euenire: & ideo debemus ea attendere, & diligẽter, intueri quia inquit Hippo. 1. prognoſticorum in principio: *Videtur mihi, quod ex melioribus rebus eſt, quod medicus vtatur præuiſione*, id eſt, prognoſticatione ſecundum Galenum ibidem in commento ſuo. Et ratio huius eſt, quia vt inquit Galenus 1. techn æ, *vtilitas magna eſt, ſignorum ſignificantium rem futuram*, quod exponit commentator eius Hali. dic. Per ſigna indicatiua ſcitur id, quod futurum eſt, & præparas ei quod neceſſarium eſt. Eſt igitur magna vtilitas præſcire futura mala, ratione præparationis, vnde Cato. cap. 3. inquit: *Nam leuius ledit quicquid præuidimus ante.* Et verſificator fabularum Aeſopi, fabula. 10. dicit: *Nam præuiſa minus lædere tela ſolent.* Greg. quoq; in homil. plurimorum martyrum ait: *Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur, & nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per prouidentiæ clypeum munimur.*

Primum ſignum, quo peſtilẽtiam futurã eſſe cognoſcimus.

EST itaque primum Signum quando qualitates & diſpoſitiones temporum nõ ſeruant naturam ſuam. vnde ſciendum eſt, quod naturalis diſpoſitio autumni eſt, quod ſit frigidus & ſiccus, hiems vero eſt frigida, & humida; ver calidum, & humidum; æſtas calida, & ſicca, vt inquit Auicenna 2. primi Doctrina. 2. cap. de naturis temporum. Quando ergo diſpoſitiones temporum non ſunt, ſicut prædiximus, ſed contrario modo ſe habent, illa tempora debent iudicari corrupta, & ex conſequenti aer eorum putridus, venenoſuſque, ac peſſimæ qualitatis, & vniuerſaliter multis peſtiferus. Et in hanc ſententiam conueniunt omnes Philoſophi, & medici, maxime Ariſ. particula 1. problematum quaſi per totam, & Hippo. & Galenus. 3. particula aphoriſmorum etiam quaſi per totã, & Auicenna, 1. quarti tractatu. 4. c. de febre peſtilentiæ.

SEcundum Signum naturale, & magis particulare autumno, maxime in principio Octobris apparent ſtellę cadentes, id eſt, vapores groſſi ignei admodũ ſtellarum, quę videntur cadere, & ignes ſtantes in aere. Ex his enim cognoſcere poſſumus tempus autumni mutatũ à ſua naturali complexione, ſcilicet frigore, & ſiccitate ad calidum, & humidum groſſum, & vnctuoſum aptum inflammari. Eleuantur enim fumi groſſi à terra, & ab aqua in aere per virtutẽ ſolis, & à caliditate, quæ tunc eſt in aere, cõtra naturam temporis inflammantur. hæc ponit Ariſtot. in libr. Meta. & Auerroes ibi, & Albertus Magnus. Ex quo poſſumus timere peſtilentiam futuram propter corruptionẽ ipſius autumnalis temporis. *2. Signum.*

TErtium ſignum eſt, quando multiplicantur venti meridionales, & occidentales tempore autumni dieb aliquib. Hi enim vẽti laxant virtutem naturalem, & turbant humores, ac faciunt ægritudinum recidiuationem, & generant febres putridas, vt habetur ab Auicenna 2. primi Doctrina, 2. in c. de naturis vẽtorum, & à philoſopho, & à conciliatore. i. Petro de Abano 1. problematum, problemate. 23. & ab Hippocrate & Galeno. 3. aphoriſmorum, aphoriſmo 6. *3. Signum.*

Digitized by Google

QVartum Signum est, quãdo in autumno apparuerit aer tenebrosus, & turbidus, ita quod illa die videatur velle pluere, & non pluit, & sic continuat tempus multis diebus, per hoc enim cognoscitur, quòd complexio aeris est corrupta, & maxime corrũpetur in hyeme sequenti. Est enim aer plenus vaporibus calidis, & humidis, à ventis australibus deportatis, qui existentes causa putredinis, magis inficiunt aerem, quàm si esset pluuia: hæc Aristotel. in 1. problematum problemate 23. Quæ clarissime demonstrat ibi conciliator.

grossi existẽtes misericordia ignium huiusmodi, & stellarum cadentiũ in autumno præcedente, toto tempore hiemis, & veris in aere remanserunt, & ad æstatem peruenientes suffocant calorem æstatis, & eum obtundunt, & de mane infrigidati alteram matutina æstatis, sc. ad frigidum, vel melius ad calorem remissum suffocatum. Quapropter aerem æstatis inficiunt, & corrumpunt. De natura enim humidi est obtundere calorem: & sicci acuere 3. Meta. Siccitas enim est luna caloris, vt inquit commentator 1. Apho. commento. 15.

5. Signum. QVintum Signum est paucitas pluuiæ in vere cum frigore, post quæ multiplicatur auster, & cõturbatur aer diebus aliquibus. Deinde clarificatur per hebdomadam vnam, vel circa. Tunc enim est periculum pestilentiæ. Nam vt ait Arist. 1. problematum, problemat. 9. & Hippo. & Galenus. 3. apho. apho. hoc est, quia humores retenti in corpore, & multiplicati in hieme, qui ad porositates extrinsecas deberent in vere à natura expelli, & à calido naturali illius temporis consumi, existente illo aere cõtra naturam frigido, expelluntur à frigido aeris ad interiora, & ibidem retenti putrefiunt, & superueniente austro permiscentur cum sanguine per totum corpus vniuersaliter, & ex consequenti homines pernecant.

6. Signum. SExtum Signum est, cum in aere accidit quòd in nocte fit frigus, & in die calor vehemens, & præfocatio, ac conturbatio, tunc enim cito accidit pestilentia, & infirmitates, omnis enim subita mutatio deijcit actum propriæ virtutis 2. techna, qui est liber Galeni.

Signum. SEptimum Signum est, quando apparuerit æstas non vehementis caloris, sed magnæ conturbationis, habens matutina alterata, & iam præcesserunt in autumno stellæ cadentes, & ignes stantes in aere, tunc enim iudicandum est, quòd vapores

8. Signum. OCtauum Signum est, quando videbis diem alterari die vno multis vicib', & hoc intellige de quacunque alteratione, scilicet ad calidum, & frigidum, humidum, & siccum, serenitatem, & obscuritatem, ac huiusmodi. Ex his enim cognoscitur eius mala dispositio, & quòd in aere sunt multæ eleuationes malorum vaporum, & multiplicationes diuersorum ventorum, huiusmodi enim aeris mutationes corpora nostra alterant ad prauas ægritudines, & pestilentias, vnde ait Auicenna, secunda primi, Doctrina. 2. in capitul. de impressionibus malarum mutationum aeris. Ex aere cum mutatur prouenium in corporibus accidentia, cùm enim putrescit, putrefacit humores.

9. Signum. NOnum Signum est, quando die vno apparet Sol clarus, & in alio conturbatur, & hoc nõ fit propter eclipsim, hocque accidit multis diebus, signũ est enim, aeris qualitatẽ esse male dispositam. Maxime quando Sol exurgit, apparet quòd habeat ante se nebulam admodum pulueris, & aer puluerulentus existat ita, quòd Sol non potest reddere lucem claram, & hoc accidit multis diebus. Tunc enim iudicandum est aerem esse plenum malis vaporibus, & diuersis morbositatibus, ex quib. corrumpitur, & est causa pestilentiæ secundum Auicennam 1. quarti, tractat. 4. in c. de febre. pestilentiæ.

Decimum

10. Signum. DEcimum ſignum eſt cum tempore æſtatis, & magni caloris, ſubito poſt pluuiam apparet magna quantitas ranarum, quæ ſunt in parte ſuperiori coloris cineritij, & ſub ventre coloris diuerſi, maxime citrini, & aurei, arguit enim eo quòd ſunt humidæ, & aquaticæ, magnam humiditatem, & aquoſitatem eſſe, in aere cõtra naturam temporis. Vnde cum propter caliditatem præcedẽtem poroſitates corporis ſint apertæ, implẽtur multa humiditate putreſcibili, & per conſequens corpora corrumpuntur, ſicut ait Ariſtotel. 1. Problematum, problemate. 21. & 22. & eius commentator Petrus Padubenſis.

11. Signum. VNdecimum Signum eſt, quando multiplicantur reptilia ex putredine generata, ſicut vermes diuerſi, & viperę imperfectæ, & alia huiuſmodi animalia, & apparent mures, & alia animalia ſubterranea fugere de ſub terra, & aquatica de ſub aqua, & manifeſte exire, ita vt videãtur fugere ab aliquo perſequẽte. Signum eſt enim, quòd terra, & aqua eſt corrupta, à quibus fugiunt. Nam in terræ concauitatibus generantur quandoque fumi venenoſi, à quibus mures, & ſerpentes, & omnia alia animalia ſubterranea fugiunt ad ſuperficiem terræ, tanquam à veneno mortifero. Et ſimiliter in aquis aliquando generantur morboſitates, à quibus animalia aquatica fugiunt. Et id eſt periculum eſt, ne etiam aer corrumpatur illis morboſitatibus ad ipſum peruenientibus. Similiter quando animalia fugiunt ab habitationibus ſuis conſuetis, & aues à nidis ſuis nullo perſequente, & aliquã do relinquunt oua ſua vt fugiant, ſignum eſt, quòd aer ille eſt corruptus, & ideo periculum eſt peſtilentiæ, & hæc omnia exponit conciliator prima Problematum, problemate. 22. Hæc etiam vndecim ſigna collegi ab Auicenna prima quarti, tractatu quarto, in capitul. de febre peſtilentiæ, licet ea non ita diſtinctè, & clare ponat.

12. Signum. DVodecimum Signum eſt, quando magna fames, & paupertas eſt in terra, maxime vbi eſt magna hominum multitudo, ita quòd non habent neceſſaria ad vitam, tunc enim homines neceſſitate coacti comedunt multa corrupta, nociua, & naturæ contraria, ac abominabilia. Sicut accidit non multis annis elapſis in quibuſdam montibus propè Comum, in quibus propter careſtiam, & penuriam homines comedebant fœnum tritum, & madefactum cum aqua, & multa alia penitus naturæ humanæ horribilia ad comedendum. Ex talium enim comeſtione generantur febres putridæ, & venenoſæ, vt colligitur ab Auicenna 1. quarti, tractatu, 2. in capitul. de febribus putridis. Corrumpuntur enim corpora quæ corruptis veſcuntur, vt ait Auicenna ſecunda primi, Doctrina ſecunda in capitul. de iudicijs & diſpoſitionibus anni. Corruptis verò corporibus, ex flatu corrumpitur aer. Et cõſequenter peſtilẽtiatis pauperibus, etiam diuitibus, qui eis prouidere noluerunt de neceſſarijs, peſtilentia penè cauſatur. Generaliter ergo ſciendum eſt, quòd corrupto aere, corrumpũtur corpora peſte. Vnde Oroſius narrat libro 5. quòd poſt locuſtas innumerabiles in mari à vento ſuffocatas, tanta corruptio aeris eſt ſubſecuta, & tam grauis peſtilentia, vt in Numidia, octingenta millia hominum morerentur. Et circa oram maritimam, quæ Carthaginenſi, atque Vticenſi littori adiacet, plus quàm ducenta millia. Quæ clades tam repentina fuit apud Vticam, quòd ſub vna die per vnam portam, plus quàm mille quingenti mortui ſunt deportati. Multis etiam alijs in locis propter corruptionem cadauerum corrupto aere, ſecuta eſt maxima peſtilentiæ mortalitas. In ciuitate quoque Achaia, vt mihi retulerunt fratres noſtri, qui ibi fuerunt, quolibet octauo anno corrumpitur aer, & ſequitur peſtis maxima, quæ duras per ſex menſes. Et quolibet die ſaltem morĩuntur viginti quatuor millia hominum,

Habet

Habet enim illa ciuitas, vt dicitur viginti quatuor mille contratas, & quando non moritur nisi vnus pro contrata omni die, reputatur parua pestilentia. Recitat quoque Orosius libro quinto, quòd anno ab vrbe condita sexentesimo sexto, tanta Romæ exorta est pestilentia, vt ministri faciendorum funerum primo non sufficerent, deinde non essent. Erantque magnæ domus vacuæ viuis, ac plenæ mortuis, largissimæque hæreditates remansere, nulli vero hæredes. Refert quoque, quòd tempore Antonini Imperat. qui Christianos persecutus est, tanta lues est secuta, vt agricultoribus carerent. O miseri peccatores quare non timetis offendere Deum? Pestilentia enim, & corruptio aeris multoties mittitur à DEO nullis signis præcedentibus, quando nobis irascitur pro vitijs nostris. Vt enim refert Orosius libro tertio, & Augustinus libro quinto, de ciuitate Dei, capitulo decimo octauo, anno ab vrbe condita. 481. ingens pestilentia vrbem Rom. intrauit, & Sibylla consulta respondit, illam pestem ira Dei illatam. In ciuitate quoque Mediolani. an. 1451. horribilissima pestis adeo præualuit, vt quasi innumerabiles homines quotidie morerentur. Tantaque erat corruptio aeris, & morbositas, quòd accipientes panem recentem, & calidum, tunc coctum, & ponentes mane ad aerem, postea in sero reperibant totũ marcidum. Quomodo ò peccator faceres, si veniret pestilentia? Si enim fugies ab hac ciuitate, Deus faceret corrumpi aerem, vbi fugies? *Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.* Psalmo antepenultimo. Ideo hoc considerans Dauid exclamat Psalmo 138. *Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Vade ergo, & reconciliate Deo, & deprecare beatam Virginem, vt interpellet pro te, & pro hac ciuitate. Legitur enim quòd tempore Pelagij Papæ, Romam pestis maxima concussit, in qua & Pelagius mortuus est, cui successit moralis Gregorius, qui vir miræ sanctitatis tunc ordinauit Letanias, & pergens per ciuitatem in processione, eas decantabat cum clero, & faciebat deportari imaginem Virginis beatæ ante se, quam beatus Lucas depinxerat, quam ego vidi, & tetigi in ciuitate Romæ. Cùm ergo veniisset ad castrum, quod construxerat Adrianus Imperator, qui secundum Orosium libro quinto, & Eutropium, fuit duodecimus ab Augusto Imperatore, & appellabatur castrum Adriani: Intercedentibus meritis Virginis gloriosæ, vidit beatus Gregorius Angelum, super quendam lapidem illius castri, quem lapidem ego vidi, & tetigi, & est Romæ in loco nostro, qui dicitur ara cœli. Habebat autem in manu sua ensem cruentatum, quem in vaginam posuit, significans pestem DEI iudicio immissam cessare. Et exinde illud castrum appellatum est castrum sancti Angeli, vsque in hodiernum diem. Legitur quoque quod tempore sancti Ludouici regis Franciæ, venit tanta pestis in Francia, quòd quartam partem hominum occidit, quæ pestis ardebat corpora, à planta pedis pergens vsque ad cor, ad modum ignis deuorando, donec occideret eos: & illa infirmitas erat incurabilis, qua ex re omnes infirmi non habentes aliud refugium, currebant ad Ecclesiam beatæ Virginis, eius auxilium implorantes, & statim sanabantur. In ciuitate quoque Parisij tantæ erant infirmitates pestilentiales, quòd erat res horribilis ad videndum, & audiendum propter maximos planctus infirmorum. Pro vltimo autem refugio ad Ecclesiam beatæ Virginis accedentes, quadam nocte illis apparuit Virgo glorioſa, & omnes benedictus sanauit.

PARS

PARS SECVNDA HVius ſermonis de cauſis quare Deus mittit peſtilentiam.

SECVNDO ſciendum, quòd Deus mittit peſtilentiam, vt plurimum propter peccata, iuxta illud Aug. in ſermone quodam dicentis: *Propter peccata veniunt aduerſa.* Et ideo audite tremenda, ac terribilia verba, quæ dicit Deus Ezech. 14. inquiens: *Si miſero peſtilentiam ſuper terram illam, & effudero indignationem meam ſuper eam, auferam ab ea hominem, & iumentum. Et ſi Noe, & Daniel, ac Iob fuerint in medio eius, viuo ego dicit Dominus, quia filium, & filiam non liberabunt, ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Licet autem ſint multa peccata, propter quæ mittit Deus peſtilentiam, tamen cauſa breuitatis ſolummodo aliqua enarrabimus, alia prætereundo quo ad diſcuſſionem. Dimitto ergo quomodo Deus mittit peſtilentiam propter peccatũ ſacrilegij, quãdo fit iniuria, vel damnum eccleſiaſticis perſonis, vel eccleſijs, vt habetur Ezech. 5. Itẽ propter peccatum idololatriæ, & incãtationis, vt habetur Leuit. 26. Item propter cõtemptum prædicationis, quando homines nolunt ire ad prædicationẽ, vt habetur Hierem. 3. vbi dicit Deus: *Mittam in eos gladium, famem, & peſtem, eo quod non audierunt verba mea, quæ miſi ad eos per ſeruos meos, & prophetas.* Item immittit eam propter fraudationem decimarum, quando non ſoluuntur, vel non integre, vt habetur Malachię 3. & 16. quæſt. 1. c. reuertimini, & ſunt verba Hieronymi. Et idem habetur Hierem. 22. Item propter peccatum homicidij. Nã quia Pharao iuſſerat interfeci oẽs maſculos, qui naſcebantur ex filijs Iſraël, vt habetur Exod. 1. ideo omnia primogenita Aegypti fecit Angelus Dei mori, vt habetur Exodi 12. & dicunt aliqui doctores, quod illa plaga fuit peſtilentiæ. Item mittit peſtilentiam propter vitium gulo. ſitatis, vt habetur Num. 11. Item propter peccatum murmurationis, & diffamationis. Num. 14. Item propter iniuſta bella, & diſcordias, Matth. 24. vbi dicitur: *Conſurget gens in gentem, & regnum aduerſus regnum.* Et ſequitur, *& erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.* Item propter mercantias doloſas, & fraudulentas, & malos contractus in fraudem proximi. Ezechie. 28. Item propter vitium ingratitudinis Eſa. 38. vbi Ezechias, ſicut dicũt doctores, propter ingratitudinem percuſſus fuit peſte, ſed poſtea liberatus per pœnitentiam, & contritionem ſuam.

Propter quæ peccata Deus peſtilentiam mittat.

DIco autem quòd quatuor ſunt principales cauſæ, quare Deus mittit peſtilentiam; prima eſt cœleſtium mandatorum abominatio; ſecunda eſt mentium elatio: Tertia rapinatum vſurpatio: quarta libidinum inhoneſtatio. Prima ergo cauſa miſſionis peſtilentiæ eſt diuinorũ mandatorum abominatio, pro cuius declaratione ſciendum eſt ſecundum Alexand. de Ales in prima parte ſummæ, in tractatu de voluntate Dei, circa finem: Et ſanctum Bonauenturam in primo diſtin. 43. art. 2. quæſtion. 2. & Scotum in eadem di. in prin. vbi non mouet aliam quæſtionem niſi iſtam. Et beatum Tho. in primo ſcripto. eadem diſt. quæſt. 3. & 4. & Landul. Neapoli. eadem diſt. q 3. & Petrum de Tarã. ibidem artic. 2. quæſt. 1. & Ioan. de Ripa in eadem diſt. circa finem, & Frãciſcum de May. in 1. diſtin. 5. quæſt. vlt. Quod omnes homines tenentur conformare voluntatem ſuã cum voluntate Dei, quãdo ſciunt eum omnino aliquid velle, maxime in obſeruandis eius præceptis. Et hæc eſt concluſio omnium, licet diuerſe diſtinguant de voluntate antecedente, & conſequente, & de voluntate abſoluta, & conditionata, & varia diſtinguant de volito ipſius hominis, & Dei, quę cauſa breuitatis omitto.

4. Præcipuæ cauſæ propter quas Deus peſtilentiã mittit.

DIcunt etiam omnes Theologi, quòd Deus fecit hominem ad hunc finem, vt ipſe obediret ſuo creatori, & creaturæ ad vtilitatem hominis creatæ, ipſi homini obtemperarent, vnde ſcriptum eſt, Geneſis primo, quòd dixit Deus: *Faciamus hominem*

Deus hominem fecit vt ſibi tẽperent alia ad eius vtilitatem

Digitized by Google

minem ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris & volatilibus cæli, & bestijs vniuersæ terræ. Et Psalmo 8. dicit Dauid: *Omnia subiecisti sub pedibus eius oues, & boues vniuersas insuper, & pecora campi.* Vnde dicit Nicolaus de Lira, Gene. 2. & 3. *Quòd si homo diuinis obedisset mandatis, animalia omnia sibi obedissent, & cæteræ creaturæ eius voluntati condescendissent.* Patuit hoc in beato Francisco, qui propter omnimodam conformitatē voluntatis suę, cum voluntate Dei, imperabat creaturis, & ei obediebant: sicut de illo canit Ecclesia dicens: *Hic creaturis imperat, qui nutui subiecerat se totum creatoris. quicquid in rebus reperit delectamenti, regerit in gloriā factoris.* Et ad hoc potest adduci illud Ouidij, in primo. Meta. dicentis: *Sanctius his animal, mentisque capacius altæ, Deerat adhuc & quod dominari in cætera posset.* Verum quia homo fuit, & est rebellis superiori suo, id est, Deo, ideo inferiores sui, id est omnia creata ad eius vtilitatem illi non obediunt, sed rebellāt. Et hoc est iustum per illam sententiam legalem, quæ inquit: *Quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur.* ff. quod quisque iuris, per totū. Et c. cum omnes. extra, de consti. vnde Cato ait: *Patere legem, quam tu ipse tuleris.* Hoc enim permittit iustitia, per illam aliam vulgarem sententiam dicentem: *Frangenti fidem fides frangatur eidem*, vt notatur in l. si diuersa. & in l. si quis maior. C. de transac. & melius in l. si conuenerit, ff. pro socio. & 28. quæstio. 2. c. si infidelis, & in c. peruenit. el. extra de iureiur. & in l. si instituta. ff. de inoffi. testam. & in l. cū proponas. C. de pactis. Faciunt ergo creaturæ pro suo creatore, sicut facit bonus filius, qui videns patrem verberari, non solum condolet, sed defendit, & contra inimicos patris insurgit. Ita creaturæ contra homines creatori eorum contrarios insurgunt, & vindictam faciūt. Iuxta illud, Sapientiæ. 5. *Armauit omnem creaturam ad vltionem inimicorum.* Et hoc est quod inquit Gregor. super Lucam homilia 35. dicens: *Quia in cunctis delinquimus, in cunctis feriamur, vt impleatur quod per Salomonem dicitur: Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia quæ ad vsum vitæ accepimus, ad vsum conuertimus culpæ: sed cuncta quæ ad vsum prauitatis infleximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis. Tranquillitatem quippe humanæ pacis, ad vsum vertimus vanæ securitatis, peregrinationem terræ pro habitatione dileximus patriæ; salutem corporum in vsum redegimus vitiorum: vbertatis abundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad peruersitatem interficus voluptatis. Ipsa serena blandimenta aëris ad amorem nobis seruire coegimus terrenæ delectationis. Iure igitur restat, vt nos simul omnia seruiant, quæ simul omnia vitijs nostris male subiecta seruiebant. Et quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso post modum cogamur sentire tormenta,* hæc ille.

Confirmatur quæ supra iam dicta fuere. Moysi sententia.

QVæ omnia confirmantur per illam sententiam Moysi Deutero. 28. di. *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias omnia mandata eius quæ præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledicta reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & grex ouium tuarum, maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittet super te Dominus famem, & esuriem & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te, & perdat velociter. Adiunget tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingredieris possidendam, percutiet te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & æstu, aëre corrupto, ac rubigine, & persequetur donec pereas.*

2. Pestilentiæ immissionis causa.

SEcunda principalis causa pestilentiarum, est mentis elatio. Et propter hanc percussus fuit Sennacherib rex Assyriorum, de cuius exercitu Angelus Domini fecit mori centum octuaginta quinque millia hominum, & hoc fecit propter superbiam eius. Ipse vero reuersus ad ciuitatem suam Niniue, à proprijs filijs occisus est, quarti Regum 19. Similiter pertussus fuit Dauid propter elationem, secundi Regum vlt. vt etiam habetur primi Paralip. 21. Nam motus peccato superbiæ fecit populum numerari, & non seruauit præceptū Domini. Exod. 30. scilicet quòd

ante

ante dinumerationem populi ſinguli offerrent Deo pretium pro animabus ſuis, vt non eſſet plaga in eis. Fecit ergo numerari ad faſtum, & pompam, vt gloria retur de potentia ſua. Quapropter miſit Deus Gad propheram ad Dauid dicentem ſibi: *Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige vnum ex his, vt faciam tibi. Aut ſeptem annis veniet fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur, aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Dixit autem Dauid. Coarctor nimis, ſed melius eſt incidere in manus Domini: miſericordiæ enim eius multæ ſunt, quàm in manus hominum. Elegitque peſtilentiam trium dierum, quam immiſit Deus in populum, & mortui ſunt peſte ſeptuaginta millia viri. Eleuans autem oculos Dauid vidit Angelum exterminantem manum ſuper Hieruſalem, & exclamauit ad Deum dicens: Ego ſum Domine qui peccaui. Ego q̃ iniquè egi. Iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro ira tua contra me, & contra domum patris mei. Miſertus eſt ergo Dominus ſuper afflictionem populi, & dixit Angelo percutienti: Sufficit nunc. Contine manum tuam.* O ſuperbi conuertimini ad Dominum, ne mittat ſuper vos peſtilentiam, aut ſi miſerit vt auferat. Ipſe enim Deus parcet vobis, ſicut pepercit Dauid, cui etiam pepercit poſtquam occidi fecit Vriam, & adulteriũ fecit cũ vxore eius, vt habetur 2. Reg. 12. Nam cum pœnitentia ductus, dixiſſet, *peccaui*: Reſpondit ei Nathan Prophera dicens: *Et Dominus abſtulit à te peccatum tuũ.* Et in primo gradu reſtituit eum, & ſpiritum Prophetiæ recepit. Vt habetur. 50. di c. cum exaudiero. & c. ſacerdos. & c. vt conſtitueretur & 3. q. 7. cap. ſacerdos, & de pœni. diſtin. 3. c. totam &c. Dauid. & capitulo. ille.

Cur pro peccato Dauidis percuſſerit Deus populum.

SEd hic quæritur, quare Deus pro peccato Dauid percuſſit populum, cum ſcriptum ſit Geneſis decimo octauo, vbi dixit Abraham Deo: *Abſit à te Domine, vt innocens pereat pro peccato rei.* Eſt etiam ſcriptum Ezechielis. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij.* & Deut. 24. dicitur: *Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo morietur*, de quo in c. iam itaque. 1. q. 4. Et facit exemplum illius nati de ſcorto, qui putabat ſe damnandum, quod eſt falſum, vt in c. vndecunque, & c. naſci. & c. nunquam, & multis alijs capitulis. 56. di. Alibi dicitur, quòd pœna ſuos debet tenere auctores, vt dicit gloſſ. in c. quæſiuit. extra. de his quæ fiunt a ma. par. ca. & idem habetur in l. ſancimus. C. de pœnis. & C. ne vxor pro ma. l. ob maritorum, & 16. quæſtion. 6. c. illud, & in cap. ſi Epiſcopum, & c. cognouimus, & extra de ſen. ex ca. Romana. lib. 6. & 1. quæſtion. 4. ca. placuit, & c. nullius. & c. Iudæi, & l. ſi pœna ff. de pœni. & c. & ſi pignorationes, & de iniuri & dam. da. lib. 6. & l. ſi filius. C. ne filius pro patre. Sed contra prædicta videtur, quòd Deus debeat punire iniquitatẽ patrum in filios, vſque ad tertiam, & quartam generationem, vt ipſe inquit, Exod. 20. & Deute. 5. in crimine enim læſæ maieſtatis puniuntur etiam filij propter delictum parentum, vt C. ad l. Iuliam maieſtatis. l quiſquis. Reſpondeo ſecundum B. bonau. in 2. ſen. di. 33. & ſanctum Tho. 1. 2. quæſtio. 87. & art. vlt. & Nicolaum de Lira ſuper Deute. 24. c. & Alexand. de Ales in 3. parte ſummæ, in tractatu de proceſſu iudicij, & Ioan. Mo. in cap. vſurarum, de vſu. *in 6.* Quod pœna ſpirituali, & æterna nunquam punitur pãter pro filio, nec econtra. Et ita intelliguntur auctores dicentes, quòd pœna debet ſuos tenere auctores. Pœna vero temporali, & corporali puniuntur filij pro parentibus à DEO. Sicut patuit in diluuio. Geneſ. 7. & in ſubuerſione Sodomæ. Geneſ. 18. Et in primogenitis Aegyptiorum interfectis, Exodi. 12. Et in habitatoribus Chanaan interfectis, & alijs Iſrael ex præcepto DEI, quod habetur Numer. 33. Et implere cœpit Ioſue in paruulis Iericho. Ioſue. 6. & in alijs omnibus illius regionis. In quibus quatuor iudicijs mortui ſunt paruuli ex peccato parentum. Filij enim ſunt quædam bona ipſorum parentum. Et ideo ex morte eorum fit detrimentum patribus. Quapropter Deus aliquando occidit filios ad punitionem parentum. Similiter quia-

Deus non debeat patrum iniquitatem in filios punire.

Digitized by Google

populus Dauid erat illi subditus, & seruus, & quodammodo in bonis eius, ideo ex morte illorum punitus fuit Dauid. Aliqui vero dicunt, quòd etiam populus habebat aliqua peccata, propter quæ mortem illi intulit Deus. Et quamuis Dauid dixerit quòd illi qui interficiebãtur, erant sicut oues, & quod nihil fecerãt, debet intelligi de illo peccato quod ipse commiserat. In alijs tamen vitijs erant inuoluti. Sit ergo conclusio, quòd quando Deus punit filios pro patribus, vel seruos pro dñis illis, quos punit facit cedere punitionem illam, & afflictionẽ, vel ad augmentum meritorum, vel ad purgationem animæ, vel ad aliquam aliam vtilitatem. Puta quia melius erat illis mori tunc, quam amplius viuere, quia si vixissent, effecti fuissent mali, vel deteriores, & maiorẽ habuissent damnationem.

Cur tempore pestis, moriãtur boni religiosi,

SI autem quæratur quare moriuntur peste boni religiosi, qui non sunt superbi? Respondeo quod fecit hoc Deus ad occultandum sua iudicia, peccatores enim non merentur intelligere, quòd ea pestis veniat propter eorum superbiam, & delicta. Et sic Deus colligit, & rapit bonos esca malorum. Ideo dicit Augustinus, vt etiam scriptum est in c. de tirijs. 23. quæst. 3. *Si ratione facti profunditatem iudicij Dei penetrare non possumus, manifeste tamen scimus verum esse, & bonum omne quod facit*, hæc ille in 1. de ciuitate Dei. Vbi etiam dicit, quod aliquando puniuntur boni simul cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt. Ipsi enim sunt speculatores, qui debent prouidere suis deuotionibus iudicia Dei super peccatores, & eis annunciare, iuxta illud Ezech. 3. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audiens de ore meo verbum, & annunciabis eis.* Ideo quando non annunciant, venit super eos illa terribilis sententia Dei Ezechiel. 33. di. *Si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, sanguinem eorum de manu speculatoris requiram.* Boni ergo religiosi sunt illi, qui præuident flagella Dei imminentia, & Deum quodammodo tenent suis orationibus, ne illa mittat. Ideo Moysi roganti pro populo, Exod. 32. dicebat Deus: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.* Ille vero respondit: *Quiescat obsecro Domine ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui.* Quando igitur religiosi non rogant Deum pro peccatoribus, & non annunciant eis imminentia mala, & eos non reprehendunt, immittit eis Deus pestilentiam. Ideo præcepit cuilibet prędicatori Dei per propheram, Esaiæ. 58. di. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum.* Et ideo ô superbi maledicti, annuncio vobis ex parte Dei, quòd si nõ dimittatis superbiam, veniet super vos pestilentia horribilis, quę vos humiliabit, & prosternet vsque ad profundum inferni.

De 3 pestilentiæ causa.

TErtia causa pestilentiæ, dicitur rapinarum vsurpatio. Propter rapinas enim minatur Deus pestilẽtiam, Ezechiel. 38. Ideo Exod. 9. cap. dixit Moyses Pharaoni: *Hæc dixit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto, alioquin percutiam te, & populum tuum peste, peribisque de terra.* Pharao autem interpretatur violentia, vel dissipatio, vel denudans percussos, aut dissipans præparatos, vt inquit Hierony. Et tales sunt vsurarij denudantes percussos, quia raro vel nunquam aliquis accipit ad vsuram, nisi sit percussus aliqua molestia, paupertate, & penuria. Item dissipant præparatos, quiã pauperes ad diuinum cultum præparatos, propter molestiam fœnoris retrahunt à diuinis, & à celebratione festorum Sed proh dolor, quia tales nunquam aliena restituunt dicentes: Faciam postea in morte testamentum, sed iudicio Dei venit eis pestis, & tollit illis intellectum, & non possunt ordinare facta sua, imo nec habere notarium aut testes, cum in tali morbo, & ab vxore, & à proprijs filijs relinquãtur. Tunc non possunt habere confessorem, aut sacerdotẽ, qui eos absoluat, & ecclesiastica ministret sacramenta. Imo sæpe veniunt tumula-

Digitized by Google

mulatores, & eos nec dum mortuos inuenientes occidunt, aut ſic ſemiuiuos ſepeliunt, accipiuntque burſam cum claui capſarum,& bona illorum diripiunt,quę cum tantis ſudoribus cumularunt. Et ſic nec ipſi, nec ſui de illis bonis gaudent. Vnde Eſa.3.dicitur: *Exactores ſui ſpoliauerũt eos.* Aliquando etiam ex furore infirmitatis, aut diabolica inſtigatione theſauros ſuos in ſterquilinium proijciunt; ſicut accidit cuidam ciui Bononienſi, qui toto tempore vitæ ſuæ fecerat mala lucra per contractus illicitos: veniens vero ad mortem,ne filius illa poſſideret,accepit pecuniam,& proicecit in ſterquilinium, & appropinquans morti clamabat: Aperite portas, vt diaboli me portent. Et ſic clamando expirauit. Et dæmones illum ad Tartara portauere. Et hoc eſt quod dicitur Ezech.7. *Argentum eorum foras proijcietur,& aurum eorum in ſterquilinium exit. Argentum,& aurum eorum non poterit liberare eos in die furoris Domini.*

4. Peſtilentiæ cauſa.

QVarta, & vltima peſtilentiæ cauſa pro nunc, eſt libidinum inhoneſtatio. Hæc enim peſtilens luxuria, imo cathedra peſtilentiæ, de qua Dauid, Pſal.1. inquit: *Beatus vir, qui in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* adeo hodienis temporibus creuit, quod totum mundum corrupit, atque vſque ad ſacerdotalem cathedram aſcẽdit. Sed nolo ponere os meum in cœlũ. Quid de ſacro matrimonio loquar? De quo Paulus,ad Epheſios quinto,inquit: *Sacramentũ hoc magnum eſt in Chriſto,& in Eccleſia,* & tamẽ hodiernis temporibus horribiliſſimæ beſtialitates contra matrimonij ſacramẽtum ab vxoratis perpetrantur, qui ſæpe non ſeruant nec modum, nec locum, nec tempus,nec ordinem. Sed hic non me extendo,quia bene intelligenti, medium ſatis eſt verbum. propter hoc peccatum Her maritus Thamar, percuſſus fuit peſte à Domino,& occiſus. Gen.38. quia nõ ſeruabat,quod debebat, in matrimonio. Quid dicemus de vitio nefandiſſimo Sodomię,quod quaſi totum orbem repleuit propter quam innominabilem turpitudinem,Deus ferè deſijt incarnari, videns naturam humanam illo horribiliſſimo ſcelere infectam,vt inquit Aug.in quodã ſermone. Vnde in nocte natiuitatis ſuæ, fecit oẽs ſodomitas mori peſte, vt dicit Hiero.ſuper Eſaiam. Ideo Iuſtinianus in authen.vt non luxurientur contra naturam,coll.6.ait: *Propter talia peccata,ſcilicet blaſphemiam,& peccatum contra naturam, fames,& terræmotus,& peſtilentiæ fiunt,* vt etiam inquit gl.in c.flagitia.32.q.7. Ideo Iohel.4. clamat Dominus di. *Poſuerunt puerum in proſtibulo,& puellam vendiderunt pro vino,ideo conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum,* & Ezech.6.iterum dicit: *Hæc dicit Dominus Deus ad omnes abominationes malorum in Iſrael, quia gladio,& fame,& peſte ruituri ſunt,* & Ezech.33.iterum dicitur: *Feciſtis abominationes veſtras, & vnuſquiſque vxorem proximi polluit, terram hæreditate poſſidebitis? Viuo ego,dicit Dominus, quia qui in ciuitatibus ſunt,gladio cadent, & qui in agro,beſtijs tradentur ad deuorandum, qui autem in prædijs & ſpeluncis ſunt,peſte morientur.* Sed hoc non ſufficit eis. Nam ad luxuriã concitandam, artem adinuenerunt,ſcilicet choreas, in quibus cum tactibus impudicis,ac riſibus diſſolutis, & oculorũ iaculis,ſe ad libidinem prouocant. Ideo exclamat Deus Ezech. 25.di. *Pro eo quod plauſiſti manu,& percuſſiſti pede,& gauiſa es toto affectu, ſuper terram Iſrael: Idcirco ego extendam manum meam ſuper te,& tradam te in direptionẽ gentium,& interficiam te de populis,& perdam te de terris,& conteram,* & Ezech.7. iterum minatur di. *Ira mea ſuper vniuerſum populum, gladius foris,fames,& peſtis intrinſecus. Qui in agro eſt,gladio morietur,& qui in ciuitate ſunt,peſtilentia,& fame conſummabuntur.*

PARS TERTIA HVius ſermonis, de remedijs contra peſtilentiam.

ACcipe populę mi nouem remedia contra peſtilentiam. Primum dicitur remedium diſpoſitionis. De quo Galenus 1.de differentijs febrium.c.5.inquit: *Qui non erit in eo diſpoſitio,ergò corruptio non poterit operari,* & 3.technæ idem ait: *Facta vero ægri-*

Digitized by Google

tudo curabitur dispositione ablata, à qua principaliter, quæ secundum naturã est operatio læditur. Philoso. quoque 8. Phys. dicit: *Inter duos motus contrarios, necessario intercedit quies media.* Cum igitur, vt supradictum est, ex diuina iustitia propter peccatum disponatur vnusquisque ad pestem, & cætera aduersa, remoueamus à nobis peccatum, & remouebitur pestis, quia secundum Philosoph. Posteriorum: Si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis quod iterum habetur. 1. Perier. & 4. Meta. Et alibi dicitur: quod remota causa, remouetur effectus, 2. Phi. 2. de generatione, & 8. Ethico. l. cum pater. § dulcissimus. ff. de lega. 2. l. quod dictum. ff de pac. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. 1. § sexum. cum ibi notatis, per gloss. ff. de postulando. l. si cum filias. §. Titio. ff. de donationibus. l. 1. C. de condi. ob cau. & ff. eo. per totum. c. cum infirmitas, de pœ. & remis. c. cum cessante. extra. de appel. c. & si Christus, de iurein. c. post translationem, de renun. & c. econtra. 61. di. Cũ igitur peccatum, vt supra patuit, sit causa pestis, ideo remoto peccato remouebitur ipsa pestilentia. vnde Gregor. in quadam collecta, inquit: *Nulla nocebit aduersitas, vbi nulla dominatur iniquitas.* O igitur peccatores, si non vultis, quòd Deus mittat vobis pestilentiam, vel quod iam missam faciat cessare, cessate à peccatis, & cessabit pestilentia, argumentum in c. neophytus. 61. di. & 1 q. 1. c. quod pro necessitate & 1 q. 7. c. quod pro remedio. Ideo dicitur in c. incommutabilis. 22. q. 4. & de pœ. di. 1. c. nouit, & sunt verba Augustini, in sermone beati Ioannis Baptistæ. *Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum,* & ideo clamat Deus, Zachariæ. 1. dic. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Propter hoc etiam dicit Esaias. 1. c. sui libri: *Quiescite agere peruerse, discite bene facere,* & Dauid in Psal. inquit: *Dixi iniquis, nolite iniquè agere.* Et ad Rom. 6. ait Paulus: *Regnet peccatum in corpore vestro mortali.* Si enim vos innocentes feceritis per dimissionem peccatorum, poteritis sperare de adiutorio Dei contra pestilentiam. Scriptum est eũ Iob 4. *Quis vnquam innocens periit?* Ideo dicitur Ecclesiastici 1. *Fili peccasti, ne adijcias iterum peccare, sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Scriptum est enim Ecclesiastici. 38. *Ora Dominum, & curabit te.* Vnde Isidorus inquit: *Omnibus malis præualet oratio.* & Cassiodorus in epistolis dicit: *Oratio est postica, per quam ira Dei auertitur.* Et hoc sufficiat pro primo remedio.

SEcundum remedium dicitur exsiccatio humoris: vnde Auicenna prima quarti tractatu 4. in c. de febre pestilentiæ ait: *Summa curationis eorum est exsiccatio, & oportet, quod cibi eorum sint ex deficcatiuis.* & Galenus in primo de differentijs febrium. c. 3. ait: *Conuenit corpus huiusmodi exsiccare, & siccã conseruare.* Duo autem sunt, quæ virtuose, & meritorie corpus humanum exsiccant, & in sanitate conseruant. Primum est sobrietas, & abstinentia, de qua Eccles. 37. dicitur: *Qui autem abstinens est, adijcie: sibi vitam.* Ideo primæ ad Thess. 1. dicitur, *sobrijssimus,* & 2. ad Tim. 4. *Sobrius esto.* Duplex autem est sobrietas. Prima ieiunij, de qua Hiero. ad Demetriadem virginem dicit: *Ieiunio sanantur pestes corporis.* Quo ieiunio Niniuitę liberati sunt ab exterminio. Ionæ. 3 Secunda sobrietas est somni. Nam secundum Auicennam. 3. primi. *Cauendum est a multo somno, specialiter diurno.* Et ideo dicitur 1. Petr. 5. *Sobrij estote, & vigilate.* Bonum est ergo contra pestem remedium vigilare in bonis meditationibus passionis Christi. & recommendare se alicui sanctorum, iuxta illud Iob. 5 c. *Voca in casu, si est qui respondeat, & ad aliquẽ sanctorum conuertere.* & Mat. 26 dicit Saluator, *Vigilate & orate.* Secundum quod meritorie exsiccat corpus, est castitas, quæ à peste præseruat. Et probatur ratione quam ponit Philo. 7. Meta. vbi dicit: quod dissimilitudo causarum dissimiles producit effectus in causatis. Cum ergo actus luxuriosus disponat corpus ad pestem, secundum Auic. prima quarti, tractatu. 4. in c. de febre pestilentiæ, & Galenum in primo de differentijs febrium ca. 3. Ergo castitas remouebit hanc massam dispositione, & præ-

Exsiccatio humoris, est secundum contra pestẽ remedium.

2. Conseruãs hominem.

Digitized by Google

& præſeruabit à peſtilentia. Caſtitas enim eſt illa quæ animas Deo coniungit, & ei repræſentat, vt dicitur in § ſancimus, in authentico de lenonibus. coll.3. *Si autem Deus pro nobis quis contra nos?* ad Ro. 8. Cum ergo peſtilentia ſæpenumero immittatur à diabolo, qui iudicio Dei permittitur inficere aera, & morbos immittere, vt inquit Auguſt. in lib. de diuinatione dęmonum, & habetur.26.q.4.in c. ſciendum. Si fuerimus coniuncti Deo per amorem, non poterit nobis nocere talis peſtilentia ab inimico procurata. *Incorruptio autem facit proximum Deo.* Sap.6. Et ideo ſi caſti fuerimus, nihil timere debemus, cum habeamus Deum noſtrum adiutorem. Ideo dicebat Iob.27. ſui libri c. *Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.* q. d. tunc enim non timebo peſtilentiam, nec alia flagella.

Apertio oppilationis, eſt tertium contra peſtẽ remedium.

TErtium remedium dicitur apertio oppilationis, de quo Galenus, vbi ſupra, inquit: *Conuenit oppilationes pororum aperire.* Tres autem apertiones ſunt neceſſariæ contra peſtem, & alia flagella. Prima aurium ad prædicationes, de qua Iob.36. dicitur: *Si audierint, & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & conſumẽtur triſtitia.* Secunda apertio eſt præcordiorum ad inſpirationes, de qua Apoc.3. habetur, vbi dicit Dominus: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis mihi aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo.* Tertia apertio eſt labiorum ad confeſſiones, iuxta illud Pſalmiſtę: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* De qua Gregor. in paſtorali dicit: *Vlcera clauſa plus cruciãt, ſed cum putreda, quæ interius feruet erijcitur, ad ſalutem dolor aperitur.* vnde Cato. *Dolor eſt medicina doloris.* Horatius quoque in Epiſtola ad Quintum, dicit: *Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.* Ideo Boetius in primo de conſolatione, ait: *Si operam medicantis expellas, oportet vt vulnus desegas*, & Amb. in quodam ſermone dicit: *Confeſſio animam à morte liberat.*

QVartum remedium dicitur euacuatio ſuperfluitatis. De quo Galenus, vbi ſupra ait: *Conuenit corpus ſuperfluitatibus plenum euacuare*, vnde dicit Auic. prima quarti, tractatu.4.c. de febre peſtilentiæ, quod multum eſt vtilis phlebotomia, & ſolutio, ac euacuantia ventris ad curationem peſtilentiæ. Et ibidem dicit, quod corpora plena malis humoribus ſunt diſpoſita ad capiendam peſtem. Ideo magiſter Ioannes de Mugo. in prin.22.cap. de ordine quarundam medicinarum ait: *Laudo quod homines ſani intendant purgationibus.* Ari. quoque in lib. de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum, ait: *Abſtinere à nimia comeſtione, & ſuperfluitatem purgare, ſummæ ſanitatis eſt.* Triplex ergo euacuatio eſt neceſſaria ad purgandam, & auferendam peſtem. Prima dicitur propriæ nequitię, id eſt euacuatio mentis à malis moribus, & cogitationibus, quia *qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem*, Prou.22. Et euacuare debemus oculos à vanis, & laſciuis aſpectibus, aures à malis auditionibus: linguam à murmurationibus, & verbis turpibus, manus ab impudicis tactibus, ludis percuſſionibusque, ac malis operibus, & pedes ab iniquis greſſibus. vnde Eſa.1. dicit Dominus: *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis.* Secunda euacuatio eſt alienæ ſubſtantiæ. Ait enim Auguſt. in quodam ſermone: *Si detines alienum, detineris à diabolo.* Ideo dicit Dominus Matt.22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Et Paulus, ad Ro. 13. *Reddite omnibus debita.* Tertia euacuatio eſt piæ miſericordiæ, ſcilicet per eleemoſynas. Ait enim Apoſtolus, 1. ad Tim. 4. *Pietas ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*, & Tob.4. dicitur: *Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat.* Et idem habetur in c. miror. de pœ. di. 1.

Deotio eſt c. p. m.

QVintum remedium dicitur deteſtatio ocioſitatis. De quo Galenus, vbi ſupra ait: *Si quis moderatis laboribus vtitur, omnino impoſſibilis præſeruatur.* Ideo dicit Apoſtolus.2. ad Tim.2. *Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti.* Et ad Gal.6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

Sextum

rigeratio maturitatis, est sextum contra pestem remedium.

SExtum remedium dicitur morigeratio maturitatis. De quo Galenus, vbi supra, ait: *Si quis viatur vita decora, impassibilis est.* Debetis ergo viuere morigerati, & non esse dissoluti, in deordinatis comestionibus, & ducere vitam ordinatam, & omni honestate, ac virtute decoram. Ait enim Inno. in c. venerabilis, de præben. & digni. *Non loci, aut generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem.*

Euitatio cõtagionis, est septimum contra pestẽ remedium.

SEptimum remedium est euitatio contagionis. Dicunt enim medici, quod pestis est morbus contagiosus, & quod homo debet cauere à conuersatione cũ morbatis, & non tangere res eorum. *Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea*, Eccles. 3. Ego autem dico vobis, quod cauere debetis à consortio malorum, quia scriptũ est. 28. q. 1. c. sæpe. *Sepe malorum consortia etiam bonos, corrumpunt.* Ideo seruate præceptum Apostoli. 1. ad Cor. 5. di. *Ne commisceamini cũ fornicarijs.* Moyses quoq; dicit vobis, Num. 16. *Recedite à tabernaculis hominum peccatorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum.*

OCtauum remedium est elõgatio corruptionis, id est, à loco, vbi corruptus est aer. Vnde medici dicere solent: Fuge, fuge, & cito, ac longe vade. Ideo dico vobis illud Eccles. 21. *Quasi à facie colubri, fuge peccatum.*

NOnum remedium, est tardatio reuersionis ad locum pestiferum, donec cessauerit pestilentia. Sic ego dico vobis, nolite reuerti amplius ad locum pestiferum peccatorum. Dixit enim saluator noster, Ioann. 5. paralytico curato, *Vade & amplius noli peccare.* idem dixit adulteræ Io. 8. Tobias quando dixit Filio suo, Tob. 4. *Omnibus diebus vitæ tuæ, Deum in mente habe, & caue ne aliquando consentias peccato.* Facit ad hoc ca. Ille pœnitentiam, & c. nihil prodest, &c. inanis. de pœ. di. 3. O igitur pessimi peccatores, si vultis fugere pestem, & alia flagella, accipite ista remedia, & facite hanc receptam, quam vobis nunc dabo. Accipite quantum plus potestis de amaritudine mentis contra peccata commissa, & de vera cordis contritione, ana magis libram, quam vnciã, & prædicta miscetis cum aqua lachrymarum, faciendo sirupum, & bibendo illum. & faciatis vomitum per nudam cõfessionem, & purgabitur pestiferum venenum delictorum. Tunc remanebit totus leuis, & consolatus spiritus vester, qui erat aggrauatus, & apostema pestiferum peccatorum euanescet. Deinde recipite suauissimum, & refrigeratiuum electuarium corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, post hæc vngite partes sensuales oleo sancto, quæ vnctio ordinata est ab Ecclesia ad sanitatem animę corporis, Iaco. 5. Hoc enim est melius remedium totius mundi. Quo non solum recipitur sæpenumero sanitas in præsenti, sed etiam immortalitas in futuro seculo. Quam nobis concedere dignetur ipse Dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto per infinita seculorum secula viuit, & regnat Deus.

Amen.

FINIS PRIMAE PARTIS.

Digitized by Google



Digitized by Google